v. 3 of 3



CORPUS
INSCRIPTIONUM GRAECARUM.

VOLUMEN TERTIUM.

CORPUS
INSCRIPTIONUM GRAECARUM.

AUCTORITATE ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

EX MATERIA COLLECTA

AB

AUGUSTO BOECKHIO

ACADEMIAE SOCIO

EDIDIT

IOANNES FRANZIUS.

VOLUMEN TERTIUM.

BEROLINI EX OFFICINA ACADEMICA.

VENDIT G. REIMERI LIBRARIA.

MDCCCLIII.

PRAEFATIO EDITORIS.

Posteaquam Boeckhius, auctor et conditor huius operis, volumina duo absolvit, quorum prius anno saeculi nostri vicesimo octavo, alterum quadragesimo secundo evulgatum esse constat, id mihi honoris datum est ab Academia regia scientiarum, ut non solum socius laboris Boeckhio sed etiam proximus ei successor in hoc opere continuando existerem. Itaque tradita mihi anno MDCCCXXXVIII. materia inscriptionum a Boeckhio collecta ita usus sum, ut digererem, augerem, illustrarem. Quo in negotio versanti mihi, quum tertii voluminis fasciculum primum anno quadragesimo quinto, secundum quadragesimo octavo, tertium quinquagesimo edidissem, nunc quartum ultimumque fasciculum, quo tertium hoc volumen absolvitur, evulgare contigit, longe citius defuncturo, si per operas preli licuisset. Fuerunt enim qui crederent opus tot annis paratum inchoatumque a Boeckhio iam brevi tempore a me posse profligari atque ad finem perduci, nescio quam me operam rati praestare. Nam etsi Boeckhius in praefatione volumini secundo praemissa de munere socii successorisque sui diserte monuit, tamen reperti sunt qui me pridem composita et elaborata in lucem emittere arbitrarentur. Quorum ex numero Letronnius fuit, vir immortalis, qui in Diario eruditorum m. Iulio a. MDCCCXLV. de primo fasciculo huius voluminis verba faciens ita: „*c'est Mr. J. Franz, qui a terminé ce fascicule, d'après les matériaux élaborés par Mr. Boeckh*", et paulo post de titulo n. 3884. de quo olim fuit quum aliter statuebam, haec subiecit: „*et Mr. Boeckh, qui a reproduit récemment l'inscription, s'est rangé de notre avis; car retranchant la ligne, qu'on avait ajoutée, il dit: fieri tamen potuit ut Eumenenses cognomento* Σεβαστηνοὶ *aucti certe in sua urbe aliquando sese ferrent* Σεβαστηνούς *pro* Εὐμενεῖς Σεβαστηνούς". Falso utrumque. Neque enim *elaboratam* a Boeckhio materiam edidi, et quae verba illi tribuit Letronnius, mea sunt.

Atque initio quidem qua ratione collecta materia sit inscriptionum, Boeckhius exposuit in praefatione volumini primo praemissa p. IX sq. Qui quum in adornandis inscriptionibus ordinem adoptare constituisset a geographia petitum (vide l. c. p. XII sq.), princeps ei cura fuit, ut totam molem inscriptionum per longam annorum seriem a se et ab amicis ex sexcentis libris variisque schedis collectarum secundum patriam digereret. Qua in re quum fieri non posset, quin tituli sat multi quo pertinerent incertum esset, alios ad certos locos revocavit, alios quorum patria indagari nequit, ad partem inscriptionibus incertorum locorum reservatam seposuit. Et loci quidem incerti aut regiones sunt aut oppida in certis quibusdam regionibus constituta: unde inscriptionum aliae ad certam quidem regionem revocari poterant, aliae eaeque longe plurimae ne ad regionem quidem; hinc et Boeckhius posthac titulos aliquot locorum in Graecia incertorum Vol. II. n. 1936-1949. et ego locorum in Aegypto incertorum Vol. III. n. 4959-4978. composuimus. Hac demum opera absoluta et mole inscriptionum in eum quem diximus ordinem redacta ad condendum opus licuit accedere: quo negotio quam praeclare functus sit Boeckhius, non meum est dicere. Itaque materia inscriptionum anno MDCCCXXXVIII. mihi tradita fundus est collectionis Boeckhianae post absoluta volumina duo priora redundans schedasque exhibens, quibus continentur inscriptiones a Boeckhio amicisque usque ad annum MDCCCXXXVIII. collectae quum earum regionum, quarum tituli ex instituto (vide Praefat. ad Vol. I. p. XIII sq.) insequentibus voluminibus relicti erant, utcunque ad ordinem geographicum dispositae, tum locorum incertorum, adiectis inscriptionibus aliquot Christianis et titulis suspectis. Hae schedae prorsus rudes erant nullo commentario instructae, nisi quod praeter notationem singulis inscriptionibus additam librorum vel schedarum, unde desumptae erant, hinc inde appicta erat nota ex libris illis schedisve decerpta aut correctio. Ex his autem notis vel correctionibus si quid est quod in ordinem verborum recepi aut cuius rationem habendam esse intellexi, significari a me solet religiosissime; id quod feci ad n. 3915. 3936. 3945. 3950. 4000. 4070. 4169. 4321. *b.* 4335. 4342. 4342. *b.* 4367. *k.* 4621. Ita factum est, ut, in interpretando contextu titulorum aut in constituenda lectione, quantum schedis Boeckhianis debeam in vulgus constet vel incuriosioribus: quantum autem collectionem Boeckhianam ope librorum recentiorum vel schedarum auxerim et inter edendos fasciculos singulos et ad praeparandam materiam supplementorum, nec mea interest scire alios et dicere

supervacaneum videtur. Ceterum schedas Boeckhianas omnes, postquam usus sum, in scriniis soleo reponere, quo etiam in posterum inspiciendi facultas sit. Quod si Boeckhius in praefatione volumini secundo praemissa dixit non plane se deserturum esse opus per longam annorum seriem paratum, inchoatum, profligatum, vir egregius putandus est significare voluisse consilium singulas plagulas madidas operis inspiciendi a typotheta exhibendas emendantibus: cui rei etiam nunc quotiescunque tempus suppetit vacare solet eadem diligentia, qua eum olim amici adiuverunt plagulas voluminum a se editorum emendantem. Qua occasione si quid meis accesserit observationis vel incrementi, id in ordinem verborum ita recepi, ut, quae Boeckhio debentur, candide profiterer. Haec igitur ut in fronte huius praefationis exponerem, non solum incuria fecit doctorum quorundam, sed etiam honor Boeckhio debitus, qui et ipse didicit suum cuique tribuere neque opus continuandum reliquit alienae laudis appetenti.

Inscriptionum in hoc volumine tractatarum diversa facies comparanti ea, quae volumine primo et secundo continentur. In illis enim maior et argumentorum varietas et rerum ubertas, in hoc paucis exceptis non admodum vetusta materia atque etiam misella ut plurimum suppellex, eo ingratior, quod nihilo minore sollertia opus erat interpretaturo vel emendaturo, quam si fructuosam laetamque speciem haberet.

In ordinandis titulis hinc inde difficultates et dubitationes occurrunt, quae retractationi ansam praebeant. Ita inscriptiones n. 3926. 4533. 4534. 5749. tit. *b.* una cum aliis, quas seposui, differre in partem inscriptionum incertorum locorum debebam. Et huius quidem incuriae bis poenas dedi, sero comperto titulos n. 4683. *b.* 4469. ad sectionem tertiam inscriptionum Italiae pertinere (vide Addenda). Similemque titulum Boeckhius Vol. II. n. 3763. si usus esset Hagenbuchii Epistt. epigrr., libro nunc demum in bibliothecam regiam illato, cognovisset ad inscriptiones Neapolis reiiciendum esse. Verum in ordinanda huiusmodi materia non semper nostra culpa est, si quid contra votum ceciderit. Nam ut Boeckhius olim Vol. I. quas inscriptiones n. 202-206. dedit, postea vidit pertinere ad Tenias (Vol. II. n. 2329.), ita etiam mihi accidit, inscriptiones Siciliae componenti, ut titulos ansis diotarum impressos non ita ut par erat digesserim. Nam quae de his inscriptionibus vasorum fictilium disputavimus, ut nunc plurima retractanda sint, effecit Stoddarti industria, qui largam copiam huiusmodi suppellectilis Alexandriae repertam laudabili studio collegit atque edidit Transactions of the Roy. Society of literature Series II. Vol. III. p. 111-127. Titulos is ex ansis diotarum Alexandriae inventis plus trecentos quinquaginta in lucem protraxit, longe maximam partem exemplaria titulorum, qui ex Sicilia reportati sunt, insignita illa magistratuum mensiumque nominibus. Accedunt alia exempla nuper Athenis reperta, quorum copiam nobis fecerunt Stephanus Cumanudes et Georgius Finlay, qui praeterea schedas Benthyli nobiscum communicavit. Similia sed pauciora habeo ex schedis Aschikii per Sarmatiam reperta. Itaque quum olim cognito proventu agri Siciliensis inducti essemus, ut diotas illas omnes, Gelae Rhodiorum coloniae tribueremus, factum est, ut iam amplius dubitari non possit quin Rhodo ipsa metropoli oriundae merito putentur. Et in eam sententiam disputavit etiam Ludolfus Stephanius, qui quum alios huius generis titulos per Siciliam collectos ipse transcripsit tum accuratius de sigillis symbolisque eorum exposuit Indice scholarum in Universitate litterarum Caesarea Dorpatensi per semestre alterum a. MDCCCXLVIII. habendarum. Cuius viri docti ut laudandum studium est, ita Stoddarti inventum comprobavit sententiam. Quis enim est, qui post exemplaria plus ducenta Alexandria reportata non ad Rhodum potius commercio florentissimam quam ad eius coloniam supellectilem illam referendam esse arbitretur? Haec quum ita sint, copia horum titulorum undique nunc abundanter affluente visum est totam materiam hoc loco denuo pertractare, subiectis tabulis inscriptionum huius generis in Sicilia, Sarmatia, Alexandriae, Athenis repertarum.

Ex ansis vasorum fictilium sat multis hodie constat certa quaedam genera huius supellectilis, ut diotas, publica auctoritate solita esse signari sive eo consilio, ut per mercatores iis utentes pecunia rediret in aerarium, sive quo declararetur vasa ita signata ad mensuram iustam esse exacta. Utrumque consilium veteres hac in re secutos esse bene coniicit Stephanius l. c. statuens priorem opinionem adiuvari, quum lateribus Graecorum, in quibus similes tituli, tum pilis plumbeis ad filum recipiendum perforatis iisque talibus, qualibus hodie portitores utantur (conf. Vol. I. n. 547.): alteram autem adstrui posse ex eo, quod constat veteres mensurae maximam curam habuisse atque etiam Athenis mensuras privatorum publico signo esse notatas (conf. Vol. I. n. 123.). Vasorum igitur fictilium publica auctoritate signatorum duo distingui genera possunt. Alterum est eorum, quorum ex inscriptionibus vel notis symbolisque coniectura fieri de patria eorum potest aut certa aut probabilis, alterum eorum, in quibus id commode fieri nequit. Ex priore genere colligi licet veteres in vasis signandis eandem fere atque in nummis rationem esse secutos. Haec autem ratio ut in nummis alia apud alias gentes fuit, ita etiam in vasis signandis apud alias gentes aliam fuisse et consentaneum est et experientia docet. Ad antiquissimam formam notationis haud dubie pertinet nomen populi simpliciter impressum: cuius generis exemplum pretiosum ex ansa vasis in Sicilia reperta Stephanius edidit hoc ΝΟΙϘΑΠ i. e. *Παρίων*, unde patet, vas cuius haec inscriptio fuit, ex insula Paro oriundum esse. Huic nuper accessit alterum, in insula quadam reperta prope Peparethum (vide Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1849. p. 146.) cum inscriptione

ΙΚΙΟΝ i. e. Ἰκίων, pertinens ad insulam Icum, quae una ex Sciatho, Peparetho, aliis memoratur ap. Strab. IX. p. 436. Eodemque referri possunt nomine Μαμερτίνων insignia (n. 5622. 5679.). Addita deinceps anni designatio, impresso nomine archontis, eponymi et alius magistratus, vel magistratus alicuius simplex mentio, ut animadvertimus in ansis vasorum fictilium, quae Cnidiis debentur et Thasiis. Et Cnidiarum quidem inscriptionum qualis ratio sit, docent exempla in tabula II. composita. Habes anni designationem ἐπὶ δαμιουργοῦ τοῦ δεῖνος (n. 79. 103.) vel ἐπὶ τοῦ δεῖνος simpliciter: accedit nomen alius personae, secundo casu, aliquoties primo (n. 16. 40. 63. 130. 145.) positum: denique populi nomen, quod ubi decurtatum non est, fere vetusta orthographia scriptum ΚΝΙΔΙΟΝ habetur licet titulis aetate Alexandri M. non superioribus. Anni designationem intercidisse consentaneum est in iis titulis, in quibus solum nomen alterius personae vel huius et populi apparet. Ac similiter statuendum, ubi omissum populi nomen est. Alterius autem personae nomine significari videtur magistratus figlinis praepositus, cuius cura sigillum impressum est. Cuius loco aliquoties duo signantur nomina aut copula καὶ coniuncta aut nulla interiecta copula, eademque varietate casuum, quae in simplici nomine apparet personae alterius (n. 7. 96. 97. 98. 102. 110. 129. 131. 132. 152.). Utcunque statueris de hac duplici designatione magistratuum, diversa a magistratu Cnidio est dignitas eius, qui ter nominatur (n. 52. 149. 176.), φρουράρχου. Quem, quum tituli hi Cnidii omnes aetate Alexandri M. recentiores videantur esse, coniicias aliquando a Ptolemaeis Cnido ad tempus impositum id auctoritatis habuisse, ut loco magistratus Cnidii signandis vasis nomen imponeret suum. In quo missam facimus coniecturam Rangabis, qui ex aliquot manubriis Cnidiorum nomine insignibus in Attica repertis argumentum adstrui posse putabat, quod fidem faciat Cnidiam olim figlinam in Attica obtinuisse (Annal. Instit. arch. Rom. Vol. XXI. 1849. p. 172.). Simplicior causa videtur esse titulorum Thasiorum (vide tab. III.): in quibus praeter nomen populi solum magistratus cuiusdam nomen comparet primo casu positum, prorsus ut in vasculo Cretensi, cuius ansae Alexandriae repertae impressum legitur ΣΩΣΟΣΙΕΡΑΠΥΤΝΙ i. e. Σῶσος. Ἱεραπυτνί(ων). Vid. Stodd. l. c. p. 126. Accedunt praeterea in his manubriis vasorum Cnidiorum Thasiorumque signa sive symbola, quae partim ad civitates ipsas pertinentes partim ad magistratus, etiam ex nummis Cnidiorum et Thasiorum innotuerunt, si non omnia at plurima: in Cnidiis caput bovis, leonis pars anterior, caduceus, ancora et delphinus, stella, diota, tridens, uva, flos, Medusa; in Thasiis cornucopiae, piscis, uva. Unde videndum ne ex tabula IV. in qua titulos composui eos, qui ad certam omnes patriam revocari vix possunt, huc referendi sint tituli aliquot, et Cnidii sint n. 21. 22. 23. 58. 59. Thasii n. 41. 42. 80. 85. 128. 135. 136. 137. 178. Ac si licet ex nominibus coniecturam facere, dixeris Cnidios esse titulos tab. II. n. 7. 8. (coll. tab. II. n. 21.), 21. (coll. tab. II. 80. *b*.), 10. (coll. tab. II. 25.), 15. (coll. tab. II. 64. 65. 103.), 28. (coll. tab. II. 88.), 39. (coll. tab. II. 99.), 170. (coll. tab. II. 130.); itemque ob duplicis magistratus designationem in Cnidiis obviam etiam tab. IV. n. 12. 45. 46. 47. 121. 171. 199. Paulo diversa forma est titulorum diotis iis impressorum, quas nunc Rhodias appellare non dubitamus (vide tab. I.). Habes ibi nunc anni designationem ex magistratu eponymo, qui est sacerdos Rhodiis, ἐπὶ τοῦ δεῖνος vel ἐπ' ἱερέως τοῦ δεῖνος (semel ἐφ' ἱερέως τοῦ δεῖνος, semel etiam, ut videtur, ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἱέρευς), subiecto nomine mensis casu secundo, nunc nomen personae alterius positum casu secundo, raro casu primo, praemisso vel subiecto nomine mensis, nunc post anni mensisque notationem impressum nomen alterius: quam ultimam formam perfectam et primariam esse ex iis fragmentis diotarum colligi potest, in quibus aut alteri manubrio impressa sunt omnia (tab. I. n. 72. 277. 370. 447.), aut utraque ansa servata est, quarum in altera est annus designatus et mensis, in altera nomen additum personae alterius (n. 333. 388.). Indeque recte Stephanius coniicere videtur, quum multi tituli sint, in quibus annos tantum indicatos videamus, horum supplementa illos esse, quibus mensis nomen alteriusque personae contineatur, ac rursus eos titulos, quibus simplex nomen personae casu secundo vel primo proditum sit, esse supplementa eorum, qui annum et mensem exhibeant. Adde quod, quum etiam tituli habeantur annum designatum nomenque personae alterius praestantes (n. 297. 331. 381.), nomen mensis in altera ansa scriptum fuisse videtur, unde reperti tituli sunt solum mensis nomen exhibentes (n. 483. 484. 485. 486.). Neque enim, ubi mensis indicatus est cum nomine personae alterius, probabile est anni designationem omissam fuisse, neque, ubi annus nomenque alterius personae designata sunt, mensis. Iam, ut de personis videamus, primum de magistratu eponymo constat, in quo vox ἱερέως brevitatis causa ut plurimum omittitur, non secus ac δαμιουργοῦ in titulis Cnidiis. De altera persona dubium non est quin in Rhodiis similiter sit statuendum atque in Cnidiis. Nam quod olim his nominibus significari figuli aestimabantur, id Stephanius bene monuit improbabile esse in titulis auctoritate publica compositis, in quibus magistratus potius, cui muneris aliquid traditum sit, exponi nomen, quam opificis consentaneum sit. Quam in sententiam etiam aliud afferri potest indicium ex collocatione titulorum petitum. Nam quum interdum inter anni et mensis designationem nomen illud alterius personae locum habeat, ut colligi licet ex n. 149. 155. 243. 288. 310. 317-327. 360. 427. 464. 465. 475. itemque ex n. 297. 331. 381. prorsus incredibile est, eo nomine figulum posse intelligi. Immo magistratum esse unice verum est: cuius quum ex tempore dependeat auctoritas, nomen fere secundo casu positum est. Iam, quod Boeckhius Vol. II. ad n. 1865. de lateribus Corcyraeis monuit, annum indicari etiam ita posse, ut solum nomen magistratus nudo geni-

tivo proferatur, id in his titulis vasorum Rhodiorum locum non habere vidit Stephanius: etsi is quo iure dixerit etiam in titulis laterum Corcyraeorum, in quibus praepositionem ἐπὶ expressam habeamus, non annum sed curam magistratus designatam esse, ipse viderit. Nam quod idem dicit aliud esse magistratus nomen temporis indicandi causa ponere, aliud eius curam atque auctoritatem testificari, ita verum est, ut tamen inficias ire non queas, formula ἐπὶ τοῦ δεῖνος annum et tempus indicari, atque etiam in nudo genitivo tempus posse intelligi: siquidem nomen magistratus secundo casu positum est, omissa indicatione dignitatis eius utpote aliunde notae: quam eum dignitatem ad tempus habere sponte patet. Itaque si statuimus in his titulis Rhodiis, sicut in Cnidiis, nomen nudo genitivo positum ad magistratum pertinere diversa ab eponymi auctoritate praeditum, tamen notio temporis non omnino exulare putanda est. Neque obstat nominativus casus aliquoties pro genitivo positus, ut n. 22. 30. 209. 210. 243. 244. 297. 321. 325. 331. 406. Nam quum casus utriusque usus qui dicitur absolutus sit, alterum pro altero adhiberi posse facile intelligitur. Unde etiam in vasis Panathenaicis habetur: Ἄρχιππος ἄρχων. Ἡγησίας ἄρχων. Θεόφραστος ἄρχων. Κηφισόδωρος ἄρχων. Quae casuum permutatio si in archontum designatione admissa est vasa fictilia signantibus, multo minus offendet in designatione aliorum magistratuum. Et quemadmodum nominativus casus pro genitivo apparet in his manubriis Rhodiis, ita videre est etiam in nummis Rhodiorum. Menstruum (ἐπιμήνιον) autem magistratum illum fuisse colligi potest ex mensis commemoratione, quae frequentissime habetur ante designationem magistratus illius et post designationem anni: quemadmodum in decretis factum videmus, ut Vol. II. n. 3656. ἐπ' ἱερέως Ἀρατοφάνευς, Σμινθίου, πρυτανεύοντος - - - post annum citatur mensis et prytanis, magistratus menstruus. Constat autem Rhodi magistratus ex parte semestres fuisse (vide Paulsen. Descr. Rhodi p. 55.), ex parte menstruos (Cic. de rep. III, 35. cf. Ross. Hellen. I, 2. p. 101.). Quod ad dignitatem huius magistratus attinet, cuius nomini haud raro ἐπίσημον διακριτικὸν sive symbolum, ut cornucopiae et globuli (n. 28. 29.), caduceus (n. 203. 254. 258. 259.), stella (n. 193. 197. 438.), asterisci (n. 125.), corona oleaginea (n. 462.), mus (n. 394.), aut praemissum reperitur aut appositum, videtur utique is esse, cui custodia figlinarum commissa erat, simili ille in figlinis munere fungens, ut magistratus nummarii in re nummaria, qui pariter nummis imponere nomina sua solebant, adiectis aliquando symbolis, de quibus exposuit Cavedonius Osservaz. sopra le antiche monete di Atene, Mod. 1856. Symbola autem quae in his titulis impressa cernuntur ad civitatem ipsam pertinentia, eorum celeberrimum est balaustium, insigne Rhodiorum, ut constat ex nummis. Quo inprimis argumento usus Stephanius diotas eo symbolo praeditas ad insulam Rhodum referendas censuit. Idem perstringens alias civitates, quae in nummis balaustium usurpant, ut Cythnum et eum, cuius inscriptio parum diserta traditur (Eckhel. Doctr. numm. II. p. 81. Mionnet. Suppl. III. p. 173. n. 1117-1122.), nummum a Mionneto Suppl. VI. p. 608. n. 333. descriptum scite ad Astyra oppidum in Rhodia, ut videtur, Chersonneso ad montem Phoenicem situm Rhodiisque ipsis subiectum rettulit, ex eoque verba Steph. Byz. v. Ἄστυρα (ἔστι καὶ πόλις Φοινίκης κατὰ Ῥόδον) aliter tentata ab Holstenio correxit: ἔστι καὶ πόλις ἐπὶ Φοίνικι κατὰ Ῥόδον, satis probabiliter. Nam et mons Phoenix e regione insulae Rhodi situs commemoratur ab ipso Stephano v. Φοινίκη (cf. Strab. XIV. p. 652.), et signa nummorum huius oppidi pleraque congruunt cum Rhodiis. Praeter balaustium apparet caput radiatum Solis, non minus illud frequens in nummis Rhodiorum. Rarius obvia sunt flos (fortasse rosa), ut n. 228. 348. vel sertum florum, ut n. 244. Ex siglis semel animadvertimus litteram T n. 438. Nomina propria Rhodia esse vel olim monui p. 676. *a.* quum aliter statuebam de origine horum vasorum fictilium. Et nomina quidem sacerdotum eponymorum quum ad personas ex historia Rhodiorum notas revocare conatus sit Stoddartus, etsi eius vestigia in tam lubrica via non premenda putamus, tamen non sine probabilitate quadam aliquis dixerit Aratophanem, qui memoratur in decreto Vol. II. n. 3656. et Damaenetum alio decreto laudatum ibid. n. 2525. *b.* eosdem esse sacerdotes, qui memorantur in ansis n. 87. 88. et 183-190. et quem habemus eponymum Pratophanem n. 387. 388. 389. eundem intelligi posse in titulo Vol. II. n. 2905. *E.* 5. 6. Inscriptiones n. 3656. 2525. *b.* 2905. ex secundo et primo ante Christum natum saeculo sunt, atque in ea saecula plerique omnes tituli diotarum Rhodiarum incidere videntur. Sunt circiter centum diversa nomina eponymorum, quae efficiunt centum annos: quorum quot ex eodem sint saeculo quibusve intervallis singuli singulos sese excipiant, exputari nunc non posse sponte patet. Quod autem Stoddartus vetustissimos titulos annis a. Chr. 304. 303. assignat, recentissimos usque ad tempora Vespasiani detrudit, nullo dictum idoneo argumento videtur. Nam nec nomina nauarchorum Rhodiorum, Damophili, Menedami, Amylae bello contra Antigonum gesto commemorata (Diod. Sic. XX, 93.) quidquam testantur, et quorum titulorum scriptura aetatem Romanam prodere videtur ut n. 41. 56. 104. 244. 257. 310. 322. 374. 405. 411. ii commode vel primo ante Chr. saeculo tribui possunt vel initio primi post Chr. saeculi in monumentis praesertim prope Asianis (conf. Elem. epigr. Graec. p. 232.). Et qui plurima exempla horum titulorum per Siciliam repertorum ipse vidit Stephanius, negavit se vidisse ullum quod speciem prae se ferret aetatis Augusto Imp. recentioris: reperiri quidem in ansis diotarum titulos quum Graecos tum Latinos (conf. n. 5455. 5456. *b.* 61. Add. 5751. 24.) quos etiam recentioris esse aetatis ex hac vel illa re appareat: sed hos aliam prae se ferre naturam viderique esse titulos officinarum vel figulorum non ex publica auctoritate sed pro arbitrio nomina imprimentium sua. In quo

tamen cautio adhibenda; nam extant utique ansae vasorum ex aetate Imperatorum, quibus publica auctoritate impressa sunt nomina: quo pertinent tituli Cretenses a Stoddarto Alexandria reportati (vide Stodd. l. c. p. 126. n. 327. 328. 329.): quamquam quod ille inscriptionem ЄΥΚΥ quae ex ansa vasis enotatur, ad nummum Hadriani (ЄΥΤΥΧЄϹΤΑΤΟϹΚΥΖΙΚΗΝΩΝ, vid. Mionnet. Suppl. V, 318.) revocavit, ingeniosius quam verius dictum videtur. Superest ut de mensibus videamus. In quibus quem olim (p. 677. *a.*) desideravi Diosthyum, in tribus exemplaribus nunc proditus est (n. 250. 310. 339.), ita ut menses calendarii Rhodiorum nunc noti sint omnes. De ordine autem mensium non magis hodie constat quam antehac. Stoddartus quidem hanc tabulam concinnavit:

1. Θεσμοφόριος . . .	23. Sept.	7. Θευδαίσιος	19. Mart.
2. Διόσθυος	23. Oct.	8. Δάλιος	18. April.
3. Ἀγριάνιος	21. Nov.	9. Ὑακίνθιος	17. Maii
4. Πεδαγείτνυος . . .	21. Dec.	10. Σμίνθιος	16. Iun.
5. Βαδρόμιος	19. Ian.	11. Καρνεῖος	15. Iul.
6. Ἀρταμίτιος . . .	18. Febr.	12. Πάναμος	14. Aug.
		Πάναμος δεύτερος.	

Haec tabula etsi habet quo se commendet, tamen inesse videntur quae non satis tuta sint, ut dispositio Pedagitnyi et Theudaesii. Hinc ratione habita eorum, quae de his duobus mensibus etiam apud Coos obviis p. 677. *a.* monuimus, videndum ne consecutio mensium ita se habeat:

1. Θεσμοφόριος	semestre prius	Octobris	7. Ἀρταμίτιος	semestre alterum	Aprilis
2. Δάλιος		Novembris	8. Πεδαγείτνυος		Maius
3. Διόσθυος		Decembris	9. Βαδρόμιος		Iunius
4. Ἀγριάνιος		Ianuarius	10. Ὑακίνθιος		Iulius
5. Θευδαίσιος		Februarius	11. Καρνεῖος		Augustus
6. Σμίνθιος		Martius	12. Πάναμος		Septembris.

Numerum maiorem ansarum nominibus mensium Ἀγριανίου, Ἀρταμιτίου, Δαλίου, Ὑακινθίου, Πανάμου insignium Stoddartus ad praeceptum Plinii H. N. XXXV, 49. et Vitruvii II, 3. de vasis lateribusque per vernum et auctumnale tempus conficiendis revocabat. Nescio quam vere. Certe si exempla supersunt, quibus quinquagies fere nomina Ἀγριανίου, Ἀρταμιτίου, Δαλίου, Πανάμου, quadragies Ὑακινθίου, vicies Θεσμοφορίου, decies sexies Βαδρομίου, Καρνείου, Σμινθίου, ter Πεδαγειτνύου, Διοσθύου, bis Θευδαισίου, imposita redeunt, non consentaneum videtur esse inde nos de ordine mensium coniecturam facere; nam cum nullus mensium duodecim non memoratus sit in his titulis, apparet quovis mense diotas esse confectas.

Sed haec hactenus. Itaque si tituli a Stoddarto traditi prius innotuissent, omnes illas inscriptiones ex ansis diotarum per Siciliam repertis desumptas ita disposuissem, ut exemptas ex parte inscriptiones Siciliae complectente alias ad Rhodias, alias ad Cnidias, reliquas ad titulos incertorum locorum referrem. Ex quibus tab. IV. compositis quantum supellectilis debeatur Rhodiis, diiudicari ex titulis ipsis non potest. Ansas bipenni ornatas, ut tab. IV. n. 102. 132. 133. Stephanius coniicit ad urbem quandam pertinere Lyciae, cuius nummis hoc signum impositum est. Ceterum memorabilia vestigia sunt nominum muliebrium ansis vasorum impressorum, ut Διοκλείας tab. IV. n. 43. 44. Θεανοῦς n. 84. Τιμοῦς n. 189 - 192.

TAB. I. RHODIORUM.

1.	ἐπὶ Ἀ	Ὑακινθίου.	in Sicilia: n. 5456. *b.* 2. Add.
2.		Ἀγριανίου. Ἀγαθοκλεῦς.	ibid. n. 5653.
3.		Ἀρταμιτίου. Ἀγαθοκλεῦς.	Olbiae: p. 676. *b.*
4.		Ἀρταμιτίου. Ἀγαθοκλεῦς.	Alexandriae: Stodd. n. 5.
5.		Ὑακινθίου. Ἀγαθοκλεῦς.	in Sicilia: n. 5502.
6.		- - - - Ἀγαθοκλεῦς.	ibid. n. 5653.
7.		Ἀγαθοκλεῦς.	ibid. n. 5386. 5472. 5503.
8.		Ἀγαθοκλεῦς.	Alexandriae: Stodd. n. 4.
9.	ἐπὶ Ἀγελάου.	Πανάμου δευτέρου.	in Sicilia: n. 5654.
10.	ἐπὶ Ἀ[γ]εμάχου.	Πανάμου.	Alexandriae: Stodd. n. 50.
11.	ἐπὶ Ἀ[γ]εμάχου.	Καρνείου.	ibid. n. 51.
12.	ἐπὶ Ἀ[γ]εμάχου.		in Sicilia: n. 5456. *b.* 11. Add.
13.	ἐπὶ Ἀγεστράτου.	Δαλίου.	ibid. n. 5477.
14.	ἐπὶ Ἀγεστράτου.	Θεσμοφορίου.	ibid. n. 5375.
15.		Ἀ[γ]ησάρχου.	Alexandriae: Stodd. n. 52.
16.	ἐπὶ Ἀγοράνακτος.	Ἀρταμιτίου.	in Sicilia: n. 5513.
17.	ἐπὶ Ἀγοράνακτος.	Ὑακινθίου.	ibid. n. 5513.
18.	ἐπὶ Ἀγοράνακτος.		ibid. n. 5456. *b.* 6. Add.
19.		Ἀγοράνακτος. Ἀρταμιτίου.	Olbiae: p. 676. *b.*

20.		ʼΑγοράνακτος. Δαλίου.	Alexandriae: Stodd. n. 7.
21.		ʼΑγοράνακτος. Πανάμου.	ibid. n. 6.
22.	ἐπὶ ʼΑθανοδότου.	Βαδρομίου. ʼΑντίμαχος.	in Sicilia: Campanari Vasi fittili Rom. 1836. p. 62.
23.	ἐπὶ ʼΑθανοδότου.	ʼΑγριανίου.	ibid. n. 5481. 5654. b.
24.	ἐπὶ ʼΑθανοδότου.	ʼΑγριανίου.	Alexandriae: Stodd. n. 95.
25.	ἐπὶ ʼΑθανοδότου.	Δαλίου.	ibid. Stodd. n. 94.
26.	ἐπὶ ʼΑθανοδότου.	Θεσμοφορίου.	in Sicilia: n. 5504.
27.	ἐπὶ ʼΑθανοδότου.		ibid. n. 5456. b. 1. Add.
28.		ʼΑθανοδότου. corn. cop. et glob.	ibid. n. 5503. b. 5654. e.
29.		ʼΑθανοδότου. cornu copiae.	Alexandriae: Stodd. n. 93.
30.		ʼΑθανόδοτος.	in Sicilia: Minervini Bullett. Nap. IV. p. 20.
31.	ἐπὶ Αἰν		ibid. n. 5456. b. 4. Add.
32.	ἐπὶ Αἰνησιδάμου.	Βαδρομίου.	ibid. n. 5376.
33.	ἐπὶ Αἰνησιδάμου.	ʽΥακινθίου.	ibid. Birch. in Gerhardi Diar. arch. 1847. 1. p. 10.
34.	ἐπὶ Αἰνησιδάμου.		ibid. n. 5619. b.
35.	ἐπὶ Αἰνήτορος.	Πανάμου.	Alexandriae: Stodd. n. 1.
36.	ἐπὶ [Α]ἰν[ή]τορος.	Βαδρομίου.	in Sicilia: n. 5525.
37.	ἐπὶ Αἰνήτορος.		ibid. n. 5751. 1.
38.	ἐπὶ [Α]ἰν[ή]τορος.		ibid. n. 5525.
39.	ἐπὶ Αἰσχίνα.	Δαλίου.	Alexandriae: Stodd. n. 2. Inest Є et C.
40.	ἐπὶ Αἰσχί[να].		in Sicilia: n. 5456. b. 3. Add.
41.	ἐπὶ ʼΑλεξάνδρου.	Θεσμοφορίου. balaustium.	Alexandriae: Stodd. n. 11. Script. a recta ad sinistram. Inest Sigma lunatum.
42.	ἐπὶ ʼΑλεξάνδρου.	Πανάμου.	in Sicilia: n. 5456. b. 5. Add.
43.		ʼΑγριανίου. ʼΑλεξάνδρου.	Alexandriae: Stodd. n. 10.
44.		ʼΑλεξάνδρου. balaustium.	in Sicilia: n. 5387.
45.		ʼΑλεξάνδρου.	Alexandriae: Stodd. n. 8.
46.		ʼΑλ[ε]ξάνδ[ρου]. balaustium.	ibid. n. 9. Scriptura a recta ad sinistram.
47.		ʼΑλέξανδρος.	in Sicilia: n. 5387. Inest Sigma lunatum.
48.	ἐπὶ ʼΑλεξιάδα.	ʼΑρταμιτίου.	ibid. n. 5751. 2.
49.	ἐπὶ ʼΑλεξιάδα.	Πανάμου.	Alexandriae: Stodd. n. 12.
50.	ἐπὶ ʼΑλεξιμάχου.	ʼΑγριανίου.	in Sicilia: n. 5751. 3.
51.	ἐπὶ ʼΑλεξιμάχου.	ʼΑρταμιτίου.	ibid. n. 5377. c. 5508.
52.	ἐπὶ ʼΑλεξιμάχου.	Βαδρομίου.	ibid. n. 5655.
53.	ἐπὶ ʼΑλεξιμάχου.	ʽΥακινθίου.	ibid. n. 5377. b.
54.	ἐπὶ ʼΑλεξιμάχου.	Δαλίου. balaustium.	Alexandriae: Stodd. n. 13.
55.	ἐπὶ ʼΑλεξιμάχου.	Δαλίου.	ibid. n. 14.
56.	[ἐπʼ ἱ]ερ[έως] ʼΑναξάνδρου.	Σμινθί[ου]. balaustium.	ibid. n. 19. Scriptura a recta ad sinistram. Inest Є et C.
57.	ἐπὶ ʼΑναξάνδρου.	ʼΑγριανίου.	ibid. n. 18.
58.	ἐπὶ ʼΑναξάνδρου.	Δαλίου.	ibid. n. 17.
59.	ἐπὶ ʼΑναξάνδρου.	[Θεσμο]φορίου.	ibid. n. 16.
60.	ἐπὶ ʼΑν[α]ξάνδ[ρου.		Athenis: ex schedis Steph. Cumanudis.
61.	ἐπὶ ʼΑναξιβούλου.	ʼΑγριανίου.	Alexandriae: Stodd. n. 20.
62.	ἐπὶ ʼΑναξιβούλου.	ʼΑ . . . ου (i. e. ʼΑγριανίου aut ʼΑρταμιτίου).	ibid. n. 22.
63.	ἐπὶ ʼΑναξιβούλου.	Δαλίου.	in Sicilia: n. 5377. d.
64.	ἐπ[ὶ ʼΑν]αξιβούλου.	Θευδαισ[ίου].	Alexandriae: Stodd. n. 21.
65.	ἐπὶ ʼΑναξιβούλου.	Θεσμοφορίου.	in Sicilia: n. 5456. b. 7. Add.
66.	ἐπʼ ἱ[ερέω]ς ʼΑναξιμάχου.	ʼΑρτ[αμιτ]ίου.	Alexandriae: Stodd. n. 23.
67.	ἐπʼ ἱερέως ʼΑνδ[ρία.	Δ]α[λ]ίου. balaustium.	ibid. n. 28.
68.	ἐπὶ ʼΑνδρία.	ʼΑγριανίου.	ibid. n. 26.
69.	ἐπὶ ʼΑνδρία.	ʼΑρταμιτίου.	ibid. n. 25.
70.	ἐπὶ ʼΑνδρία.	Βαδρομίου.	ibid. n. 24.
71.	ἐπὶ ʼΑνδρία.	[Πα]νάμου. balaustium.	ibid. n. 27.
72.	ἐπὶ ʼΑ]ν[δ]ρία.	. . . . . Π[ανά]μου. balaustium.	Athenis: ex schedis Steph. Cumanudis.
73.	ἐπὶ ʼΑνδρομάχου.	ʽΥακινθίου.	Alexandriae: Stodd. n. 30.
74.	ἐπὶ ʼΑνδρονίκου.	Βαδρομίου.	ibid. n. 34.
75.	ἐπὶ ʼΑνδρονίκου.	Θεσμοφορίου. balaustium.	ibid. n. 33.
76.	ἐπὶ ʼΑνδρονείκου.	Θεσ[μο]φορίου. caput Solis rad.	ibid. n. 32.
77.	ἐπὶ ʼΑ[ν]δρο[ν]ί[κου].	Καρ[νεί]ου.	ibid. n. 36.

78.	ἐπ[ὶ Ἀ]νδ[ρο]νίκου.	Ὑα[κι]νθίου.	Alexandriae: Stodd. n. 35.
79.		Ἀνδρονίκου.	ibid. n. 31.
80.		Ἀνδρ[ον]ίκου.	ibid. n. 29.
81.		Ἀντιμάχου.	ibid. n. 37.
82.		Ἀντιμάχου.	in Sicilia: n. 5676.
83.	ἐπὶ Ἀντιπάτρου.	Ἀγριανίου.	Alexandriae: Stodd. n. 38.
84.		Πεδ(αγειτνύου). Ἀντι(πάτρου)?	ibid. n. 213. Scriptura a recta ad sinistram.
85.	ἐπὶ Ἀρ	Ὑακινθίου.	in Sicilia: n. 5659. *c.*
86.	ἐπὶ Ἀρα	Καρνείου.	ibid. n. 5656.
87.	ἐπὶ Ἀρατοφάνευς.	Ἀρταμιτίου.	ibid. n. 5751. 31.
88.	ἐπὶ Ἀρατοφάνευς.	Δαλίου.	ibid. n. 5668.
89.	ἐπὶ Ἀ[ρισ]ταγόρα.	Βαδρομίου.	Alexandriae: Stodd. n. 54.
90.	ἐπὶ Ἀριστάνακτος.	[Ἀγρ]ια[νί]ου.	ibid. n. 56.
91.	ἐπὶ Ἀριστάνακτος.		ibid. n. 55.
92.	ἐπὶ Ἀριστα[ί]ου.	Βαδρομίου.	ibid. n. 53.
93.	ἐπὶ Ἀριστείδα.	Ἀρταμιτίου.	ibid. n. 60.
94.	ἐπὶ Ἀρι[στ]είδα.	Βαδρομίου.	ibid. n. 63.
95.	ἐπὶ Ἀριστείδα.	Δαλίου.	ibid. n. 59.
96.	ἐπὶ Ἀριστείδα.	Πανάμου.	in Sicilia: n. 5591. *b.*
97.	ἐπὶ Ἀριστείδα.	Ὑακινθίου. balaustium.	Alexandriae: Stodd. n. 62.
98.	ἐπὶ [Ἀ]ριστείδα.	Ὑακινθίου.	ibid. n. 61.
99.	ἐπὶ Ἀριστείδα.	caput Solis radiatum.	ibid. n. 58.
100.		Ἀγριανίου. Ἀριστείδα.	in Sicilia: n. 5508. *b.*
101.		Ἀγριανίου. Ἀριστείδα.	Olbiae: p. 676. *b.*
102.	ἐπὶ Ἀριστέ[ο]ς.		in Sicilia: n. 5456. *b.* 9. Add.
103.		Ἀριστίωνος.	ibid. n. 5456. *b.* 36. Add.
104.		Ἀριστίωνος.	Olbiae: Jen. Litt.-Zeit. 1842. n. 180. Inest **C.**
105.	ἐπὶ Ἀριστογείτου.	Ἀγριανίου.	in Sicilia: n. 5456. *b.* 8. Add.
106.	ἐπὶ Ἀριστογείτου.	Ἀγριανίου.	ibid. n. 5492. *b.* 2. Add.
107.	ἐπὶ Ἀριστογείτου.	Ἀρταμιτίου.	ibid. n. 5377. *e.*
108.	ἐπὶ Ἀριστογείτου.	Δαλίου.	ibid. n. 4578. 5751. *b.*
109.	ἐπὶ Ἀριστο]γεί[το]υ.	Δαλίου.	Alexandriae: Stodd. n. 71.
110.	ἐπὶ Ἀριστογείτου.	Σμινθίου.	ibid. n. 72.
111.	ἐπὶ Ἀριστογείτου.	Ὑακινθίου.	ibid. n. 73.
112.	ἐπὶ Ἀριστογένευς.	Ἀρταμιτίου.	ibid. n. 68.
113.	ἐπὶ Ἀριστογένευς.	Βαδρομίου.	ibid. n. 69.
114.	ἐπὶ] Ἀριστογέν[ε]υς.	Δαλίου. balaustium.	ibid. n. 70.
115.	ἐπὶ Ἀριστογένευς.		Athenis: ex schedis Steph. Cumanudis.
116.	ἐπὶ Ἀριστοδάμου.	Δαλίου.	Alexandriae: Stodd. n. 66.
117.	ἐπὶ Ἀριστοδάμου.	Θεσμοφορίου.	in Sicilia: n. 5456. *b.* 10. Add.
118.	ἐπὶ Ἀριστοδάμου.	Σμινθίου.	ibid. n. 5619. *c.*
119.	ἐπὶ Ἀριστοδάμου.	Ὑακινθίου.	Alexandriae: Stodd. n. 67.
120.		Ἀριστοκλεῦς. balaustium.	ibid. n. 64.
121.		Ἀριστοκλεῦς. balaustium.	in Sicilia: n. 5456. *b.* 18. Add.
122.		Ἀριστοκλεῦς.	ibid. n. 5676. *b.*
123.		Ἀριστοκράτευς.	ibid. n. 5548.
124.		Ἀριστοκράτ[ευς].	ibid. n. 5676. *b.*
125.		Ἀριστοκράτ[ευς]. asteriscus.	Alexandriae: Stodd. n. 65.
126.		Ἀριστοκράτευς.	Olbiae: Vol. II. n. 2085. *m.*
127.	ἐπὶ Ἀριστομάχου.	Ἀγριανίου.	in Sicilia: n. 5592. *b.* 3. Add.
128.	ἐπὶ Ἀριστομάχου.	Ἀρταμιτίου.	ibid. n. 5479.
129.	ἐπὶ Ἀριστομάχου.	Ἀρταμιτίου.	ibid. n. 5480.
130.	ἐπὶ Ἀριστομάχου.	Καρνείου.	ibid. n. 5751. 7.
131.	ἐπὶ Ἀριστομάχου.	Πανάμου.	Alexandriae: Stodd. n. 77.
132.	ἐπὶ Ἀριστομάχου.	Ὑακινθίου. balaustium.	ibid. n. 76.
133.	ἐπ' ἱερέως Ἀριστομάχου.	Σμινθίου.	ibid. n. 75.
134.		Ἀριστομάχου. caput Solis radiat.	ibid. n. 74.
135.	ἐπὶ Ἀριστοπόλιο[ς].		ibid. n. 82.
136.	ἐπὶ Ἀ[ρι]σ[το]φάνευς.	Δαλίου.	ibid. n. 3.
137.		Ἀριστοφάνευς. Σμινθίου.	in Sicilia: n. 5657. *b.*

b 2

138.	ἐπὶ Ἀρίστωνος.	Ἀγριανίου.	in Sicilia: n. 5509.
139.	ἐπὶ Ἀρίστωνος.	Ἀρταμιτίου.	ibid. n. 5751. 8.
140.	ἐπ]ὶ Ἀρίσ[τ]ωνος.	[Ἀ]γρι[ανίου].	Alexandriae: Stodd. n. 80.
141.	ἐπ' ἱερέως Ἀρίστωνος.	Ἀρταμιτίου.	ibid. n. 81.
142.	ἐπὶ Ἀρίστωνος.	Ὑακιν[ϑ]ί[ου]. balaustium.	ibid. n. 79.
143.		Ἀρίστωνος.	ibid. n. 78.
144.	ἐπὶ Ἀρισ[τρ]άτου.	Δαλ[ίου].	ibid. n. 85.
145.	ἐ[πὶ] Ἀρισ[τράτ]ου.	Καρνείου.	ibid. n. 84.
146.	ἐπὶ Ἀριστράτο[υ].	Σμινϑίο[υ] (ΖΜΙΝΘΙΟΣ). bal.	ibid. n. 83.
147.	ἐ]πὶ Ἀρ[νι]βίου.	Δαλίου.	ibid. n. 87.
148.	ἐπὶ Ἀρνιβίου.	Ὑακινϑίου.	ibid. n. 86.
149.		Ἁρ[π]άκου? Δαλίου.	ibid. n. 153.
150.	ἐπ' ἱερέως Ἁρποκράτου.	Ὑακινϑίου. balaustium.	ibid. n. 154.
151.	ἐπὶ Ἀρστιπόλιος.	Πανάμου δευτέρου.	in Sicilia: n. 5658.
152.	ἐπὶ Ἀρχ....	Καρνείου.	ibid. n. 5659. *b.*
153.	ἐπὶ Ἀρχεμβρότου.	Δαλίου.	Alexandriae: Stodd. n. 42.
154.	ἐπὶ Ἀ[ρχ]εμβρό[του.	Πα]νάμου.	ibid. n. 44.
155.		Ἀρχεμβρότου. Ὑα[κινϑίου].	ibid. n. 43.
156.	ἐπὶ Ἀρχιδάμου.	Ἀρταμιτίου.	in Sicilia: n. 5556. 5659.
157.	ἐπὶ Ἀρχιδάμου.	Ἀρταμιτίου.	ibid. n. 5510.
158.	ἐπὶ Ἀρχιδάμου.	[Ἀ]γ[ρι]ανίου.	Alexandriae: Stodd. n. 45.
159.	ἐπὶ Ἀρχιδάμου.	Θεσμοφορίου.	Athenis: ex schedis Benthyli.
160.	ἐπὶ Ἀρχιδάμου.	Πανάμου.	in Sicilia: n. 5511.
161.	ἐπὶ Ἀρχίλα.	- - - -	ibid. n. 5751. 9.
162.	ἐπὶ Ἀρχιλαΐδα.	Ἀγριανίου.	ibid. n. 5751. 10.
163.	ἐπὶ Ἀρχιλαΐδα.	Ἀρταμιτίου.	ibid. n. 5545.
164.	ἐπὶ Ἀρχιλαΐδα.	Καρνείου.	ibid. n. 5378.
165.	ἐπὶ Ἀρχιλαΐδα.	[Δα]λίου. balaustium.	Alexandriae: Stodd. n. 46.
166.	ἐπὶ Ἀρ[χι]λαΐδα.	[Δα]λίου. balaustium.	ibid. n. 89.
167.	ἐπ[ὶ Ἀρχιλαΐ]δα?	Ἀγριαν[ί]ου.	Athenis: ex schedis Cumanudis.
168.	ἐπὶ Ἀρχίνου.	Ἀγριανίου.	Alexandriae: Stodd. n. 47.
169.	ἐπ' ἱερέως Ἀρχίνου.	Σμινϑίου.	ibid. n. 48.
170.	ἐπὶ Ἀρχοκράτευς.	Πανάμου.	in Sicilia: n. 5512.
171.	ἐπὶ Ἀρχοκράτευς.	Πανάμου.	Alexandriae: Stodd. n. 49.
172.	ἐπὶ Ἀρχοκράτευς.		in Sicilia: n. 5619.
173.	ἐπὶ Ἀστυμήδευς.	Βαδ[ρομίου].	Alexandriae: Stodd. n. 92.
174.	ἐπὶ Ἀστυμήδευς.	Ὑακινϑίου.	ibid. n. 91.
175.		Ὑακινϑίου. Ἀτ....	in Sicilia: n. 5675. *c.*
176.	ἐπὶ Αὐτοκράτευς.	Πανάμου. balaustium.	ibid. n. 5456. *b.* 12. Add.
177.	ἐπὶ Αὐτοκράτευς.	Βαδρομίου.	Alexandriae: Stodd. n. 99.
178.	ἐπὶ Αὐτοκράτευς.	Δαλίου.	ibid. n. 98.
179.	ἐπὶ Αὐτοκράτευς.	Ὑακινϑ[ίου]. balaustium.	ibid. n. 100.
180.	ἐπὶ Αὐτοκράτε[υς].	Πεδαγειτνύ[ου].	ibid. n. 101.
181.		Αὐτοκράτευς. balaustium.	ibid. n. 97.
182.	ἐπὶ Γόργωνος.	Πανάμου.	ibid. n. 152.
183.	ἐπὶ Δαμαινέτου.	Ἀρταμιτίου.	ibid. n. 124.
184.	ἐπὶ Δαμαινέτου.	Δαλίου. balaustium.	in Sicilia: n. 5492. *b.* 4. Add.
185.	ἐπὶ Δαμαινέτου.	Πανάμου.	ibid. n. 5379.
186.	ἐπὶ Δαμαινέτου.	[Π]α[ν]ά[μ]ου. balaustium.	ibid. n. 5492. *b.* 5. Add.
187.	ἐπὶ Δαμαινέτου.	Πανάμου.	ibid. n. 5661. *b.*
188.	ἐπὶ Δαμ[αι]ν[έ]του.	Πανάμου.	ibid. n. 5661. 5751. 35.
189.	ἐπ' ἱερέως Δαμαινέτου.	Πανάμου.	Alexandriae: Stodd. n. 125.
190.	ἐπὶ Δα[μ]αινέτου.	Πεδ[α]γειτν[ύ]ου.	Olbiae: Bull. de l'Acad. de St. Petersb. Cl. hist. T. III. p. 352. C. I. Vol. II. n. 2085. *d.*
191.	ἐπὶ Δαμοϑέμιος.		in Sicilia: n. 5379. *b.* 5379. *c.*
192.	ἐπὶ Δαμοϑέμιος.	balaustium.	ibid. n. 5456. *b.* 13. Add. et 5661. *c.*
193.	ἐπὶ Δαμοϑέμιος.	stella.	Olbiae: Vol. II. p. 1000. *a.* III. p. 676. *b.*
194.	ἐπὶ Δαμοκλεῦς.	Ἀγριανίου.	in Sicilia: n. 5514.
195.	ἐπὶ Δαμοκλεῦς.	Βαδρομίου.	ibid. n. 5456. *b.* 15. Add.
196.	ἐπὶ Δαμοκλεῦς.	Ὑακινϑίου.	ibid. n. 5456. *b.* 14. Add. et n. 5439.

197.	ἐπὶ Δαμο[κράτευς.	Ἀρταμ]ι[τ]ίου. stella.	Athenis: ex schedis Finlay.
198.	ἐπὶ Δαμοκράτευς.		in Sicilia: n. 5482.
199.		Δαμοκράτευς.	ibid. n. 5440.
200.		Δαμοκράτευς.	ibid. n. 5751. 22.
201.		Δαμοκράτευς.	Olbiae: Vol. II. p. 1000. III. p. 676. *b.*
202.		Δα[μοκρ]άτευς. balaustium.	Athenis: ex schedis Cumanudis.
203.		Δαμοκράτευς. caduceus.	Alexandriae: Stodd. n. 127.
204.		Δαμοκράτευς. balaustium.	ibid. n. 128.
205.		Δαμοκράτ[ευς.] caput Solis radiat.	ibid. n. 129.
206.		Δαμοφίλου. balaustium.	ibid. n. 130.
207.	ἐπὶ Δορκυλίδα.	Πανάμου δευτ(έρου).	ibid. n. 138.
208.	ἐπ' ἱερέως Δορκυλίδα.		in Sicilia: n. 5483.
209.		Πανάμου. Ἐπίγονος.	ibid. n. 5456. *b.* 29. Add. et 5751. 14.
210.		Ἐπίγονος.	Athenis: ex schedis Finlay.
211.	ἐπὶ Ἑστ[ιαίου].	Δαλ[ίου].	Alexandriae: Stodd. n. 142.
212.	ἐπὶ Ἑ]σ[τι]α[ί]ου.	Δα[λί]ου.	Olbiae: Jen. Litt.-Zeit. 1842. n. 180.
213.		Ἑ[σ]τ[ι]αίου.	Alexandriae: Stodd. n. 143.
214.	ἐπὶ Εὐάνορος.	Ἀγριανίου.	ibid. n. 149.
215.	ἐπὶ Εὐάνορος.	Ἀρταμιτίου.	ibid. n. 150.
216.	ἐπὶ Εὐδάμου.	Καρνείου.	in Sicilia: n. 5380.
217.	ἐπὶ Εὐδάμου.	Πανάμου.	ibid. n. 5380.
218.	ἐπὶ Εὐδάμου.	Ὑακινθίου.	ibid. n. 5748. *b.*
219.	ἐπὶ Εὐκράτευς.	Ἀγριανίου.	ibid. apud Avolium.
220.	ἐπὶ Εὐκράτευς.	Σμιν[θί]ου.	Athenis: ex schedis Cumanudis.
221.	ἐπ' ἱερέως Εὐκρατίδα.	balaustium.	Alexandriae: Stodd. n. 146.
222.	ἐπ' ἱε]ρέως [Εὐκρα]τίδα.		ibid. n. 147.
223.	ἐπὶ Εὐκρατίδα.	Δαλίου.	ibid. n. 145.
224.	ἐπὶ Εὐκρατί[δ]ου (sic).	Ἀρταμιτίου.	in Sicilia: n. 5441.
225.		Εὐφράνορος. caput Solis radiatum.	Alexandriae: Stodd. n. 148.
226.		Πανάμου. Ζήνωνος.	ibid. n. 284.
227.		Ζήνωνος. balaustium.	ibid. n. 283.
228.		Ζήνωνος. flos.	in Sicilia: n. 5442.
229.	ἐπὶ Ἡραγόρα.	Ἀγ[ριανίου].	Alexandriae: Stodd. n. 159.
230.	ἐπὶ Ἡραγόρα.	Ἀρταμιτίου. balaustium.	in Sicilia: n. 5380. *c.*
231.	ἐπὶ Ἡραγόρα.	Πανάμου.	Alexandriae: Stodd. n. 158.
232.	ἐπὶ Ἡρακλείδα.	Ἀγριανίου.	in Sicilia: n. 5380. *d.*
232.[b]		Ἡρακλείδα.	ibid. n. 5677.
233.	ἐπὶ Θε	[Ἀγρι]ανίου.	ibid. n. 5662. *b.*
234.	ἐπὶ Θεαι[τ]ήτου.	Θεσμοφορίου.	ibid. n. 5456. *b.* 16. Add.
235.	ἐπὶ Θεαι[τ]ήτου.	Πανάμου.	ibid. n. 5662.
236.	ἐπὶ Θερσάνδρου.	Ἀρταμιτίου.	Alexandriae: Stodd. n. 252.
237.	ἐπὶ Θερσάνδρου.	Δαλίου.	ibid. n. 253.
238.	ἐπὶ Θερσάνδρ[ο]υ.	Θεσ[μ]οφορ[ίου].	ibid. n. 254.
239.	ἐπὶ Θέστορος.	Πανάμου.	in Sicilia: n. 5380. *e.*
240.	ἐπὶ Θέσ[τορος].	Πανάμου.	ibid. n. 5483. *b.*
241.	ἐπὶ Θέστορος.	Ἀγριανίου.	Alexandriae: Stodd. n. 255.
242.	ἐπὶ Θευδάμου.	Ὑακινθίου.	in Sicilia: n. 5484.
243.		Θεύδωρος. Πανάμου.	Alexandriae: Stodd. n. 251.
244.		Θεύδωρος. sertum florum.	ibid. n. 250. Inest ω.
245.		Ἰάσονος. caput Solis radiatum.	ibid. n. 167.
246.		Ἰάσονος.	ibid. n. 168.
247.	ἐπὶ Ἱεροφῶντος.	- - - -	in Sicilia: n. 5516. *b.*
248.	ἐπὶ Ἱέρωνος.	Ἀγρι[ανί]ου.	Alexandriae: Stodd. n. 164.
249.	ἐπὶ Ἱέρωνος.	Ἀρταμιτίου.	ibid. n. 163.
250.	ἐπὶ Ἱέρωνος.	Διο[σθ]ύου. balaustium.	ibid. n. 165.
251.	ἐπὶ Ἱέρωνος.	Πανάμου.	in Sicilia: n. 5380. *f.*
252.	ἐπὶ Ἱέρωνος.	Σμινθίου.	ibid. n. 5517.
253.	ἐπὶ Ἱ[έρω]νος.	Σ[μινθί]ου.	Athenis: ex schedis Cumanudis.
254.		Ἱέρωνος. caduceus.	in Sicilia: n. 5456. *b.* 44. Add.
255.		Ἱέρωνος.	ibid. n. 5751. 20.

256.		Ἱέρωνος.	Olbiae: p. 676. *b.*
257.		Ἱέρωνος.	Alexandriae: Stodd. n. 162. Inest Sigma lunatum.
258.		IMA. caduceus.	in Sicilia: n. 5547. *c.*
259.		IMA. caduceus.	ibid. n. 5619. *h.*
260.		IMA.	ibid. n. 5456. *b.* 45. Add.
261.		IMA.	Alexandriae: Stodd. n. 169.
262.		IMA.	in Lycia: Fellows. in Gerb. Diar. arch. 1847. App. 33. p. 35.
263.		Ἱπποκράτευς. balaustium.	ibid. Fellows. l. c.
264.		Ἱπποκράτευς. balaustium.	Alexandriae: Stodd. n. 166.
265.		Ἱπποκράτευς.	in Sicilia: n. 5559.
266.		Ἱπποκράτευς.	ibid. n. 5678.
267.		Ἱπποκράτευς.	ibid. n. 5751. 22.
268.	ἐπὶ Καλλικράτευς.	Ἀγριανίου.	ibid. n. 5577.
269.	ἐπὶ Καλλικράτευς.	Ἀγρια[νίου].	Alexandriae: Stodd. n. 107.
270.	ἐπὶ Καλλικράτευς.	Δαλίου. caput Solis radiatum.	ibid. n. 108.
271.	ἐπὶ Καλλικράτευς.	Πανάμου.	ibid. n. 105.
272.	ἐπὶ Καλλικράτευς.	Ὑα[κινθίου].	ibid. n. 106.
273.	ἐπὶ Καλλικράτευς.	Ὑακινθίου.	in Sicilia: n. 5381. et 5748. *c.*
274.	ἐπὶ [Καλλι]κράτευς.	Ὑακινθ[ίο]υ.	Athenis: ex schedis Cumanudis.
275.		Καλλικράτε[υ]ς.	Alexandriae: Stodd. n. 104.
276.	ἐπὶ Καλλικρατίδα.	Πανάμου.	in Sicilia: n. 5662. *c.*
277.	ἐπὶ Κάλλ[ι]ο[ς].	- - - Πανάμου.	ibid. n. 5663.
278.		Κάλλιος.	Alexandriae: Stodd. n. 109.
279.	ἐπὶ Κλεάρχου.	Πανά(μου) δευτέ(ρου).	ibid. n. 112.
280.	ἐπὶ Κλεάρχου.	Πανάμου.	in Sicilia: n. 5446.
281.	ἐπὶ Κλεάρχου.		ibid. n. 5664.
282.	ἐπὶ Κλεάρχου.	caput Solis radiatum.	Alexandriae: Stodd. n. 111.
283.		Κλεάρχου.	Olbiae: Vol. II. p. 1000. et III. p. 676. *b.*
284.	ἐπὶ Κληνοστράτου.	Ἀ[ρτ]αμιτίου.	Alexandriae: Stodd. n. 116.
285.	ἐπὶ Κληνοστράτου.	Δα[λίου].	ibid. n. 114.
286.	ἐπὶ Κλεινοστράτου.	Δαλίου.	ibid. n. 113.
287.	ἐπὶ Κλην[οστ]ράτου.	Ὑακινθίου.	ibid. n. 115.
288.		Κλεισιμβροτίδα. Ἀγριανίο[υ]. balaust.	ibid. n. 119. Scriptura a recta ad sinistram.
289.		Κλεισιμβρο[τίδα].	ibid. n. 120.
290.	ἐπὶ Κλειτομάχου.	Ἀγριανίου.	in Sicilia: n. 5456. *b.* 17. Add.
291.	ἐπὶ Κλειτομάχου.		ibid. n. 5518.
292.	ἐπὶ Κλευκράτευς.	Ἀγριανίου.	ibid. n. 5381. *b.*
293.	ἐπὶ Κλεικράτευς.	Ἀρταμιτίου.	ibid. n. 5519.
294.	ἐπὶ Κλευκράτευς.	Δαλίου.	ibid. n. 5519.
295.	ἐπὶ Κλευκράτευς.	Πανάμου.	ibid. n. 5664. *c.*
296.	ἐπὶ Κλευκράτευς.	Σμινθίου.	Athenis: ex schedis Cumanudis.
297.	ἐπὶ Κλευκράτευς.	Ζήνων.	in Sicilia: n. 5456. *b.* 19. Add.
298.	ἐπὶ Κλευκράτευς.		ibid. n. 5519. 5664. *b.* 5751. 23.
299.	ἐπὶ Κλευκράτευς.	caput Solis radiatum.	Alexandriae: Stodd. n. 117.
300.	ἐπὶ Κλεωνύμου.	Ἀρταμιτίου.	in Sicilia: n. 5521.
301.	ἐπὶ Κλεωνύμου.	Ἀρταμιτίου.	ibid. n. 5456. *b.* 18. Add.
302.	ἐπὶ Κλεωνύμου.	Δαλίου.	ibid. n. 5520.
303.	ἐπὶ Κλεωνύμου.	Πανάμου.	ibid. n. 5665.
304.	ἐπὶ Κλεωνύμου.	Ἀγ[ρι]ανίου.	Alexandriae: Stodd. n. 118.
305.	ἐπὶ Κλεωνύμου.	caput Solis radiatum.	in Sicilia: n. 5547. *b.*
305.[b]	ἐπὶ Κρατησαγόρα.	Θευδαισίου.	ibid. n. 5523.
306.	ἐπὶ Κρατίδα.	Πανάμου δευτέρου.	ibid. n. 5381. *c.*
307.	ἐπὶ Κρατίδα.	Ὑακινθίου.	ibid. n. 5524.
308.	ἐπὶ Κρατίδα.		ibid. n. 5619. *f.*
309.	ἐπὶ Κρατίδα.	caput Solis radiatum.	Alexandriae: Stodd. n. 122.
310.		Κρέοντος. Διοσθύου.	ibid. n. 123. Inest Sigma lunatum.
311.	ἐπὶ Λ]αφείδε[υ]ς.	Βαδρομίου.	ibid. n. 172.
312.	ἐπ᾽] ἱερέως [Λ]αφείδευς.	Δ[αλ]ίου.	ibid. n. 174.
313.	ἐπὶ Λαφείδευς.	Σμινθίο[υ].	ibid. n. 173.
314.	ἐπὶ Λεοντίδα.	Δαλίου.	ibid. n. 176.

315.	ἐπὶ Λεοντίδα.		Alexandriae: Stodd. n. 175.
316.	ἐπὶ Λυσίππου.	[᾿Α]γριανίου.	ibid. n. 178.
317.		Μαρσύα. ᾿Αγριανίου.	ibid. n. 181.
318.		Μαρσύα. ᾿Αγριανίου.	Olbiae: p. 676. *b.*
319.		Μαρσύα. ᾿Αρταμιτίου.	in Sicilia: n. 5619. *g.*
320.		Μαρσύα. Βαδρομίου.	ibid. n. 5456. *b.* 30. Add.
321.		Μαρσύας. Δαλίου.	Olbiae: p. 676. *b.* cf. Vol. II. p. 1000.
322.		Μαρσύα. Θεσμοφορίου.	Alexandriae: Stodd. n. 179. Inest ȣ pro OY.
323.		Μαρσύα. Πανάμου.	in Sicilia: n. 5448. 5560.
324.		Μαρσύα. Πανάμου.	ibid. n. 5525. *b.*
325.		Μαρσύας. [Παν]ά[μο]υ.	Olbiae: p. 676. *b.*
326.		Μαρσύα. Πεδαγειτ[νύου].	Alexandriae: Stodd. n. 180.
327.		Μαρσύα. ῾Υακινθίου.	Athenis: Thiersch. Act. Acad. Bav. II. 3. n. 34.
328.	ἐπὶ Μενεδάμου.	᾿Αρταμιτίου.	in Sicilia: n. 5485.
329.	ἐπὶ [Με]ν[ε]δάμου.	Θεσμοφορίου.	Alexandriae: Stodd. n. 187.
330.		Πανάμου. Μενεσθέως.	ibid. n. 184.
331.	ἐπὶ Μί]νωος ἱερευς.	᾿Αστυμήδης. balaustium.	in Sicilia: n. 5456. *b.* 28. Add.
332.		Μνασίωνος. balaustium.	ibid. n. 5750.
333.	ἐπ]ὶ Μο[λπαγόρα].	Πανάμου. . . . . στου.	ibid. n. 5490. *c.* Add.
334.	ἐπὶ Νικασαγόρα.	᾿Αγριανίου.	ibid. n. 5456. *b.* 20. Add.
335.	ἐπὶ Νικασαγόρα.	᾿Αγριανίου. balaustium.	Alexandriae: Stodd. n. 195.
336.	ἐπὶ Νικασαγόρα.	᾿Αρταμιτίου. balaustium.	ibid. n. 196.
337.	ἐπὶ Νικασαγόρα.	Βαδρ[ομίου].	ibid. n. 198.
338.	ἐπὶ Νικασαγόρα.	Δαλίου.	ibid. n. 199.
339.	ἐπὶ Νικασαγόρα.	Διοσθύου.	ibid. n. 197.
340.	ἐπὶ Νικασαγόρα.	Πανάμου δευτέρου.	in Sicilia: n. 5382.
341.	ἐπὶ Νικασαγόρα.	Σμινθίου. caput Solis radiatum.	Alexandriae: Stodd. n. 200.
342.	ἐπὶ Νικασαγόρα.	῾Υακινθίου.	in Sicilia: n. 5382. *b.*
343.	ἐπὶ Νικασαγόρα.		Alexandriae: Stodd. n. 194.
344.	ἐπὶ Νικομάχου.	[Πα]νά[μου].	ibid. n. 202.
345.	ἐπ᾿ ἱερέως Ξεναρέτου.	cornu copiae.	Athenis: ex schedis Cumanudis.
346.	ἐπὶ Ξεναρέτου.		ibid. ex schedis Finlay.
347.	ἐπὶ Ξε . . . . ου.	᾿Αγριανίου.	Olbiae: Jen. Litt.-Zeit. 1842. n. 180.
348.	ἐπὶ Ξενοκλεῦς.	flos.	Athenis: Rangabé Annal. Inst. arch. 1849. p. 173. 7.
349.	ἐπὶ Ξενοφάνευς.	Δαλίου.	in Sicilia: n. 5382. *c.*
350.	ἐπὶ Ξενοφάνευς.	Πανάμου.	ibid. n. 5456. *b.* 21. Add.
351.	ἐπ᾿ ἱερέως Ξενοφάνευς.		Olbiae: p. 676. *b.*
352.	ἐπὶ Ξενοφάνευς.		in Sicilia: n. 5382. *c.*
353.	ἐπὶ Ξενοφάνευς.		ibid. n. 5527.
354.	ἐπὶ Ξενοφάνευς.		Olbiae: p. 676. *b.* cf. Vol. II. n. 2085. *l.*
355.	ἐ[πὶ] Ξενο[φά]ντου.	᾿Αρταμιτίου.	Alexandriae: Stodd. n. 280.
356.	ἐπὶ Ξενοφάντου.		ibid. n. 279.
357.	ἐπὶ Ξενοφῶντος.	᾿Αγριανίου.	in Sicilia: n. 5486.
358.	ἐπὶ Ξενοφῶντος.	Θεσμοφορίου.	ibid. n. 5528.
359.	ἐπὶ Ξενοφῶντος.	᾿Αρταμιτίου. caput Solis radiatum.	Alexandriae: Stodd. n. 282.
360.		Ξένωνος. Δαλίου.	ibid. n. 278.
361.	ἐπὶ ᾿Ονοσάνδ(ρου).	Θεσμο(φορίου). balaustium.	in Sicilia: n. 5453.
362.	ἐπὶ Παιδίππου.	῾Υακινθίου.	Alexandriae: Stodd. n. 206.
363.	ἐπὶ Πασικράτευς.	Δαλίου.	in Sicilia: n. 5530.
364.	ἐπὶ Πασικράτευς.		ibid. n. 5745.
365.	ἐπ᾿ ἱερέως Παυσανία.	᾿Αγριανίου.	ibid. n. 5667.
366.	ἐπὶ Παυσανία.	᾿Αρταμιτίου.	ibid. n. 5456. *b.* 23. Add.
367.	ἐπὶ Παυσανία.	᾿Αρταμιτίου.	Alexandriae: Stodd. n. 211.
368.	ἐπὶ Παυσανίου (sic).	Δαλίου.	in Sicilia: n. 5456. *b.* 22. Add.
369.	ἐπὶ Παυσανία.	Θεσμοφορίου.	Alexandriae: Stodd. n. 210.
370.	ἐπὶ Παυσανία.	Πανάμου. ΙΜΑ.	in Sicilia: n. 5751. 43.
371.	ἐπὶ Παυσανία.	Πανάμου.	Alexandriae: Stodd. n. 209.
372.	ἐπὶ Παυσανία.	Πανάμου.	Athenis: ex schedis Finlay.
373.	ἐπὶ Παυσανία.		in Sicilia: n. 5487.
374.	ἐπὶ Παυσανία.		ibid. n. 5382. *d.* Inest Sigma lunatum.

375.		Παυσανία.	in Sicilia: n. 5454.
376.		Παυσανία.	Alexandriae: Stodd. n. 208.
377.	ἐπὶ Πεισιστράτου.	Ἀρτ[αμιτίου].	ibid. n. 222.
378.	ἐπ' ἱερέως Π[εισιστ]ράτου.	Δαλίου.	ibid. n. 214.
379.	ἐπὶ Πεισιστράτου.	Δαλίου.	in Sicilia: n. 5751. 29.
380.	ἐπὶ Π]εισιστράτου.	Σμινθίου.	Alexandriae: Stodd. n. 221.
381.	ἐπὶ Πεισι[στρ]άτου.	. . . . ινου.	Athenis: ex schedis Cumanudis.
382.	ἐπὶ Πολυαράτου.	Καρνείου.	Alexandriae: Stodd. n. 224.
383.	ἐπὶ Πολ]υαράτου.	Πανάμου. balaustium.	ibid. n. 223.
384.	ἐπὶ Πολυκράτ[ευς].	Κα[ρνείου].	ibid. n. 226.
385.	ἐπὶ Πολυκράτευς.		ibid. n. 225.
386.	ἐπὶ Πρ	Πανάμου. Ἀναξιλάου.	in Sicilia: n. 5490. c. Add.
387.	ἐπὶ Πρατοφάνευς.	Σμινθίου.	ibid. n. 5492. b. 6. Add.
388.	ἐπὶ Πρατοφάνευς.	caput Solis radiatum.	ibid. n. 5669.
389.	ἐπὶ [Π]ρατοφάνευς.		ibid. n. 5456.
390.	ἐπὶ Πυθογένευς.	Ἀγριανίου.	Alexandriae: Stodd. n. 232.
391.	ἐπὶ Πυθογένευς.	Δαλίου.	in Sicilia: n. 5383.
392.	ἐπὶ Πυθογένευς.	Πανάμου.	Alexandriae: Stodd. n. 234.
393.	ἐπὶ Πυθογένευς.	Πεδαγειτνύου.	in Sicilia: n. 5619. i.
394.	ἐπὶ Πυθογένευς.	mus.	Alexandriae: Stodd. n. 231.
395.		Ἀγριανίου. Πυθογένευς.	in Sicilia: n. 5492. b. 8. Add.
396.		Ἀγριανίου. Πυθο[γένευς].	ibid. n. 5456. b. 51. Add.
397.	ἐπὶ Πυθοδώρου.	Ἀγριανίου.	Alexandriae: Stodd. n. 228.
398.	ἐπὶ Πυθοδώρου.	Ἀρταμιτίου.	in Sicilia: n. 5670.
399.	ἐπὶ Πυθοδώρου.	Δαλίου.	ibid. n. 5671.
400.	ἐπὶ Πυθοδώρου.	Καρνείου.	ibid. n. 5671. b.
401.	ἐπὶ Πυθοδώρου.	Πανάμου.	ibid. n. 5492. b. 7. Add.
402.	ἐπὶ Πυθοδώρου.	Σμινθίου.	Alexandriae: Stodd. n. 230.
403.	ἐπὶ Πυθοδώρου.	Ὑακινθίου.	ibid. n. 229.
404.	ἐπὶ Σ	Ἀγριανίου.	in Sicilia: n. 5536.
405.		Σμινθίου. Σικανοῦ.	Alexandriae: Stodd. n. 238. Inest forma Ⅽ.
406.		[Πεδαγειτν]ύου. Σιλανός.	in Sicilia: n. 5531.
407.	ἐπὶ Συμμάχου.	Ἀγριανίου.	ibid. n. 5532.
408.	ἐπὶ Συμμάχου.	Ὑακινθίου.	ibid. n. 5532. b.
409.	ἐπὶ Συμμάχου.	Πανάμου.	Alexandriae: Stodd. n. 248.
410.	ἐπὶ Συμμάχου.		ibid. n. 247. Scriptura a recta ad sinistram.
411.	ἐπὶ Συμμάχου.	balaustium.	ibid. n. 246. Inest Sigma lunatum.
412.	ἐπὶ Σωσικλεῦς.	Ἀρταμ[ιτίου].	Alexandriae: Stodd. n. 243.
413.	ἐπ' ἱερέως Σωσικλεῦς.	Καρ[νείου].	ibid. n. 244.
414.	ἐπὶ Σωσικλεῦς.	Ὑακινθίου.	in Sicilia: n. 5384. 5534.
415.		Σωσικλ[ε]ῦς.	Alexandriae: Stodd. n. 241.
416.		Σωσικλεῦς.	ibid. n. 242.
417.	ἐπ' ἱερέως Σωστράτου.	Ὑακινθίου. caput Solis radiat.	ibid. n. 245.
418.	ἐπὶ Σωστράτου.		in Sicilia: n. 5489. 5535.
419.	ἐπὶ Σωστράτου.		ibid. n. 5456. b. 26. Add.
420.	ἐπὶ ΤΑΜΕΡΟΤΟΥ (fortasse Τιμαράτου).	caput Solis radiatum.	ibid. n. 5537.
421.	ἐπ' ἱερέως Τιμαγόρα.	Δαλίου.	Alexandriae: Stodd. n. 262. Scriptura a recta ad sinistram.
422.	ἐφ' ἱερέω[ς] Τ[ι]μ[αγ]όρα.	Πανάμου. caput Solis radiatum.	ibid. n. 261.
423.	ἐπὶ Τ]ιμαγόρα.	Πανάμου.	ibid. n. 259.
424.	ἐπ'] ἱερέως [Τ]ιμαγόρα.		ibid. n. 260.
425.	ἐπὶ Τειμαγόρα.		ibid. n. 258.
426.		Τιμακράτευς.	ibid. n. 257. Scriptura a recta ad sinistram.
427.		Τιμα[ράτ]ου. Ἀγριανίου.	ibid. n. 263.
428.		Τιμαράτου.	in Sicilia: n. 5456. b. 56. Add.
429.		[Τ]ιμαράτου.	ibid. n. 5751. 21.
430.		Τιμαρ[άτου].	Alexandriae: Stodd. n. 264.
431.		Τιμα[ράτου].	Athenis: Thiersch. l. c. n. 38.
432.	ἐπὶ Τιμασαγόρα.	Ἀγριανίου.	in Sicilia: n. 5384. b.
433.	ἐπὶ Τιμασαγόρα.	Ἀγριανίου.	ibid. n. 5751. 32.

434.	ἐπὶ Τιμασαγόρα.	Ἀγριανίου.	in Sicilia: n. 5456. *b.* 27. Add.
435.	ἐπὶ Τιμοδίκου.	Ἀγριανίου.	ibid. n. 5385.
436.	ἐπὶ Τιμοδίκου.	Ἀγριανίου.	ibid. n. 5488.
437.	ἐπὶ Τιμοδίκου.	Ἀρταμιτίου.	ibid. n. 5748. *d.*
438.	ἐπὶ Τιμοδίκου.	Ἀρταμιτίου. stella T.	ibid. n. 5619. *k.*
439.	ἐπὶ Τιμοδίκου.	Θεσμοφορίου.	Alexandriae: Stodd. n. 265.
XXXI. mensis Decembris incidit. Missa facio reliqua quae commentus est Franckius; hoc solum addo ἐπὶ τῆς πενταετηρίδος Μεσσάλᾳ καὶ Σαβείνῳ ὑπάτοις significari „in sollemnibus iis, quae acta sunt Messala et Sabino Coss."

4473.

Laodiceae ad mare, hodie Ladikiyeh s. Latakia, in trutina; aeri incisam ed. Caylus Rec. d'Antiq. p. 4. T. IV. p. 312. n. 3. tab. XCVI.

ΕΛƎ ΚƎΙƎ ΡƎЧƎΠƎ◇ƎΞƎΝ | ϹΥΛΛωΝ

Nomen Σύλλων videtur esse artificis, cum quo nomine conferri possunt formae Σύλλος, Σύλλιος, Σύλλας. Reliquae merae litterae sunt, quales in huiusmodi supellectili exarari solebant. Cf. Elem. epigr. Gr. p. 345.

4474.

In loco Husn Suleiman in parte meridionali Ansairiorum montis inter Safitam et Masyad castella, ubi pagus *Baetocaece* fuit, in tabula marmorea pedes tres lata, pedes sex cum semisse longa, parieti, qui templi vetusti atrium circumdat, inserta; ed. Chandler. Append. Inscr. p. 88. (cf. Syllab. p. XXXIV.) cum Lat. interpret. Pagum Baetocaecen Chandlerus putat significari ap. Sozomen. 7, 15. Titulum Lat. repetiit Orellius Inscr. Latt. collect. Vol. II. p. 141. n. 3657.

[*Textum vide pag. seq. interpositum.*]

Imp. Caesar [P]ublius Licinnius Valerianus Pius Felix Aug. et Imp. Caesar Publius Licin[n]ius Gallienus Pius Fel(ix) Aug. et Licinnius Cornelius Saloninus Valerianus nobilissimus Caesar Aurelio Mareae [e]t aliis: Regum antiqua beneficia consuetudine etiam insecuti tenporis adprobata is qui provinciam regit remota violentia part[i]s adversae incolumia vobis manere curabit.

Ἐπιστολὴ Ἀντιόχου βασιλέως.

Βασιλεὺς Ἀντίοχος Εὐφήμῳ χαίρειν· Ἔ[δοξέ μο]ι ὁ κατακεχωρισμένος ὑπομνημ[α]τισμός· γενέσθω οὖν καθότι δε[δήλωτ]αι περὶ ὧν δεῖ διὰ σοῦ συντελεσθῆναι. Προσενεχθέντος μοι περὶ τῆς ἐνεργεί[α]ς θε[οῦ ἁγίου Δ]ιὸς Βαιτοκαικ[έως] ἐκρί[θ]η συνχωρηθῆναι αὐτῷ εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον, [ἐφ' ἧ]ν καὶ ἡ δύνα[μ]ις τοῦ θεοῦ κατ[έ]ρχεται, κώμην τὴν Βαιτοκαι[κηνῶ]ν, ἣν πρότερον ἔσχεν Δημήτριος Δημητρίου τοῦ Μνασαίου, ἐντὸ[ς ὁ]ρίων τῆς περὶ [Ἀ]π[ά]μ[ε]ιαν σ[α]τρ[α]πεί[α]ς, σὺν τοῖς συνκυροῦσι καὶ κ[α]θήκουσι πᾶσι κ[α]τ[ὰ] τοὺς προϋπ[ά]ρχοντας περιορισμοὺς καὶ σὺν τοῖς τοῦ ἐνεστῶτος ἔτους γεν[ν]ήμασιν, ὅπως ἡ ἀπὸ ταύτης πρόσοδος ἀναλίσκηται εἰς τὰς κατὰ μῆν[α]ς συντελουμένας [θ]υσί[α]ς καὶ τἆλλα τὰ πρὸς [α]ὔ[ξ]ησιν τοῦ ἱεροῦ συντείνοντα ὑπὸ τοῦ καθεστα[μ]ένου ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἱερέως, ὡς εἴθισται· ἄγωνται δὲ κ[α]ὶ κατὰ μῆν[α] πανη[γ]ύρεις [ἀ]τελεῖς τῇ πεντεκ[α]ιδεκάτῃ καὶ τριακάδι· κ[α]ὶ εἶνα[ι] τὸ μὲν ἱερὸν ἄσυλον, τὴν δὲ κώμην [ἀ]νεπίσ[ταθ]μον μηδεμιᾶς [ἀ]πορρήσεως πρ[οσ]ενεχθείσης, τὸν δὲ ἐναντιωθησόμενόν τισι τῶν προγεγραμμένων ἔνοχον εἶναι [ἀ]σεβείᾳ. ἀναγραφῆναι [δ]ὲ κ[α]ὶ τὰ ἀντίγρ[α]φ[α] ἐν στήλῃ λιθίνῃ κ[αὶ τ]εθῆν[α]ι ἐν τῷ [α]ὐτῷ ἱερῷ. δεήσε[ι] οὖν γραφῆναι οἷς εἴθισται, ἵνα γένηται [ἀ]κολούθως τοῖς δηλουμένοις.

Ψήφισμ[α] τῆς πόλεως πεμ[φ]θὲν θεῷ Αὐγούστῳ.

Ἐπάνα[γ]κες δὲ ἀνέρχεσθαι πάντα τὰ ὤνεια διὰ τῶν ἐνταῦθα καὶ ἐπὶ χώρας ἀγορητῶν πρ[αθη]σόμενα καθ' [ἑκά]στην ἱερομηνίαν πρὸς τὸ [μὴ χα]λεπ[ὸν] ὑπ[ά]ρχ[ε]ιν πᾶσι τοῖς ἀνιοῦσι προσκυνητ[α]ῖς, ἐπιμελομένου τοῦ τῆς πόλεως [ἀ]γορητοῦ μηδὲ ἐ[π]ιχ[ε]ιροῦντος ἢ ὀχλοῦντος προφάσει παροχῆς κ[α]ὶ τέλους καὶ ἐπηρεί[α]ς [τι]νὸς ἢ ἀπαιτήσαιως· ἀνδράποδα δὲ κ[α]ὶ τετράποδ[α] καὶ λοιπ[ὰ] ζῷα ὁμοίως πωλείσθω ἐν τῷ τό[π]ῳ χωρὶς τέλους ἢ ἐπηρείας τιν[ὸ]ς ἢ ἀπαιτήσαιως. Οἱ κάτοχοι ἁγίου οὐρανίου Διός, τῆς ὑπὸ τῶν Σεβ[α]στῶν εἴς τε τὸν θεὸν εὐσεβείας καὶ τὸν τόπον [ἐ]λευ[θ]ερ[ί]ας τὴν θείαν ἀντιγραφὴν ὑπὸ πάντων προσκυν[ηθησο]μένην - - - - - [ἀναγραφῆναι προσ]έταξαν.

Fuit Apamene una quattuor satrapiarum, in quas Seleucida divisam fuisse refert Posidonius (Strab. XVI. p. 750.). In hac satrapia prope Apameam urbem pagus fuit Baetocaece dictus, in quo regis Antiochi beneficio cultus Iovis Baetocaeceni institutus est, ut docet epistola vss. 15-45. Hoc institutum ut ipsis incolume maneret, Apamenses dato ad rectorem provinciae psephismate ab Imperatore Romano petierunt. Quod idem quum multo post fecissent iterum, responsum Imperatorium (vss. 1-14.) cultores Iovis Baetocaeceni lapidi incidendum curaverunt repetito simul antiquo privilegiorum monumento et addita parte psephismatis, quo et cultui pristinus honos redderetur et Imperatorum erga deum pietas et in pagum beneficentia celebrarentur. Titulus igitur positus est eo tempore quo tres illi Caesares inscribi solebant. P. Licinius Valerianus imperare coepit a. u. c. 1006. p. Chr. 253. Lic. Corn. Saloninus interfectus est a. u. c. 1012. p. Chr. 259. (vide Eckhel. D. N. T. VII. p. 421.). Itaque titulus post a. u. c. 1006. et ante a. u. c. 1013. positus est. Psephisma θεῷ Αὐγούστῳ mandatum dicitur, haud dubie Octaviano Augusto. Quippe in litteris ad Caesares illos datis psephisma antiquius protulerunt Apamenses, quo etiam spectant verba Caesarum vs. 11. Antiochus rex, cuius epistola ad satrapam data hic refertur, videtur esse Antiochus XIII. Epiphanes a. u. c. 685. in avitum ille regnum restitutus sed excedere coactus a Pompeio. Conieceris quidem ex anno n. 4475. notato, quem titulum negaveris antiquiorem esse nostro lapide, cultores Iovis Baetocaeceni peculiari epocha usos esse a cultu primum sancito de-

IMP·CAESAR
.VBLIVSLICIN
NIVSVALERIANVS
PIVSFELIXAVG·ETIMP
CAESARPVBLIVSLICINIVS
GALLIENVSPIVSFEL·AVG·ETLICIN
NIVSCORNELIVSSALONINVS~
VALERIANVSNOBILISSIMVSCAESAR
AVRELIO.MAREAETALIIS
REGVMANTIQVABENEFICIACONSVETV
DINETETIAMINSECVTITENPORISADPRO
BATAISQVIPROVINCIAMREGITREMOTA
VIOLENTIAPART.SADVERSAEINCOLVMIA
VOBISMANERECVRABIT

ЄΠΙCΤΟΛΗΑΝΤΙΟΧΟΥΒΑCΙΛЄωC
ΒΑCΙΛЄΥCΑΝΤΙΟΧΟCЄΥΦΗΜωΧΑΙΡЄΙΝ-ЄΔ.....ΙΟΚΑΤΑΚЄΧωΡΙC
ΜЄΝΟCΥΠΟΜΝΗΜΑΤΙCΜΟCΓЄΝЄCΘωΟΥΝΚΑΘΟΤΙΔЄ..........ΓΑ
ΙΠЄΡΙωΝΔЄΙΔΙΑCΟΥ
CΥΝΤЄΛЄCΘΗΝΑΙ.ΠΡΟCЄΝЄΧΘЄΝΤΟCΜΟΙΠЄΡΙΤΗCЄΝЄΡΓЄΙΑC
ΘЄ.........ΙΟCΒΑΙΤΟΚΑΙΚΗC
ЄΚΡΙЄΗCΥΝΧωΡΗΘΗΝΑΙΑΥΤωЄΙCΑΠΑΝΤΑΤΟΝΧΡΟΝΟΝ........
ΝΚΑΙΗΔΥΝΑΝΙCΤΟΥ
ΘΕΟΥΚΑΤΑΡΧΕΤΑΙΚωΜΗΝΤΗΝΒΑΙΤΟΚΑΙ....ΙΝΗΝΠΡΟΤΕΡΟΝΕCΧ
ΕΝΔΗΜΗΤΡΙΟC
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥΤΟΥΜΝΑCΑΙΟΥΕΝΤΟΥΡΙωΝΑΤΗCΠΕΡΙΑΠΑΜΙΑΝCΑΤΡΑ
ΠΕΙΑCCΥΝΤΟΙC
CΥΝΚΥΡΟΥCΙΚΑΙΚΑΘΗΚΟΥCΙΠΑCΙΚΑΤΑΤΟΥCΠΡΟΥΠΑΡΧΟΝΤΑCΠΕ
ΡΙΟΡΙCΜΟΥC
ΚΑΙCΥΝΤΟΙCΤΟΥΕΝΕCΤωΤΟCΕΤΟΥCΓΕΝΗΜΑCΙΝΟΠωCΗΑΠΟΤΑ
ΥΤΗCΠΡΟCΟΔΟC
ΑΝΑΛΙCΚΗΤΑΙΕΙCΤΑCΚΑΤΑΜΗΝΑCCΥΝΤΕΛΟΥΜΕΝΑCΟΥCΙΑCΚΑΙ
ΤΑΛΛΑΤΑΠΡΟCΑΥ...Η
CΙΝΤΟΥΙΕΡΟΥCΥΝΤΕΙΝΟΝΤΑΥΠΟΤΟΥΚΑΘΕCΤΑ...ΕΝΟΥΥΠΟΤΟΥΘΕ
ΟΥΙΕΡΕωCωCΕΙ
ΘΙCΤΑΙΑΓωΝΤΑΙΔΕΚΑΙΚΑΤΑΜΗΝΑΠΑΝΗCΥΡΕΙCΑΤΕΛΕΙCΤΗΠΕΝΤΕ
ΚΑΙΔΕΚΑΤΗΚΑΙ
ΤΡΙΑΚΑΔΙΚΑΙΕΙΝΑ..ΤΟΜΕΝΙΕΡΟΝΑCΥΛΟΝΤΗΝΔΕΚΩΜΗΝΑΝΕΠΙC
ΘΑΜΟΝΜΗΔΕΜΙΑC
ΑΠΟΡΡΗCΕΩCΠΡ.....ΕΝΕΧΘΕΙCΗCΤΟΝΔΕΕΝΑΝΤΙΩΘΗCΟΜΕΝΟΝΤΙ
CΙΤΩΝΠΡΟΓΕ
ΓΡΑΜΜΕΝΩΝΕΝΟΧΟΝΕΙΝΑΙΑCΕΒΕΙΑΑΝΑΓΡΑΦΗΝΑΙΤΕΚΑΙΤΑΑΝΤΙΓ
ΡΑΦΑΕΝ
CΤΗΛΗΛΙΘΙΝΗΚΑΠΕΘΗΝΑΙΕΝΤωΑΥΤΩΙΕΡΩΔΕΗCΕΟΥΝΓΡΑΦΗΝΑΙΟ
ΙCΕΙ
ΘΙCΤΑΙΙΝΑΓΕΝΗΤΑΙΑΚΟΛΟΥΘΩCΤΟΙCΔΗΛΟΥΜΕΝΟΙC

ΨΗΦΙCΜΑΤΗCΠΟΛΕΩCΠΕΜΘΕΝΘΕΩΑΥΓΟΥCΤΩ
ΕΠΑΝΑ...ΚΕCΔΕΑΝΕΡΧΕCΘΑΙΠΑΝΤΑΤΑΩΝΕΙΑΔΙΑΤΩΝΕΝΤΑΥΘΑΚ
ΑΙΕΠΙΧΩΡΑC
ΑΓΟΡΗΤΩΝΠΡ......ΙCΟΜΕΝΑΚΑΘ.......CΤΗΝΙΕΡΟΜΗΝΙΑΝΠΡΟC
ΤΟΙ.....ΑΛΕΠ..ΑΥΠΑΡΧΙΝ
ΠΑCΙΤΟΙCΑΝΙΟΥCΕΙΠΡΟCΚΥΝΗΤΑΙCΕΠΙΜΕΛΟΜΕΝΟΥΤΟΥΤΗCΠΟΛ
ΕΩCΑΓΟ
ΡΗΤΟΥΜΗΔΕΕΓΙΧCΙΡΟΥΝΤΟCΗΟΧΛΟΥΝΤΟCΠΡΟΦΑCΕΙΠΑΡΟΧΗCΚ
ΑΙΤΕΛΟΥC
ΚΑΙΕΠΗΡΕΙΑC...ΝΟCΗΑΠΑΙΤΗCΑΙΩCΑΝΔΡΑΠΟΔΑΔΕΚΑΙ
ΤΕΤΡΑΠΟΔΑ
ΚΑΙΛΟΙΠΑΖΩΑΟΜΟΙΩCΠΩΛΕΙCΘΩΕΝΤΩΤΟΓ..ΩΧΩΡΙCΤ
ΕΛΟΥCΗΕΠΗ
ΡΕΙΑCΤΙΝ.CΗΑΠΑΙΤΗCΑΙΩC

ΟΙΚΑΤΟΧΟΙΑΓΙΟΥΟΥΡΑΝΙΟΥΔΙΟCΤΗCΥΠΟΤΩΝCΕ
ΒΑCΤΩΝΕΙCΤΕΤΟΝΘΕΟΝΕΥCΕΒΕΙΑCΚΑΙΤΟΝΤΟΠΟΝCΑΕΥΟΕ
ΡΕΑCΤΗΝΘΕΙΑΝΑΝΤΙΓΡΑΦΗΝΥΠΟΠΑΝΤΩΝΠΡΟCΚΥΝ.....
ΜΕΝΗΝ
.......ΕΤΑΞ.ΑΝ

ducenda, ex eoque epistolam videri esse Antiochi Magni, qui mortuus est a. u. c. 567. Unde posito anno 540., quo scripta fuerit epistola, titulus n. 4475. cuius annus est 482., ad a. u. c. 1021. referendus erit. Verum ut non probabile est litteras has esse ab Antiocho Magno datas, ita verisimilius est Baetocaecenos Apamensium epocha usos esse. Apamenses autem certe Augusto imperante epocha Seleucidarum usos esse nummi docent. Ad hanc igitur epocham exacto anno 482., titulus n. 4475. a. u. c. 923. scriptus videtur. Quamquam certi nihil affirmari potest. In verbis tituli nostri plurima recte restituit Chandlerus. Deus Ζεὺς Βαιτοκαικεύς, ad quam formam ducit etiam n. 4475. Vs. 21. [κώμη]ν scripsit Chandlerus, ubi nos ἐφ' ἣν. Vs. 43. Chandl. male καποθηναι. Vs. 49. ἀγορηταὶ videntur nunc dici qui alias ἀγορανόμοι. Distinguuntur autem ἀγορηταὶ τῆς πόλεως et ἀγορηταὶ τῆς χώρας. In fine post προσκυνηθησομένην nonnulla perisse videntur.

4475.

Ibidem; ed. Chandler. Append. Inscr. ant. p. 90. cum Lat. interpr.

ΘЄωΒΑΙΤΟΧЄΙΧЄΙΟΙΚΑΤΟΧΟΙЄΚΤωΝΙΔΙωΝЄΝΤω
ΒΠΥЄΤЄΙЄΠΟΙΗCΑΝ

ΒΑΙΤΟ cet. et ΚΑΤΟΧΟΙ (ubi Chandl. ΒΑΤΟ— et ΚΑΤΟΚΟΙ) legit Drummondus, qui itineris sui historiam conscripsit, notante Chandlero. Illam igitur lectionem ut necessariam in ordinem verborum recepimus.

Θεῷ Βαιτο[κα]ι[κ]εῖ οἱ κάτοχοι ἐκ τῶν ἰδίων ἐν τῷ βπυ ἔτει ἐποίησαν.

De deo Baetocaeceno et de anno huius tituli conf. ad n. 4474.

4476.

In pondere ex aere ducto, utrimque iisdem litteris inscripto nisi quod in altero latere est ΠΟΠΛΙΟΥΚΑΙΑΝΤΙΟΧΟΥ, in altero ΑΝΤΙΟΧΟΥΚΑΙΠΟΠΛΙΟΥ. Descriptionem ponderis, quod in Syria esse traditur, misit Steinbüchel Vindobona. Ad *Apameam* rettuli ductus quum Strabonis loco (XVI. p. 752.) qui Seleucum ibi quingentos elephantos aluisse refert, tum nummis Apameae, in quibus cernitur elephantis effigies (vide Eckhel. D. N. T. III. p. 308.)



Ἀγορανομούντων Ποπλίου καὶ Ἀντιόχου.

In scriptura quae haec verba ambit, dispicio infra ὁ δ]ῆμο[ς Ἀπα]μ[έων; in quo ὁ δῆμος certum videtur. Simile pondus habes n. 4531.

4477.

Prope castellum Kalaat-Seidjar, veterem Larissam inter *Apameam* (Kalat el Medyk) et *Epiphaniam* (Hamah), in ara 4'½ alta, 1'½ lata; ed. Burckhardt Travels in Syria p. 145. (vers. German. Gesenii T. I. p. 247 sq.)

ΒЄΡΝЄΙΚΙΑΝΟC
ΒΑΡΝΑΥΠЄΡ
ΚΛЄΟΝЄΙΚΗC
ΤΗCΔΟΜΝΟΥ
ΓΥΝΑΙΚΟCΑΥ
ΤΟΥΙЄΡΑCΑΜЄ
ΝΗCЄΝΤωΙΔΦΙ
ЄΤЄΙΑΝЄΘΗΚЄΝ

Βερνεικιανὸς Βαρνᾶ ὑπὲρ Κλεονείκης τῆς Δόμνου, γυναικὸς αὐτοῦ, ἱερασαμένης ἐν τῷ ιδφ ἔτει ἀνέθηκεν.

Pater Bereniciani videtur Βαρνᾶς dictus fuisse. Βαρναῖον Tyrium habes etiam Vol. II. n. 2319. Numerus anni nisi vitium contraxit, ad epocham Seleucidarum ab a. u. c. 442. exigendus videtur, qua epocha etiam circumiacentes urbes, ut Apameam et et Epiphaniam, diu usas esse nummi docent. Hinc titulus inciderit in a. u. c. 955.

SECTIO SECVNDA.

PALMYRA.

4478.

Palmyrae, in basi ad columnam in aula templi Solis; ed. Wood. Rud. Palmyr. p. 29. n. 22. (cf. Philosophical Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 22.)

ΜΑΛΙΧΟΝΝΕϹΑΤΟΥΚѠΜΑΤΟΥΕΠΙΚΑΛΟ
ΥΜΕΝΟΥΑϹΑϹΟΥΦΥΛΗϹΧΟΜΑΡΗΝѠΝΠΑΛ
ΜΥΡΗΝѠΝΟΔΗΜΟϹΕΥΝΟΙΑϹΕΝΕΚΑ

Μάλιχον Νεσᾶ τοῦ Κωμᾶ τοῦ ἐπικαλουμένου Ἀσάσου, φυλῆς Χομαρηνῶν, Παλμυρηνῶν ὁ δῆμος εὐνοίας ἕνεκα.

Inscriptio satis antiqua videtur. Malichus s. Malchus laudatus e tribu Χομαρηνῶν esse dicitur, haud dubie a vico quodam Χομάρᾳ denominata, quemadmodum Mylasis praeter urbanam tribus sunt rusticae (vide Vol. II. n. 2693. *c.*). Palmyram primum Persis, deinde Alexandro Magno eiusque successoribus subiectam fuisse vel ex computatione annorum colligi potest secundum epocham Seleucidarum instituta, qua sola usi sunt Palmyreni (cf. titulos sequentes).

4479.

Palmyrae, in columna pedes plus 42 alta; edita est in Philosophical Transactions Vol. XIX. p. 92. (cf. Transact. and Collect. Vol. III. P. II. p. 508.) Tractarunt Seller. Antiq. Palmyr. Append. p. 164. n. 5. (cf. p. 302.); Bernardus et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 3. (cf. p. 19. et p. 44.); repetiit Murator. T. II. p. DXLVI. 2. cum nota. Accuratius dedit Woodius Rud. Palmyr. p. 27. n. 3. aeri incisam (cf. Philos. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 3.).

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟϹΑΛΙΑΛΑΜΕΙΝΑΠΑΝΟΥ
ΤΟΥΜΟΚΙΜΟΥΤΟΥΑΙΡΑΝΟΥΤΟΥΜΑΘΘΑΚΑΙ
ΑΙΡΑΝΗΝΤΟΝΠΑΤΕΡΑΑΥΤΟΥΕΥϹΕΒΕΙϹΚΑΙ
ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΔΑϹΚΑΙΠΑΝΤΙΤΡΟΠѠ . .
ϹΙΜѠϹΑΡΕϹΑΝΤΑϹΤΗΠΑΤΡΙΔΙΚΑΙ
ΤΟΙϹΠΑΤΡΙΟΙϹΘΕΟΙϹΤΕΙΜΗϹΧΑΡΙΝ
ΕΤΟΥϹΝ̅Υ̅ΜΗΝΟϹΞΑΝΔΙΚΟΥ

Dedi apographum Woodii. Vs. 1. ex primo exemplo Sell. Bern. ΑΛΙΛΑΜΕΝ. Vs. 2. init. ΤΟΥ omittunt primum exemplum et Sell.; ibid. extr. ΚΑΙ omittitur in Philos. Transact. Vol. III. P. II. p. 508. Vs. 4. extr. pro lacuna primum exemplum habet (ΕΥ), idem Sell.; sed ap. Bern. et Smith. est ΕΠΙ. Vs. 5. init. primum exemplum et Sell. dederunt ϹΕΙΜѠϹ, Bern. et Smith. CΗΜΩC. Vs. 6. init. ΤΟΙϹ omittunt Sell. Bern. et Smith. cum primo exemplo. Vs. 7. ΝΥΛ ΜΗΝΟϹ cet. habent priores, ut Sell. Bern. et Smith.

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Ἀλιαλάμειν Α[ἰρ]άνου τοῦ Μοκίμου του Αἰράνου τοῦ Μαθθᾶ καὶ Αἰράνην τὸν πατέρα αὐτοῦ, εὐσεβεῖς καὶ φιλοπάτριδας καὶ παντὶ τρόπῳ [ἐπι]σ[ή]μως ἀρέσαντας τῇ πατρίδι καὶ τοῖς πατρίοις θεοῖς, τειμῆς χάριν. Ἔτους ν̅υ̅, μηνὸς Ξανδικοῦ.

Ἀλιαλάμειν vel si mavis Ἀλιλάμειν accusativus est ut Βαρείχειν (n. 4481. cf. ad n. 4413.) et alia in his titulis. Is dicitur Aeranae filius, Mocimi nepos, Aeranae pronepos, Matthae abnepos (cf. n. 4502.). Torsit interpretes lectio ΑΠΑΝΟΥ, quam correximus, ut par est. Cave credas Müntero in Observatt. ex marm. Gr. sacrarum specimine, Hafniae 1814. p. 24. Aeranes nomen frequens Palmyrenis (cf. n. 4507.). Titulus positus est anno 450. mense Xandico, qui annus ad epocham Seleucidarum exactus a. u. c. 891. refert.

4480.

Palmyrae, in basi marmorea; ed. Wood. Rud. Palmyr. p. 27. n. 4. aeri incisam (cf. Philos. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 4.).

ΗΒΟΥΛΗ
ΑΟ . ΑΛΕΙΝΑΙΡΑΝΟΥΤΟΥϹΑΒΑΤΟΥ
ΝΟΥΤΟΥΒѠΝΝΕΟΥϹΕΠΑΝΓΕΙ .
Ν⁀ΝΑΥΤΗΕΠΙΔΟϹΙΝΑΙѠΝΙΑΝ
ΙΘΥϹΙΑΝΚΑΙ◡ . . . ΑΙ . . ΘΕ . ΑΤΑ
ΛΑΧΒΗΛѠΚΑΙ . ϹΧΗΟΑΜΕΙΟϹΚ .
ΙΙΑΤΕΙΠΑΤΡѠΟΙϹΘΕΟΙϹΤΕΙΜΗϹΚΑΙ
. ΝΗΜΗϹΧΑΡΙΝΕΤΟΥϹΑ̅Ν̅Υ̅Π : . Ι . ѠΗ

Ἡ βουλὴ Ἀ[θάμ]ειν? Αἰράνου τοῦ Σαβᾶ τοῦ [Αἰρά]νου τοῦ Βωννέους ἐπανγει[λάμε]νον αὐτῇ ἐπίδοσιν αἰωνίαν [εἰς] θυσίαν καὶ [εἰς] ἀ[να]θέ[μ]ατα [Μα]λαχβήλῳ καὶ - - - - - - - - - άτει πατρῴοις θεοῖς, τειμῆς καὶ [μ]νήμης χάριν. Ἔτους α̅ν̅υ̅, Π[ερ]ι[τί]ῳ [μηνί.

Μαλάχβηλος deus est Syrorum Moloch; vide Selden. Synt. de diis Syris II. p. 226. Idem redit in inscriptione Romana, in qua habetur: ΑΓΛΙΒѠΛѠ ΚΑΙΜΑΛΑΧΒΗΛѠΠΑΤΡѠΟΙϹΘΕΟΙϹ. Cf. n. 4451. Sequuntur duo alia nomina, quorum alterum conieceris esse [Ἀταργ]άτει; de qua dea Strab. XVI, 748. 784. Plin. H. N. V, 19. Titulus scriptus est anno 451. mense Peritio; igitur anno postquam positus est titulus n. 4479.

4481.

Palmyrae, in columna crassa pedes XII, alta plus XLII; edita est in Philosoph. Transact. Vol. XIX. p. 94. (cf. Transact. and Collect. Vol. III. P. II. p. 509.) Tractarunt Seller. Antiq. Palmyr. p. 165. n. 6. (cf. p. 508.); Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 2. n. 4. (cf. p. 17. et p. 43.); repetiit Murator. T. II. p. DXLIX. 3. cum interpret. Lat. Accuratius ed. Wood. Rud. Palmyr. p. 29. n. 21. aeri incisam (cf. Philos. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 21.)

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟCΒΑΡЄΙΧЄΙΝ
ΑΜΡΙCΑΜCΟΥΤΟΥΙΑΡΙΒѠΛЄΟΥC
ΚΑΙΜΟΚΙΜΟΝΥΙΟΝΑΥΤΟΥЄΥCЄΒЄΙC
ΚΑΙΦΙΛΟΠΑΤΡΙΔΑCΤЄΙꟽΗCΧΑΡΙΝ - - -

Vs. 2. init. Wood. ΑΜΡΙC . ΜCΟΥ, reliqui quod dedi. Vs. 3. Wood. ΛΥΤΟΥЄΥЄCΒЄΙC, reliqui quod dedi. Vs. 4. extr. notam lacunae non addidit Wood. Notas numerales anni erasas fuisse notat Smith.

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Βαρείχειν Ἀμρισάμσου τοῦ Ἰαριβωλέους καὶ Μόκιμον υἱὸν αὐτοῦ, εὐσεβεῖς καὶ φιλοπάτριδας, τειμῆς χάριν - - -

De terminatione Βαρείχειν cf. ad n. 4479. Videtur nomen esse *Baruch*, Arabibus *Barich*. Cf. Smith. ad h. l. Ad nomen Ἀμρισάμσης Smithus recte confert *Amri*, *Omri*, *Omar*, nomina apud Palaestinos, Syros, Arabes frequentia. *Sams* sol est. Hinc factum etiam nomen Σαμψιγέραμος (Malal. p. 296. ed. Bonn. conf. Phot. Bibl. p. 126. ed. Bekk. et infra n. 4511.); hinc Esseni, notante Smitho (coll. Philone *περὶ βίου θεωρητικοῦ* et Iosepho de bello Iud. II, 12.) ab Epiphanio Haer. LIII. p. 461. appellantur Σαμψαῖοι h. e. Ἡλιακοί, ut recte ille vertit, quippe qui ad solem conversi sollemnes orationes habuerint. Ἰαριβωλεὺς (cf. n. 4500.) dictus videtur a numine Ἰαριβώλῳ (vide n. 4483. 4502.).

4482.

Palmyrae, in basi ad columnam minoris templi, ut Woodius; in propylaeo templi Iovis, quod Hadrianus in urbis Palmyrae parte orientali exstruxit, ut Bernardus; edita est in Philosoph. Transact. Vol. XIX. p. 105. (conf. Transact. and Collect. Vol. III. P. II. p. 515.) Tractarunt Seller. Antiq. Palmyr. p. 168. n. 15. (cf. p. 345.); Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 4. n. 7. (cf. p. 19. et p. 46.); Murator. T. II. p. DCCXVI. 3. cum Lat. interpret. qui petierunt ex Philosoph. Transact. Vol. XIX. p. 105. Accuratius dedit Wood. Rud. Palmyr. p. 29. n. 20. aeri incisam (cf. Philos. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 20.).

. . . . ΟΔΗΜΟC
ΜΑΛΗΝΤΟΝΚΑΙΑΓΡΙΠΠΑΝ
ΙΑΡΑΙΟΥΤΟΥΡΑΑΙΟΥΓ̣ΡΑΜΜΑ
Τ̣ЄΑΓЄΝΟΜЄΝΟΝΤΟΔЄΥΤЄ
ΡΟΝЄΠΙΔΗΜΙ.ΘЄΟΥΑΔΡΙ
ΑΝΟΥΑΛΙΜΜΑΠΑΡΑCΧΟ
ΤΑΞЄΝΟΙCΤЄΚΑΙΠΟΛЄΙΤΑ[ΙC]

ЄΝΗ . . . . ΝΥΠΗΡЄΤΗCΑΝΤΑΤΗΤ . . .
CΤΡΑΤЄΥΜΑΤΟΥ . . . ΥΠΟ . . . . ΗΚΑΙ . . . . .
ΤΟΝΝΑΟΝΤΟΝ . . . . ΔΙΟC . . . . ΝΤѠΤ . . . .

Vs. 1. non agnoscit apographum primum, quo nituntur Sell. Bern. et Smith. Murat., habet Wood. Vs. 2. init. ΜΑΛЄΝ habent Sell. cum apogr. I., ΜΑ ΛΗΝ Wood. Bern. et Smith. Vs. 5. Wood. ЄΠΙΔΗ Μ . ., Sell. cum apogr. I. habet ЄΠΙΔΗΜΙ[Α], Bern. et Smith. ЄΠΙΔΗΜΙΑ, unde addidi Ι. Vs. 6. Wood. ΑΛΛΙΜΜΑ, reliqui ΑΛΙΜΜΑ, qui deinde versibus non recte distinctis ΠΑΡΑCΧΟΤΑ. Vs. 7. extr. Wood. ΠΟΛЄΙΤΑ . ., Bern. et Smith. ΠΟΛЄΙΤΑΙC, reliqui ut dedi. Hoc versu titulus terminatur ap. Wood. Quae sequuntur, sunt ex primo apographo. Discedunt ab eo Bern. et Smith. qui vs. 8. extr. ΤΗΤ ΤΟΥ, vs. 9. CΤΡΑΤЄΥΜΑΤΟCΤΟΥΥΠΟ . . . . . cet., vs. 10. ΤΟΝΝΑΟΝΤΟΝΒΗΛΟΥΔΙΟC . . . . Ν ΤѠΤ . . . .

[Ἡ βουλὴ καὶ] ὁ δῆμος Μαλῆν τὸν καὶ Ἀγρίππαν Ἰαραίου τοῦ Ῥααίου, γραμματέα γενόμενον τὸ δεύτερον ἐπιδημί[ᾳ] θεοῦ Ἀδριανοῦ, ἄλιμμα παρασχό[ν]τα ξένοις τε καὶ πολείτα[ις] - - - - - - - - ν ὑπηρετήσαντα τῇ τ[οῦ] στρατεύματο[ς] ὑπο[δοχ]ῇ καὶ - - - τὸν ναὸν τὸν [τοῦ] Διὸς [Βήλου ἐ]ν τῷ τ - - - - - -

Palmyra ab Hadriano instaurata est; unde Ἀδριανοπολῖται aliquando Palmyreni (vide Stephan. Byz. v. Πάλμυρα, cf. Van Capelle Dissert. de Zenobia p. 4.). Et urbem sub Antoninis maxime floruisse exposuit Heerenius Dissertat. de commerciis urbis Palmyrae p. 44. Adventus Hadriani in Syriam incidit in annum u. c. 883. (vide Io. Mart. Flemmer de itineribus et rebus gestis Hadriani, p. 95 sqq.) Vs. 5. malim ἐν ἐπιδημίᾳ, ut est n. 4483. Vs. 6. ἄλιμμα, h. e. ἄλειμμα, non refero ad balnea, ut Seller. Smith. Heeren. sed ad ludos gymnicos in honorem Hadriani celebratos. Quod reliquum est, Agrippa ille videtur tum in excipiendo exercitu Romanorum praestitisse officia (cf. n. 4483.) tum in templo Iovis Beli vel exstruendo vel instaurando operam collocasse. De Iove Belo cf. n. 4485. Ceterum titulus post obitum Hadriani positus est (cf. n. 4483.).

4483.

Palmyrae, in magna curia, ut Bernardus, in columna magnae porticus, ut Woodius; edita est in Philosoph. Transact. Vol. XIX. p. 97. (cf. Transact. and Collect. Vol. III. P. II. p. 510.) Tractarunt Seller. Antiq. Palmyr. Append. p. 165. n. 7. (cf. p. 309 sqq.); Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 9. n. 11. (conf. p. 22. et 58.); Murator. T. II. p. DLVIII. 1. cum Latina interpret. qui petierunt ex Philosoph. Transact. Vol. XIX. p. 97. Accurate ed. Wood. Rud. Palmyr. p. 27. n. 9. aeri incisam (cf. Philosoph. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 9). Iuncta est cum hac etiam Palmyrena inscriptio ap. Wood. n. 4. p. 30. quam post Swintonum (Philos. Transact. Vol. XLVIII. p. 715.) explicavit Eichhorn. in Commentatt. Soc. Reg. Scient. Gotting. Vol. VI. 1828. Class. hist. et philol. p. 106. Citavit Barthélemy in Mém. de l'Acad. des Inscr. T. XXVI. p. 589.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟC
ΙΟΥΛΙΟΝΑΥΡΗΛΙΟΝΖΗΝΟΒΙΟΝ
ΤΟΝΚΑΙΖΑΒΔΙΛΑΝΔΙCΜΑΛ
ΧΟΥΤΟΥΝΑCCΟΥΜΟΥCΤΡΑΤΗ
ΓΗCΑΝΤΑЄΝЄΠΙΔΗΜΙΑΘЄΟΥ
ΑΛЄΞΑΝΔΡΟΥΚΑΙΥΠΗΡЄΤΗ
CΑΝΤΑΠΑΡΟΥCΙΑΔΙΗΝЄΚЄΙ
ΡΟΥΤΙΛΛΙΟΥΚΡΙCΠЄΙΝΟΥΤΟΥ
ΗΓΗCΑΜЄΝΟΥΚΑΙΤΑΙCЄΠΙΔΗ
ΜΗCΑCΑΙCΟΥΗΞΙΛΛΑΤΙΟΙCΙΝΑ
ΓΟΡΑΝΟΜΗCΑΝΤΑΤЄΚΑΙΟΥΚΟΛΙ
.ωΝΑΦЄΙΔΗCΑΝΤΑΧΡΗΜΑΤωΝ
ΚΑΙΚΑΛωCΠΟΛЄΙΤЄΥCΑΜЄΝΟΝ
ωCΔΙΑΤΑΥΤΑΜΑΡΤΥΡΗΘΗΝΑΙ
ΥΠΟΘЄΟΥΙΑΡΙΒωΛΟΥΚΑΙΥΠΟΙΟΥ
ΛΙΟΥ - - - - ΤΟΥЄΞΟΧωΤΑ
ΤΟΥЄΠΑΡΧΟΥΤΟΥΙЄΡΟΥΠΡΑΙΤω
ΡΙΟΥΚΑΙΤΗCΠΑΤΡΙΔΟCΤΟΝΦΙΛΟ
ΠΑΤΡΙΝΤЄΙΜΗCΧΑΡΙΝЄΤΟΥCΔΝΦ

Fundus lectionis est textus Woodianus. Vs. 9. ΤΑΙC omittunt apogr. I. Sell. Bern. et Smith. Vs. 10. ΟΥΗΞΙΛΛΑΤΙΟCΙΝ habent apogr. I. Sell. ΟΥΗΞΙΛΛΑΤΙΟΙCΙΝ Bern. et Smith. Wood. Vs. 11. extr. et vs. 12. init. ΚΑΙΟΥΚΟΝΙCωΝ apogr. I. ΚΑΙΟΙΚΟΝΙCωΝ Sell. ΚΑΙΟΙΚΕΙΩΝ Bern. et Smith. ΚΑΙΟΥΚΟΛΙ.ωΝ Wood. Vs. 14. extr. ΜΑΡΤΥΡΗΘЄΝΤΑ omnes praeter Wood. Vs. 15. ΙΑΡΙΒΟΛΟΥ Wood. reliqui quod dedi. Post Ἰουλίου quae sequitur vox de industria erasa est tam in Graeca hac quam in subiecta Palmyrena inscriptione. Vs. 16. in lacuna [ΦΙΛΙΠΠΟΥ] Bern. et Smith.

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Ἰούλιον Αὐρήλιον Ζηνόβιον, τὸν καὶ Ζαβδίλαν, δὶς Μάλχου τοῦ Νασσουμου, στρατηγήσαντα ἐν ἐπιδημίᾳ θεοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ ὑπηρετήσαντα παρουσίᾳ διηνεκεῖ Ῥουτιλλίου Κρισπείνου τοῦ ἡγησαμένου καὶ ταῖς ἐπιδημησάσαις οὐηξιλλατι[ῶ]σιν, ἀγορανομήσαντά τε καὶ οὐκ ὀλί[γ]ων ἀφειδήσαντα χρημάτων καὶ καλῶς πολειτευσάμενον, ὡς διὰ ταῦτα μαρτυρηθῆναι ὑπὸ θεοῦ Ἰαριβώλου καὶ ὑπὸ Ἰουλίου [Φιλίππου] τοῦ ἐξοχωτάτου ἐπάρχου του ἱεροῦ πραιτωρίου καὶ τῆς πατρίδος, τὸν φιλόπατριν τειμῆς χάριν. Ἔτους δνφ.

Iulius Aurelius Zenobius, quem verisimile est praenomina mutuatum esse ab Imperatoribus, στρατηγὸς erat, quo tempore Alexander Severus suscepta contra Artaxerxem expeditione in Syria versabatur. Exarserat autem bellum Persicum a. u. c. 982. Erat tum totius exercitus praefectus Rutilius Crispinus, non confundendus ille cum Crispino, qui anno u. c. 977. Consul fuit; id quod monuit Smithus. Huic igitur Rutilio Crispino se assiduum comitem dedit Zenobius noster. Dicitur is etiam Zabdilas, quod nomen Smithus bene contulit cum Arabico *zabdalla* (*donum Dei*), ut sit fere *Theodorus*. Δὶς Μάλχου est filius Malchi Malchi filii. Vexillationes legionum ex inscriptionibus Latt. notae sunt (Grut. p. 256. 8. 18. 407. 1. 441. 4.). Vs. 15. Ἰαρίβωλος videtur deus esse tutelaris Palmyrenorum (cf. n. 4502.), interpretibus Bernardo et Halleio *Lunus deus* (cf. Renaudot Eclaircissement etc. in Mém. de l'Acad. des Inscr. T. II. 1717. p. 528.). Frustraque de ea re dubitat Eichhornius (Marm. Palmyr. explic. in Commentt. Soc. Reg. Scient. Gotting. Vol. VI. Class. hist. et philol. p. 90. cf. p. 109.), qui putat *Senatum Populumque Palmyrenum ad Iaribolo summo suo magistratui hoc epitheto adulandum pro istius temporis more se demisisse.* At nec de more isto constat et falsam eius opinionem esse verba tituli docent, in quo additum καὶ τῆς πατρίδος. Igitur laudis et approbationis testimonium puta Zenobio editum ab oraculo dei Iariboli, datum a Philippo et a patria ipsa, h. e. a magistratu Palmyreno. In sequentibus lacunam recte explerunt interpretes. Annus epochae Seleucidarum 554. quo titulus positus est, respondet partim a. u. c. 995. partim a. u. c. 996. quo ipso anno constat Philippum Arabem factum esse Praefectum Praetorio. Huius nomen de industria deletum est in titulo nostro (cf. variet. lect.).

4484.

Palmyrae, ad magnam porticum; ed. Wood. Rud. Palmyr. p. 27. n. 12. aeri incisam (conf. Philosoph. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 12.). Adiuncta est Palmyrena lingua concepta inscriptio ap. Wood. p. 30. n. 6. quam post Swintonum (Transact. l. c. p. 716.) explicavit Eichhorn. in Commentatt. Soc. Reg. Scient. Gotting. Vol. VI. 1828. Class. hist. et philol. p. 111.

[*Textum vide pag. seq.*]

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Ἰ]ούλιον [Αὐρήλιον] - - - Σέλευκον - - - - - - - - - - [λαμπρ]ῶς στρατ[ηγήσαντα ὡς] μαρτυρηθ[ῆναι καὶ φιλο]τειμησάμεν[ον τῇ κ]ρατίστῃ βουλῇ [δραχμὰς] μυρίας, τειμῆς ἕνεκεν. Ἔτους ςξφ Ὑπερβερεταίῳ.

In lacuna vss. 2. 3. 4. nomina interciderunt, unum fortasse eius qui honoratur, deinde patris eius et avi, ex quibus supersunt litterae CЄЄΙΛΑΔΥ. Interpretes Palmyrenae inscriptionis honoratum deprehenderunt *Iulium Aurelium Odenathi Maddae f.*

ΟΥΛΙΟΝ
CЄΛЄΥ
ΚΟΝ . . . . . CЄЄΙΛΑ
ΔΥ . . . . ωC
CΤΡΑΤ ΜΑΡΤΥ
ΡΗΘΝ . . . . ΤЄΙΜΗC
ΑΜЄΝ . . . . ΡΑΤΙCΤΗ
ΒΟΥΛΗΑ . . . ΜΥΡΙΑC
ΤЄΙΜΗCЄΝЄΚЄΝЄΤΟΥC
ϚΞΦ ΥΠЄΡΒЄΡЄΤΑΙω

unde recepi Αὐρήλιον. Qui si subiungunt *Seleuco filio - - - Seeilario s. Seeiladio*, quomodo sibi constet oratio, non video. Etiam in reliquis falsa eorum interpretatio videtur, nec dubito quin, quae reposui inde a vs. 4. recto stent talo. Λαμπρῶς στρατηγήσαντα habes n. 4485. De formula ὡς μαρτυρηθῆναι cf. 4483. Vs. 8. extr. ΜΥΡΙΑC non potest esse terminatio vocis *Palmyra*, ut putat Eichhorn. Verbum φιλοτιμεῖσθαι nunc est *largiri*; quo sensu etsi alias accusativum personae adsciscit, tamen etiam dativus admitti potest ad exemplum verbi δωρεῖσθαι. Ex formula τῇ κρατίστῃ βουλῇ coniicias titulum a Populo solo positum esse (cf. n. 4478.), ut a Senatu solo positus est titulus n. 4480. Quamquam interpretes Palmyrenae inscriptionis reddunt *Senatus et Populus*. Annus Seleucid. est 566.; igitur titulus positus est a. u. c. 1007.

4485.

Palmyrae, ad magnam porticum, ut Woodius, in magna curia, ut Bernardus; primum edita est in Philos. Transact. Vol. XIX. p. 99. (cf. Transact. and Collect. Vol. III. P. II. p. 511.) Tractarunt Seller. Antiq. Palmyr. p. 166. n. 8. (cf. p. 322 sqq.), Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 5. n. 10. (cf. p. 21. et 55.); repetiit Murat. T. II. p. DLXI. 1. cum not. et interpret. Lat. Accuratius ed. Wood. Rud. Palmyr. p. 29. n. 18. aeri incisam (cf. Philos. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 18.). Ex eo petiit Heeren. de Commerciis urbis Palmyrae vicinarumque urbium ex monumentis et inscriptionibus illustratis in Commentatt. Soc. Reg. Scient. Gotting. Vol. VII. 1832. p. 48.

ΗΒΟΥΛ[ΗΚΑΙΟΔΗ]ΜΟC
CЄΠΤΙΜΙΟΝ - - ΤΟΝΚΡΑ
ΤΙCΤΟΝЄ[ΠΙΤΡΟΠΟΝC]ЄΒΑCΤΟΥ
ΔΟΥΚΗΝ[ΑΡΙΟΝ] . . . ЄΟΔΟΤΗΝ
ΤΗCΜΗΤ[ΡΟΚΟΛω]ΝЄΙΑCΚΑΙΑ
ΝΑΚΟΜΙCΑ[ΝΤΑΤΑ]CCΥΝΟΔΙΑC
ЄΞΙΔΙωΝΚΑΙΜΑΡΤΥΡΗΘЄΝΤΑ
ΥΠΟΤωΝΑΡΧЄΜΠΟΡωΝΚΑΙ
ΛΑΜΠΡωCCΤΡΑΤΗΓΗCΑΝΤΑΚΑΙ
ΑΓΟΡΑΝΟΜΗCΑΝΤΑΤΗCΑΥΤΗC
ΜΗΤΡΟΚΟΛωΝЄΙΑCΚΑΙΠΛЄΙCΤΑ
ΟΙΚΟΘЄΝΑΝΑΛωCΑΝΤΑΚΑΙΑΡЄCΑΝ
ΤΑΤΗΤЄΑΥΤΗΒΟΥΛΗΚΑΙΤωΔΗΜω
ΚΑΙΝΥΝЄΙΛΑΜΠΡωCCΥΜΠΟCΙΑΡ
ΧΟΝΤωΝΤΟΥΔΙΟCΒΗΛΟΥΙЄ
[Ρ]ωΝ . . . . . ΤЄΙΜΗCЄΝЄΚЄΝ
ЄΤ . . . . ΞΑΝΔΙΚω

Lacunae maximam partem expletae sunt in primo apographo, unde hauserunt Sell. (Bern. et Smith. sine uncis). Supplementa, ubi commode fieri potuit, recepimus.

Vs. 1. Wood. ΗΒΟΥ ΜΟC, apogr. I. et Sell. ΗΒΟΥΛ[ΗΚΑΙΟΔΗ]ΜΟC. Vs. 2. Wood. CЄΠΤΙΜ ΤΟΝΚΡΑ, reliqui CЄΠΤΙΜΙΟΝΤΟΝΚΡΑ. Vs. 3. Wood. ΤΙCΤΟΝC . . . . ЄΒΑCΤΟΥ, apogr. I. et Sell. ΤΙCΤΟΝЄ[ΠΙΤΡΟΠΟΝC]ЄΒΑCΤΟΥ. Vs. 4. Wood. ΔΟΥΚΗΝ ЄΟΔΟΤΗΝ, apogr. I. et Sell. ΔΟΥΚΗΝ[ΑΡΙΟΝ] . . . . ЄΟΔΟΤΗΝ, Bern. et Smith. ΔΟΥΚΗΝΑΡΙΟΝΤΕΛΕΟΔΟΤΗΝ. Vs. 5. Wood. ΤΗCΜΗ . . ΝЄΙΑCΚΑΙΑ, apogr. I. et Sell. ΤΗCΜΗΤ[ΡΟΚΟΛω]ΝЄΙΑCΚΑΙΑ. Vs. 6. Wood. ΝΑΚΟΜΙC CCΥΝΟΔΙΑC, apogr. I. et Sell. ΝΑΚΟΜΙCΑ[ΝΤΑΤΑ]CCΥΝΟΔΙΑC. Vs. 16. init. Wood. . ωΝ, reliqui [Ρ]ωΝ. Lacunam, quae sequitur deinceps, apogr. I. et reliqui (Sell. Bern. et Sm.) non habent. Vs. 17. Wood. nihil nisi Ξ·ΑΝ, reliqui cum apogr. I. quod dedi.

Ἡ βουλ[ὴ καὶ ὁ δῆ]μος Σεπτίμιον - - τὸν κράτιστον ἐ[πίτροπον Σ]εβαστοῦ δουκην[άριον, κρ]ε[ω]δότην τῆς μητ[ροκολω]νείας καὶ ἀνακομίσα[ντα τὰ]ς συνοδίας ἐξ ἰδίων καὶ μαρτυρηθέντα ὑπὸ τῶν ἀρχεμπόρων καὶ λαμπρῶς στρατηγήσαντα καὶ ἀγορανομήσαντα τῆς αὐτῆς μητροκολωνείας καὶ πλεῖστα οἴκοθεν ἀναλώσαντα καὶ ἀρέσαντα τῇ τε αὐτῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ καὶ νυνεὶ λαμπρῶς συμποσίαρχον τῶν τοῦ Διὸς Βήλου ἱε[ρ]ῶν [γενόμενον?], τειμῆς ἕνεκεν. Ἔτ[ους - - - μηνὶ] Ξανδικῷ.

In Σεπτίμιον Οὐορώδην τὸν κράτιστον ἐπίτροπον Σεβαστοῦ δουκηνάριον plures honores extant (vide n. 4496-4499.); nec dissimile veri eundem honorari titulo nostro. Et haec iam Woodii sententia fuit. Iam Septimius Vorodes, qui n. 4496. simpliciter audit ὁ κράτιστος ἐπίτροπος Σεβ. δουκηνάριος, dignitate quadam auctus habetur in titulis n. 4497. 4498. 4499. a. p. Chr. 265. 266. positis paulo ante mortem Odenathi a Gallieno tum Imperatoris elogio ornati. Hinc si Septimius noster idem est, statuendum erit titulum n. 4485. antiquiorem esse titulis n. 4497.-4499. Munera atque officia, quibus Septimius obstrinxit Senatum Populumque Palmyrenum, impedire non videntur, quo minus Septimium Vorodem illum honorari nostro titulo putemus. Δουκηνάριοι olim iudices leviorum summarum ab Augusto constituti (Suet. Octav. 32.); postea procuratores ducenarii erant, quibus ducentorum sestertiorum stipendium ex aerario praebebatur (Dio Cass. LIII.). Variabat tamen stipendii modus pro dignitate procuratorum vel provinciarum. Cf. Vol. II. n. 3751. Κρεοδότην proposuit Halley. Bene, ut videtur, licet prava ortho-

graphia p. κρεωδότην. Bernardi τελεοδότην sensu cassum; nec melius Seller, qui putabat ἐλεοδότην scribi posse. Palmyra nunc μητροκολώνεια audit, i. e. metropolis colonia. Ulpianus Palmyram coloniam appellat iuris Italici; idque confirmatur etiam nummo Caracallae, in quo COL. PALMYRA. Sed quo tempore hoc ornata beneficio sit, non constat: conieceris iam ante Caracallam deductam illuc coloniam esse (conf. Van Capelle Dissert. de Zenobia p. 4.). Ἀνακομίσαντα τὰς συνοδίας est *qui deduxit comitatus* (*Caravanen*); nempe de commercio bene meruerat Septimius, quo quantum floruerit Palmyra, vel ex ἀρχεμπόρων mentione existimari potest (cf. n. 4486. 4489. 4490. et Heeren. l. c. in lemmate). De Iove Belo cf. n. 4482. Huius dei in sacris Septimius dicitur συμποσιάρχου munere functus esse. In fine redit mensis Xandicus, quo mense plures statuae positae vel honores decreti memorantur (conf. n. 4479. 4489. 4497. 4498.).

4486.

Palmyrae, ad magnam porticum; ed. Wood. Rud. Palmyr. p. 27. n. 13. aeri incisam (cf. Philos. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 13.). Repetiit Heeren. l. c. in lemmate ad n. 4485. p. 51. 4. Adiuncta est inscriptio lingua Palmyrena concepta ap. Wood. p. 30. n. 7. quam post Swintonum (Philos. Transact. l. c. p. 707.) explicavit Eichhorn. Commentatt. Soc. Reg. Scient. Gotting. Vol. VI. 1828. p. 114.

ΗΒΟΥΛ . . . ΟΥΛΙΟΝ
ΑΥΡΗΛΙΟ . . . ΑΘΟΝ
ΜΑΛΗ . . . ΡΧΕΜΠΟΡΟΝ
ΑΝΑΚΟΜΙC . . . CΥΝΟΔΙΑΝ
ΠΡΟΙΚΑΕΞΙΔΙѠΝΤЄΙΜΗCΧΑΡΙΝ
ЄΤΟΥCΘΞΦ

Woodii apographum cum eo, quod est in Transactt. prorsus congruit, nisi quod in hoc vs. 2. init. habetur ΑΥΡΗΛΙΟ, in illo solum ΑΥΡΗΛΙ.

Ἡ βουλ[ὴ καὶ ὁ δῆμος Ἰ]ούλιον Αὐρήλιο[ν Σαλμάλ]αθον, Μαλῆ [υἱόν, - - - - ἀ]ρχέμπορον ἀνακομίσ[αντα τὴν] συνοδίαν προῖκα ἐξ ἰδίων, τειμῆς χάριν. Ἔτους θξφ.

Nomen Σαλμάλαθον addidi ex inscriptione Palmyrena, in qua idem dicitur audire *Hebraeus*. Vs. 4. si spatium permitteret, coniicerem ἀνακομίσαντα ὡς εἰώθει τὴν συνοδίαν cet. quoniam in inscriptione Palmyrena hoc additum fuisse dicitur (*solebat gratis itinera facere*). Verum id si tamen est in contextu Palmyreno, in versione Graeca potest omissum esse. Annus tituli est 569; igitur titulus positus est a. u. c. 1010. p. Chr. 257. De mercatura Palmyrae cf. n. 4485.

4487.

Palmyrae, ad magnam porticum; ed. Wood. Rud. Palmyr. p. 29. n. 24. aeri incisam (cf. Philos. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 24.).

CЄΠΤ.ΨΑΙΟΝΤΟΝΠΟΛ..ΤΗΝ
ΚΑΤ...CΤΗΤΗΝΗΠΟΛΙC

Dedimus Woodii apographum. Alterum (Dawkinsii) exemplar vs. 1. habet CЄΠΤ. ΥΑΙΟΝ cet.

Σεπτ. Ψαῖον τὸν πολ[ει]την? κα[ὶ προ]στ[ά]την ἡ πόλις.

Non videtur esse integra inscriptio.

4488.

Palmyrae, in basi ad columnam in aula templi Solis, vicinam ei columnae, ad quam pertinet n. 4478.; ed. Wood. Rud. Palmyr. p. 29. n. 25. aeri incisam (cf. Philos. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 25.).

ΙΟΥΛΙΟCΙΟΥΛΙΑΝΟCЄΥCЄΒΗCΚΑΙΦΙΛΟΠΑΤΡΙC
ΚΑΙΤЄΤЄΙΜΗΜЄΝΟCΥΠΟΤѠΝΘЄΙѠΤΑΤѠΝΑ.
ΤΟΚΡΑΤΟΡѠΝΤЄΤΑΡΤΗC.ΤΡΑΤЄΙΑCЄΠΑΡΧ
CЄΙΛΗC. . . . . ΑΡЄΑCΤЄΙΜΗC
. . ЄΚЄΝЄΤΟΥC. . . . .

Ἰούλιος Ἰουλιανὸς εὐσεβὴς καὶ φιλόπατρις καὶ τετειμημένος ὑπὸ τῶν θει[ο]τάτων Α[ὐ]τοκρατόρων τετάρτης [σ]τρατείας, ἔπαρχ[ο]ς εἴλης - - - - - - [λεγεῶνος] - Ἀρέας, τειμῆς [ἕν]εκεν. Ἔτους - - - -

Legio videtur intelligenda esse XIV. Gemina Martia Victrix; quae Severo Alexandro imperante in Pannonia superiore egisse dicitur. De temporibus tituli non licet quidquam definire accuratius.

4489.

Palmyrae, in aula templi Solis in basi; ed. Wood. Rud. Palmyr. p. 27. n. 5. aeri incisam (cf. Philos. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 5.). Accurate repetiit Heeren l. c. in lemmate ad n. 4485. p. 51. 3.

[*Textum vide pag. seq.*]

Apographa inter se consentiunt. Vs. 1. litteris maioribus scriptus est: Νεσῆ Ἀλᾶ τοῦ Νεσ[ῆ - - -], in quo versu solum nomen viri honorati cum nomine patris (Ἀλᾶ), avi (Νεσῆ) cet. ut in sequentibus, praescriptum videtur.

Νεσῆ Ἀλᾶ τοῦ Νεσῆ τοῦ Ἀλᾶ τοῦ Ῥεφέλου τοῦ Ἀρισσέου συνοδιάρχην οἱ συναναβάντες μετ' α[ὐ]τοῦ ἔμποροι ἀπὸ Φορέθου κὲ Ὀλαγασιάδος, τειμῆς καὶ εὐχαριστείας ἕνεκεν. Ἔτους γνυ, μηνὸς Ξανδ[ικοῦ.

Habemus hic συνοδιάρχην, h. e. ducem συνοδίας;

ΝΕϹΗΑΛΛΑΤΟΥΝΕϹ.....

ΝΕϹΗΑΛΛΑΤΟΥΝΕϹΗΤΟΥΑΛΛΑΤΟΥΡΕΦΕΛΟΥ
ΤΟΥΑΡΙϹϹΕΟΥϹΥΝΟΔΙΑΡΧΗΝΟΙϹΥΝΑΝΑΒΑΝ
ΤΕϹΜΕΤΑ.ΤΟΥΕΜΠΟΡΟΙΑΠΟΦΟΡΑΘΟΥΚΕ
ΟΛΑΓΑϹΙΑΔΟϹΤΕΙΜΗϹΚΑΙΕΥΧΑΡΙϹΤΕΙΑϹ
ΕΝΕΚΕΝΕΤΟΥϹΓ̄Ν̄ῩΜΗΝΟϹΞΑΝΔ....

---

cf. n. 4485. 4486. Duxerat is societatem ab Euphrate, qui nunc Φοράθου (Phrat) dicitur, et Vologesiade urbe prope Babylonem. Urbis a Vologeso Parthorum rege conditae nomen variat. In nostro titulo est Ὀλαγασιάς, cum qua forma conferendus nummus ap. Spanhem. p. 86. ΒΟΛΑΓΑϹΟΥ; n. 4490. est Ὀλογεσιάς; Βολογεσιάς communis forma fuisse videtur (vide Steph. Byz. v. conf. Cellar. Geogr. II. p. 633.). Annus tituli est 453. qui exactus ad epocham Seleucidarum a. u. c. 894. p. Chr. 141. refert.

4490.

Palmyrae, ad magnam porticum; edita est in Philosoph. Transact. Vol. XIX. p. 95. (cf. Transact. and Collect. Vol. III. P. II. p. 509.) Tractarunt Seller. Antiq. Palmyr. Append. p. 167. n. 9. (cf. p. 326.); Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 9. n. 13. (cf. p. 25. et 68.); repetiit Murator. T. II. p. DCCVIII. 7. cum interpret. Lat. et notis. Accuratius dedit Wood. Rud. Palmyr. p. 27. n. 10. aeri incisam (cf. Philosoph. Transact. Vol. LXVIII. p. 691. n. 10.); ex quo repetiit Heeren. l. c. in lemmate ad n. 4485. p. 49. 2.

ΙΟΥΛΙΟΝΑΥΡΗΛΙΟΝΖΕΒΕΙΔΑΝ
ΜΟΚΙΜΟΥΤΟΥΖΕΒΕΙΔΟΥ
ΑϹΘΩΡΟΥΒΑΙΔΑΟΙϹΥΝΑΥΤΩ
ΚΑΤΕΛΘΟΝΤΕϹΕΙϹΟΛΟΓΕϹΙ
ΑΔΑΕΝΠΟΡΟΙΑΝΕϹΤΗϹΑΝΑΡΕ
ϹΑΝΤΑΑΥΤΟΙϹΤΕΙΜΗϹΧΑΡΙΝ
ΞΑΝΔΙΚΩΤΟΥΗ̄Ν̄Φ̄ΕΤΟΥϹ

Expressimus Woodii exemplum. Vs. 2. extr. post ΖΕΒΕΙΔΟΥ lacuna notatur in primo apographo, itemque vs. 7. extr. post ΕΤΟΥϹ. Vs. 3. ΑϹΘΩΡΟΒΑΙΔΑ habet apogr. I., ΑϹΘΩΡΟΒΑΙΔΑΙ Sell.; ibid. extr. Α[Υ]ΤΩ habet Sell. cum apographo primo.

Ἰούλιον Αὐρήλιον Ζεβείδαν Μοκίμου τοῦ Ζεβείδου [τοῦ]
Ἀσθωρουβαΐδα οἱ σὺν αὐτῷ κατελθόντες εἰς Ὀλογε-
σιάδα ἔνποροι ἀνέστησαν ἀρέσαντα αὐτοῖς, τειμῆς χάριν.
Ξανδικῷ τοῦ ηνφ ἔτους.

Ζεβείδας alias est *Zebedaeus*, forma contracta Ζάβδας, quod nomen notante Smitho gessit praefectus exercitus, quem ad Aegyptum subigendam misit Zenobia (Zosim. I, 50. 51. Vopisc. in Aureliano c. 25.). Quem cur statuas eundem esse nostrum Iul. Aurel. Zebeidam (Bernard. p. 26. et Heeren. p. 50.), causa nulla est. Ἀσθωρουβαΐδας videtur nomen esse patris Zebeidae, avi Iul. Aurelii Zebeidae; unde praescripsi [τοῦ], cui coniecturae favet ea, quae in apographis ante Woodium editis notatur lacuna. Bernard. et Smith. h. l. ΤΟΥ posuerunt sine uncis. Nomen illud Ewaldo iudice (vide Heeren. p. 50.) significat *praesidium deserti* vel, quod ipsi probabilius videtur, *praefectus deserti*. Unde Heerenius, qui posterius praefert, elogium putat esse, quo mercatores post reditum felicem ducem suum, ut legiones Imperatorem, salutare soliti sint, et Iul. Aurel. Zebeidam appellari ipsum Asthorubaidam. Minus id quidem verisimile. Selleri commenta missa facio. Annus tituli est 558. igitur titulus positus est a. u. c. 999. p. Chr. 246. De Ologesiade et de reliquis cf. ad n. 4489.

4491. 4492.

Palmyrae; pars prior (*A.*) in basi magnae porticus, pars altera (*B.*) in columnae appositae scapo; editae sunt hae partes in Philosoph. Transact. et quidem separatim in Vol. XIX. p. 99. (conf. Transact. and Collect. T. III. P. II. p. 511.) Tractarunt Seller. Antiq. Palmyr. Append. p. 168. n. 12. 13. (cf. p. 339.) qui primo apographo deceptus duos titulos effecit; Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 9. n. 14. (cf. p. 26. et 69.); repetiit Murator. T. II. p. DCCXLIV. 2. cum Lat. interpret. et notis. Accuratius ed. Wood. Rud. Palmyr. p. 27. n. 11. aeri incisam (cf. Philos. Transact. Vol. XLVIII. p. 691.). Partem *B.* Murator. T. II. p. DCCLXXXIX. 2. ex Philosoph. Transact. Vol. XIX. p. 99. iterum dedit et ex chartis D. Halifax citat Thomas Hyde Hist. relig. vet. Pers. p. 517. tab. XIV. Addita huic titulo est inscriptio lingua Palmyrena concepta ap. Wood. p. 30. n. 5. quam post Swintonum (Philos. Transact. Vol. XLVIII.) explicare studet Eichhorn. in Commentatt. Soc. Reg. Scient. Gotting. Vol. VI. 1828. Class. hist. et philol. p. 115.

A. ϹΕΠΤΙΜΙΟΝΑΙΡΑΝΗΝΟ
ΔΑΙΝΑΘΟΥΤΟΝΛΑΜΠΡΟ
ΤΑΤΟΝϹΥΝΚΛΗΤΙΚΟΝ

B. ΕΞ ΝΩΝ
ΑΥΡΗΛΙ ΡΗΛΙ
ΟΔΩΡΟΥ ϹΤΡΑΤΙΩ
ΤΗϹΛΕΓ ΚΗϹΤΟΝ
ΠΑΤΡΩΝ..ΤΕΙΜΗϹΚΑΙΕΥΧΑ
ΡΙϹΤΙΑϹΧΑΡΙΝΕΤΟΥϹΓ̄Ξ̄Φ̄

Fundus lectionis est textus Woodianus. Vs. 4. Sell. cum altero apographo ΕΞΑ.......ΝΤΩΝ, Bern. et Smith. Mur. ΕΞΑΠΑΝΤΩΝ de coniectura. Vs. 5. ante ΑΥΡΗΛΙ Bern. et Smith. Mur. interposito ΛΟΥΚΙΟϹ sine ulla auctoritate pergunt ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΗΛΙ cet. Vs. 6. Sell. cum primo apographo ΟΔΩΡ.....ϹΤΡΑΤΙΩ, unde pro Woodiano ΟΔΟ scripsi ΟΔΩ, Bern. et Smith. Mur. ΟΔΩΡΟϹϹΤΡΑΤΙΩ. Vs. 7. Sell. cum primo apogr. ΤΗϹΛΕ.......ΚΗϹ ΤΩΝ, Bern. et Smith. Mur. ΤΗϹΛΕΓΕΩΝΟϹΠΑΡ

ΘΙΚΗCΤΟΝ. Vs. 8. Sell. cum primo apographo ΠΑΤΡѠΝΤЄΙΜΗC cet. Bern. et Smith. Mur. ΠΑ ΤΡΩΝΟΝΤΕΙΜΗC cet.; in Woodiano addidi solum secundum Τ, pro quo punctum positum erat.

Σεπτίμιον Αἱράνην Ὀδαινάθου τὸν λαμπρότατον συνκλητικὸν ἐξ [ἰδίων δαπα]νῶν Αὐρήλι[ος - - - Αὐ]ρ. Ἡ[λ]ιοδώρου - - - - - - στρατιώτης λεγ[εῶνος] - - - - κῆς, τὸν πάτρων[α] τειμῆς καὶ εὐχαριστίας χάριν. Ἔτους γξφ.

Septimium Aeranen Capellus (de Zenobia p. 59.) putat filium esse Odenathi, qui postea Imperator, et quidem Herennianum illum, qui etiam Herennius vocitetur a Trebellio. Et potest sane nomen Aeranes videri respondere Herenniano. Verum hunc fratremque Timolaum ab Odenatho parvulos relictos esse atque eorum nomine Zenobiam imperium suscepisse refert idem Trebellius (c. 27.), licet refragante Vopisco (Aurel. c. 38.), qui Vaballathi nomine vult regnasse Zenobiam. Haec igitur Capellus aliquo modo videtur conciliare posse, ut statuat Zenobiam primum cum Herenniano et Timolao regnum tenuisse, his vero paulo post defunctis cum Vaballatho continuasse. Verum hoc ut altioris indaginis est, ita inde nondum efficitur Aeranen *συγκλητικὸν* anno Seleucid. 563. (a. u. c. 1004.) posse esse Herennianum Odenathi filium. Atque ut vocabulum istud *parvulum* non premendum ducas, tamen Trebellius diserte (c. 15.) dicit *Odenathum assumpto nomine primum regali, cum uxore Zenobia et filio maiore, cui erat nomen Herodes, minoribus Herenniano et Timalao, collecto exercitu contra Persas profectum esse.* Itaque neque Odenathus noster potest magnus ille Odenathus esse neque Aeranes Herennianus filius eius; quamquam uterque ad familiam Odenathi Imperatoris videtur pertinere (vide ad n. 4507.). Qui monumentum posuit, est Aurelius quidam miles legionis sive Scythicae sive Parthicae sive Gallicae, non, ut malunt Sell. Smith., Illyricae, quam non verisimile est aetate huius tituli Palmyrae egisse. Swintonus quidem in interpretatione Palmyrenae (l. c. p. 707.) reddidit Parthicam. Eichhornius patrem eius, qui posuit titulum, militem et ducem legionis praesidiariae Bitherensis inducit; de quo alii viderint. Aurelius igitur filius dicitur Aur. Heliodori, qui, ni fallor, ipse redit n. 4493. ubi *Lucius Aurelius Heliodorus.* Cum hoc Aurelio Heliodoro interpretes (Sell. Bern.), qui male eum pro milite, a quo Aeranae monumentum positum esset, vendiderunt, inscriptionem Romanam componi posse suspicati sunt, qua L. Aurel. Heliodorus Antiochi f. Palmyrenus monumentum dedicat *Ἀγλιβώλῳ καὶ Μαλαχβήλῳ πατρῴοις θεοῖς.* Negat id fieri posse Smith. p. 71. Verum ne ipse quidem inscriptionis rationem perspexerat. Nostro loco enim Aurelius est filius Aurelii Heliodori. Lucium Aurelium Heliodorum tituli n. 4493. etiam Halley (Philos. Transact. and Collect. Vol. III. P. II. p. 524.) putat eundem illum esse in inscriptione Romana memoratum. Sed apud Gruter. et alios Λ. ΑΥΡ. ΗΛΙΟΔѠ ΡΟC expressum erat; ap. Montefalc. qui (Ant. expl. T. II. tab. 179.) inscriptionem ex aere Roma misso accurate descriptam dedit, est Τ. ΑΥΡ. ΗΛΙΟΔѠ ΡΟC. Amittimus igitur *Lucium.* Utut est, posito Aurelium Heliodorum nostrum eundem esse, cuius mentio fit n. 4493. certe non ab re erit coniicere cognatione eum iunctum fuisse cum illo Heliodoro, qui inscriptionem Romanam posuit.

Ceterum ex inscriptione Palmyrena, quae adiuncta est titulo nostro, prorsus alia nomina exsculpserunt interpretes: Swint. *Aurelius Philinus Marii Philini filius,* Eichh. *Aurelius Philinus Marii Philinaris filius.* Patrem Aur. Heliodorum tuetur lectio nostra.

4493.

Palmyrae, prope partem orientalem magnae curiae Palmyrenae; ed. Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. n. 15. versibus haud dubie non recte divisis, et Halley in Philos. Transact. and Collect. Vol. III. P. II. p. 524.

. . . . . . ΛΟΥΚΙΟΥΑΥΡΗΛΙΟΥΗΛΙΟΔѠΡΟΥΤΟΥ - -

Spatium trium versuum.

[ΤЄΙ]ΜΗCΧΑΡΙΝЄΤΟΥC - - - - - ΜΗΝΟC[ΑΠ]ЄΛΛΑΙ[ΟΥ]

Vs. 1. inter ΑΥΡΗΛΙΟΥ et ΗΛΙΟΔѠΡΟΥ lacunam signat Halley. Bern. et Smith. nulla ratione habita spatii trium versuum secundam lineam ita habet ΤΟΥ . . . . . . ΤΕΙΜΗCΧΑΡΙΝΕΤΟΥC . . . . ΜΗ, reliquis litteris tertiam lineam constituentibus. Uncos addit Halley.

[Ὁ δεῖνα τὸν δεῖνα] Λουκίου Αὐρηλίου Ἡλιοδώρου τοῦ

\- - - - - - - - - - -

\- - - - - - - - - - -

[τει]μῆς χάριν. Ἔτους - - - μηνὸς [Ἀπ]ελλαί[ου.]

De Lucio Aurelio Heliodoro cf. ad n. 4491.

4494.

Palmyrae, ad magnam porticum; ed. Wood. Rud. Palmyr. p. 29. n. 23. aeri incisam (cf. Philos. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 23.)

ΓЄΗΔΑΤΙΟΝΟΥЄΛΛΗΙΟΝ
ΠΡЄΙCΚΟΝΜΑΚΡЄΙΝΟΝΤΟΝ
ΑΓΝΟΝΚΑΙΔΙΚΑΙΟΝCѠΤΗΡΑ
ΜΑΝΝΟCΟΚΑΙΜЄΖΑΒΒΑΝ.
ΟΛΙΜΗΤΟΝЄΥЄΡΓЄΤΗΝ

Γ. [Σ]ηδάτιον Οὐελλήϊον Πρεῖσκον Μακρεῖνον, τὸν ἁγνὸν καὶ δίκαιον σωτῆρα, Μάννος ὁ καὶ Μεζαβ̔βᾶν - ολιμῆ τὸν εὐεργέτην.

4495.

Palmyrae, ad magnam porticum; edita est in Philosoph. Transact. Vol. XIX. p. 100. (cf. Transact. and Collect. Vol. III. P. II. p. 512.). Tractarunt Seller. Antiq. Palmyr. Append. p. 168. n. 14. (cf. p. 344.); Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 11. n. 16. (cf. p. 27. et 73.); repetiit Murator. T. II. p. DCCLXI. 6. cum Lat. interpret. Accuratius ed. Wood. Rud. Palmyr. p. 29. n. 14. (cf. Philos. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 14.)

.ΥΠΙΛΙΟΝΟΥΟΡΩΔΗΝ
ΙΠΠΙΚΟΝΚΑΙΒΟΥΛΕΥΤΗΝ
ΠΑΛΜΥΡΗΝΟΝΒΗΛΑ
ΚΑΒΟCΑΡCΑΤΟΝΦΙ
[ΛΟΝ]ΤΕΙΜΗCΧΑΡΙΝ
ΕΤΟΥC ΟΦ

Dedi Woodii exemplum, recepta vs. 5. emendatione quadam ex apographo primo, quod sequuntur interpretes, ubi Wood. . . . . ΕΙΜΗCΧΛΡΙΝ, illud [ΛΟΝ]ΤΕΙΜΗCΧΑΡΙΝ. Ceterum vs. 2. init. apogr. I. habet [CΥΝΚΛ]ΗΤΙΚΟΝ pro ΙΠΠΙΚΟΝ.

[Ῥο]υπίλιον Οὐορώδην ἱππικὸν καὶ βουλευτὴν Παλμυρηνὸν Βηλάκαβος Ἀρσᾶ τὸν φί[λον] τειμῆς χάριν. Ἔτους οφ.

Bern. Πούπλιον vel Ποπίλιον proposuit, Smith. Ὀπίλιον (Οὐπίλιον) vel Ῥουπίλιον, Sell. Ῥουπίλιον. Dixeris quidem ubi .ΥΠΙΛΙΟΝ enotatur, in lapide fuisse ΣΕΠΤΙΜΙΟΝ, quo praenomine apud Palmyrenos nihil frequentius. Sed quoniam apographa Woodii accurata solent esse, non ausus sum mutare. Nomen barbarum vss. 3. 4. compositum videtur ex nomine Dei Beli. Annus Seleucid. est 570. qui respondet a. u. c. 1011. (p. Chr. 258.)

4496.

Palmyrae; ed. Wood. Rud. Palmyr. p. 29. n. 19. aeri incisam (cf. Philosoph. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 19.). Adiuncta est Palmyrena lingua concepta inscriptio ap. Wood. p. 30. n. 10. quam post Swintonum (Philos. Transact. l. c. p. 695.) explicavit Eichhornius in Commentatt. Soc. Reg. Scient. Gotting. Vol. VI. 1828. Class. hist. et philol. p. 114.

.ΕΠΤΙ
ΕΠΙΤΡΟΠ ΟΥΚΗΝΑΡΙΟΝ
ΙΟΥΛΙΟCΑΥΡΗ Ο ΒΑΛΟC...
ΔΟΥΤΟΥ ΗΓΟCΙ.CΛΑΜΠΡΟΤΑ
ΤΗCΚΟΛΩΝΕΙΑC.ΟΝΕΑΥΤΟΥΦΙΛΟΝ
ΤΕΙΜΗCΕΝΕΚΕΝΕΤΟΥC . . . ΜΗΝΕΙ
ΑΠΕΜΑΙΩ

Σ]επτί[μιον Οὐορώδην τὸν κράτιστον] ἐπίτροπ[ον Σεβαστοῦ δ]ουκηνάριον Ἰούλιος Αὐρή[λιος] - - - ο - - βαλος - - - - δου τοῦ - - - [στρατ]ηγὸς [τῆ]ς λαμπροτάτης Κολωνείας, [τ]ὸν ἑαυτοῦ φίλον τειμῆς ἕνεκεν. Ἔτους - - - μηνεὶ Ἀπε[λλ]αίῳ.

Septimium Vorodem, qui honoratur etiam titulis n. 4497. 4498. 4499. sunt qui putent filium esse Odenathi natu maximum, qui Trebellio Herodes est. Quam sententiam haud scio an non probaturus sit qui titulum n. 4485. ad eundem Sept. Vorodem pertinere concesserit. Vide ad n. 4485. Vorodes nomen frequens est in Parthia. Nomina eius, qui posuit titulum, mutila sunt. Ex Palmyrena inscriptione Swintonus exsculpsit *Iulius Aurelius Nabibal filius Saodoidae* vel *Saoduti* (unde coniicais in Graeco scribendum esse [Ναβι]βαλος - - - δούτου); Eichhorn. *Iulius Aulis (Aurelius) Nabibar filius Saaruchidae.* De Palmyra colonia cf. ad n. 4485.

4497.

Palmyrae, ad magnam porticum; edita est in Philosoph. Transact. Vol. XIX. p. 98. (cf. Transact. and Collect. Vol. III. P. II. p. 511.) Tractarunt Seller. Antiq. Palmyr. Append. p. 167. n. 11. (cf. p. 332.); Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 13. n. 20. (cf. p. 78.); repetiit Murator. T. II. p. DCCXLV. 1. cum Lat. interpret. et notis. Accuratius edidit Wood. Rud. Palmyr. p. 29. n. 15. aeri incisam (cf. Philos. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 15.).

CΕΠΤΙΜ
ΤΟΝΚΡΑ
ΠΟΝCΕΒ Η
ΝΑΡΙΟΝΚΑΙ ΙΗΝ
ΙΟΥΛΙΟCΑΥΡ ΟCCΕ
ΠΥΙΜΟCΜ ΜΑΛΩ
ΧΑΝΝΑCCΟΥ[ΜΟΥ]ΟΚΡΑΤΙ
CΤΟCΤΟΝΦΙΛΟΝΚΑΙΠΡΟCΤ
ΑΤΗΝΤΕΙΜΗCΕΝΕΚΕΝ
ΕΤΟΥCΖΟΦΜΗΝΕΙΞΑΝΔΙΚΩ

Exemplum est Woodianum. Lacunae plerumque expletae sunt in apographo primo additis uncis, ut vs. 1. CΕΠΤΙΜ[ΙΟΝΟΥΟΡΩΔΗΝ] cet. Vs. 4. ΚΑ[ΙΑΡΟΑΠΕ]ΤΗΝ (Bern. et Smith. afferunt ΑΡ . . ΑΠΗΤΗΝ, reponunt autem ΑΡΧΑΓΗΤΗΝ de coniectura); vs. 5. ΑΥΡ[ΗΛΙ]ΟCΕ (Bern. et Smith. ΑΥΡΗΛΙΟCC); vs. 6. [ΑΛΜΗC]ΠΥΙΛCΟCΜ[ΕΛΕΝΑΙ]ΟCΜΑΛΩ (Bern. et Smith. ΑΛΜΗCΠΥCΙΛΛΟCΜΕΛΕΝΑΙΟCΜΑΛΩ sine uncis); vs. 7. ΧΑΝΝΑCCΟΥΜΟ[Υ]ΟΚΡ cet. (quam lectionem intuli in exemplum Woodii, qui habet ΚΑΝΝΑCCΟΥ ΟΚΡ cet.); vs. 8. [ΦΙΛΟΝ]; et vs. 10. ΕΤΟΥC . . . . . [ΜΗΝΕΙ Ξ]ΑΝΔΙΚΩ.

Σεπτίμ[ιον Οὐορώδην] τὸν κρά[τιστον ἐπίτρο]πον Σεβ[αστοῦ δουκ]ηνάριον καὶ [ἀργαπέτ]ην Ἰούλιος Αὐρ[ήλι]ος Σέπ[τ]ιμος Μ - - - [τοῦ] Μαλωχᾶ Νασσού[μου] ὁ κράτιστος τὸν φίλον καὶ προστάτην, τειμῆς ἕνεκεν. Ἔτους ζοφ μηνεὶ Ξανδικῷ.

De Septimio Vorode cf. ad n. 4496. [Ἀργαπέτ]ην

desumpsi ex n. 4498. 4499. ubi vide quae annotavimus. Veritus est Smith. (p. 79.), ne verba ΟΚΡΑ ΤΙCΤΟC perfunctorie transcripta essent. Vix enim quempiam in monumento patroni et amici famae dedicato se ipsum appellare τὸν κράτιστον. Verba illa in lapide esse testis est Woodius. Conieceris igitur titulum positum esse ab alio, qui dedicarit monumentum iussu Iulii Aurelii Septimi; in quo is sibi indulserit de suo addere ΟΚΡΑΤΙCΤΟC ad significandam dignitatem illius (cf. n. 4507.). Annus Seleucid. 577. titulum positum a. u. c. 1018. p. Chr. 265. docet.

4498.

Palmyrae, ad magnam porticum; edita est in Philosoph. Transact. Vol. XIX. p. 98. (cf. Transact. and Collect. Vol. III. P. II. p. 492. et p. 510.) Tractarunt Seller. Antiq. Palmyr. Append. p. 167. n. 10. (cf. p. 332.); Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 12. n. 19. (cf. p. 32. et 73.); Barthélemy Mém. de l'Acad. des Inscr. Vol. XXVI. p. 584 sq. Repetiit Murator. T. II. p. DCCXLIV. 1. cum Lat. interpret. et notis. Accuratius ed. Wood. Rud. Palmyr. p. 29. n. 17. aeri incisam (cf. Philos. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 17.). Ex Barthelemyo citat Eckhelius D. N. Vol. IV. p. 227. Adiuncta est Palmyrena inscriptio ap. Wood. p. 30. n. 9. quam post Swintonum (Philos. Transact. l. c. p. 694.) explicavit Eichhorn. in Commentatt. citatt. in lemmate ad n. 4496. p. 115.

CЄΠΤΙΜΙΟΝΟΥΟΡΩΔΗΝ
ΤΟΝΚΡΑΤΙCΤΟΝЄΠΙΤΡΟ
ΠΟΝCЄΒΑCΤΟΥΔΟΥΚΗ
ΝΑΡΙΟΝΚΑΙΑΡΓΑΠЄΤΗΝ
ΙΟΥΛΙΟCΑΥΡΗΛΙΟCCΑΛΜΗC
ΚΑCCΙΑΝΟΥΤΟΥᴧ . . ЄΝΑΙΟΥ
ΙΠΠЄΥCΡΩΜΑΙΩΝΤΟΝΦΙΛΟΝ
ΚΑΙΠΡΟCΤΑΤΗΝЄΤΟΥCΗΟΦ
ΜΗΝЄΙΞΑΝΔΙΚΩ

Exemplum est Woodii. In prioribus apographis vs. 4. ΑΡΟΑΠЄΤΗΝ cum varietate ΑΡ . . ΑΠΗΤΗΝ, ΑΡⲖΠΗΤΗΝ (et ut Bern. annotat ΑΡΟΑΠΗΤΗΝ); vs. 5. extr. ЄΑΛΜΗC, cum varietate CΑΝѠΗC; vs. 6. ΚΑCCΙΑΝΟΥΤΟΥΜ[Є]ΛЄΝΑΙΟΥ, cum varietate ѠΑCCΙΑΝΟΥΤΟΥѠ . . ΛЄΝΑΙΟΥ vel ΤΟΥΤΟΥΜ ΛЄΛΟΥ annotante Sellero.

Σεπτίμιον Οὐορώδην τὸν κράτιστον ἐπίτροπον Σεβαστοῦ δουκηνάριον καὶ ἀργαπέτην Ἰούλιος Αὐρήλιος Σάλμης Κασσιανοῦ τοῦ [Μελ]εναίου ἱππεὺς Ῥωμαίων, τὸν φίλον καὶ προστάτην. Ἔτους ηοφ, μηνεὶ Ξανδικῷ.

De Septimio Vorode cf. ad n. 4496. Vs. 4. ΑΡΓΑ ΠЄΤΗΝ vox ignota nec tentanda coniecturis, quae videtur subesse etiam nomini proprio Ἀρχαπέτου ap. Petr. Patricium Eclog. legatt. p. 20. Hoeschel. Persicam esse putat Barthelemyus provocans ad vocem *Arzabades*. Vocabulum diserte in lapide est affirmante Woodio, qui se iterum consulto marmore verum deprehendisse notat. Igitur coniecturas interpretum non tango. Indicatur voce illa officium quoddam (cf. Swint. l. c. p. 697.), quo nondum auctus erat Sept. Vorodes, quum poneretur titulus n. 4496. Ex quo simul apparet etiam titulum n. 4485. prius positum esse quam n. 4497. ac proinde ante quam n. 4498. 4499. qui uno anno recentiores sunt quam n. 4497. Uterque enim positus est anno Seleucid. 578. i. e. a. u. c. 1019. p. Chr. 266. Ceterum qui posuit titulum, ἱππεὺς Ῥωμαίων audit, de qua formula cf. ad n. 5754.

4499.

Palmyrae, ad magnam porticum; ed. Wood. Rud. Palmyr. p. 29. n. 16. (cf. Philosoph. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 16.) Tractavit Barthélemy Mém. de l'Acad. des Inscr. T. XXVI. p. 584 sq. ex quo citat Eckhel. D. N. Vol. IV. p. 227. Adiuncta est inscriptio Palmyrena ap. Wood. p. 30. n. 8. quam post Swintonum (Philos. Transact. l. c. p. 894.) explicavit Eichhorn. in Commentatt. citatt. in lemmate ad n. 4496. p. 116.

CЄΠΤ ΟΥΟΡΩΔΗΝ
ΤΟΝΚΡΑΤΙCΤΟΝЄΠΙΤΡΟ
ΠΟΝCЄΒΑCΤΟΥΔΟΥΚΗ
ΝΑΡΙΟΝΚΑΙΑΡΓΑΠЄΤΗΝ
ΙΟΥΛΙΟCΛΥΡΗΛΙΟC
CЄΠΤΙΜΙΟCΙΑΔΗCΙΠ
ΠΙΚΟCCЄΠΤΙΜΙΟΥΑΛЄ
ΞΑΝΔΡΟΥΤΟΥΗΡΩΔΟΥ
ΑΠΟCΤΡΑΤΙΩΝΤΟΝΦΙ
ΛΟΝΚΑΙΠΡΟCΤΑΤΗΝ
ΤЄΙΜΗCЄΝЄΚЄΝЄΤΟΥC
ΗΟΦ ΜΗΝЄΙΞΑΝΔΙΚΩ

Σεπτ[ίμιον] Οὐορώδην τὸν κράτιστον ἐπίτροπον Σεβαστοῦ δουκην[ά]ριον καὶ ἀργαπέτην Ἰούλιος [Α]ὐρήλιος Σεπτίμιος Ἰάδης ἱππικὸς Σεπτιμίου Ἀλεξ[ά]νδρου τοῦ Ἡρώδου [ἀ]πὸ στρατιῶν, τὸν φίλον καὶ προστάτην τειμῆς ἕνεκεν. Ἔτους ηοφ, μηνεὶ Ξανδικῷ.

De Septimio Vorode cf. ad n. 4496. De ἀργαπέτῃ et de anno cf. ad n. 4498. Vs. 9. ἀπὸ στρατιῶν videtur esse i. q. ἀπὸ στρατειῶν, ut Alexander dicatur fuisse Imperatoris comes militaris.

4500.

In solitudine *Palmyrena*, Damasco Palmyram versus, tribus ab hac urbe horis, duo extant stylobatae eiusdem magnitudinis et formae, altitudinis vero circiter II metr. Idem in utroque titulus inscriptus. Edidit Vidua Inscriptiones ant. in Turcico Itin. coll. tab. XXIII. 1. (cf. p. 27.); unde dedit Letronn. Journ. des Sav. Mart. 1827. p. 165. cum nota St-Martini de nominibus propriis huius tituli, et repetiit in libello: Analyse critique du recueil d'inscriptions grecques et latines de M. le Comte de Vidua, p. 18.

ΔΙΙΨΨΙϹΤѠΚΑΙΕΠΗΚΟѠΗΠΟΛΙϹΕΥΧΗΝ

ΕΤΟΥϹΕΚΥΔΥϹΤΡΟΥΑΚΕΠΙΑΡΓΥΡΟΤΑΜΙѠΝΖΕΒΕΙΔΟΥΚΑΙΜΟΑΜΕΔΟΥΚΑΙΜΑ

ΛΟΚΙΜΟΥΙΑΡΙΒѠΛΕΟΥϹΚΑΙΙΑΡΑΙΟΥΝΟΥΡΒΗΛΟΥΚΑΙΑΝΑΝΙΔΟϹΜΑΛΙΧΟΥ

Versus primus maioribus litteris incisus est in superiore parte trunci. In medio aliquid sculptum iaculorum fasciculo simile. Subsunt duo postremi versus.

Διῒ ὑψίστῳ καὶ ἐπηκόῳ ἡ πόλις εὐχήν. Ἔτους εκυ, Δύστρου ακ, ἐπὶ ἀργυροταμιῶν Ζεβείδου καὶ Μοαμέδου καὶ Μαλοκίμου Ἰαριβωλέους καὶ Ἰαραίου Νουρβήλου καὶ Ἀνανίδος Μαλίχου.

Titulus positus est anno Seleucid. 425. mensis Dystri die 21. Incidit igitur in a. u. c. 866. p. Chr. 113. qui XVI. est Traiani Imperatoris. Comparent ἀργυροταμίαι, qui magistratus etiam alibi eponymus est. Hi numero sunt quinque. In nominibus nota Μοαμέδαν. Ex reliquis Ἰαριβωλεὺς est etiam n. 4481. et Ἰαραῖος n. 4482.

4501.

In templo Moslemio apud Tibam (Tayibeh) oppidum Euphratem versus Palmyra pergenti, in lapide muro inserto; edita est in Philos. Transact. Vol. XIX. p. 109. (cf. Transact. and Collect. Vol. III. P. II. p. 517.) Tractarunt Seller. Antiq. Palmyr. Append. p. 170. n. 18. (conf. p. 363 sq.); Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 2. n. 3. (conf. p. 17. et 42.) Repetierunt praeter Reland. Palaest. T. II. p. 525. Murator. T. I. p. CXV. 1. et Swintonus Philos. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. tab. XXX. aeri incisam ex chartis D. Halifax. Adiuncta est inscriptio Palmyrena, quam post Swintonum (Philos. Transact. Vol. LVI. p. 4. coll. Vol. XLVIII. tab. XXX. n. 2.) explicavit Eichhorn. in Commentatt. citatt. in lemmate ad n. 4496. p. 91 sqq.

ΔΙΙΜΕΓΙϹΤѠΚΕΡΑΥΝΙѠΥΠΕΡϹѠΤΗΡΙΑϹΤΡΑ:ΑΔΡΙΑΝΟΥ
ϹΕΒΤΟΥΚΥΡΙΟΥΑΓΑΘΑΝΓΕΛΟϹΑΒΙΛΗΝΟϹΤΗϹΔΕΚΑΠΟΛΕΟϹ
ΤΗΝΚΑΜΑΡΑΝѠΚΟΔΟΜΗϹΕΝΚΑΙΤΗΝΚΛΙΝΗ..ΕΞΙΔΙѠΝ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΕΤΟΥϹ ΕΜΥ ΜΗΝΟϹ ΛѠΟΥ

Dedi exemplum a Swintono communicatum. Vs. 2. init. ubi Swint. ϹΕΒΤΟΥ, in apographo typis expresso ϹΕΒ....ΤΟΥ. Ibid. extr. ΩϹ Bern. Murat.

Διῒ μεγίστῳ Κεραυνίῳ ὑπὲρ σωτηρίας Τρα(ϊανοῦ) Ἀδριανοῦ Σεβ(αστοῦ) τοῦ κυρίου Ἀγαθάνγελος Ἀβιληνὸς τῆς Δεκαπόλεος τὴν καμάραν ᾠκοδόμησεν καὶ τὴν κλίνη[ν] ἐξ ἰδίων ἀνέθηκεν. Ἔτους εμυ μηνὸς Λώου.

Templum, ex quo lapis, videtur Iovis Κεραυνίου fuisse, postea in moscheam immutatum. Agathangelus Abilis oriundus est ex Coeles Syriae oppido, quod h. l. regioni Decapolitanae tribuitur (cf. Plin. H. N. V, 16.). Fecit ille lectisternium in templo, h. e. aediculam fornicatam lectoque instructam (cf. Salmas. ad Vopisci Aurelian. c. 46.). Inscriptio posita est anno Seleucid. 445. a. u. c. 886. quo anno rebellarunt Iudaei. Iam quum pro salute Hadriani factum lectisternium dicatur, in promptu est coniicere Hadrianum eo anno in Syriam reversum esse, ut belli Iudaici pericula ipse adiret (cf. Flemmer de itineribus et reb. gest. Hadriani p. 96.). Quamquam bene monet Eichhornius inter terrores belli vicini pro salute Hadriani vel non praesentis preces fieri potuisse.

4502.

Palmyrae, in ara prope magnum fontem (in urbis pomoerio occidentali secundum Bernardum); edita est in Philosoph. Transact. Vol. XIX. p. 103. (cf. Transact. and Collect. Vol. III. P. II. p. 514.) Tractarunt Seller. Antiq. Palmyr. Append. p. 169. n. 13. (cf. p. 352.); Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 4. n. 8. (cf. p. 20. et 48.); repetiit Murator. T. I. p. CXVII. 2. Accuratius edidit Wood. Rud. Palmyr. p. 27. n. 6. aeri incisam (cf. Philos. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 6.).

ΔΙΙΥΨΙϹΤѠΜΕΓΙϹΤѠΚΑΙΕΠΗΚΟѠΒѠΛΑΝΟϹΖΗΝΟΒΙΟΥ
ΤΟΥΑΙΡΑΝΟΥΤΟΥΜΟΚΙΜΟΥΤΟΥΜΑΘΘΑΕΠΙΜΕΛΗΤΗϹ ΟΙ
ΑΙΡΕΘΕΙϹΕΦΚΑϹΠΗΓΗϹΥΠΟΙΑΡΙΒѠΛΟΥΤΟΥΘΕΟΥΤΟΝΒѠ·
ΕΞΙΔΙѠΝΑΝΕΘΗΚΕΝΕΤΟΥϹΔΟΥΜΗΝΟϹΥΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΥΚ

Dedi exemplum Woodianum correcto ex aliis nomine ΖΗΝΟΒΙΟΥ, pro quo Wood. ΖΕΝΟΒΙΟΥ. Ex varia lectione pauca sufficit notasse. Vs. 1. extr. priores scripserunt ΖΗΝΟΒΙΟΥ; vs. 2. extr. ΕΠΙΜΕΛΗΤΗϹΟΗ, desumptis ex tertio versu, quae supra scriptae sunt, litteris ΟΙ· Vs. 3. Bern. et Smith. Mur. ΕΦΘΑϹ, reliqui ΕΦΚΑϹ; ibid. extr. puta scriptum fuisse in lapide ΒѠΜ (ON supra scriptum), quo non cognito neglecta versuum divisione editum erat a prioribus ΒѠ[ΜΟΝ].

Διῒ ὑψίστῳ μεγίστῳ καὶ ἐπηκόῳ Βωλανὸς Ζηνοβίου τοῦ Αἰράνου τοῦ Μοκίμου τοῦ Μαθθᾶ ἐπιμελητὴς αἱρεθεὶς Ἔφκας πηγῆς ὑπὸ Ἰαριβώλου τοῦ θεοῦ τὸν βω[μ]ὸ[ν] ἐξ ἰδίων ἀνέθηκεν. Ἔτους δου, Ὑπερβερεταίου κ.

Bolanus a Βώλῳ dictus apud Syros nomen satis notum. Bolanus hic ex familia est Alialamis (n. 4479.). Utriusque stemma videtur esse hoc:

Matthas
- Aeranes — Mocimus — Aeranes — Alialames
- Mocimus — Aeranes — Zenobius — Bolanus.

Redit numen Ἰαρίβωλος, interpretibus Bernardo et Halleyo *Lunus deus*; cf. n. 4483. Ab hoc numine Bolanus noster dicitur ἐπιμελητὴς αἱρεθεὶς Ἔφκας πηγῆς; nec miraberis in magno pretio Palmyrenis fuisse fontem deserta incolentibus. Fuit haud dubie sacer fons; beneque coniicit Woodius magistratum illum non exiguum fuisse. De nomine fontis varia interpretes. Alii cultus Veneris Aphacitidis advocato Ἀφάκας legendum statuerunt (Seller.); alii de aquis calidis intelligendum et ΕΦΘΑϹ legendum putabant (Bern. Smith.). Frustra omnia. Nec digna quae afferatur tentata a Smitho correctio ΙЄΡΑϹ, posteaquam lectio firmata est a Woodio. Annus Seleucid. 474. est; igitur titulus positus est a. u. c. 916. p. Chr. 163.

4503.

Palmyrae, in ara translata a Woodio in Angliam; inscriptionem ed. Wood. Rud. Palmyr. p. 27. n. 8. aeri incisam; Swinton. in Philosoph. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 8. et Chandler. Marm. Oxon. II. n. XI. (qui expressit litteris dimidio minoribus quam sunt in lapide). Adiuncta est inscriptio Palmyrena lingua concepta ap. Wood. p. 30. n. 1., quam post Swintonum (l. c. p. 698.) explicarunt Koppius (Bilder u. Schriften d. Vorzeit T. II. p. 254.) et Eichhornius in Commentatt. citt. in lemmate ad n. 4496. p. 96.

ΔΙΙΥΨΙϹΤѠΚΑΙ.
ΠΗΚΟѠΙΙΟΥΑΥΡ/
ΝΤΙΠΑΤΡοϹΟΚΑΙ
ΛΛΑΦѠΝΑϹΑΙΑΙΛ
ΑΜЄΙΤΟΥΖΗΝΟΒΙ
ΟΥΤΟΥΑΚΟΠΑΟΥ
ЄΥΞΑΜЄΝΟϹΑΝЄ
ΘΗΚЄΝЄΤΟΥϹΔΜΦ
ΑΥΔΥΝΑΙΟΥΚΔ

Dedi apographum Chandleri. Swintonus expressit Woodii apographum. Vs. 2. extr. pro lineola obliqua Woodius punctum habet. Vs. 4. omittit totum Woodius.

Διῒ ὑψίστῳ καὶ [ἐ]πηκόῳ Ἰού(λιος) Αὐρ(ήλιος) [Ἀ]ντίπατρος ὁ καὶ Ἀλαφώνας Αἰ[λ]ιλάμει τοῦ Ζηνοβίου τοῦ Ἀκοπάου εὐξάμενος ἀνέθηκεν. Ἔτους δμφ, Αὐδυναίου κδ.

Nomen patris Antipatri videtur Αἰ[λ]ιλάμεις esse ad similitudinem nominis Ἀλιαλάμεις (n. 4479.). Annus Seleucid. 544. respondet a. u. c. 985. p. Chr. 232. quo anno Alexander Severus contra Persas profectus est (cf. n. 4483.). Iam Ael. Lampridius (Alex. Sev. c. 68.) Alphenum quendam memorat, qui in consilio Severi fuisset. Igitur Eichhornius Alphenum illum et Alaphonatem nostrum eundem esse ratus statuit hominem Imperatoris tum in Syria versantis comitatui interfuisse votumque eo ipso anno, quo concepisset, dedicata ara solvisse. Neutrum probabiliter. Fuit potius Antipater ex nobili familia Palmyrena, id quod ex congestis maiorum nominibus apparet.

4504.

Palmyrae, in epistylio portae mausolei bene servati, repetita grandibus litteris in loco eiusdem monumenti altiore; edita est in Philosoph. Transact. Vol. XIX. p. 108. (cf. Transact. and Collect. Vol. III. P. II. p. 516.) Tractarunt Seller. Antiq. Palmyr. Append. p. 164. n. 4. (cf. p. 301.); Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 1. n. 1. (cf. p. 16. et 39.); repetiit Murator. T. III. p. MDCLXXXIII. 4. cum Lat. interpret. et nota. Accuratius edidit Wood. Rud. Palmyr. p. 27. n. 1. aeri incisam (cf. Philosoph. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 1.).

ΜΝΗΜЄΙΟΝΑΙѠΝΙΟΝΓЄΡΑϹѠΚΟΔΟΜΗϹЄΝΙΑΜΛΙΧΟϹΜΟΚЄΙΜΟΥΤΟΥΚΑΙΑΚΚΑΛЄΙϹΟΥ
ΤΟΥΜΑΛΙΧΟΥЄΙϹΤЄЄΑΥΤΟΝΚΑΙΥΙΟΥϹΚΑΙЄΓΓΟΝΟΥϹЄΤΟΥϹΔΙΤ ΜΗΝΙΞΑΝΔΙΚѠ

Dedi exemplum Woodianum. Primum, quo usi sunt interpretes, apographum has praebet varietates: vs. 1. ΓΙΧΟϹ pro ΙΑΜΛΙΧΟϹ sine nota lacunae; ibid. extr. ΛΚΙΑΛϹΙϹΟΥ vel ΑΚΙΑΛϹΙϹΟΥ (Bern. ΑΚΙΑϹΙϹΟΥ, cum quo Murat. initio huius versus praefigit ΤΟ sine ulla auctoritate); vs. 2. init. ΤΟΥ ΜΑ...... ΟΥ cet. (Bern. ΤΟΥΜΑΝΝΑΙΟΥ); deinde ΜΗΝЄΙ.

Μνημεῖον αἰώνιον γέρας ᾠκοδόμησεν Ἰάμλιχος Μοκείμου τοῦ καὶ Ἀκκαλείσου τοῦ Μαλίχου εἴς τε ἑαυτὸν καὶ υἱοὺς καὶ ἐγγόνους. Ἔτους διτ, μηνὶ Ξανδικῷ.

Titulus ut in Palmyrenis satis antiquus pertinet ad annum Seleucid. 314., a. u. c. 755. p. Chr. 2. Nec sollicitandae notae numerales, ut volebant interpretes (Sell. Smith.) falso de usu formarum C et ω statuentes. Accedit quod Woodius cognito eorum consilio ita scriptum in lapide testatur. Ἰάμλιχος est Ἰάμβλιχος. Missa facio commenta virorum doctorum de nominibus propriis prolata.

4505.

Palmyrae, in fronte mausolei ex adverso prioris; edita est in Philosoph. Transact. Vol. XIX. p. 107. (cf. Transact. and Collect. Vol. III. P. II. p. 516.) Tractarunt Seller. Antiq. Palmyr. Append. p. 164. n. 3. (cf. p. 299.); Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 1. n. 2. (cf. p. 16. et 40.); repetiit Murator. T. III. p. MDCLXXXIV. 2. cum Lat. interpret. et not. Accuratius edidit Wood. Rud. Palmyr. p. 27. n. 2. aeri incisam (cf. Swinton. in Philos. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 2.).

ΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝΕΚΤΙCΑΝΕΛΑΒΗΛΟCΜ
ΑΝΝΑΙΟCCΟΧΑΙΕΙCΜΑΛΙΧΟCΟΥΑΒΑΛ
ΛΑΘΟΥΤΟΥΜΑΝΝΑΙΟΥΤΟΥΕΛΑΒΗΛΟΥΑΥΤ
ΟΙCΚΑΙΥΙΟΙCΕΤΟΥCΔ̄Ῑ̄Ȳ ΜΗΝΟCΞΑΝΔΙΚΟΥ

Dedi Woodii exemplum. Primum, quo usi sunt interpretes, apographum has varietates praebet: vs. 1. extr. ΛΕCΜ (Bern. ΛΟCΜ); vs. 2. CΟΧΑΕΙCΜΑΛ ΧΟC; vs. 4. init. ω (Bern. ΟΙC, refragante Smitho, qui diserte in apographo testatur legi ω.

Τὸ μνημεῖον ἔκτισαν Ἐλάβηλος, Μανναῖος, Σοχαίεις, Μάλιχος Οὐαβαλλάθου τοῦ Μανναίου τοῦ Ἐλαβήλου αὐτοῖς καὶ υἱοῖς. Ἔτους διυ, μηνὸς Ξανδικοῦ.

Nomen Ἐλάβηλος ex *Bel* compositum est; Σοχαίεις haud dubie pro Σεχαίης, Σοχάης, diphthongo ει pro η crebro admissa in huiusmodi nominibus; cf. n. 4479. Sunt homines quattuor, qui monumentum sibi liberisque suis exstruxerunt, filii Vaballathi, nepotes Mannaei, pronepotes Elabeli. Annus Seleucid. est 414.; igitur titulus positus a. u. c. 855. p. Chr. 102.

4506.

Palmyrae, in basi, olim sub statua; edita est in Philosoph. Transact. Vol. XIX. p. 102. (cf. Transact. and Collect. Vol. III. P. II. p. 513.) Tractarunt Seller. Antiq. Palmyr. Append. p. 163. n. 2. (cf. p. 298.), Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 5. n. 9. (cf. p. 21. et 55.); repetiit Murator. T. II. p. DCCXVIII. 5. cum Lat. interpret. et not. Habet etiam Wood. Rud. Palmyr. p. 27. n. 7. aeri incisam (cf. Swinton. Philosoph. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 7.), notans unam hanc inscriptionem a se Palmyram pervestigante non esse denuo repertam.

ΜΑΡΘΕΙΝΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΤΟΥ
ΚΑΠΑΔΗΤΟΥΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟΥ
ΤΟΥCΥΜωΝΟΥCΟΡΑΙΧΟCΑΙΡΑΝΟΥ
ΑΝΗΡΑΥΤΗCΜΝΗΜΗCΕΝΕΚΕΝ
ΜΗΝΕΙΔΥCΤΡωΤΟΥϛΥΕΤΟΥC

Vs. 3. Bern. Mur. CΩΡΑΙΧΟC.

Μάρθειν Ἀλεξάνδρου τοῦ Καπάδη τοῦ Οὐαβαλλάθου τοῦ Συμώνου Σόραιχος Αἰράνου, ἀνὴρ αὐτῆς, μνήμης ἕνεκεν. Μηνεὶ Δύστρῳ του ϛ̄ῡ ἔτους.

Martha nomen Iudaeis et Syris commune. De terminatione cf. ad n. 4505. Idem fere nomen addita terminatione Graeca videtur esse Μαρθείνη Vol. II. n. 2322. *b*.[78]) in Addendis. Σόραιχος nomen Syriacum etiam in Iamblichi Syri libro δραματικῷ de amoribus Rhodanis et Sinonidis (Phot. Biblioth. cod. 94.), ut apposite monet Smithus. Annus Seleucid. videtur esse 490. (a. u. c. 931. p. Chr. 178.); quamquam incertum ἐπίσημον est; potest esse etiam ϛ̄Ȳ (406.).

4507.

Palmyrae, in epistylio mausolei; edita est in Philosoph. Transact. Vol. XIX. p. 88. (cf. Transact. and Collect. Vol. III. P. II. p. 506.) Tractarunt Seller. Antiq. Palmyr. Append. p. 163. n. 1. (cf. p. 295.); Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 7. n. 12. (cf. p. 24. et 61.); repetiit Murator. T. II. p. DCCXLIV. 3. cum Lat. interpret. et not. Accuratius edidit Wood. Rud. Palmyr. p. 29. n. 26. aeri incisam (conf. Philosoph. Transact. Vol. XLVIII. p. 691. n. 26.). Adiuncta inscriptio est lingua Palmyrena concepta (Transact. and Collect. Vol. III. P. II. tab. v. fig. 64.). Citant Hyde Hist. relig. vet. Pers. p. 517. tab. XIV. et Eckhelius D. N. Vol. VII. p. 489.

ΤΟΜΝΗΜΙΟΝΤΟΥΤΑΦΕωΝΟCΕΚΤΙCΕΝΕΞΙΔΙωΝ
CΕΠΤΙΜΙΟCΟΔΑΙΝΑΘΟCΟΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟCCΥΝ
ΚΛΗΤΙΚΟCΑΙΡΑΝΟΥΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟΥΤΟΥΝΑCωΡΟΥ
ΑΥΤωΤΕΚΑΙΥΙΟΙCΑΥΤΟΥΚΑΙΥΙωΝΟΙCΕΙCΤΟΠΑΝ
ΤΕΛΕCΑΙωΝΙΟΝΤΕΙΜΗΝ

Dedi exemplum Woodianum, a quo primum Anglorum apographum differt solum his: vs. 1. init. ΜΝΗΜΕΙΟΝ, quod tamen in lapide non esse testantur qui transcripserunt (Transact. and Collect. Vol. III. P. II. l. c. cf. Smith. p. 67.); vs. 3. init. ΚΛΗΤ[ΙΚΟC] ΑΙΡΑΝΟΥΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟΥ (Bern. ΚΛΗΤΙΚΟCΟΑΙ ΡΑΝΟΥΤΟΥΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟΥ, articulo ΤΟΥ necessario adiecto, quod moneo ob Smith. p. 67.).

Τὸ μνημῖον τοῦ ταφεῶνος ἔκτισεν ἐξ ἰδίων Σεπτίμιος Ὀδαίναθος, ὁ λαμπρότατος συνκλητικός, Αἰράνου [τοῦ] Οὐαβαλλάθου τοῦ Νασώρου, αὐτῷ τε καὶ υἱοῖς αὐτοῦ καὶ υἱωνοῖς εἰς τὸ παντελὲς αἰώνιον τιμήν.

Halleyus, quem sequuntur Bernard. et Smith. h. l. intelligendum putat Odenathum Imperatorem, qui hoc sibi sepulcrum exstruxerit ante receptam dignitatem imperatoriam. Dubitat Woodius. Nec sane verisimile est; etsi constat Odenatho et Zenobiae filium fuisse Herennianum et Vaballathum fortasse nepotem (Vaillant sur les méd. de Vaballath. in Mém. de l'Acad. des Inscr. T. II. 1717. p. 574 sq.), quibus coniicias ex maioribus Odenathi (Αἰράνου, Οὐαβαλλάθου) nomina indita esse. Rem dirimere videtur titulus n. 4491. ubi Σεπτίμιος Αἰράνης Ὀδαινάθου ὁ λαμπρότατος συνκλητικός, qui ab Odenatho tituli n. 4507.

divelli vix potest. Quippe uterque ex ordine senatorio est. Atque n. 4491. Odenathus in inscriptione Palmyrena eodem modo Senator clarissimus audit. Eadem autem dignitate fuit primum Odenathus, qui postea Imperator. Nam decurionem eum appellat Sextus Rufus. Itaque omnes hi ad eandem familiam pertinere videntur. Iam Septimium Aeranen non posse esse Herennianum filium Odenathi Imperatoris monui ad n. 4491. Sed aetate satis coniunctum eum cum Odenatho fuisse annus docet tituli, qui positus est a. u. c. 1004. Tum enim Odenathus necesse est vir iam fuerit strenuus, utpote mox Persas aggressurus. Coniicio igitur Odenathum titulorum n. 4507. 4491. patrem fuisse Odenathi Imperatoris et proinde Aeranen (n. 4491.) fratrem eius sive maiorem natu sive minorem. Itaque stemma huius familiae hoc fuerit:



De orientali origine nominis *Nasores* quaedam affert Smithus. Notus Nabonasar Babyloniorum rex, Nabuchodonosor (Nebucadnezar), qui Hierosolyma expugnavit; quae nomina composita sunt ex *nosur* s. *nosar*, quod in lingua Arabica significat *defensorem*. Nomen *Aeranes* satis frequens videtur apud Palmyrenos (cf. n. 4479. 4480. 4502. 4506.). Ταφεὼν locus est sepulcralis, vox formata ut κοιτών, ἀμπελών, quod recte monet Smithus.

4508.

Palmyrae, inter sepulcrales aedes; ed. Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 12. n. 18: Subsunt litterae Palmyrenae.

—ΑΡϹΕϹΙΕΠΙΤΩΚΑΤΑΜΗΔΕΝΑΤΡΟ
ΠΟΝΚ........

Fragmentum tituli sepulcralis:
- - - ἄρσεσι, ἐπὶ τῷ κατὰ μηδένα τρόπον κ[ατατεθῆναι ἄλλον νεκρὸν vel simile.

4509.

Palmyrae, inter sepulcra; ed. Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 11. n. 17. Subsunt litterae Palmyrenae.

—ΥΙΩΝΟΝΑΥΤΟΥΠΡΟϹΛΑΒΕΙΝΚΑϹ.....

Simile fragmentum ut n. 4508.
- - - υἱωνὸν αὐτοῦ προςλαβεῖν Κασ - - - -

4510.

Ad ruinas dictas Briadeen, *Palmyra* in septentrionem in via versus Aleppo; edita est in Philosoph. Transact. and Collect. Vol. III. P. II. p. 489. Tractarunt Seller. Antiq. Palmyr. Append. p. 170. (cf. p. 371.), Bernard. et Smith. Inscr. Graec. Palmyr. p. 3. n. 6. (cf. p. 45.); repetiit Murator. T. III. p. MDCCLXXVI. 1. Ab his ruinis in septentrionem locus est Andrene, ubi nonnulla fragmenta inscriptionum reperta sunt, ut ΑΥΞΙΤΩΝ (Seller. l. c. p. 172. n. 7.), ΕVΙΕ (ibid. n. 9.), ΖΦΗ (ibid. n. 10.).

ΑΦΙΕΡωΘΗΑΑΙΛΥΝΔΙΟΥΤΟΥΑΜΦЄΤΟΥϹ
ΔΙΑΜΑΤЄΡΝΟΥΚΑ(ΙΙΙ)ΑΠΠΟΥΚΑΙΜΑΙΚΟΥΚΝЄΤΜΝ
——Υ————Ν

Dedi apographum, ut editum est in Philosoph. Transact. Vs. 1. Sell. ΑΑΙΛΙΝΔΙΟΥ, Bern. et Smith. ΕΩΙΛΥΝΔΙΟΥ, quod Smith. p. 45. perspexit esse ĀΑΥΔΥΝΑΙΟΥ. Vs. 2. Bern. et Smith. ΚΑΙΠΑΠΠΟΥ ΚΑΙΜΑΡΚΟΥ (Sell. ΚΑΙ[ΠΑ]Π).

Ἀφιερώθη ᾱ Α[ὐδ]υν[α]ίου τοῦ $\overline{\alpha\mu\varphi}$ ἔτους διὰ Ματέρνου κα[ὶ Π]άππου καὶ Μά[ρ]κου κ[αὶ - - - -
- - - - - - - - - - -

Annus Seleucid. 541. est; igitur titulus positus a. u. c. 982. p. Chr. 229. Selleri commenta annotare supersedeo.

SECTIO TERTIA.

COELE SYRIA.

EMESA, DAMASCUS ET VICINIA, HELIOPOLIS, LIBANUS.

4511.

Ad oppidum Höms, veterem *Emesam*, in pyramide destructa sepulcrum Romanae aetatis satis amplum repraesentante. Inscriptionem mutilam, inde a voce ΓΑΙΟΥ vs. 4. ed. Squire in Walpol. Travels p. 321. Perfectiorem habeo ex schedis Car. Rich. Vaughoni a Levis Britanno missis te ex schedis Seetzenii.

ΓΑΙΟCΙΟΥΛΙΟC
ΟΑΒΙΑCΑΜCΙΓΕ
ΛΜΟΣΟΙΑΙCΕΙΛ
ΑCΓΑΙΟΥΙΟΥΛΙΟΥ
ΛΕΞΙωΝΟCΥΙΟC
ΖωΝΕΠΟΙΗCΕΝC
ΑΥΤωΚΑΙΤΟΙCΙΛΙ
ΟΙCΕΤΟΥCΙ - - -

Vs. 5. Vaugh. ΜΕCΙωΝΟCΥΙΟC, Sq. ΛΕΞΙω ΝΟCΥΙΟΥ, quae composui.

Γάϊος Ἰούλιος [Φ]αβία Σαμσιγέ[ρα]μος ὁ [κ]αὶ Σείλας,
Γαΐου Ἰουλίου [Ἀ]λεξίωνος υἱός, ζῶν ἐποίησεν [ἑ]αυτῷ
καὶ τοῖς ἰ[δ]ίοις. Ἔτους - - -

Σαμσιγέραμος i. q. Σαμψιγέραμος, de quo nomine cf. ad n. 4481.

4512.

Damasci, in moschea in introitu hypogaei; ed. Berggren Itin. Europ. et Orient. T. II. p. 81. tab. I. n. 5.

ΚΑΙCΑΡΙΙΟΥΛΙΑΝ - - - ΤΑΜΙΩΝ

Est fragmentum simile n. 4513. ex quo apparet legendum esse:

- - - Καίσαρι Ἰουλιαν[ῷ ἐπὶ ἱερο]ταμιῶν - - - -

Ἱεροταμίαι magistratus eponymus sunt etiam n. 4513. 4516.

4513.

Damasci, in lapide muro aedificii inserto; ed. Berggren Itin. Europ. et Orient. T. II. p. 81. tab. I. n. 6.

- - - ΤΩΝΤΟΥΚΥΡΙΟΥ - - -
ΚΑΙCΑΡΙ - - - ΑΝΩ - - - ΩΔ - -
ΙΕΡΟΤΑΜΙΩΝΤΟΓΑΜΜΑΚ - - -
- - - ΤΩΝΠ - - - ΑΝΤΟΝΙΑ - - -

Ἐκ] τῶν τοῦ Κυρίου - - - - - - Καίσαρι [Ἰουλι]ανῷ
[ᾠκο]δ[ομήθη ἐπὶ] ἱεροταμιῶν - - - - - τῶν π[ερὶ]
Ἀντ[ω]νῖ[νον]? - - -

Cf. n. 4512. 4516. Post κυρίου excidit nomen dei.

4514.

Ad *Damascum* prope fluvium Baniam; ed. Berggren Itin. Europ. et Orient. T. II. p. 86. tab. I. n. 7.

- - - ΩΚΟΔΟΜΗΘΗΤΟ
ΠΑΡΟΝΤΙΧΟCΤΟΥΔ - - -
- - Ι - - ΛΗCΠΟΥΔΗΤΙΟΙΟ -

- - - - - - - - - - ᾠκοδομήθη τὸ παρὸν τῖχος τοῦ
- - - - - σπουδῇ - - - - -

4515.

Prope *Damascum* septentrionem versus vel inter septentrionem et eurum est in rupe monasterium ab Iustiniano conditum, Seidehnaja; ad eius rupis orientalem partem sepulcrum extat, cuius camera 24 pedes lata est ex omnibus lateribus, continens loculos duodecim. Super ianua sex sunt imagines naturali magnitudine incisae in tribus cellulis, binae in singulis: super cellulis his inscriptiones *a. b. c.* cernuntur; ed. Maundrell. Itin. Hierosolymit. vers. German. p. 183. Duas priores (*a. b.*) habeo etiam ex schedis Car. Rich. Vaughoni a Levis Britanno missis et ex schedis Seetzenii.

a.	*b.*	*c.*
ΕΤΟΥCΙΦ–	Ι[ΟΥ]Λ♂ΦΙ[ΛΙ	ΙΟΥΛ♂ΔΗΜΗ
ΙΟΥΔ♂ΑΡΤΕ	Π]ΠΙΚΟC	ΤΡΙΟCΚΑ[Ι]Α[ΡΙ]
ωΙΔΙΡΟCΚΑΙ	ΚΑΙΔΟΜΝΕΙΝΑ	ΑΔΝΗΓΥ[ΝΗ]
ΠΡΕΙΓΚΥΓΥΝΗ	ΓΥΝΗ	ΠΑΝΤΑCΕΠΟΙΟΥ[Ν]

Tit. *a.* vs. 1. Vaugh. Seetz. ΕΤΟΥC . . . . ΙΦ. Vs. 2. iidem ΙΟΥΑΦΑΡΤΕ, Maundr. ΙΟΥΔ♂ΑΡΤΕ. Vs. 3. Vaugh. Seetz. ΟΙΛΝΡ . . . . ΚΑΙ, et vs. 4. iidem ΙΠΙ ΕΙΚΙΓΥΝΗ, Maundr. ΠΡΕΙΓΚΥΓΗΝΗ. Tit. *b.* vs. 1. Vaugh. Seetz. solum ΦΙ; iidem vs. 2. ΠΙΚΟC, et vs. 3. ΚΑΙΔΟΝΝΕΙΝΑ, Maundr. [Κ]ΑΙΔΟΜΜCΙΝΑ, quae composui.

a. Ἔτους ιφ. Ἰού[λ]. Ἀρτε[μ]ίδ[ω]ρος καὶ Πρεῖ[σ]κ[α] γυνή.
b. Ἰ[ού]λ. Φι[λιπ]πικὸς καὶ Δομνεῖνα γυνή.
c. Ἰούλ. Δημήτριος κα[ὶ] Ἀ[ρι]άδνη γυ[νὴ] πάντας ἐποίου[ν].

Praescriptus titulo *a.* annus 510. haud dubie Seleucidarum est, respondens ille a. u. c. 951. p. Chr. 198.

4516.

In agro *Damasceno*, sex horis ab urbe orientem versus, in pago Dmeir, qui Vidua iudice statio *ad Medera* est tabulae Peutingerianae, in superstitis templi fronte orientali; ed. Vidua Inscr. ant. tab. XXIII. 2. (cf. p. 28.). De castris Romanis, quae horae dodrante a pago Dmeir abesse videntur, vide Viduam l. c. p. 29 sq. Disserit de hac inscriptione Letronn. Journ. des Sav. Mart. 1827. p. 166. et Analyse critique du recueil d'inscriptions grecques et latines de M. le Comte de Vidua p. 19 sq.

ΥΠΕΡCΩΤΗΡΙΑCΤΩΝΚΥΡΙΩΝ
ΗΜΩΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝΚΑΙC
ΑΡΩΝΜΑΡΚΩΝΙΟΥΛΙΩΝ
. . . . ΑΦΙΕΡΩ
ΘΗΚΑΙCΥΝΕΤΕΛΕCΘΗΝΑΟCΑΕΧΑ
ΛΑCΕΠΙΤΩΝΠΕΡΙΜΑΡΚΟΝΑΥΡΗΛΙ
ΟΝΑΝΕΟΝΓΑΟΡΟΥΚΑΙΓΑΥΡΟΝΟ . CΧ
ΘΟΥΒΟΥ . . ΛΕΥΤΟ . . ΕΙΡΟΤΑΜΙΩ
. ΕΚΤΩΝΤΟΥ
. ΘΕΟΥΕΤΟΥC
ΖΝΦ ΥΠΕΡΒΕΡΕ
ΤΑΙΟΥ ΙΕ

Imperatorum nomina ita deleta sunt, ut nullum litterarum vestigium supersit. Vs. 7. in fine post deletam litteram succedunt CX, sed dubiae. Vs. 8. in priore intervallo duae litterae deesse dicuntur, in posteriore una tantum. Sed prior lacuna ex vitio lapidis nata videtur. Vss. 9-12. in alio lapide sub priore scripti sunt.

Ὑπὲρ σωτηρίας τῶν κυρίων ἡμῶν Αὐτοκρατόρων Καισάρων Μάρκων Ἰουλίων [Φιλίππων Σεβαστῶν] ἀφιερώθη καὶ συνετελέσθη ναὸς - - - ἐπὶ τῶν περὶ Μάρκον Αὐρήλιον Ἄν[θ]ον Γ. Ἀόρου? καὶ - - - - βουλευτο[ῦ] εἱροταμιῶ[ν], ἐκ τῶν τοῦ θεοῦ. Ἔτους ζνφ, Ὑπερβερεταίου ιε.

Φιλίππων Σεβαστῶν iam Vidua vidit supplendum esse. Philippum minorem Augustum factum esse inter Augustum mensem exeuntem a. u. c. 999. et eundem mensem a. u. c. 1000., demonstravit Eckhel. D. N. T. VII. p. 336. Quodsi formam anni fere eam statueris, quam exposuit Ideler. Chron. Each. T. I. p. 419. et Hyperberetaeum sumas veteri more ultimum anni mensem esse, anni Seleucid. 557. m. Hyperberetaei d. XV. incidit in d. VIII. m. Sept. anni u. c. 999. De magistratu eponymo cf. n. 4512. 4513.

4517.

In ruderibus a castris Romanis prope Dmeir (vide ad n. 4516.) horae triente distantibus, ubi sarcophagi, murorum reliquiae, insuper turris quadrato saxo aedificata ac diversis aetatibus instaurata; ed. Vidua Inscr. ant. tab. XXVII. 1. (cf. p. 31.) Titulus mutilus est et vetustate valde corrosus.

ΦΛΑΙλ . . . . δ . . . .
παΝε . . . .
ΚΑΙΦΥΛΑριχι ΕυΧ . . ρφ
ΤΟΝΤΟΝΔΕο . . . . . . ΗγΘΕΩΝ
ΚΑΙΤΟΝΟCΙΟΝ . . . . ΝΟΝΥΠε
CΩΤΗΡιΑCΑV . . . ΕΝΔΟΞδΑΥΤ
ΤΕΚΝωΝΤ . . . . ΝΕΚΤΙCΕΝ

Φλα - - - - - - - - - - - - παν[ηγυριαρχήσας] - - - καὶ φυλά[ρ]χ[ήσας?] εὐχ[αριστήρι]ον? τὸν - - - - - - - - - - θεῶν καὶ τ[ῶ]ν ὁσί[ω]ν [κυρίων ἡμῶ]ν ὑπὲ[ρ] σωτηρίας αὐ[τῶν καὶ τῶν] ἐνδόξ(ων) αὐτ[ῶν] τέκν[ω]ν [ἐκ τῶν ἰδίω]ν ἔκτισεν.

Nihil certum in his nisi finis.

4518.

In pago Dmeir (vide ad n. 4516.) in supercilio ostii domus privatae; ed. Vidua Inscr. ant. tab. XXIV. 1. (cf. p. 29.)

ΕΤΟΥC · ΒΜΥ ΠΑ
ΝΗΜΟΥ · ΘΥ · ΒΑ
ΓΡΑΤΟCΓΑΥΤΟ
ΕΤΕΛΕΥΤΑΕ
ΤΟΝ ΙΖ ΜΗ
ΝΩΝ Η

Ἔτους βμυ, Πανήμου [θι], Βαγράτος Γαύτο[υ] ἐτελεύτα ἐτ[ῶ]ν ιζ μηνῶν η.

Annus Seleucid. 442. respondet a. u. c. 883. p. Chr. 130. De nominibus cf. n. 4519.

4519.

In pago Dmeir (vide ad n. 4516.) ad ianuam quandam; ed. Vidua Inscr. ant. tab. XXIII. 3. (cf. p. 29.)

ΕΤΟΥCΑΟΥΓΟΡ
ΠΙΑΙΟΥ . . . CΑΔ
ΔΑΓΑΥΤΟΥΒΑ
ΓΡΑΤΟΥΕΤΕ
ΛΕΥΤΑΕΤΩΝ
ΙΖ

Ἔτους αου, Γορπιαίου - - Σάδδα Γαύτου Βαγράτου ἐτελεύτα ἐτῶν ιζ.

Nomina Γαῦτος et Βαγράτος habes etiam n. 4518. Nomen Γαῦτος redit n. 4602. 4612. 4635. Annus Seleucidarum 471. respondet a. u. c. 912. p. Chr. 159.

4520.

In valle, qua flumen Barada, olim Chrysorrhoas, ab Antilibano in Damascenum agrum defluit, ad ripam occidentalem, quinque vel sex *Damasco* horis paulo ante pagum Der el Kanun, in saxo, in quo tres cryptae (vel sepulcra) excavatae sunt; ed. Vidua Inscr. antiq. tab. XXVII. 2. (cf. p. 32.)

. . ΥCΗΟΥΝΟ
ΤΡΑΟCΜΑΛΧ
ΙΩΝΟCΙΕΡΕΥ[C]
ΔΙΟCΚΕΡΑΥ
ΝΙΟ[C]ΑΥΤΩ
ΤΟΜΝΗΜΑ

Vs. 2. prima littera incerta testante Vidua.

Ὁ δεῖνα] Μαλχίωνος ἱερεὺ[ς] Διὸς Κεραυνίο[υ ἑ]αυτῷ τὸ μνῆμα.

4521.

In ecclesia Nebi-Abel inter Damascum et Heliopolin, ubi antiquitus *Abila* sita erant; ed. Pocock. Inscr. ant. c. 1. p. 1. 2.

ΥΠΕΡ ΓΗ ΕΤΩΝ ΚΥΡΙΩΝΣΕ. . . . .
ΣΩΤΗΡΙΑΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΣΥΜΙ . . . .
ΑΥΤΩΝ ΟΙΚΟΥ ΝΥΜΦΑΙΟΣΑΕ . . . .
ΛΥΣΑΝΙΟΥ ΤΕΤΡΑΡΧΟΥΑΠΕΛΕ .
ΤΗΝ ΟΔΟΝ ΚΤΙΣΑΣΑΣ ΤΕΠΟΙ . . .
ΤΟΝ ΝΑΟΝ ΟΙΚΟ . ΦΑΛΗ . . . .
ΦΥΤΕΙΑΣ ΠΑΣΑΣΕΦΥ. . . . .
. . ΩΝΙΔΙΩΝ ΑΝΑΛ . . . .
ΚΡΟΝΩ ΚΥΡΙΩΚΑ . . . .
ΕΥΣΕΒΙΑ ΓΥΝΗ . . . .

Ὑπὲρ [τ]ῆ[ς] τῶν Κυρίων Σε[βαστῶν] σωτηρίας καὶ τοῦ σύμ[παντος] αὐτῶν οἴκου Νύμφαιος - - - Λυσανίου τετράρχου ἀπελε[ύθερος] τὴν ὁδὸν κτίσας ἄστ[ρωτον οὖσαν καὶ τὸν ναὸν οἰκο[δομ]ή[σας τὰς περὶ αὐτὸν] φυτείας πάσας ἐφύ[τευσεν ἐκ τ]ῶν ἰδίων ἀνα[λωμάτων - - - - - - - - - - - - - - -

Lysanias fuit tetrarcha Abilenes, cuius meminit Lucas III, 1. notante Müntero de rebus Ituraeorum p. 25.

4522.

In oppido Kefr-el-Kuk, inter Damascum et Antilibanum in epistylio; ed. Buckingham Travels among the Arab Tribes p. 393.

ЄΤΟΥϹΤ∫Τ
ΒЄΛΙΑΒΟϹϹΧ
ΧѠΜΟΥЄΥΙΣΑ...
ΜЄΝ . . ΟϹЄΠΟΗϹЄΝ

Ἔ[τ]ους τ̅ Βελίαβος - - χώμου εὐ[ξ]άμενος ἐπόησεν.

Designatur annus 300., qui exactus ad epocham Seleucidarum respondet a. u. c. 741. a. Chr. 13.

4523.

Heliopoli, hodie Baalbek; ed. Pocock. Inscr. ant. c. 1. p. 1. 3. qui notat huius inscriptionis litteras esse quadratas.

ΘΥΓΑΤΗΡ ΖΗΝΟΔΩΡΩΛΥΣ . ΤΑΧΟΥ ΚΑΙΛΥΟ
ΞΥΙΟΙΣ Μ . . . . ΣΧΑΡΩΙΑΝΕ ΘΗΚΕΝ .

Ἡ δεῖνα τοῦ δεῖνος γυνή, τοῦ δεῖνος] θυγάτηρ, Ζηνοδώρῳ Λυσ[ιμ]άχου καὶ Λυ - - - υἱοῖς μ[νήμη]ς χάρ[ιν] ἀνέθηκεν.

Zenodorus hic fortasse ex posteris est Zenodori tetrarchae, qui conducta pretio Lysaniae tetrarchia Trachonitidem, Batanaeam, Auranitidem, Paniadem tenebat, sed iussu Augusti solam Paniadem retinuit (cf. Ioseph. Antiq. XV, 10, 1.). Mater defunctorum bis nupta videtur.

4524.

Prope Eden *Libani*, in lapide muro ecclesiae inserto; ex schedis Seetzenii.

ΩΝΚΑΛѠ·Ϲ
ΥΓΔΠΦ

Litteras vs. 2. aegre dispexisse se testatur Seetzenius.

4525.

In ruderibus loci Kal'a at Fakra ad *Libanum*, in montana regione inter Berytum et vicum Afka (Aphacam), in lapide muro turris inserto; ed. Pagès Voy. autour du monde, Par. 1782. Vol. I. p. 360.; Richter. Itin. p. 554. n. 3. (cf. p. 626.); Berggren Itin. Europ. et Orient. T. II. p. 61. tab. inscr. n. 3. Tractavit Francke Richtersche Inschriften p. 123 sqq. Habeo etiam ex schedis Seetzenii et ex schedis Petri Laurellae proxeni Borussici olim Beryti agentis.

LENTΕΠΙΘΟΛΟΜ
ΡΑΒΒΟΜΟΥΕΠΙΜΕ
ΛΗΤΟΥΕΚΤωΝΤΟΥ
ΜΕΓΙΣΤΟΥΘΕΟΥωΚΟΔΟ
ΜΗΘΗ

Dedi apographum Richteri. Vs. 2. extr. Pag. ΤΘΛΜ, Seetz. ΘΟΛΟιᵛᵛ, Laur. ΘΟΛ, Berggr. ΘΟΛ. . In reliquis apographa consentiunt.

Ε. ἐντ ἐπὶ Θολὸμ Ῥαββόμου ἐπιμελητοῦ ἐκ τῶν τοῦ μεγίστου θεοῦ ᾠκοδομήθη.

Annus praescriptus est 355. qui si est Seleucidarum, titulus pertinet ad a. u. c. 796. p. Chr. 43. Ἐπὶ Θολὸμ Ῥαββόμου certa videntur. Perperam Gesenius ad Burckhardt. Itin. T. I. p. 526. legebat ἐπιθόλου; nam annus diserte ex epimeleta designatur. Etiam infelicius Franckius, qui spreta anni designatione Λεντούλου ἐπὶ θόλῳ διὰ Ῥαβωνίου exsculpsit, frustra provocans ad Seetzenium, qui totum illud aedificium, ex quo titulus, *Kubbe* h. e. *tholum* appellet. In nomine Θολὸμ agnoscas partem nominis *Bartholomaei.*

4526.

In ruderibus loci Kal'a at Fakra ad *Libanum*, in montana regione inter Berytum et vicum Afka (Aphacam), super porta turris eiusdem, ex qua est n. 4525.; ed. Richter. Itin. p. 553. 2., (cf. p. 626.), Berggren Itin. Europ. et Orient. T. II. p. 61. tab. inscr. n. 4. Tractavit Francke Richtersche Inschriften p. 119. Habeo etiam ex schedis Seetzenii.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΤΙΒΕΡΙΩΙΚΛΑΥΔΙ . . ΙΙΚΑΙϹΑΡΙ
ϹΕΒΑϹΤΩ.ΚΑΙΕ. . . . . . ΑΓΤΩΙ
ЄΠΙΑΙΡΥΙ. . . . .

Exemplum est Richterianum. Parum succurrunt reliqua. Vs. 1. ubi Richt. ΚΛΑΥΔ. . . Η, Berggr. Seetz. ΚΛΛVΛΙΙϽΙ, quod manifesto est ΚΛΑΥΔΙΩΙ; unde Richterianam lectionem ita mutavi, ut adderem Ι dissolveremque ultimam litteram, quae speciem ibi formae Η habet. Ceterum versus ap. Seetz. non terminatur post ΚΑΙϹΑΡΙ, sed superest spatium circiter novem litterarum. Vs. 2. Berggr. ΞΕΒΑϹΤΩ ΚΑΙ - - - - - Α - - ΤΩ - - -, Seetz. ϹΕΒΑϹΤΟ. ΚΑΙΕ. . . . Π. . . . . Γ/ - - - - -, ex quo recepi punctum post primam vocem. Vs. 3. Berggr. ΕΠΙΑΙΠ - - - - - -, Seetz. ЄΙΠΙϹVΡΟΥΚΑ -, Franck. ΕΠΙ ΑΙΡΥΙ - - - - - -

Αὐτοκράτορι Τιβερίῳ Κλαυδί[ῳ] Καίσαρι Σεβαστῷ καὶ - - - -

Est in honorem Claudii Imperatoris. Gesenius (ad Burckhardt. Itin. T. I. p. 525.) et Franckius cogitabant de Tiberio. Vs. 2. videndum ne fuerit καὶ [Ἰουλίᾳ Σεβ]α[σ]τ[ῇ Ἀγριππείνῃ] ἐπὶ - - - Cf. Vol. II. n. 3610.

4527.

In regione Wadi el Ghamik prope *Libanum* in rupi; ex schedis Seetzenii, qui eo devenit Tripoli Damascum petens.

ΟΡΙΑΑΓΡΟΥΔΗΜΟΣ
ΤΡΑΤΟΥΟΜΟΝΟΙΛΣ

Ὅρια ἀγροῦ Δημοστράτου Ὁμονοί[α]ς.

4528.

Ad *Libanum*, ut videtur, ante regionem Wadi el Ghamik, in magno lapide super porta casae ruinis exstructae; ex schedis Seetzenii.

ΑΥΡΠΡΟΚΛΛΔΟΗΝΟΥΓΥΝΗΑΥΡ ΔΩΥΙ
ΙΤΟΥΔΙΗΤΡΛΓΟΥΠΕΡΟΥΡΟΗΜϹΤΛ
ΚΑΙΑΜΦΙΙ
ЄΤΙΠΡΟΤЄΡΟΝ✱ΤЄ=
5 ΓΡΑΚΟϹΙΩΝЄΙϹΤΑЄ
ΡΓΑΤΗϹΚΥΡΙΑϹ

Αὐρ. Πρόκλ[α] Δόμνου γυνή, Αὐρ. [Δο]ύ[ππ]ου [θυγά]τ[η]ρ, [τ]ὸ ὑπέρ[θ]υρο[ν] μ[ε]τὰ καὶ ἀ[δελ]φ[ῆς] - - - 5 - - - ἔτι πρότερον δηναρίων τε[τ]ρακοσίων εἰς τὰ ἔργα τῆς κυρίας.

SECTIO QUARTA.

PHOENICE.

BERYTUS.

4529.

In lapide calcario admodum duro *Beryto* (Beirut) in Aegypti oppidum Damiette translato; ed. Hamilton Aegypt. p. 385.

ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝΤΙΒΕΡΙΟΥ
ΚΛΑΥΔΙΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΣΕΒΑΣΤΟΥΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ
ΤΟΝΠΑΤΡΩΝΑΤΗΣΠΟΛΕΩϹ

- - - τὸν δεῖνα] πρεσβευτὴν Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ, τὸν πάτρωνα τῆς πόλεως.

4530.

Beryti, supra portam australem; ed. Paul. Lucas Itin. Graec. As. min. cet. T. II. p. 328. 4. qui tamen Citio tribuit titulum haud dubie errore; Maundrell. Itin. Hierosolymit. p. 56. (cf. Holtokes in Class. Journ. T. VII. p. 185.) litteris minusculis; Pocock. Inscr. ant. c. 1. p. 1.; Berggren Itin. Europ. Orient. tab. inscr. n. 1.

ΤΗϹΤΟΥΠΡΟϹΙΟΝΤΟϹΑΝΔΡΟϹЄΝΝΟΙΑϹΑЄΙ
ϹΑΦΗϹЄΛЄΓΧΟϹΗΠΡΟϹΟΨΙϹΓЄΙΝЄΤΑΙ
ΔΙΔΟΥΠΡΟΘΥΜΩϹΟΠΑΡЄΧЄΙϹΗΜΗΔΙΔΟΥ
ΠΑΡΑΓΑΡΤΟΜЄΙΚΡΟΝΓЄΙΝЄΤΑΙΠΛΗΡΗϹΧΑΡΙϹ

Dedi Berggreni apographum accuratissimum. Lucae et Pocockii menda recensere operae pretium non est. Maundrellius omnia recte, nisi quod vs. 4. μειχρὸν habet. Idem quum versus soluta oratione exhibuisset, Holtokes l. c. metrum recte restituit.

Τῆς τοῦ προσιόντος ἀνδρὸς ἐννοίας ἀεὶ
σαφὴς ἔλεγχος ἡ πρόσοψις γείνεται.
Δίδου προθύμως ὃ παρέχεις ἢ μὴ δίδου·
παρὰ γὰρ τὸ μεικρὸν γείνεται πλήρης χάρις.

Sensus est: „Viri qui te adeat ut stipem aut beneficium a te postulet, facies ipsa animum eius declarat. Igitur, quum dubitationi locus non sit, da ei prompte aut nihil prorsus da; nam tempus breve est, quo plena initur gratia." Versus extremos ita iam Heusinger interpretatus est in schedis. Titulum hunc Maundrellius putat ex ara esse et pertinere ad coenam Domini, quoniam, qui coenam Domini adirent, a veteribus sint dicti οἱ προσιόντες. Minus id necessario neque causa in aperto. Quamquam videri potest Christianus esse titulus.

4531.

Beryti, in tessera plumbea, 2½ pollices longa, 1¾ pollices alta; ed. Olivier Voyages en Égypte, en Syrie et en Perse (a. 1797.) T. II. p. 219. aeri incisam. Tractavit qui possidet, L. Allier de Hauteroche Essai sur l'explication d'une tessère antique portant deux dates et conjectures sur l'ère de la ville Béryte en Phénicie etc. 1820. 4. in quo opere eadem aeri incisa habetur.

ΙΑΞΡ ΜΖ
Delphinus tridente percussus.
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΑΓΟΡΑΝΟ

L. αξρ. μζ. Διονυσίου ἀγορανο(μοῦντος).

Typus, delphinus tridente percussus, est Berytiorum, etiam in nummis is conspicuus. Tesseram, si tamen tessera est ac non potius pondus, sub Dionysio Beryti agoranomo confectam esse docet inscriptio. Praescriptus annus est secundum epocham duplicem; id quod probe perspexit Allier de Hauteroche. Ex nummis Berytiis pauci epocha notati extant, in his:

L. IΘ (a. 19.) ap. Mionnet Descr. de méd. T. V. p. 336. n. 10.
L. K (a. 20.) ap. Liebe Goth. numm. p. 168.
L. ΓΝ (a. 53.) ibid. et alibi passim.
AP (a. 101.) ap. Peller. n. 9. si modo annus ibi designatur.

Iam hi anni ex epocha Seleucidarum desumpti esse non possunt. Nam anno demum 114. Seleucidarum Phoenice Ptolemaeo Epiphani erepta ab Antiocho M. Seleucidarum imperio accessit; vide Hauteroche, qui recte improbat opinionem Maffeii annum 53. in nummo Berytio obviam censentis computatum ab initio coloniae Romanae Beryti institutae a. u. c. 740. Quippe inde ex eo tempore nummis Berytiorum Latini tituli, non Graeci impositi sunt. Contra Liebe coniiciebat illos annos epocham Berytiam respicientes computari ab eo tempore, quo Phoenice Seleucidis subiecta fuerit. Quod quum alii negassent vel in dubium vocassent, Hauteroche rectissime iudicavit ex hac tessera posse demonstrari. Etenim manifestum est sententiam tituli hanc esse: L αξρ (anno 161. ep. Seleucid.), μζ (anno 47. ep. Beryt.), ita ut epocha Berytia coeperit anno 114. vel 115. epochae Seleucidarum. Priori loco epocham Seleucidarum poni consentaneum erat, quam a Phoenicibus recipi haud dubie voluit Antiochus M. qui primus in nummis eam publice repraesentavit. Annus autem ep. Seleuc. 161. est is, qui ultimum Demetrii I. praecessit et secundus fuit Alexandri Balae; in utriusque nummis habetur numerus ΑΞΡ. Itaque titulus ad a. u. c. 602. a. Chr. 152. referendus. In reliquis ut omittam Hauterochii de usu huius plumbi sententiam, conieceris quidem tesseram esse frumentariam, sed magis eo inclino ut putem pondus esse quale est n. 4476.

4532.

Beryti, in cippo sepulcrali Romani operis in monasterio Capucinorum sub anaglypho, in quo vir stans mulierem sedentem manu tenens; ed. Richter. Itin. p. 553. n. 1. Buckingham Travels among the Arab Tribes p. 444. Tractavit Francke Richtersche Inschriften p. 111.

ΘΑΔΔΙΩΝΚΑΙΗΓΥΝΗ
ΣΟΥΘΑΥΡΑΣΤΙΣ
χΡΗΣΤΙΘΙΧΑΙΡΕΤΕ

Buckingh. vs. 1. ΘΑΛΛΙΩΝΚΑΙΗΤΥΝΗ, vs. 2. ΣΟΥΘΑΥΒΑΣΤΙΣ...., vs. 3. ...ΡΗΣΤΘΙΧΑΙΡΕ Γ.....

Θαδδίων καὶ ἡ γυνὴ σου Θαυραστίς, [χ]ρηστ[ο]ὶ χαίρετε.

4533.

Titulus in Append. Marm. Oxon. n. CLI. quem habet etiam Reines. Synt. Inscr. Cl. I. n. CXLV. p. 172. ubi repertus sit, non constat. Addidi Berytensibus patriaeque eius, qui honoratur.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΖΗΝΩΝΟΣ
ΤΟΥΘΕΟΔΟΡΟΥΒΗΡΥΤΙΟΣ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ
ΘΕΟΙΣΠΑ
ΤΡΙΟΙΣ

Διονύσιος Ζήνωνος τοῦ Θεοδ[ώ]ρου Βηρύτιος, εὐεργέτης, θεοῖς πατρίοις.

Dionysius fuit εὐεργέτης eius civitatis, in qua posita inscriptio est.

4534.

In columella sepulcrali fastigio ornata; duae columnae sustinent arcum sub fastigio: sub arcu sellae insidet mulier, cui manum porrigit vir adstans; *a.* est sub figura mulieris, *b.* sub figura viri. Marmor, quod ex Peloponneso olim allatum dicitur, Patavii emit Minutolius. Nunc est Berolini in museo regio. Quum locus incertus sit, rettuli ad inscriptiones Berytenses; quamquam videri potest titulus in Attica positus fuisse (cf. Vol. I. n. 835. *b.* in Addendis).

a.	*b.*
ΑΣΙΑ	ΚΤΗΤΕ
ΒΗΡΥΤΙΑ	ΒΗΡΥΤΙΕ
ΧΡΗΣΤΗ	ΧΡΗΣΤΕ
ΧΑΙΡΕ	ΧΑΙΡΕ

a. Ἀσία Βηρυτία χρηστὴ χαῖρε.
b. Κτῆτε Βηρύτιε χρηστὲ χαῖρε.

4535.

In monasterio Deir el-Kal'a ab, *Beryto* in orientem, in muro; ex schedis Seetzenii ed. Francke Richtersche Inschriften p. 3 sqq. Nuper transcripsit Wildenbruch proxenus Borussicus Beryti degens, cuius ex schedis misit Parthey.

Ρ ΙΩΝΑΝΕΘΗΚΑΙΗ
ΛΟΘΕΝΕΚΝΗϹΟΙΟ
ΡΟΔΟΥΤΕΧΝΑϹΜΑ
ΠΟΘΙΝΟΝΑΜΜΩ
ΝΟϹΚΕΡΑΟΥΧΑΛΚΕ
ΟΝΑΝΤΙΤΥΠΟΝ
ΠΡΟΧΕΟΝΤΑΒΡΟ

ΤΟΙϹ ΙΕΡΟΔΡΟΜΟΝ
ΥΔ ΩΡ

Primi septem versus lineis circumdati sunt in lapide incisis. Unde coniectura fieri potest, initio quae desunt, extra lineam scripta fuisse, ut infra versus 8. et 9. positi sunt. Praeterea sub hac inscriptione in area peculiari crux iacens duplex cernitur, haud dubie posteriore tempore adiecta, unoquoque brachiorum parvulam crucem referente.

Apographum Wildenbruchii paulo accuratius est. Vs. 1. Seetz. ΙΩΝΑΝΕΘΗΛΑΥ; vs. 2. extr. idem ΝΗ ΩΟ; vs. 3. init. idem ΙΟΔΟΥ; vs. 4. init. idem ΠΟ ΘΙΟΝ. Vs. 5. init. Wild. ΝΟΕΚΕ cet. Seetz. ΝΟϹ ΚΕ cet. Vs. 6. Wild. ΑΝΠΤΥΠΟΝ, Seetz. ΑΝΤΙ ΤΥΠΟΝ.

Titulus in integrum restitui non potest, et vana sunt, quae protulit Franckius.

- - - - - - - - - ίων ἀνέθηκα
τ]ηλόθεν ἐκ νήσοιο Ῥόδου τέχνασμα ποθ[ε]ινόν,
Ἄμμωνος κεραοῦ χάλκεον ἀντίτυπον,
- - - προχέοντα βροτοῖς ἱεροδρόμον ὕδωρ.

Sunt tres hexametri interposito pentametro. Ultimus hexameter mutilus est vitio quadratarii. Versus subscripti erant fontis ori aereo effigiem Ammonis repraesentanti. Scite opus hoc dicitur τέχνασμα ποθεινόν, gratum sitim explere cupientibus. Similiter τέχνασμα ap. Lucian. Amor. 28.

4536.

In eodem monasterio, in ruderibus templi Iovis; misit Wildenbruch proxenus Borussicus Beryti degens.

Μ ΟΚΤΑΟΥΙΟϹ ΙΛΑΡΟΥ
ΕΥΞΑΜΕΝΟϹ ΑΝΕΘΗΚΑ

ΥΠΕΡ ϹΩΤΗΡΙΑϹ ΚΩΛΛΟΥ
ΕΥΤΥΧΟΥϹ ΚΑΙ ΤΕΚΝΩΝ

ΕΙΛΑΘΙ ΜΟΙ
ΒΑΛ ΜΑΡΚΩϹ
ΚΟΙΡΑΝΕ
ΚΩΜΩΝ ΚΑΙ ΚΛΙ
ΕϹΟΥ ΔΕϹΠΟΤ - - - -
ΝΥΝ ΙΛΑΡΟΥϹ Ο - - -

Μ. Ὀκταούϊος Ἵλαρο[ς] εὐξάμενος ἀνέθηκ[α] ὑπὲρ σωτηρίας κ[αὶ] - - - εὐτυχοῦς καὶ τέκνων. Εἵλαθί μοι, Βαλμαρκώς, κοίρανε, κωμῶν καὶ - - - δέσποτ[α]. νῦν Ἱλάρου σο[ὶ μέλοι.

Templum, ex quo hic titulus, fuit Iovis Balmarcodis, ut docet titulus Latinus in iisdem ruinis repertus a Wildenbruchio:

P. POSTVMIVS
PL AVCTVS
IOVI BALMARCODI
V. L. M. S.

Praeterea repperit idem ibidem duas votivas inscriptiones Latino sermone conceptas, in quibus tamen nulla dei mentio. Nomen dei ex vocabulo Phoenicio Bal s. Baal compositum est, ut Baal-Peor et similia (conf. Selden. de diis Syr. I. p. 200.). In inscriptionibus huius plagae nomen Βῆλος frequentius est. Altera pars nominis videndum ne ΜΑΡΚΩΘ scripta fuerit. Dicitur is κωμῶν καὶ κλι - - σου δεσπότης. Lacunam conieceris explendam esse κλί[ματός] σου, siquidem agri s. dioeceses Libani etiam nunc κλίματα vocantur, Arabice اقليم (*aklîm*). Vide Robinson Palaest. T. III. p. 944.

SECTIO QUINTA.

PALAESTINA.

TRACHONITIS ET AURANITIS.

4537.

Caesareae Philippi, quae et *Caesarea Panias* (hodie Bâniâs), ad cellulam rupi incisam prope fontem rivi in Iordanum aquas effundentis, ubi Panis specus fuit; ed. Burckhardt Itin. Syr. p. 39. (Gesen. translat. German. T. I. p. 90.) Habeo etiam ex schedis Seetzenii.

ΥΠΕΡCΩΤΗΡΙΑCΤΩΝΚΥΡΙΩΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ
Ο.ΑΛΕΡ.....ΠΑΝΟCΙΕΡΕΥCΘΕΟΥΠΑΝΟCΤΗΝ
ΚΥΡΙΑΙΥΝ.ΛΕCΙΝΚΑΙΤΟΝ.ΥΝΤΗΥΠΑΥΤΟΥΙΟΙΛΑΝ
ΟΕΙCΗΠΟΡ.ΙΕΛΕCΙΟΥΡΓ...ΝΤΑ....ΙΑΥΤΗΟ..

ΝΚΕΜΩCΙΔΗΡΩ
ΙΝΝΤΙ

Dedi Seetzenianum apographum. Burckh. vs. 3. init. .... ΑΝΟC; vs. 4. ... ΚΥΡΙΛΙ ... ΕΟΙΝ et in fine ΔΥΤΟΥ..ΙΛΑΝ; vs. 4. ... ΟΘΙ.ΙΠ....ΡΕ ΔΘ.ΙΟΥΡΠ...ΝΤΑ....ΥΤΗΟ... Post vs. 5. abscissum saxum refert Seetzenius sequentisque versus non cerni nisi exitum. Burckh. neque exitum hunc neque litteras, quae infra positae sunt, memoravit.

Ὑπὲρ σωτηρίας τῶν κυρίων Αὐτοκρατόρων - - - Ο[ὐ]αλέρ[ιος] - - - ανός, ἱερεὺς Θεοῦ Πανός, τὴν κυρία[ν] Ν[έ]μ]εσιν καὶ τὸν [σ]ὺν τῇ ὑπ' αὐτοῦ [προ]αν[ατεθ]είσῃ [κ]ό[γχῃ τ]ελεσιουργ[ηθέ]ντα [σηκὸν] αὐτῆ[ς cet.

Titulus a sacerdote Panis positus ex Paneo celebri est, iuxta quod Herodes M. templum Augusti exstruxit (Ioseph. Bell. Iud. I, 16. Arch. III, 10. XV, 10. Euseb. H. E. XII, 17.). De κόγχῃ vide ad n. 4556. Missam facio Seidleri ap. Gesen. p. 497. restitutionem, quae nulla est.

4538.

Caesareae Philippi, quae et *Caesarea Panias* (hodie Bâniâs), in Paneo sub cellula rupi incisa; ed. Francke Richtersche Inschriften p. 39. n. VII. b. ex schedis Seetzenii. Transcripsit rursus Buckingham Travels among the Arab Tribes p. 403.; repetiit Welckerus Mus. Rhen. philos. a. I. 1832. p. 295. Habeo ex schedis Seetzenii.

ΤΗΝΔΕΘΕΑΝΑΝΕΘΗΚΕ
ΦΙΛΕΥΗΧΩΔΙΟΠΑΝΙΒ
ΟΥΙΚΤΩΡΑ·ΡΗΤΗΡΛΥCΙ
ΜΑΧΟΙΟΓΟΝΟΙC

Buckingh. quum alia minus recte, tum vs. 4. extr. ΤΟΝΟΙΟ. Vs. 2. Η et Χ ligata erant.

Τήνδε θεὰν ἀνέθηκε φιλευήχῳ Διόπανι
Οὐΐκτωρ ἀρητὴρ Λυσιμάχοιο γόνος.

Διόπαν nomen compositum esse ut Αἰγίπαν et Ἑρμόπαν, monuit iam prior editor, idemque ad formam φιλεύηχος contulit adiectiva φιλεύδιος, φιλεύτακτος, φιλευτράπελος. In fine ΓΟΝΟΙC correxit Welckerus, ut par est, in ΓΟΝΟC. Ei nomen Διόπαν cum Διονύσῳ et Διῒ Βάκχῳ componendum videtur (Vol. II. n. 3538.), nec male coniicit Pani τῷ φιλευήχῳ deam Echo fuisse dedicatam, allegans Anthol. VI, 87. Planud. IV, 153-156. Cf. n. 4539.

4539.

Caesareae Philippi, quae et *Caesarea Panias* (hodie Bâniâs), in Paneo ad cellulam; ex schedis Seetzenii.

ΑΓΡΙΠΠΑ
ΜΑΚΡΟΥΑΡ
ΧΩΝΕΤΟΥC
ЄΚΓΟΝΙΡΩ
ΧΡΙΙCΜΟ
ΔΟΙΙ.ΘЄΙC
ΤΩΝΚΙΟΡ
ΗΧΩΑΝЄΘΗ
ΚЄΝΑΜΑ.ΓΡΙ
ΠΙΑΔΙCΥΜΒΙ
ΩΚΑΙΑΓΡΙΠΠΙ
ΝΩΚΑΙΜΑΡ
ΚΩΚΑΙΑΓΙΠ (Ρ)
ΠΑΒΟΥΛЄΥΤΑΙ
ΚΑΙΑΓΙΠΠЄΙΝ
ΚΑΙΔΟΜΝΗΤЄ
ΚΝΟΙCΑΥΤΩΝ

Ἀγρίππα Μά[ρκ]ου ἄρχων ἔτους - - ἐκ [τῶ]ν ἱ[ε]ρῶ[ν] χρ[η]σμοδο[τη]θεὶς τῶν [πε]ρ[ὶ τὴν] Ἠχὼ ἀνέθηκεν ἅμα [Ἀ]γρι[π]πιάδι συμβίῳ καὶ Ἀγριππίνῳ καὶ Μάρκῳ καὶ Ἀγρίππᾳ βουλευτ[α]ῖ[ς] καὶ Ἀγ[ρ]ιππείν[ῃ] καὶ Δόμνῃ τέκνοις αὐτῶν.

Agrippa hic nisi ex posteris est Agrippae principis Iudaeae, certe ab illo nomen accepisse videtur. De Echo cf. n. 4538. Ibidem ex cellula rupi incisa fragmentum transcripsit Buckingham (Travels among the Arab Tribes p. 403.), quod praetermitto de industria.

4540.

In oppidulo Berak in tabula; ed. Burckhardt. Itin. Syr. p. 215. (cf. Gesen. translat. German. T. I. p. 348 sq.)

ЄΤΟΥϹ Є ΤΗϹ ΠΟ
ΛЄѠϹ ΑΠЄλλЄΟυ
ΤοΔЄ Ζ ΦΑ ΦΑ ЄΥΝΟΜΟϹ
α...ω ΚΑΙ ΑΓΡΙΠΠΙΝΟϹ ΥΙΟΙ ⳨
ϹΑΥΑΔΑΝΟΥ ΑΥΑΝ
ЄΤЄΛΙΟϹΑΝ ΤΟ Μ
ΝΗΜΙΟΝ ΔΗΝΑΡΙѠΝ

Ἔτους ε̄ τῆς πόλεως, Ἀπε[λλ]έο[υ] ζ̄, Φα. Φ[λ]. Εὔνομος καὶ Ἀγριππῖνος υἱοὶ Σαυαδάνου Αὐαν[ία]? ἐτελίωσαν τὸ μνημῖον δηναρίων - -

Quae ad marginem utrimque apposita sunt, quid significent, non liquet. Dixeris siglum ad dextram notam numeralem esse ad ΔΗΝΑΡΙѠΝ pertinentem. Vss. 5. 6. Seidlerus et Reisigius apud Gesen. p. 526. scribunt αὖ ἀνετελείωσαν. Annus designatur ex epocha urbis peculiari; cf. n. 4598. ubi item τῆς πόλεως additum est, et n. 4541. 4554. ubi ea designatio deest.

4541.

In oppidulo Berak; ed. Burckhardt. Itin. Syr. p. 215. (cf. Gesen. translat. German. I. p. 348.)

ЄΤΟΥϹ Η ΠЄΡΙΤΙοΥ
Ῑ.Φ Φ Μ ΚΑΠΙΤѠΝ
ΚΑΙΝΑΙΡΑΙΟϹΝΑΤΑΡΟΥΚΑΠοΥΝΟΥ Β′Β′
ΜЄΤΑΤΟΔΙΙΜϹΘΑΙ
ϹΥΝΘΛΘΟΝΤЄϹΤΟ
ΜΝΗΜΙΟΝЄΠΟΙΗϹΑΝ

Ἔτους η̄, Περιτίου ῑ, Φ. Φ[λ]. Καπίτων καὶ Να[π]αῖος Να[π]α[ί]ου? Καπούνου β̄β̄ μετὰ τὸ - - - συν[ε]λθόντες τὸ μνημῖον ἐποίησαν.

Annus est ex epocha urbis peculiari, ut n. 4540. ubi appositum τῆς πόλεως. Duplex β̄ significare videtur Ναπαίου τοῦ Καπούνου τοῦ Ναπαίου τοῦ Καπούνου. Vs. 4. Reisigius ap. Gesen. p. 526. coniecit μετὰ τὸ δείμασθαι, quod vix ferri potest; Seidlerus ibid. μετὰ τὸ ἀποδημῆσαι, quod etsi superstites litterae admittere non videntur, tamen ad sententiam tale quiddam fere exspectatur. Dixeris ΑΠΟ a litteris praecedentibus ΑΤΟ absorptum esse; sed durum est C in H mutare.

4542.

In loco Missema, ubi olim *Phaena* (vide Hierocl. ed. Wessel. p. 723.), in basi inter rudera templi elegantissimi; ed. Burckhardt. Itin. Syr. p. 118. (Gesen. translat. German. I. p. 07. qui p. 510. locum eundem putat esse, cuius in Notitt. Imp. et Eccles. ap. Reland. p. 218. 223. 232. nomina corruptiora leguntur).

Γ ЄΓΝΑΤΙΟΝ ΦΟΥΘΚΟν
Ρ̌ΛЄΓΓΓΑΛΛΙΚῆς
ΦΑΙΝΗϹΙοι
ΑΓΝЄΙΑϹΧΑριν

Γ. Ἐγνάτιον Φοῦσκο[ν], χ(ιλίαρχον) λεγ(εῶνος) γ̄ Γαλλικ[ῆς] Φαινήσι[οι] ἁγνείας χά[ριν].

De siglo chiliarchi cf. n. 4544. Legio III. Gallica M. Aurelio et L. Vero imperantibus contra Parthos militavit. Cf. n. 4544. 4548. 4571. Fuscus redit n. 4544.

4543.

In loco Missema, ubi olim *Phaena*, in basi inter rudera templi elegantissimi; ed. Burckhardt. Itin. Syr. p. 118. (Gesen. translat. German. I. p. 207.) Citat Letronnius Recherch. sur l'Égypte p. 413.

ΠЄΤΟΥϹΙΟΝ
ЄΥΔΗΜΟΝ
Χ λЄγ ΦΛ
Φιρ ΦΑΙΝΗϹ·
ΟΙ

Πετούσιον Εὔδημον, χ(ιλίαρχον) [λ]ε[γ](εῶνος) Φλ(αουΐας) Φ[ίρ](μης) Φαινήσ[ι]οι.

Legio est XVI. Flavia Firma, quae in Syria agebat. Cf. n. 4545. 4546. Idem Petusius Eudemus redit n. 4601.

4544.

In loco Missema, ubi olim *Phaena*, in magna porta eiusdem templi, ex quo n. 4542. 4543. 4545. 4546. 4547. 4549 sqq. ed. Burckhardt. Itin. Syr. p. 116. (Gesen. translat. German. I. p. 205.)

ΥΠЄΡ ϹѠΤΗΡΙΑϹ ΚΑΙ ΝΗΚΗϹ ΤѠΝ ΚΥΡΙΜΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡѠΝ Μ ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΑΝΤѠΝЄΙΝ
ΟΥ ΚΑΙ Λ. ΑΥΡΗΛΙου ΟΥΗρΟΥ ϹЄβ, ΦΑΙΝΗϹ
ΙΟΙ ΑΦΙЄΡѠϹΑΝ ЄΠΙ
ЄΦЄϹΤѠΤΟϹ ЄΓΝΑΤΙΟΥ ΦΟΥϹΚΟΥ
Ρ̌.. ΛЄΓ. Γ. ΓΑλλΙΚΗϹ

Versus 5. 6. maioribus litteris scripti sunt.

Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ ν[εί]κης τῶν κυρί[ω]ν Αὐτοκρατόρων Μ. Αὐρηλίου Ἀντωνείνου καὶ Λ. Αὐρηλί[ου] Οὐή[ρ]ου
5 Σε[ββ]. Φαινήσιοι ἀφιέρωσαν ἐπὶ - - - - - - - ἐφεστῶτος Ἐγνατίου Φούσκου χ(ιλιάρχου) λεγ(εῶνος) γ̅ Γα[λλ]ικῆς.

Vs. 1. scriptum fuit ΝΕΙΚΗC. Vs. 4. in lacuna intercidisse videtur nomen legati pro praetore, ut est n. 4601. Ignatius Fuscus idem honoratur n. 4542. De siglo chiliarchi cf. n. 4542. 4546. 4554. De legione cf. n. 4542.

4545.

Ibidem, in cellula templi (vide ad n. 4544.) sinistra a porta magna; ed. Burckhardt. Itin. Syr. p. 118. (Gesen. translat. German. I. p. 207.) Citat Letronnius Recherch. sur l'Égypte p. 413.

ΥΠΕΡ CΩΤΗΡΙΑC ΚΑΙ ΝΕΙΚΗς των κυ
ΡΙΩΝ Αυτοκρατορων Λ ΑΥΡΗΛΙΟC ΜΑΞΙΜΟC
ΛΕΓ . Ιϛ . ΦΛ ΦΙ .
ΤΗΝ ΕΙΡΗΝΗΝ ΑΝΕΘΗΚεΝ

Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ νείκη[ς τῶν κυ]ρίων Α[ὐτοκρατόρων] Λ. Αὐρήλιος Μάξιμος [χ](ιλίαρχος) λεγ(εῶνος) ιϛ̅ Φλ(αουΐας) Φί(ρμης) τὴν Εἰρήνην ἀνέθηκεν.

De legione xvi. Flavia Firma cf. n. 4543. L. Aurel. Maximus idem redit n. 4546. Imperatores videntur esse M. Aurelius et L. Verus, ut n. 4544.

4546.

Ibidem, in templi eiusdem cellula dextra (conf. ad n. 4544.); ed. Burckhardt. Itin. Syr. p. 118. (Gesen. translat. German. I. p. 207.) Citat Letronnius Recherch. sur l'Égypte p. 413.

νιΚΗC ΤΩΝ ΚΥΡΙΩΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤοΡΩΝ
Λ ΑΥΡΗΛΙΟC ΜΑΞΙΜΟC Ꭓ ΛΕΓ Ιϛ
ΤΗΝ ΕΙCΙΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ νεί]κης τῶν κυρίων Αὐτοκρατ[ό]ρων Λ. Αὐρήλιος Μάξιμος χ(ιλίαρχος) λεγ(εῶνος) ιϛ̅ [Φλ. Φίρ.] τὴν Εἶσιν ἀνέθηκεν.

De homine cf. n. 4545. De siglo chiliarchi cf. n. 4544. De legione cf. n. 4543. Εἶσιν scriptum est pro Ἶσιν.

4547.

Ibidem, in lapide fracto in porticu templi eiusdem (vide ad n. 4544.); ed. Burckhardt. Itin. Syr. p. 117. (Gesen. translat. Germ. I. p. 206.)

. . CΗC ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡα
καιCΑΡΑ Λ CΕΠΤΙΜιον
CΕΟΥΗΡΟΝ
περΤΙΝΑΚΑ . . .

- - - - - ης Αὐτοκράτορ[α Καί]σαρα Λ. Σεπτίμ[ιον] Σεουῆρον [Πε]ρτίνακα - - -

4548.

Ibidem, in porta aedificii fornicati; ed. Burckhardt. Itin. Syr. p. 115. (Gesen. translat. German. I. p. 204.)

ΥΠΕΡ CΩΤΗΡΙΑC ΚΑΙ ΝΕΙΚ ΑΥΤΟΚΡΑΤ ΚΑΙCΑΡΟC Μ ΑΥΡΗΛ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ CΕΒ ΕΥσΕΒ ΕΥΤΥΧΟΥC ⌀
ΓΕΛΟΥΙΟC ΜΑΡΙΑΝΟC ΛΕΓ Γ . . . . ΤΟΝ ΝΑΟΝ ⌀ . ΚΑΙ ΤΟ
ΑΓΑΛΜΑ ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ νείκ[ης] Αὐτοκράτ(ορος) Καίσαρος Μ. Αὐρηλ. Ἀντωνείνου Σεβ. Εὐ[σ]εβ(οῦς) Εὐτυχοῦς Γελούϊος Μαριανὸς [χ](ιλίαρχος) λεγ(εῶνος) γ̅ [Γαλλικῆς] τὸν ναὸν καὶ τὸ ἄγαλμα ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκεν.

Imperator est Caracalla. Γελούϊος videtur esse *Helvius* notante Leakio, nisi fuit Σιλούϊος, ut n. 4584. De legione cf. n. 4542.

4549.

Ibidem, in basi columnae inter rudera templi (vide ad n. 4544.); ed. Burckhardt. Itin. Syr. p. 116. (Gesen. translat. Germ. I. p. 205.)

CΕΟΥΗΡΟC ΑCΚΑΙΩΝΟC ΧΕΙ
ΛΙΑΡΧΟC ΤΗ ΠΑΤΡΙΔΙ ΕΦΙΛΟ
ΤΕΙΜΗCΑΤΟ

Σεουῆρος Ἀσκαίωνος χειλίαρχος τῇ πατρίδι ἐφιλοτειμήσατο.

4550.

Ibidem, in basi columnae templi eiusdem (vide ad n. 4544.); ed. Burckhardt. Itin. Syr. p. 116. (Gesen. translat. German. I. p. 205.)

. . . .
παΤΡΙΔΙ ΕΦΙΛΟΤΕΙΜΗ
CΑΤΟ

Ὁ δεῖνα τῇ πα]τρίδι ἐφιλοτειμήσατο.
Titulus conceptus ut n. 4549.

4551.

Ibidem, in pilis portae templi eiusdem; ed. Burckhardt. Itin. Syr. p. 117. (Gesen. translat. German. I. p. 206.) Tractavit Letronn. Recherch. sur l'Égypte p. 490 sqq. (cf. Journ. des Sav. Oct. 1822. p. 616.). Citat Münterus de rebus Ituraeorum p. 30. 44.

ΙΟΥΛΙΟϹϹΑ
ΤΟVΡΝΙΝΟ
ϹΦΑΙΝΗϹΙ
ΟΙϹΜΗΤΡΟ
ΚѠΜΙΑΤΟΥ
ΤΡΑΧѠΝΟϹ
ΧΑΙΡЄΙΝ
ЄΑΝΤΙϹ
ЄΠΙΔΗΜΗϹΗ
ΒΙΑΙѠϹϹΤΡΑ
ΤΙѠΤΗϹΗ
ΚΑΙιΔΙѠΤΗϹ
ЄΠΙϹΤЄΙΑΑΝ
ΤЄϹΜΟΙЄΚ
ΔΙΚΗΘΙϹЄϹ
ΘΑΙΟΥΤЄ
ΑΡϹΥΝЄΙϹ
ΦΟΡΑΝΤΙ
ΝΑΟΦЄΙΛЄ
τЄΤΟΙϹΞЄ

ΟΝΙϹΚΑΙΞЄ
ΝѠΜΑЄΧοΝ
ΤЄϹΟΥΔΥ
ΝΑϹΘЄαΝΑ
ΝΚΑϹΘΗ
ΝΑΙΔЄΞΑϹ
ΘΑΙΤΑΙϛΟΙ
ΚΙΑΙϹΤοΥϹ
ΞЄΝΟΥϹ
ΤΑΥΤΑΜΟΥΤΑ
ΓΡΑΜΜΑΤΑ
ЄΝΠΡΟΔΗ
ΛѠΤΗϹΜΗ
ΤΡΟΧѠΜΙ
ΑϹΥΜѠΝΧ
ѠΡΙѠΠΡΟΘ
ЄΤЄΜΗΤΙϹ
ѠϹΑΓΝΟΗ
ϹΑϹΑΠοΛΟ
ΓΗϹΗΤΑΙ

Ἰούλιος Σατουρνῖνος Φαινησίοις μητροκωμίᾳ τοῦ Τράχωνος χαίρειν. Ἐάν τις ἐπιδημήσῃ βιαίως στρατιώτης ἢ καὶ [ἰ]διώτης, ἐπιστεί[λ]αντές μοι ἐκδικηθ[ή]σεσθαι· οὔτε [γ]ὰρ συνεισφοράν τινα ὀφείλετε τοῖς ξένοις, καὶ ξενῶ[ν]α ἔχ[ο]ντες οὐ δύνασθε [ἀ]ναγκασθῆναι δέξασθαι ταῖ[ς] οἰκίαις τ[ο]ὺς ξένους. Ταῦτά μου τὰ γράμματα ἐν προδήλῳ τῆς μητρο[κ]ωμίας ὑμῶν χωρίῳ πρόθετε, μή τις ὡς ἀγνοήσας ἀπ[ο]λογήσηται.

Sic iam Letronnius et Reisigius (ap. Gesen. p. 510.), nisi quod ille vs. 27. *παρ' οἰκίας* pro *ταῖς οἰκίαις*, quae unice vera lectio, et vss. 15. 16. *ἐκδικηθήσεσθε* uterque. ΑΙ scriptum est pro Ε, ut alias saepe. *Φαινήσιοι* (Φαινὰ) *μητροκωμία* audiunt, ut aliae urbes regionis illius (cf. Epiphan. Anaceph. p. 145.). De voce Letronnius allegat Du Cange Gloss. med. et inf. Graec. p. 930. Regio, in qua sita urbs, Τραχωνῖτις s. Τράχων (Ioseph. Archaeol. XVI, 12. Bell. Iud. I, 15.) nominatur a monte Trachone Damascenae imminente. Quamquam Strabo (XVI, 756.) duos memorat Trachonas. Cf. Reland. Palaest. p. 108 sqq. Patet epistolam esse a rectore provinciae vel Proconsule ad Phaenesios datam. Huius epistolae sententia Letronnium induxit, ut titulum referendum putaret ad tempora Iuliani Imperatoris, quem constat in urbibus *ξενοδοχεῖα* iussisse institui, quibus hospites reciperentur (Iulian. Epist. XLIX. p. 430. B. ed. Spanh.). Dubitat Gesenius, neque iniuria. Iuliani institutum longe aliud est. Ille plura in qualibet urbe *ξενοδοχεῖα* voluit esse; hic videmus unum constitutum, quo hospites atque etiam milites contenti esse deberent. Quippe videntur fuisse, qui Phaenesiorum hospitalitate abuterentur; quod ne repeteretur, Phaenesii mandato magistratus Romani exposito caverunt. Cf. Münter. de rebus Ituraeorum p. 30. Rem dirimit titulus n. 4617. qui est ex aetate M. Aurelii Imperatoris eundemque Iulium Saturninum Proconsulem sistit.

4552.

Ad vicum Ghawâghib, a Missema in occidentem; ed. Berggren Itin. Europ. et Orient. T. II. p. 97. tab. inscr. I. n. 8.

ΑΓΑΘΗΤΥΧΗΓΑΒ
ΝΗϹΛΑΟΞΟϹΕΚ
ΝΙΔΙΩΝΕΠΥΕΙ
. ΝΒΩΜΟΝ

Ἀγαθῇ τύχῃ. [Ὁ δεῖνα] λαοξό[ο]ς ἐκ [τῶ]ν ἰδίων ἐπύει [τὸ]ν βωμόν.

Ἐπύει scriptum est pro ἐποίει.

4553.

In pago Schiab, inter Missema et es-Sanamein; ex schedis Seetzenii.

ΙΙΙVΙΟΙΙϽϹ
ΟΥϹΟΙΚΟΝΟΜ
ΥΡΝΑϹΡΟϹΑΑ
ΗΟΥΟϹΑΙΛЄ
ΟΙϹΦΑΧЄΛΟΥ
ΟΚЄΙΜΟϹΘΑΙΜ
ΥΑΝΡΘΙΙΚΛ

Ἐπὶ Δι]ο[κλέ]ους οἰκονόμ[ο]υ [Βλ]ασ[τ]ὸς? - - - ου
[Θε]ᾷ ἵλε[ῳ τ]ο[ὺ]ς φα[κ]έλου[ς] - - - ἀν[έ]θ[η]κ[α].

4554.

In vico Salamen vel potius es-Sanamein, quae *Aere* antiqua est (Itin. Anton. Aug. p. 196. 198. ed. Wessel.), novem horis Damasco in meridiem, in zophoro templi secundi, quod Fortunae fuisse docet haec ipsa inscriptio; ed. Richter. Itin. p. 554. n. IV. cf. p. 626. (Gesen. translat. German. T. I. p. 498 sq.); Berggren Itin. Europ. et Orient. T. II. p. 98. in tab. inscr. I. n. 9. Tractavit Francke Richtersche Inschriften p. 126 sqq. Habeo etiam ex schedis Seetzenii.

ΥΠЄΡϹѠΤΗΡΙΑϹΚΑΙΝЄΙΚΗϹΤΟΥΚΥΡΙΟΥΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹ - - - ϹЄΒЄΥϹЄΒЄΥΤΥΧΟΥЄ
ΙΟΥΛΙΟϹΓЄΡΜΑΝΟϹΡ - - - ΟЄΥЄΡΓЄΤΗϹΑΙΡΗϹΙѠΝΚΑΙΚΤΙϹΤΗϹΤΟΝϹΗΚΟΝΑΠΟΤΗϹЄΠΙ
ΓΡΑΦΗϹϹΥΝЄΤЄΛЄϹЄΝΚΑΙΤΟΤΥΧΑΙΟΝΑΦΙЄΡѠϹЄΝ ЄΤΟΥϹ ΙϚ

Vs. 1. OPOC habet Richt. omittit Berggr. qui tria puncta ponit, Seetz. OH (h. e. OP) et nihil praeterea in eo versu. Ceterum Seetz. initio huius versus: VΠΕΡCѠΤΗΡΙΑC. Deinde CЄB habet Berggr. omittit Richt. qui puncta quinque ponit. In fine Є habet Berggr. omittit Richt. Vs. 2. init. Berggr. Seetz. IOYNOC, Richt. IOYΛIOC. Deinde Berggr. ΓЄP MANOC - - - O cet. Richt. ΓЄPMANOCP - - O cet. Seetz. quod dedi. Mox IѠNKAIKTICTHC omittit Seetz. Vs. 3. Richt. AΦЄPѠCЄN, reliqui AΦIЄPѠ CЄN; extr. Richt. ΙϚ, Berggr. Seetz. Γϛ.

Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ νείκης τοῦ κυρίου Αὐτοκράτορος [Μ. Κομόδου Ἀντωνείνου] Σεβ(αστοῦ) Εὐσεβ(οῦς) Εὐτυχοῦ[ς] Ἰούλιος Γερμανός, χ(ιλίαρχος) [λεγ.] - -, εὐεργέτης Αἰρησίων καὶ κτίστης, τὸν σηκὸν ἀπὸ τῆς ἐπιγραφῆς συνετέλεσεν καὶ τὸ Τυχαῖον ἀφιέρωσεν. Ἔτους ιϛ.

Nomen Alexandri Severi odio religioso deletum censet Gesenius, renitente Franckio, qui de industria nomen deletum concedens satis probabiliter Commodum restituit (cf. n. 4683.). Nam quum dubium non sit, quin annus XVI. ad epocham urbis peculiarem sit exigendus (cf. n. 4540.), eam probabile est non multum abhorrere a novissima epocha Rabbathmomae urbis vicinae, quam Eckhel. D. N. T. III. p. 505. ab a. u. c. 930. deducit. Quodsi quis cum Franckio occasionem epochae ab Eckhelio coniectatam idoneam putet, quae non uni, sed pluribus simul eius tractus urbibus copiam fecerit eiusdem epochae adoptandae, titulus noster videri potest a. u. c. 945. scriptus esse, qui annus ultimus est Commodi. Vs. 2. Franckius qui primum scripsit Ῥ[ωμαῖος] ὁ in notis p. 504. vidit praeferendam esse lectionem Seetzenii, qua siglum X̂P commendatur (cf. n. 4542. 4544. 4546.). Sed O coniicias esse :o Φ, ut sit: χ(ιλίαρχος) λεγ(εῶνος) Φλ. Φιρ. (h. e. Φλαουΐας Φίρμης). Cf. n. 4543. 4545. Verba *ἀπὸ τῆς ἐπιγραφῆς* Gesenius explicabat *de censu*; melius Franckius *de pecunia collata*, quam pro facultate se quisque daturum professus fuerit. Τυχαῖον h. e. templum Fortunae memoratur etiam apud Antiochenos (cf. Odofr. Müller. Antiq. Antioch. p. 40.).

4555.

In loco Nakshi Radjab in anaglypho rupi inciso, quo repraesentatur eques et pone plures viri pedites. Equi pectori insculptae sunt inscriptiones, quarum versus quattuor superiores lingua Pehlvica vel dialecto ab illa parum diversa concepti excipiunt lineas sex Graece scriptas. Ante pectus equi ad dextram Graecorum item versus quattuor eadem lingua barbara incisi cernuntur. Ed. Niebuhr. Itin. Arab. cet. T. II. tab. XXVII. b. (cf. p. 153.); Morier a Journey through Persia cet. p. 137. Ex Niebuhrii descriptione tractavit Silvestre de Sacy Mémoires sur diverses antiquités de la Perse p. 31. tab. I. A. n. 1-4. Ex aere Morieri dedit Höck Vet. Mediae et Persiae monum. p. 50 sqq. Denuo edidit et descripsit Ker Porter Itin. Georg. Pers. cet. Vol. I. p. 572 sq.

ΤΟΠ⁝⁝ϽC˜ϽΠΟΝΤΟΥΤΟΜΑCΔΑCΝΟΥΘЄΟΥ
CΑΠω⁝ΟΥ...ΑCΙΛЄωCΒΑCΙΛЄ ω' Ν ωΝ
ΚΑΙΑΝΑΡΙΑ^ωΝЄΚΓ' ΝΟΥCΘЄω
ΜΑC 'CΝΟΥΘЄΟΥΑΡΤΑ ΑΡΟΥ
ΒΑCΙΛЄωΝΑΡΙΑΝωΝЄΚΓЄΝΟ
ЄΚΓΟΝΟΥΘЄΟΥΠΑΠΑΚΟΥΒΑCΙΛ

Dedi apographum Porteri hinc inde correctum ex reliquis. Vs. 1. init. Port. ΤΟΠ⁞⁞Ͻ¯⁀ͻΠΟΝ, Nieb. ΤΟΠ ͻC ΠΟΝ. Vs. 2. init. Port. CΛΠѠ⁝ΟΥ, Nieb. ͻΑΠ ΟΥ; dein Port. ΒΑCΙΝЄѠΙ ΝѠΝ, Nieb. ΑCΙΛЄѠ ΝѠΝ. Vs. 3. init. Port. ΙΚΑΙ cet. reliqui ΚΑΙ cet.; deinde Port. ΓΚΓ'ΝΟΥЄΟЄѠ, Nieb. Є C ΝΟΥCCЄѠ. Vs. 5. extr. Port. Є^{K} ЄΝC; reliqui ЄΚΓЄΝΟ. Vs. 6. Port. ΘЄΥ, reliqui ΘЄΟΥ.

Τὸ π[ρ]όσ[ω]πον τοῦτο Μασδάσνου θεοῦ Σαπώ[ρ]ου, [β]ασιλέως βασιλέω[ν ᾿Αρια]νῶν καὶ ᾿Αναρια[ν]ῶν ἐκ [γέ]νους θεῶ[ν, υἱοῦ] Μασ[δά]σνου θεοῦ ᾿Αρτα[ξ]άρου [βασιλέως] βασιλέων ᾿Αριανῶν ἐκ γένο[υς θεῶν], ἐκγόνου θεοῦ Παπάκου βασιλ[έως.

Ita titulum iam restituit Silvestre de Sacy. Repraesentatur Saporus triumphans, filius Artaxerxis, iisdem epithetis ornatus quibus pater (n. 4675.), nisi quod βασιλεὺς βασιλέων ᾿Αριανῶν καὶ ᾿Αναριανῶν audit. Haec formula putatur esse diplomatica, qua celebretur rex populorum cis et trans fluvium Oxum (Gihon) degentium, secundum divisionem geographorum orientalium, qui terras intra Euphraten, sinum Persicum, fluvios Oxum et Indum sitas nomine Airjana, reliquas trans fluvium Oxum iacentes nomine Turan appellitarint. Inesse in ea formula quandam exaggerationem aiunt aptam ingenio orientalium populorum eandemque proxime accedentem ad morem Graecorum et Romanorum gentes exteras barbaros vocitantium. Quippe ut gentes quae Turan incolerent, Persis exterae viderentur, ita voce ᾿Αναριανῶν satis expressam notionem esse barbarorum (conf. Silvestre de Sacy l. c. p. 59 sq. 89.). At vero Sassanidae nunquam terras possidebant trans fluvium Oxum sitas, ut voce ᾿Αναριανῶν gentes trans Oxum incolentes intelligi non possint. ᾿Αναριανοὶ sunt qui Persice Anârjaka s. Anairjana vocantur, i. e. gentes non Arianae originis, imperio Persarum subiectae, ut Syri, Arabes, alii. Neque ea vox de regione Turan unquam usurpatur. Vide Lassen Ind. Alterthumskunde p. 8. De reliquis conf. ad n. 4675.

PARS VIGESIMA NONA.

INSCRIPTIONES AEGYPTI.

INTRODUCTIO.

Ad illustrandam historiam Aegypti Macedonibus et Romanis subiectae quum pauca tantum supersint a rerum scriptoribus memoriae prodita, vestigia diuturnae dominationis in solo ipso relicta magnum adiumentum attulerunt. Monumentorum in Aegypto superstitum post Nordenii et Pocockii industriam accuratior notitia Gallis belligerantibus debetur; qui possessionem terrae vetustate inclitae litteris ac descriptione celebraverunt. Mox Angli antiquarum rerum studiosi, in quibus Hamiltonus et Leakeus, mirifice rem auxerunt reportatis inscriptionibus papyrisque Graecis, quibus explicandis dum Letronnius operam impendit, Champollio in veterum Aegyptiorum linguam inquirebat novam prorsus atque admirandam scientiam conditurus. Altior inde multis cupido adeundi sacram sedem, ut antiquitates perscrutarentur, quorum studiis non solum architecturae Aegyptiorum benignior lux affulsit, sed etiam aucta copia est titulorum Graecorum, Latinorum, Aegyptiorum.

Sed Gallis utramque Nili ripam pervestigantibus diversa de rebus Aegyptiorum opinio valebat, certatim aestimantibus Graecos et Romanos gentibus perdomitis suos mores, sua instituta solitos esse obtrudere. Hinc etiam Persarum imperio artes, religiones, instituta Aegyptiorum corrupta dictitabant, hieroglyphorum usum vel Macedonum dominatione abolitum, monumenta templaque, quorum quidem rudera extarent, ex aetate Pharaonum superesse omnia. Accessit zodiacus in tribus templis depictus, quem longe antiquissimum esse putabant. Itaque viri docti non studium, non operam omittere, zodiaco uti praesidio, numeros exputare, quibus templa illa remotissimae antiquitati affingerentur. Ita factum ut etiam tituli Graeci monumentis istis inscripti perperam explicarentur, credentibus plerisque templa Aegyptiis olim diis exstructa a Graecis usurpata atque in suos conversa usus esse.

Haec et similia multa in vulgus credita Letronnii doctrina dispulit; qui titulis Graecis rite explicatis primus demonstravit templa ab Aegyptiis inchoata Lagidarum imperio, mox Romanorum exaedificata atque ornata esse, alia ab his ipsis condita Aegyptiorum more iisdem hieroglyphis et anaglyphis exstructa, quibus olim Aegyptii ab externa dominatione etiam tum liberi usi essent; proinde Aegyptios priscorum institutorum tenaces non oppressos potius quam miti imperio rectos esse a Macedonibus atque etiam Romanis diu retenta sua libertate quadam paruisse. Haec et talia luculenter exposita in libro inscripto: *Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte* (cf. Recueil des inscr. I. p. 12 sqq. p. 209 sqq.) mox quum studiis in architectura Aegyptiaca positis ab Huyoto et Gavio, tum invento a Champollione phonetico quod vocant alphabeto confirmata sunt. Sic etiam patefacta zodiacorum Tentyritici, Latopolitani, Panopolitani, aliorum ratio. Quippe templa ista Imperatorum aetate exornata titulis Graecis et scriptura hieroglypha consentientibus; qua aetate imprimis zodiaci usum per Aegyptum ac per Orientem divulgatum esse demonstravit Letronnius. Itaque historia Aegypti Macedonibus et Romanis subiectae mirum quantum aucta atque illustrata etsi studiis his nunc imprimis ferventibus spes est fore ut in dies incrementum capiat, tamen visum nobis res Macedonum et Romanorum paucis pro instituto nostro percensere.

CAPUT PRIUS.

DE REBUS MACEDONUM.

I. Aegyptus olim regionem inde a Syene usque ad mare sitam ad utramque fluminis Nili ripam complectebatur (Strab. XVII, 790. 798.): quumque ab altero latere Libya contermina sit, ab altero Arabia, orientalem partem Arabiam, occidentalem Libyam vocaverunt (Strab. XVII, 803.). Septentrionem versus maritimo accessu Pharo, pedestri Pelusio velut claustris munita; fines meridiem et occidentem versus a Lagidis prolati. Herodoti aetate in insula Elephantine Περσέων αἱ φυλακαὶ ἦσαν ὡς καὶ ἐπὶ Ψαμμιτίχου (Herodot. II, 30. conf. n. 5126.). Atque eodem praesidia miserat Alexander M. (Arrian. II, 4.). De bello Aethiopibus inferendo particulam orationis a tutore regis Ptolemaei habitae ex Agatharchide rettulit Photius 250. p. 445. ed. Bekk. Quem regem aut Epiphanem aut Philometorem fuisse suspicatus est Niebuhrius. Ad Epiphanem orationem habitam esse iure quodam Droysenius contendit (de Lagid. regno cet. p. 6.). Verum nihil inde colligi potest de aetate finium Aegypti meridiem versus prolatorum. Nam vel Philadelphi temporibus Aethiopiam inferiorem Graecis patuisse colligas ex titulo Aduli-

tano n. 5127. *A.* atque etiam Theocritus (Idyll. XVII, 85 sq.) Philadelpho Aethiopiae tribuit imperium. Quo nomine pars Nubiae intelligenda videtur; licet repugnante Champollione, qui Nubiam inferiorem aetate Ptolemaei Philadelphi coniecit regi Aethiopiae paruisse, donec a Ptolemaeo Euergeta I. recuperata esset (vide ad n. 5073.). Utcunque est, Philometoris aetate in regione Dodecaschoeno inter catarractas ab Elephantine ad Tachampso oppidum porrecta ultima Lagidarum praesidia degebant; unde oppidum ad ea stativa exstructum Παρεμβολή vocatum (vide n. 4979.). Iam Theocritus l. c. etiam Arabiam in provinciis Philadelphi recenset, nempe regionem inter Nilum et sinum Arabicum sitam, quam regionem a Philadelpho cultam esse docent oppida quattuor de matre Berenice denominata et via Berenice Troglodytica ad Copton strata (Strab. XVII, 461. 815.). Idem deinceps intentus excolendo alveo ab ipso denominato (ποταμῷ Πτολεμαίῳ) quinque ad mare rubrum oppida condidit, quorum tria sororis Arsinoes, duo alterius sororis Philoterae nomen traxerunt (vide Letronn. Recueil des inscript. I. p. 182 sqq.). Ultra sinum Arabicum pauca dominationis vestigia (vide Droysen. Colon. Hellen. p. 161 sq.). Occidentem versus Libya patet a Ptolemaeo I. regno adiecta (Geier de Ptol. Lag. vita p. 22.). Ea non solum regionem ab hac parte Aegypto finitimam sed etiam Cyrenaicam complectitur. Nam pentapolis Cyrenaica Libyae est. Nihilo vero minus quum in provinciis Ptolemaeo Euergetae I. a patre Philadelpho traditis (n. 5127. *A.*) Libya recenseatur simpliciter, Cyrenaices mentionem non temere omissam esse Droysenius putavit argumento petito ab eo, quod Magas Cyrenarum rex fuisset ab a. a. Chr. 308-258 (vide Thrige Res Cyr. p. 221.). At vero Cyrenaica, quemadmodum a regno Lagidarum non seiunctam fuisse apparet ex Pausan. I, 7. (conf. Strab. XVII, 791.), ita una cum Libya interiacente inde ab a. a. Chr. 322. usque ad a. 96. licet aliquoties separata a regno Aegypti proprie Ptolemaeorum fuit. Scilicet Berenice uxor Ptolemaei I. effecerat, ut Magas filius Cyrenaicae Libyaeque adiacenti praeficeretur. Qui quum defuncto rege Cyrenenses ad defectionem adegisse atque Aegypto arma intulisse dicatur, satis apparet invito fratre eum usurpasse provinciam. Testatur etiam oppidum Cyrenaices Tauchira de Arsinoe sorore Philadelphi denominatum, ut taceam Berenicen (conf. Letronn. Recueil I. p. 184.); licet renitente Droysenio, qui coniecturam coniectura sublatum ibat (Col. Hellen. p. 141.). In media vastitate Libyca Aegypto imminente ab occasu solis insulae sunt fontibus irrigatae quas Oases vocant (Strab. XVI, 701.). In his quae celeberrima est Oasis Ammonis dicta, ea ab Aegyptiis habitata Herodoti aetate regulum habebat (Herodot. II, 32.); atque Alexander M. eo delatus tyrannorum veterum regiam inspexisse dicitur (Curt. IV, 7.). Et haec quidem Oasis Mannerto aliquando videbatur immunis fuisse religionis causa (vide tamen p. 284. *a.*). Aegypto propiores parva et magna Oases, quarum alteram olim a Samiorum tribu inhabitatam esse narrat Herodotus (III, 26.), Lagidarum aetate Aegypto adiectae, ut colligi potest ex institutis Romanorum.

Iam Syriam et Phoenicen Ptolemaeus Soter occupaverat (Diod. XVII, 43. Appian. Syr. 52.). Idem Cyclades (conf. Vol. II. n. 2273.) et Cyprum cepit (Paus. I, 6.). Atque in his quidem provinciis Philadelphus in spem diuturnae possessionis oppidum reliquit Ptolemaidem (antiquitus Aco), aliud Philadelphiam dictum (Amenath); duas ex nomine sororis Arsinoes vocatas urbes, alteram prope Damascum in convallibus Aulonis (vide Steph. Byz. v. Ἀρσινόη), alteram meridiem versus; denique Philoteriam (i. e. Φιλωτέραν) ex altera sorore denominatam prope lacum Tiberiadis (Polyb. V, 70, 3.). In Cypro insula quattuor urbes de Arsinoe sorore denominatae; in Lycia Patara ex Arsinoe appellationem traxit (Strab. XIV, 666.). Etiam Ciliciam Aetoliamque aliquando Philadelpho paruisse prodit urbs in utraque Arsinoe dicta. Omninoque tribus primis Ptolemaeis regnantibus latissime patebat Lagidarum potentia. Cuius rei locuples testis est titulus Adulitanus n. 5127. *A.* ex quo Euergetae I. pater praeter Aegyptum et Libyam reliquit Syriam inferiorem et Phoenicen, Cyprum, Lyciam, Cariam, Cyclades, consentiente Polybii (V, 34.) memoria: *Δεσπόζοντες τῶν ἐπιφανεστάτων πόλεων καὶ τόπων καὶ λιμένων κατὰ πᾶσαν τὴν παραλίαν ἀπὸ Παμφυλίας ἕως Ἑλλησπόντου καὶ τῶν κατὰ Λυσιμάχειαν τόπων. ἐφήδρευον δὲ τοῖς ἐν τῇ Θρᾴκῃ καὶ τοῖς ἐν Μακεδονίᾳ πράγμασι, τῶν κατ᾽ Αἶνον καὶ Μαρώνειαν καὶ πορρώτερον ἔτι πόλεων κυριεύοντες. καὶ τῷ τοιαύτῳ τρόπῳ μακρὰν ἐκτετακότες τὰς χεῖρας καὶ προβεβλημένοι πρὸ αὐτῶν ἐκ πολλοῦ τὰς δυναστείας οὐδέποτε περὶ τῆς κατ᾽ Αἴγυπτον ἠγωνίων ἀρχῆς.* Sed Ptolemaeo Philopatori iam extenuata potentia; de Syria fere continua disceptatio (Polyb. V, 67. XXVIII, 17.), non minus varia sors Lyciae et Cariae (cf. n. 4677. et pap. Paris. a Letronnio edit. Journ. des Sav. 1833. p. 330 sqq. Fragm. inéd. d'anc. poëtes cet. 1838. n. 111. p. 14 sq.); stabilior Cypri possessio (vide Engel Kypr. I. p. 389 sqq.). Verum utcunque fortuna imminuit Lagidarum potentiam, vel post acceptas clades amissasque provincias eos regna sibi numero decem in monumentis publicis vindicasse testantur verba tituli n. 4697. vs. 43.

II. Dividebatur Aegyptus in inferiorem et superiorem (*τὴν κάτω καὶ τὴν ἄνω χώραν* n. 4697. vs. 3. 46.). Aegyptus inferior Delta complectebatur una cum partibus utrimque adiacentibus; superior Thebaidem, quae contermina est Aethiopiae, continebat ac simul intermediam partem a Ptolemaeo Heptanomidem appellatam. Singulae hae partes administrationis causa in nomos distributae ex vetere instituto traditos (*νομὸς δὲ λέγεται παρὰ τοῖς τὴν Αἰγυπτίων κατοικοῦσι χώραν ἑκάστη πόλις καὶ αἱ περιοικίδες αὐτῆς καὶ αἱ ὑπ᾽ αὐτῇ κῶμαι* Cyrill. Alex. in Esai. 19. cf. Epiphan. contra haeres. Basil. T. II. 1. p. 32.); nomi plurimi in toparchias (Herodot. II, 109. 165 sqq. Strab. XVII, 787.). Toparchia *τόπους* aliquot et *κώμας* complectebatur; *τόποι* rursus aut *ἄρουραι* erant (terra culta) aut *ψιλὴ*

γῆ, ψιλοὶ τόποι, ψιλότοποι (Droysen. Mus. Rhen. 1832. III, 4. p. 513. Varges de statu Aeg. p. 38. Schmidt Untersuch. I. p. 320.). Variant autem quae de numero nomorum ac de singulorum nomorum nominibus memoriae prodita sunt. Quippe Nilus tyrannus terrarum distributionem aliis aliter temporibus videtur definivisse. Unde mutata agraria divisione etiam forma nomorum mutabatur. Triginta sex nomos fuisse Strabo refert (XVII, 787. cf. Diodor. I, 54.), et Thebaidis quidem ac Delta denos; terrae inter utrumque sitae sedecim; in quo nomorum ab utroque latere regionis Delta sitorum nulla ratio habita est. Nam etsi Strabo tecte vituperat Artemidorum, qui Sethroiten nomum unum de decem regionis Delta posuerit, vix tamen inde colligi licet, sedecim eum nomos intermedios ita voluisse effici, ut etiam nomi ex utroque latere Delta annumerarentur. Quodsi hi nomi iis, qui sunt intra Delta, annumerantur, plures decem efficiuntur. Nec vero ipse plures nomos quam viginti tres diserte memoravit, reliquorum, ut videtur, solas metropoles recensens. Sed, ni fallor, Strabonis praeceptum nonnisi de antiquissimis temporibus intelligendum videtur. Nam vel Herodoti aetate, qui nomos plurimos ex inferiore Aegypto recenset (II, 165. 166.), facile probaveris nomos intra Delta plures decem fuisse. Quam ad rem minus attendit Champollio (L'Égypte sous les Pharaons). Recensentur a Strabone nomi hi:

ex ipso Delta: *Mendesius*, *Leontopolites*, *Saites*, *Prosopites*, *Sebennytes*, *Athribites*, *Busirites*, *Tanites*, *Pharbaethites*.
ex latere Libyco: *Gynaecopolites*, *Momemphites*, *Letopolites*, *Nitriotes*, *Menelaites*.
ex latere Arabiae: *Bubastites*, *Heliopolites*, *Sethroites*, *Phagroriopolites*.
ex media Aegypto: *Heracleopolites*, *Arsinoites*, *Aphroditopolites*, *Cynopolites*, *Oxyrynchites*.

a Ptolemaeo autem hi:

ex ipso Delta: *Metelites* (it. Plin.),
Phthenotes (*Ptenethu* Plin.),
Cabasites (it. Plin.),
Saites (it. Herod. Plat. Strab. Plin.),
Prosopites (it. Herod. Strab. Plin.),
Sebennytes (it. Herod. Strab. Plin.),
Xoites (it. Plin.),
Phthembuthi (*Phthemphu* Plin.),
Mendesius (it. Herod. Strab. Plin.),
Onuphites (it. Herod. Plin.),
Athribites (it. Herod. Strab. Plin. cf. Steph. Byz. v. Ἀθάῤῥαβις),
Leontopolites (it. Strab. Plin.),
Neut,
Tanites (it. Herod. Strab. Plin.),
Pharbaethites (it. Herod. Strab. Plin.),
Sethroites (it. Strab. Plin. Hierocl.).

ex latere Arabiae: *Arabiae nomus* (it. Plin.),
Bubastites (it. Herod. Strab. Plin.),
Heliopolites (it. Strab. Plin.).

ex latere Libyco: *Libycus nomus*,
Marmarices nomus,
Mareotes (it. Plin. cf. n. 4957. vs. 48.),
Hermopolites,
Andropolites,
Letopolites (it. Strab.),
Menelaites (it. Strab. cf. n. 4957. 60.),

ex Heptanomide: *Memphites* (it. pap. Gr. et Plin.),
Heracleopolites (it. pap. Gr. et Agatharch. Strab. Plin.),
Arsinoites (s. *Crocodilopolites*, it. Strab. Plin.),
Aphroditopolites (it. Strab. Plin.),
Cynopolites (it. Strab. Plin.)
Oxyrynchites (it. Agatharch. Strab. Plin.),
Hermopolites (it. Agatharch. Plin.),
Oasitae duo (it. Plin.).

ex Thebaide: *Lycopolites* (it. Agatharch. Plin.),
Hypselites,
Aphroditopolites (it. Plin.),
Thinites (it. Plin.),
Diospolites (it. Plin.),
Tentyrites (it. Agatharch. Plin. Steph.),
Hermonthites (it. Plin.),
Apollonopolites (it. Plin.),
Antaeopolites (it. Plin. cf. n. 4713. *b*.),
Panopolites (pap. Gr. et Plin. Χεμμίτης ap. Herod.),
Coptites (pap. Gr. et Plin.),
Thebanus (it. Herod. ὁ περὶ Θήβας pap. Gr.),
Ombites (pap. et inscr. Gr. Plin.).

Nomorum, qui intra Delta feruntur, satis auctus numerus est. Exterminemus licet Sethroiten, qui Strabone et Plinio auctoribus extra Delta cadit, intrat contra Busirites, quem Ptolemaei aetate vel propterea probabile est non interiisse, quod mox Busiris sedes episcopi fuit (vide Hierocl.). Rursus Ptolemaeus Saitico nomo Naucratin adiecit; Naucratiten nomum commemorat Plinius; ex quo colligi potest Naucratiten aetate Romanorum non amplius extitisse. Nam Plinius ex vetusto quodam fonte hausisse videtur. Comparet apud Ptolemaeum Xoites, quem ignorat Strabo, Xoin oppidum in Sebennytico sitam referens; unde coniicias Sebennyten olim unum nomum fuisse. Nomum Phthembuthi sunt qui eundem fuisse arbitrentur, quem Stephanus (v. Πέμπτη) Πεμπτίτην vocat. In latere Arabiae Strabonis Phagrorio-

politen omisit Ptolemaeus; idem tacet Arsinoiten ab illo non diserte expressum, quem Plinius duos Arsinoitas recensens nomine Heroopolitici indicare videtur. In latere Libyae pro Gynaecopolitico nomo Ptolemaeus Andropoliten nominat, cuius metropolis Ἀνδρῶν πόλις certe Christianorum aetate sedes episcopi fuit. Utrumque pro eodem nomo habuit Cellarius, fortasse recte. Rursus Momemphiten et Nitrioten tacet, Libycum, Marmarices nomum, Mareoten, Hermopoliten memorat. At Hermopoliten Alexandrinorum olim regio absorpsit extra nomos posita; neque accurate Ptolemaeus, qui Ἀλεξανδρέων χώρας νομὸν recenset. Postremo Plinius Hammoniacum nomum addit; unde de immunitate Oasis Ammonis dubitari potest (v. p. 282. *a*.).

Ex nomis ab Herodoto (II, 165. 166.) memoratis aliunde non noti sunt Thmuites, Papremites, Natho, Anysius, Aphthites, Myecphorites. Adde Croiten et Syiten a Steph. Byz. ex Hecataeo memoratos. De Thmui urbe celebri intra Delta sita multus est Champollio II. p. 114 sq. Eam caput Mendesii Ptolemaeus dicit. Itaque, nisi Thmuites Herodoti, qui a Mendesio distinguit, ad aliud oppidum pertinet, quale memoratur ex Thebaide (Notit. dignit. I. p. 76. 330. ed. Böck), concedendum Thmuiten olim iuxta Mendesium peculiarem nomum constituisse. Papremiten (cf. Steph. v. Πάπρημις), ut taceam coniecturam Mannerti (X, 1. p. 591.) parum probabilem, intra Delta situm fuisse colligi ex Herodoto II, 59. potest. Porro Natho cum nomo Phthenote a Ptolemaeo memorato componit Champollio II. p. 230. Quod si recte factum est, nomen Natho ad Ptolemaei Neut revocari vix potest (Bähr ad Herodot. II. 165.). Simile nomen Naithu habetur in Dignit. Notit. I, 25. p. 69. 306. Anysium nomum ab Anysi denominatum Mannertus (X, 1. p. 591.) pro Sethroitico habuit, Champollio II. p. 200. pro regione Isidis oppidi intra Delta siti; Gesenius (Comment. ad Iesai. p. 863.) pro Heracleopolitico, fortasse recte. Aphthiten nomum (cf. Steph. v. Ἄφθαια) inter Bubastum et Tanin situm putat Larcher VIII. p. 37. Myecphoriten denique Herodotus ipse ad Delta refert e regione Bubasti oppidi situm monens. Itaque si Thmuites, Papremites, Natho nomi sunt ad Delta pertinentes, etiam Herodotus ex ea regione plures quam decem nomos recensuisse putandus est. Quae quum ita sint, facile apparet singulos nomos Aegypti inferioris certis temporibus assignari non posse.

Paulo stabilior condicio nomorum in Aegypto superiore sitorum. Thebaidem nomis tredecim compositam praebet Ptolemaeus. Iidem fere aetati Ptolemaeorum tribui possunt; nisi quod tum Pathyrites loco Hermonthitici fuit nomi. Quippe in Pathyritico, cuius frequens mentio in papyris Graecis, magna urbs fuit Hermonthis (vide Pap. Lugd. M. ap. Leemans p. 59. cf. Reuvens Lettre à Mr. Letronne III. p. 4. 30.), quam etiam tum urbem nomi Pathyrithici primariam fuisse coniicias ex eo, quod ibi τράπεζα instituta est. Huius urbis in honorem nomus factus Hermonthites videtur abolito nomine priore. Neque enim multum tribuerim Plinio, qui praeter Hermonthiten etiam Paturiten i. e. Pathyriten memorat. Nam qui Hermonthiten pro Pathyritico nominat Ptolemaeus, ab eo alibi Παθυρὶς vicus memoratur. De scriptura nominis cf. St. Martin Journ. des Sav. 1824. p. 692. Rursus in Hermonthitico nomo sita urbs est Latopolis (Ptol.), quae quum excelleret, nomum proprium ex se denominatum reliquit. Ita ex uno Pathyritico nomi duo nati sunt, Hermonthites et Latopolites, quorum nomorum aetate Romana coniuncta administratio erat (vide n. 4722. 4736. 4910.). Similiter iuxta Ombiten Elephantine et Philae aliquando peculiarem nomum constituebant (n. 5075. 5076. 5077.). Mitto Peyroni commenta, qui ut decem Thebaidis nomos efficeret, Panopoliten et Thiniten eundem nomum fuisse putavit (Schmidt Forschungen, I. p. 71 sq.), idemque de Pathyritico et Thebano (τοῦ περὶ Θήβας) sibi visus est demonstrasse (T. II. p. 27 sqq.), quod iure impugnavit Droysenius Mus. Rhen. III. 4. 1832. p. 510.; mirorque quod A. Schmidt l. c. p. 382. in Peyroni sententia acquievit.

Utcunque iudicaveris de origine appellationis Heptanomidis, certe Romanorum aetate septem in eo tractu nomi censebantur, quos a Ptolemaeo citatos partim Strabonis partim Agatharchidae auctoritate papyrisque Graecis confirmatos habes. Septem nomorum provinciam etiam titulus Latinus ap. Murator. p. DCLXXXVI. 6. p. MDCCCCVI. 3. Orell. p. 516. subministrat; in quo si Arsinoites extra septem nomos cadit, eo tempore quo positus titulus est, aliam nomorum divisionem obtinuisse apparet. Heptanomidi teste Ptolemaeo Oasitae duo attributi sunt. Quamquam Oasis magna Ὄασις τῆς Θηβαΐδος nominatur (n. 4957.), id quod propter vicinitatem Thebarum factum putatur (Rudorff ad edict. Tib. Alex. p. 155.). Immo ex illa appellatione colligi potest, Oasin hanc Thebaidi assignatam fuisse. Praeterea Ptolemaeus Heptanomidi adiicit Antinoiten nomum ex Antinoopoli Graeca civitate ab Hadriano condita (vide n. 4679. 3705.) denominatum; quem re vera nomum fuisse post Iomardum (Descript. d'Antinoe p. 6.) iure ambigit Varges (de statu Aeg. p. 50.). Similiter quem Agatharchides ap. Phot. p. 447. Bekk. ante frontem Thebaidis ponit nomum Φυλακὴν s. Σχεδίαν dictum, dubitari potest an is proprium nomi nomen attulerit.

III. Ptolemaeus Lagi filius, qui primus Macedonum Aegypti opes firmavit, regnum ab Alexandro M. conditum post varios casus ita suscepit, ut secundum sese divina origine regem ferret, gentis perdomitae superstitione summa cum prudentia abutens. Quippe gens Ptolemaeorum per Arsinoen Lagi uxorem Philippi regis, ut aiunt, pellicem, a stirpe regia Macedonum ac proinde ab Hercule et Deianira Bacchi filia repetebatur (vide n. 5127.). Institutum autem regnum est, monente A. Peyrono, in hanc fere formam: *Aegyptii suis ex legibus, suis institutis vivunto exceptis iis rebus, quas edictis nostris instituerimus; Graeci legibus ac tribunalibus iis utuntor, quae constituerimus; Aegyptiis Graecarum legum tribunaliumque usus liber esto.* Novarum legum, quas Ptolemaeus Soter Demetrio Phalereo amicissimo acceptas rettulisse dicitur, viro etiam de bibliotheca

novi regni optime merito (vide Geier de vit. Lag. p. 64.), quamquam accuratiore notitia destituti sumus, tamen coniecturam de iis fieri ex posteriori regni administratione licet. Omninoque in administranda Aegypto Ptolemaeus Soter summa pariter prudentia ac moderatione usus videtur; nec desunt humanitatis exempla in historia successorum, quibus passim laudi tributum, quod φιλάνθρωπα promulgassent (conf. n. 4697. vs. 12. 14. n. 4896. Pap. Taur. I. p. 5. et p. 7. vs. 15.). In religionibus Aegyptiorum mutatum nihil, instituta assimilatione quadam, qua religiones Orientis et Occidentis exaequarentur. Cuius rei initia quin ad Ptolemaeum Soterem referenda sint, non est cur dubitemus. Ita factum est, ut Aegyptii priscorum institutorum tenaces libenter parerent regibus iure quodam communes cum Pharaonibus honores affectantibus. Ac multitudinem quidem sacerdotum pontificatus Alexandri frenabat, animos hominum arma virtutis nondum expertia. Mox regia potestate in arbitrium vertente, turbis ac seditionibus saepe interrupta quies, donec bene parta vitiis pessumdata dilaberentur. Consecutio regum cognominibus distinctorum et auctoribus rerum et monumentis prodita est. Qua in re monumenta difficultatem crearunt. In papyro Anastasii a. a. Chr. 106. scripto summus pontifex sacerdos audit Ἀλεξάνδρου καὶ θεῶν Σωτήρων καὶ θεῶν Ἀδελφῶν καὶ θεῶν Εὐεργετῶν καὶ θεῶν Φιλοπατόρων καὶ θεῶν Ἐπιφανῶν καὶ θεοῦ Φιλομήτορος καὶ θεοῦ Εὐπάτορος καὶ θεῶν Εὐεργετῶν; in papyro autem Casati a. a. Chr. 114. scripto: Ἀλεξάνδρου καὶ θεῶν Σωτήρων καὶ θεῶν Ἀδελφῶν καὶ θεῶν Εὐεργετῶν καὶ θεῶν Φιλοπατόρων καὶ θεῶν Ἐπιφανῶν καὶ θεοῦ Εὐπάτορος καὶ θεοῦ Φιλομήτορος καὶ θεοῦ Εὐεργέτου καὶ θεῶν Φιλομητόρων Σωτήρων. Inest in utroque papyro Eupator aliunde non notus, qui in papyro Anastasii sequitur post Philometorem, in papyro Casati post Epiphanem. Priorem collocationem probatam huius operis Vol. II. n. 2618. reperta Numenii epistola n. 4896. *A.* redarguit; in qua est καὶ θε]ῶν Ἐπιφανῶν καὶ θεοῦ Εὐπάτορος [καὶ θεοῦ Φιλο]μήτορος καὶ θεῶν Εὐεργετῶν, prorsus ut papyrus Casati praebet. Hinc consentaneum scribam papyri Anastasii errasse. Quod priusquam innotuisset, Ptolemaeum Eupatorem Ptolemaei Philometoris filium fuisse eundemque intelligi debere in titulo n. 2618. putaverunt Champollio (Eclaircissem. hist. sur le contrat de Ptolémaïs p. xxv sqq. et Notice de deux papyrus Égypt. 1823. p. 10. Journ. Asiat. T. III. p. 43.), St. Martinus (Journ. des Sav. 1822. p. 559.), Boeckhius ad n. 2618. Verum Philometoris filium infantem ab Euergeta interfectum esse historia docet (Champ. Fig. Ann. de Lag. II. p. 168 sq.). Itaque Letronnius titulum n. 2618. aut Euergetae I. filio aut Epiphanis filio positum arbitratur, priusquam aut ille cognomen Philopatoris aut hic cognomen Philometoris in litteris publicis accepisset, argumento usus, quod Arsinoe, uxor Philopatoris in titulo n. 4697. Φιλοπάτωρ, in papyro Anastasii Εὐπάτωρ audiat. Ex quo colligi posse etiam Philopatorem utroque cognomine usum esse; atque huic coniecturae favere etiam Iosephum Ant. Iud. XIII, 3, 3. qui Philopatorem etiam Εὐπάτορα appellet. Haec, ut nunc se res habet, satis probabiliter disputata, etsi Iosephi locus videri potest corruptus esse, quod de loco papyri Anastasii iudicat Boeckhius. Fingamus autem Ptolemaei Philometoris filium et βασιλέα dici potuisse et honoratum a Cypriis esse titulo n. 2618. in praescriptis tamen epistolae Numenii et papyri utriusque de Eupatore Philometoris filio cogitari iam non posse sponte patet. Itaque Letronnius (Recueil des inscr. I. p. 365 sq.) coniicit Philometorem olim etiam Eupatorem vocatum esse et θεοῦ Εὐπάτορος καὶ θεοῦ Φιλομήτορος aliud non videri esse quam θεοῦ Εὐπάτορος τοῦ καὶ θεοῦ Φιλομήτορος, in quo de suppresso articulo provocat ad usum titulorum recentiorum. Sed de ratione huius interpretationis valde dubitamus, non quod improbabile sit Philometorem etiam Εὐπάτορος cognomen tulisse, sed quod incredibile in hoc praesertim scribendi genere suppressum articulum esse, et quod ita ne statui quidem potest ob repetitum elogium θεοῦ. Quippe ex Letronnii interpretatione debebat dictum esse καὶ θεοῦ Εὐπάτορος τοῦ καὶ Φιλομήτορος. Cf. Jahrb. f. wissenschaftl. Krit. 1843. n. 93. p. 739. Nec causam videmus ullam, cur, si quid lapides papyrive offerunt novi, continuo id ex fide librorum scriptorum explicandum censeamus. Epiphani alium ante Philometorem natum filium esse aliunde non constat, inscriptiones et papyri evincere videntur. Cui rei nihil est cur fidem denegemus. Philometor natus est a. a. Chr. 188. quattuor annis post initum ab Epiphane matrimonium. Itaque Eupator potest natus esse a. 191. mortuus paulo post obitum Epiphanis, postquam puer decennis per menses diesque nescio quot sub tutore regnasset. Quae si ita sunt, par est Eupatorem hunc ipsum censeri a Cypriis honoratum esse titulo n. 2618. Et similiter novum Antiochum Seleuci III. filium a sempiterna oblivione vindicavit titulus n. 4458. Sed quoniam versamur in formula sacerdotii regum, lubet pauca de reginis addere una cum regibus in cultum divinum receptis. Constat Euergeten II. ita regno potitum esse, ut sororem Philometoris viduam uxorem duceret. Qua mox repudiata filiam fratris Cleopatram in matrimonium duxit. Sed uxor repudiata effecit, ut rex in exilium mitteretur, quod factum est a. a. Chr. 132. ex quo exilio rediit a. a. Chr. 127., initis condicionibus, quas produnt monumenta post a. 127. posita. Quippe in his priori uxori id honoris datum, ut nomen eius ante alteram memoraretur (conf. Vol. II. n. 2622. Vol. III. n. 4841. 4861. 4895. 4896.); quamquam papyri musei Berolinensis enchorice scripti ex a. 136. videntur prodere eundem honorem Cleopatrae Philometoris viduae iam ante Euergetae exilium habitum esse, ut monet Droysen. Mus. Rhen. III. 4. 1832. p. 509. Rex Euergetes II. et Cleopatra utraque elogio θεῶν Εὐεργετῶν ornantur; hinc in papyris illis Philometoris simplex mentio (θεοῦ Φιλομήτορος, non θεῶν Φιλομητόρων). Iam vero in papyro Casati regnantibus Cleopatra altera et Ptolemaeo Sotere II. scripto habetur θεοῦ Εὐεργέτου, non θεῶν Εὐεργετῶν. Quod

Letronnius (Recueil des inscr. p. 63.) statuit ita intelligi posse, ut priorem Cleopatram aut ob invidiam defuncto Euergeta ab altera omissam putemus, aut comprehensam eius denominationem esse in formula ad regnantem familiam pertinente (Θεῶν Φιλομητόρων Σωτήρων), aut suppressam, quod etiam tum in vivis esset. At primum quod etiam tum in vivis esset, causa esse non potuit, cur nomen eius omitteretur. Nam etiam vivi reges sacerdotio inserebantur, ut docet formula tituli n. 4697. papyri Casati, epistolae Numenii n. 4896. *A.* Nec sibi ipse constat Letronnius, qui l. c. p. 391. 392. postquam Cleopatram priorem a. a. Chr. 114. in vivis esse statuerat, eam ante a. 117. mortuam esse censebat, ob eamque causam nullam eius mentionem fieri in titulo n. 4893. ubi vide quae annotavimus coll. n. 5073. Neque aptius est, quod secundo loco posuit Letronnius, quum parum credibile sit reginam, quae viva et mortua Θεῶν Εὐεργετῶν esset, protinus in consortium filiae et nepotis (Θεῶν Φιλομητόρων Σωτήρων) receptam esse, praesertim quum nullae ei partes regni essent. Sed scilicet nihil restat aliud nisi ut eius mentionem in papyro Casati ex invidia Cleopatrae regnantis ad tempus omissam esse existimemus. Euergetae II. uxor altera sollemni more in monumentis ἀδελφή audit, ut n. 4893. 5073. sed inita cum priore uxore gratia ac potius inde a reditu Euergetae a. 127. constanter γυνή appellatur (pap. Taur. III.). De titulo ἀδελφῆς quo in publicis monumentis Ptolemaeorum uxores ornantur, primus monuit Letronnius Recherch. p. 7 sq. Recueil des inscr. I. p. 3 sq. Sic ἀδελφὴ καὶ γυνή audit Berenice Euergetae I. uxor, Magae fratris Ptolemaei Philadelphi filia ac proinde Euergetae I. ἀδελφιδῆ, in tit. n. 4694.; ἀδελφή Cleopatra uxor Epiphanis, filia Antiochi III. regis Syriae, in tit. n. 4677.; ἀδελφή s. ἀδελφὴ καὶ γυνή Berenice Alexandri I. uxor, fratris Soteris II. filia, in pap. Lugd. G. H. (ap. Leemans pap. Gr. mus. Lugd. Bat. p. 42 sq.), quae eadem mox Cleopatra vocatur in pap. Lugd. O. (ap. Leemans. l. c. p. 77.) et in pap. Berol. 43. a. atque a Porphyrio (vide Letronn. Recueil cet. p. 69.). Qui mos repetendus videtur ab usu quotidiano, quo etiam uxor maritum in litteris ἀδελφόν appellare solebat (vide pap. Brit. XVIII. coll. pap. Vat. A.). Est tamen ubi titulus hic sollemnis reginis nativus sit, ut Berenicae, Ptolemaei Soteris, Lagi et Arsinoes filii, uxori, Lagi et Antigones filiae, ut Arsinoae Philadelphi sorori et uxori, ut Cleopatrae Philometoris sorori et uxori, quae ἀδελφή audit n. 4712. 4860. (conf. pap. Brit. II.), ἀδελφὴ καὶ γυνή in tit. n. 4979. Quamquam non sum nescius Berenicen Ptolemaei Soteris uxorem negari a quibusdam Lagi filiam fuisse (vide Geier de vit. Lag. p. 5.). At fuisse testantur tamen Schol. ad Theocr. XVII, 34. Herodian. I, 3. Tzetzes Chil. I, 586. quibus cur fides deneganda sit, ego non magis video, quam Droysenius (Zeitschr. f. Alterthumsk. 1843. p. 54.), qui bene monuit tali matrimonio non offendi veteres; nam vel ex iure Attico sorores eodem patre natas licuit uxores ducere, eadem matre non item; unde etiam primum Philadelpho incesti foedus amoris obiurgabatur, quod is sororem Arsinoen ex iisdem parentibus natam uxorem duxisset (vide Droysen. l. c. p. 55.). Sed revertamur ad Cleopatram Euergetae II. uxorem, Coccen cognominatam: quae si cum Cleopatra superiore regina simultates exercebat, non minus ipsa posthac consimili fortuna usa est filiis in societatem regni assumptis. Nam monente Letronnio, qui historiam huius aetatis egregie persecutus est Recherch. p. 99 sqq. Recueil cet. I. p. 53-79., Soter II. in societatem regni vocatus sexto regni anno matrem auctoritate regia privavit, suppresso eius nomine in monumentis (pap. Paris. LIII.). Mox Cleopatra, inita per tempus gratia, quum auctoritatem suam a filio penitus exstinctam vidisset, effecit, ut Soter II. expelleretur. Ex quo potentiam firmavit filio natu minore Alexandro I. in societatem vocato (a. a. Chr. 107.). Sed hic quoque ab iniqua matre lacessitus quum a. 102. aufugisset, a. 99. cum Berenice s. Cleopatra uxore reversus matris auctoritatem opprimere studebat: id quod testatur non solum praepositum in monumentis Alexandri nomen addita uxoris mentione (pap. Berol. demot. n. 52. ex a. regni XVI. a. a. Chr. 99. v. Kosegarten de prisca Aeg. litt. I. tab. XII. cf. Reuvens Lettre à M. Letronne III. p. 42.), sed etiam suppressum aliquoties matris nomen (pap. Lugd. G. H. ap. Leemanns l. c. p. 42 sqq. ex a. 99. cf. tit. n. 4897. *A.* et Letronn. Recueil cet. I. p. 76 sq.).

In cognominibus Ptolemaeorum distinguenda sunt ab iis, quae litteris sancita sunt, ut Soter, Euergetes, Philopator, Epiphanes, Philometor, Alexander, ea, quae in actis publicis non obtinuerunt, ut Physcon, Lathurus, Auletes, qualia cum vocabulo militari *Caligula* composuit Letronnius (Recueil cet. I. p. 67.). Hac in re omnis nostra cognitio ex monumentis pendet. Cognomentorum alia Ptolemaeis indita videntur regnum auspicantibus, alia aliis occasionibus. Sic Ptolemaeus Lagi filius accepto regis titulo paulo post cognomento Σωτῆρος ornatus est (vide Geier de vita Ptol. Lag. p. 42 sq.). Ex aetate Philadelphi videtur titulus esse n. 4959. Ἀρσινόης Θεᾶς Φιλαδέλφου, quae secundae Philadelphi uxoris designatio est servata illa etiam posteaquam Euergetes I. sanxit parentum elogium Θεῶν Ἀδελφῶν (n. 4694. 5127. *A.* conf. pap. Anastasii et Casati), quo elogio Philadelphus et Arsinoe soror eius eademque uxor secunda celebrantur, vitata matre Arsinoe, priore Philadelphi coniuge (Letronne Recueil cet. I. p. 3.). Philadelphi cognomentum non comparet in monumentis (Vol. II. n. 2273.). Sed tituli n. 4694. 5127. *A.* videntur positi esse, antequam Ptolemaeus III. cognomento Euergetae ornatus esset, testante D. Hieronymo, id honoris datum esse ab Aegyptiis ob reportatas statuas sacraque vasa a Cambyse ablata. Largior copia cognominum in reliquis. Ptolemaeus Epiphanes satis distinctus a maioribus (cf. Letronne Recueil cet. I. p. 317.) etiam Εὐχαρίστου cognomentum tulit n. 4697. 4677. 4712. (conf. Letronne l. c. I. p. 256.), etsi illud haud raro omissum (n. 4894.),

praesertim in monumentis a filiis eius positis. Vidimus Cleopatram Philometoris uxorem, quae vivo marito ex more Θεὰ Φιλομήτωρ vocabatur (n. 4712. cf. n. 4703. *b.* et pap. Brit. II.), quum cum Euergeta II. regnum auspicaretur, licet ab hoc repudiatam in numerum Θεῶν Εὐεργετῶν esse receptam. Similiter Cleopatra altera Euergetae II. uxor, vulgo Cocce dicta, vivo marito in numero Θεῶν Εὐεργετῶν erat, mortuo Φιλομήτορος assumpsit cognomentum aut mutuata a patre Philometore, aut acceptum a marito, quem a. a. Chr. 146. res capessentem Philometorem de fratre cognominatum fuisse coniecit Letronnius locum Euseb. Chron. Gr. p. 262. ita legens: Πτολεμαῖος ὁ καὶ Ἀλέξανδρος υἱὸς τοῦ δευτέρου Εὐεργέτου [τοῦ] καὶ Φιλομήτορος. Iam filiorum Euergetae II. et Cleopatrae Cocces alter natu maior Soter appellabatur, alter Alexander, uterque, ut videtur, cognomento Φιλομήτορος, a matre regnante auctus. Certe Ptolemaeus Soter Φιλομήτωρ appellatur Pausaniae I, 9, 1. et Φιλομήτωρ Σωτὴρ audit in pap. Casati; eodemque cognomento (Θεὸς Φιλομήτωρ) Alexander ornatur in papyro Lugd. G. Hinc, ubi Cleopatra et Soter Θεοὶ Φιλομήτορες καὶ Σωτῆρες audiunt (n. 4716. *e.*), Φιλομήτορος cognomentum non minus ad Soterem refertur quam ad Cleopatram. Quae formula quum eadem maneat, ubi Cleopatrae cum Alexandro regnantis fit mentio (pap. Anastasii ap. Leemans pap. N. p. 67.), apparet cognomentum Soteris translatum in fratrem successorem Alexandrum esse. Ceterum utriusque, ubi una cum matre regnante memorantur, ea distinctio fit, ut filius natu minor Πτολεμαῖος ὁ καὶ Ἀλέξανδρος s. ὁ ἐπικαλούμενος Ἀλέξανδρος audiat (n. 4897. Pap. Lugd. G. H. N. O.). Praeterea Soterem, quum matre scelere Alexandri interfecta regnum susciperet (a. a. Chr. 89.), Φιλαδέλφου cognomen tulisse statuit Letronnius (Recueil I. p. 65 sq.). Quamquam haud scio an rectius ante repetitum regnum ei hoc cognomentum inditum dicas, quum Berenice eius filia, Alexandro nupta inter a. a. Chr. 114-107. Θεᾶς Φιλαδέλφου elogio ornetur in pap. Lugd. J. apud Leemans. p. 51. Idem Soter aliquando etiam Ποθεινὸς appellabatur (Champoll. Fig. Annal. des Lagid. II. p. 225.); quod tamen epitheton non litteris receptum videtur. Mortuo Sotere filia eius Berenice s. Cleopatra, vidua Alexandri I. regnat, qua mox a nepote interfecta, succedit Ptolemaeus Auletes vulgo dictus, cuius sollemnia cognomenta in monumentis sunt Φιλοπάτωρ Φιλάδελφος (n. 4898. 4899.), ac praeterea νέος Διόνυσος a regis bacchationibus repetendo vocabulo (n. 4899. 4926.). Huius filia Cleopatra celeberrima, quae Aegypti regno finem imposuit, in actis Φιλοπάτωρ audit (n. 4717.), praeterea νέαν Ἶσιν se passa vocitari (vide Champoll. Fig. Annal. des Lagid. II. p. 367.); eius filius Πτολεμαῖος ὁ καὶ Καῖσαρ Φιλοπάτωρ Φιλομήτωρ (n. 4717.), quemadmodum vocatur etiam in anaglyphis templi Tentyritici, notante Peyrono, qui ablegat ad Champoll. Lettre à Mr. Dacier p. 21. et Descript. de l'Égypt. anc. Vol. IV. tab. 28. n. 15.

Annales Ptolemaeorum a Champollione Figeac compositos et a Letronnio hinc inde emendatos non huius loci est persequi pluribus. Regnum Aegypti Macedonicum ex canone astronomico Olymp. 118, 4. a. a. Chr. 305. institutum usque ad Olymp. 187, 3. a. a. Chr. 30. perduravit, ut si undeviginti annos, per quos Ptolemaeus Lagi f. satrapa fuit, addideris, Ptolemaei 294 annos Aegyptiacos s. 293 annos Iulianos Aegypto praefuerint (vide Ideler in Act. Acad. Berol. 1834.). Quorum dominationis quo facilius tempora cognoscantur inscriptionum studiosis, inseruimus tabulam maximam partem ex Ideleri et Letronnii commentationibus concinnatam.

[*Tabulam vide pag. seq.*]

IV. 1. Regni constitutio militaris fuit. Exercitus Lagidarum eadem videtur conformatio fuisse, quam Alexander M. praeiverat: cuius peditatus et equitatus ternis compositus partibus erat, Macedonum, sociorum, mercenariorum (cf. Droysen de regno Lagid. p. 25 sq.). In pace reges Aegyptiis copiis (ἐγχωρίοις Polyb. V, 65.) usi sunt raro. Milites autem perpetui aut κάτοικοι erant (κάτοικοι ἱππεῖς n. 4698. Polyb. V, 65. cf. Peyron. papp. Taur. II. p. 7.) i. e. qui sedem fixerunt in Aegypto, aut μισθοφόροι (μισθοφόροι ἱππεῖς ἀπὸ Διοσπόλεως pap. Taur. III. IV.). In numerum mercenariorum praeter Graecos, Asianos, alios, etiam Aegyptios receptos fuisse docet pap. Taur. III. ubi Apollonius, qui et Psemmonthes, possessor προγονικῆς οἰκίας, eques mercenarius habetur. Aliud genus militum fuit eorum, qui ἐπίγονοι vocabantur (Polyb. V, 65. pap. Brit. II. vs. 66.), quo pertinere videtur designatio Μακεδὼν τῆς ἐπιγονῆς in pap. Brit. II. init. et Πέρσης τῆς ἐπιγονῆς in pap. Lugd. O. vs. 10. 31., denominatione, ut bene monet B. Peyronus (Mem. dell' Accad. Tor. II, 3. p. 43 sq.), ab Alexandro M. repetenda, qui adolescentes puberes ad militiam Macedonum conductos ἐπιγόνους vocavit (Arrian. Exped. Alex. VII, 6, 1.). At Alexandri M. ἐπίγονοι barbari fuerunt, Ptolemaeorum non solum barbari, sed etiam Macedones. Itaque vocabuli ea vis recepta videtur, ut ἐπίγονοι dicerentur imprimis posteri eorum militum, qui sedem in Aegypto fixerant, et ipsi adscripti militiae perpetuae, quae Reuvensii (Lettr. III. p. 18.) sententia est. Hinc Glauciae Macedonis, qui erat τῶν συγγενῶν κατοίκων τοῦ Ἡρακλεοπολίτου νομοῦ, filius Ptolemaeus aliquando epigonis huius nomi adscriptus fuit, eiusdemque Ptolemaei frater Apollonius petit, ut epigonis Memphide agentibus adscribatur (pap. Brit. II.). Parum accurate A. Peyronus epigonos eos intellexit, qui non ita pridem supervenerant. Magna pars copiarum Alexandriae degebat, in his οἱ περὶ τὴν αὐλήν (Polyb. V, 65. XVI, 21.); de quorum licentia ex Caesaris de bello civ. III, 110. locum insignem attulit Droysenius. Ceterae copiae per Aegyptum dispositae, aut praesidia oppidorum, aut praefectorum cohortes praetoriae, aut denique publicanis traditae ad tributa cogenda. Memorantur imprimis praesidia in confiniis regni Aethiopiam versus posita (αἱ ἐν τῷ Ὀμβίτῃ τασσόμεναι πεζικαὶ καὶ ἱππικαὶ δυνάμεις n. 4861. οἱ ἐν τῷ Ὀμβίτῃ τασσόμενοι πεζοὶ καὶ ἱππεῖς n. 4860. ubi nota praepositum peditem, quippe in quo robur).

Anni ante Chr.		Anni regni	
305	*Ptolemaeus, Lagi filius, Soter,* rex Aegypti (vide Geier de Ptol. Lag. vita p. 42 sq.)	1	
285	Ptolemaeum, ex Berenice filium in societatem regni assumit (vide Geier l. c. p. 53 sq.)	Philadelphus 1	
283	Ptolemaeus, Lagi filius, Soter, moritur		
	Ptolemaeus II. Philadelphus regnat solus		
276	Philadelphus sororem Arsinoen uxorem ducit	10	
258	Magas, Ptolemaei Philadelphi frater, Cyrenarum rex, moritur	28	
251	Demetrius Pulcher, qui post Magam aliquamdiu rex Cyrenarum fuit, interficitur	35	
247	*Ptolemaeus III. Euergetes I.* regnat	Euergetes I. 1	
	Inscriptio n. 4694.		
222	*Ptolemaeus IV. Philopator* regnat	Philopator 1	
209	Natus est Ptolemaeus V. Epiphanes die 8. m. Octobr. (30. Mesori)	14	
204	Moritur Philopator mense Mechir d. 17. i. e. 27. Martii; succedit *Epiphanes*	Epiphanes 1	
	Turbae in Aegypto superiore excitatae tertio aetatis anno Epiphanis sedantur		
200	Turbae in Aegypto inferiore exortae	6	
198	Lycopolis expugnatur	8	
196	Epiphanis dies eponymus celebratur decreto n. 4697.		
193	Epiphanes uxorem ducit	12	
188	Natus est Philometor	17	
187	Inscriptio n. 4894.	18	
183	Cleopatra filia nascitur	22	
182	Euergetes II. nascitur	23	
181	Epiphanes moritur; regnat *Ptolemaeus VI. Philometor*	Philometor 1	
174	Ptolemaei VI. Philometoris ἀνακλητήρια	8	
170	Philometor et Euergetes II. una regnant	12	Euergetes II 1
165	Philometor uxorem ducit	17	6
164	Philometor solus regnat	18	7
	Inscriptiones n. 4712. 4979.		
164-160	Nascuntur filii eius	19-22	8-11
	Inscriptio n. 4860.		
151	Cleopatra eius filia nubit Alexandro regi Syriae	31	20
146	Philometor moritur; regnat *Euergetes II.* qui	36	25
145	uxorem repudiat, filium necat, uxorem ducit fratris filiam		26
144	Soter II. nascitur		27
143	Alexander I. nascitur		28
136	Inscriptio n. 5073.		35
	Inscriptio n. 4682.		37
132	Euergetes II. regno expulsus		39
127	Soter II. uxorem ducit. Euergetes II. revertitur		44
127-117	Inscriptiones n. 4895. 4896. 4861. 4841.		
126	Cleopatra filia Soteris II. nascitur		45
117	Pap. Taur. I. Euergetes II. moritur; *Cleopatra* sola regnat, mox *Sotere II.* in societatem regni assumpto	Cleopatra et Soter II.	
115	Inscriptio n. 4711.	3	Alexander I in Cypro
114	Soter II. secundam uxorem ducit Selenen. Pap. Casati scriptus. Alexander I. uxorem ducit fratris filiam. Mox Soter II. regnat solus abolito matris nomine in litteris publicis	4	1
109	Alexander II. nascitur	9	6
107	Soter II. eiectus; regnant Cleopatra et Alexander I.	11	8
106	Pap. Anastasii scriptus	12	9
103	Soter II. in Syria degit; Cleopatra Alexandrum II. puerulum in insulam Co mittit	15	12
102	Alexander I. recedit	16	13
99	Redit cum uxore Berenice; nunc omittit matris nomen in litteris publicis, nunc recipit. Pap. Berol. demoticus (vide Kosegarten de prisca Aeg. litt. I. tab. XII.) Pap. Graec. Lugd. G. scriptus	19	16
97	Matris nomen prorsus exclusum in litteris publicis. Pap. Paris. I. scriptus. Inscr. n. 4897. *A.*	21	18
90	Cleopatra necatur scelere filii	28	25
89	Alexander I. expellitur; Soter II. Philadelphus regnum iterum suscipit	29	
86	Mithridates Alexandrum II. annos 24 natum reperit in insula Co	32	
81	Soter II. moritur. Cleopatra s. Berenice, eius filia, nupta Alexandro II. regnat. Eam necat Alexander II. mox coactus aufugere. Succedit *Ptolemaeus Dionysus* cognominatus.	37	
	Inscriptiones n. 4898. 4897. *B.* 4899.	Dionysus 1	
58	Ptolemaeus Dionysus expellitur; duobus fere annis post redit interfectaque filia regnante Berenice regnat tres annos		
53	Ptolemaeus Dionysus decedit	29	
52	*Cleopatra* celeberrima regnat	Cleopatra 1	
42	Filium Caesarionem in regni societatem assumit	11	
	Inscriptio n. 4717.		
30	Cleopatra se ipsa interimit	22	

Relatum est in tabulario regio (ταῖς βασιλικαῖς ἀναγραφαῖς) Ptolemaeo Philadelpho fuisse ducenta millia peditum, quadraginta millia equitum, trecentos elephantos, bis mille currus falcatos armaque, quae trecentis millibus militum sufficerent (Appian. Hist. Rom. praef. p. 8.). Atque idem fere ab Hieronymo (in Daniel. T. III. p. 1122.) relatum legimus. Cui rei etsi Niebuhrius fidem denegat, tamen vel aliunde probari potest non prorsus citra fidem tradita esse, monente Drumanno (Sched. hist. p. 39.) pompam Philadelphi quinquaginta septem millia peditum et sexcentos et viginti tria millia equitum et ducentos ornasse, atque etiam Lathurum in insula Cypro triginta millia militum alere potuisse (Athen. V. p. 203. Ioseph. Ant. Iud. XIII, 12, 3.). Antiochus M. a Ptolemaeo Philopatore ad Raphiam debellatus est exercitu septuaginta millium peditum, quinque millium equitum et septuaginta trium elephantorum (Polyb. V, 79.). Ceterum exercitum Ptolemaeorum magna vis cacularum, equisonum (ἱπποκόμων) atque impedimenta gestantium (σκευοφόρων) sequebatur (Diod. Sic. XIX, 80.). Apparatus nauticus a Ptolemaeis nunquam neglectus; componas modo Appiani de copiis navalibus Philadelphi testimonium cum iis quae de classe Cleopatrae famosae tradita sunt (vide Drumann. Sched. hist. p. 41 sqq.).

Praetor in provincia vel nomo proprie est στρατηγός, qui fere νομάρχου munere fungitur, de quo paulo post dicemus. Duces ordinum aut ἱππάρχαι ἐπ' ἀνδρῶν (pap. Taur. II. Paris. IV. οἱ ἐπὶ τάγματος ἱππαρχῶν ἐπ' ἀνδρῶν Paris. VII.) s. ἱππάρχαι (n. 4717.) sunt, qui turmis equitum praeerant, aut ἡγεμόνες ἐπ' ἀνδρῶν (pap. Taur. I. vs. 15.) s. ἡγεμόνες (pap. Taur. II.), qui peditum centuriones videntur fuisse. De hac denominatione vide Vol. II. n. 2621. Aliam interpretationem tentavit Letronnius Fragm. inéd. d'anc. poètes Grecs cet. Par. 1838. n. IV. p. 29. parum illam quidem probabilem. Copiae militares suum γραμματέα habebant, ut est γραμματεὺς τῶν ἐν τῷ περὶ Ἐλεφαντίνην δυνάμεων n. 4836. (cf. Vol. II. n. 2625. et pap. Brit. II. vs. 90.) et γραμματεὺς τῶν κατοίκων ἱππέων n. 4698. qui quum simul ἐπιστάτης audiat, incertum, ἐπιστάτης τῶν ἱππέων intelligendus sit (ut voluit Letronn. Rech. p. 315.) an ἐπιστάτης τοῦ νομοῦ; siquidem etiam Heraclides hipparcha in pap. Taur. II. simul ἐπιστάτης τοῦ περὶ Θήβας est, et Dionysius praefectus nomi Pathyritici simul ὁ ἐπὶ τάγματος ἱππαρχῶν ἐπ' ἀνδρῶν audit in pap. Paris. VII. Praesidiis nomi praeest φρουράρχης s. φρούραρχος (Vol. II. n. 2614.), cuius statim post praefectum nomi mentio fit in pap. Lugd. G. et vero demandatur φρουραρχή (pap. Taur. III. vs. 40.), quod alias demandari stratego s. praefecto nomi solet. Post φρούραρχον nominatur ἀρχιφυλακίτης in pap. Lugd. G. (cf. pap. Taur. II. vs. 36. ubi ἀρχιφ. est i. q. ἀρχιφυλακίτῃ). Nempe genus speculatorum fuerunt οἱ φυλακῖται, Droysenio iudice *portitores censualesque*, Letronnio rectius *une espèce de gendarmerie cantonnée dans les différens lieux et chargée d'une surveillance toute spéciale*, qui videndum ne a locis Φυλακαῖς dictis (Φυλακὴ ἡ Σχεδία Agatharchid. ap. Phot. p. 447. Bekk. Φυλακὴ Θηβαϊκή, Φυλακὴ Ἑρμοπολιτική Strab. XVII, 813. ἡ ὑποκάτω Μέμφεως Φυλακὴ pap. Lugd. O.) nomen traxerint. Igitur φυλακιτῶν dux est ἀρχιφυλακίτης (pap. Paris. ap. Letronn. Fragm. inéd. cet. p. 29.), distinguendus ille, ut videtur, ab ἐπιστάτῃ τῶν φυλακιτῶν (n. 4896.); nam ἐπιστάτης τῶν φυλακιτῶν καὶ ἀρχιφυλακίτης idem homo audit in pap. Lugd. G. ut ἀρχιφυλακίτης non videatur merus titulus fuisse. Ceterum seminarium militare Alexandriae institutum fuisse, unde praetores ductoresque ordinum sumerentur, probabile fit ex iis, quae ad n. 4682. monuimus.

2. Sed altiorum dignitatum militarium mentio nos ad res aulicas Ptolemaeorum deducit. In his nonnulla de Pharaonibus, multa de Persis desumpta, nisi utrisque plurima communia fuerunt. Huc pertinet concilium τῶν φίλων, τῶν συγγενῶν, corpus σωματοφυλάκων et ἀρχισωματοφυλάκων. Noti sunt οἱ φίλοι καὶ συγγενεῖς Artaxerxis ex Diodoro XVI, 50. οἱ συγγενεῖς Darii ex scriptoribus, quos citat Brissonius de regio apparatu Persarum I. p. 132 sq. Adoptavit hoc institutum Alexander M. (Arrian. VII, 11, 10.), qui dicitur habuisse secum concilium τῶν φίλων (Diodor. XVIII, 2. XVII, 54.); retinuerunt diadochi; nam etiam Antiocho tribuitur τὸ σύνταγμα τῶν φίλων (Polyb. XXXI, 3, 16.). Et quemadmodum ex Iosepho Ant. Iud. X, 10, 3. scimus Nabuchodonosoris temporibus Babylonis praefectum Ariochum fuisse τὸν τὴν ἐπὶ τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως ἀρχὴν πεπιστευμένον, ita etiam Ptolemaeis fuit corpus σωματοφυλάκων, quorum princeps ἀρχισωματοφύλαξ i. e. ὁ ἄρχων τῶν σωματοφυλάκων (Ioseph. l. c. XII, 2, 2.) non semper eo munere fungebatur, quod nomen designat, sed variis officiis a rege impositis; ut ἀρχισωματοφύλακα Ptolemaeus Philadelphus ad Eleazarum misisse dicitur de interpretandis libris Hebraeorum (Ioseph. Ant. Iud. XII, 2, 4.), cum eodemque ordine procerum Aristeas (p. 3.) narrat se egisse, ut Iudaeorum centum millia olim in Aegyptum deducta redderentur. Nonnulla officia Palatina Pharaonibus et regibus Persarum communia fuisse videntur. Itaque mensae regiae praepositi erant ἀρχιοινοχόοι (Proclus ad Hesiodi Opp. p. 97.) et ἀρχεδέατροι. Dicit Festus: *Edeatrae qui praesunt regiis tabulis.* In eandemque sententiam vox exponitur a Grammaticis: προγεύστης vel ἐπιστάτης τῆς ὅλης διακονίας καὶ παρασκευῆς (Eustath. Suid.), ἐπιμελητὴς δείπνου (Hesych.). Huic muneri Alexander M. praefecit Ptolemaeum, eum ipsum, qui postea Aegypti regnum auspicatus est, ut tradit Chares ap. Athen. IV, 171. ubi in libris aliquoties scriptum ἐλέατρος, quod falsum esse docet n. 4678. Apud Aristeam p. 58. ἀρχιητρὸς male expressum esse pro ἀρχεδέατρος monuit Letronnius (Journ. des Sav. 1823. p. 105.). Venatio Ptolemaeorum (Polyb. XXIII, 1. Athen. V. p. 201. B.) munus ἀρχικυνήγου peperit (n. 4677. cf. Vol. II. n. 2614); quamquam ne id quidem Pharaonum aetate ignotum fuisse videtur (vide Nestor l'Hôte Lettres écrites d'Égypte p. 47.). Primus regis administer fuit ἐπιστολογράφος, qui edicta regis ad praefectos provinciarum et nomorum (στρατηγοὺς et

ἐπιστρατήγους) atque ad collegia sacerdotum transmittebat (vide VII. 3.). Diversus ab ἐπιστολογράφῳ videtur is fuisse, cui sigilli regii cura fuit (Polyb. XVI, 22.). Ultimo loco nominamus τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν ἀρχυπηρέτας (pap. Paris. ap. Letronn. Fragm. inéd. d'anc. poët. Gr. 1838. p. 14 sq. conf. pap. Brit. II. vs. 93.) et βασιλικὸν ἰατρόν (pap. Taur. I. p. 2. vs. 26.). Mittimus reliquum apparatum regium, ut τοὺς ἐπὶ τῆς τῶν ξένων ἀποδοχῆς τεταγμένους (Ioseph. Ant. Iud. XII, 2, 12.), τοὺς τοὺς τόπους κατὰ τὴν ἀξίαν διανέμοντας (ibid. 4, 9.), τοὺς φύλακας τῶν κιβωτῶν ἐν αἷς ἐτύγχανον λίθοι (ibid. 2, 5.).

Sed proceres qui regibus apparebant et partim a consiliis eorum erant, non omnes eadem dignitate censebantur. Gradus hi fuerint: συγγενεῖς, πρῶτοι φίλοι, φίλοι, διάδοχοι (οἱ περὶ τὴν αὐλήν). Quemadmodum ἀδελφὴ reginarum titulus sollemnis est in aula Ptolemaeorum (vide p. 286. *a.*), sic etiam συγγενεῖς τοῦ βασιλέως audiebant non solum qui re vera cognati sed etiam qui cognatorum fide digni aestimabantur, ut Pyrrhus, qui Alexandro I. classem condidit, συγγενοῦς elogio ornatur (Porphyr. ap. Euseb. Chron. p. 225. cf. Letronne Recueil cet. I. p. 465.). Crescebat autem fides regia usu atque annis. Hinc Numenius (n. 4896.) si idem est, quem Polybius (XXX, 11.) tradit a. XVIII. Philometoris (a. a. Chr. 164.) ἕνα τῶν φίλων fuisse, libenter cum Letronnio coniicimus, quum idem LX annis post συγγενὴς καὶ ἐπιστολογράφος καὶ ἱερεὺς Ἀλεξάνδρου cet. audiat, titulum honorificum una cum aetate hominis honoribusque auctum esse. Similiter Sarapio ὁ ὑποδιοικητής (pap. Brit. III. Lugd. B.) qui a. XX. Philometoris (a. a. Chr. 162.) τῶν διαδόχων audit (pap. Brit. IV. V. VI. X. XIII. XV. Vat. C. D. Lugd. D. E.), aliquot annis post συγγενοῦς καὶ στρατηγοῦ elogio ornatus apparet (pap. Lugd. L.). Cf. infra VI. 4. Iam qui in numerum τῶν συγγενῶν recepti sunt, a regibus in epistolis aut πατὴρ aut ἀδελφὸς appellantur; quem usum illustravit Letronnius (Recueil cet. I. p. 347 sq.). Sic Lasthenes συγγενὴς a Demetrio in litteris appellatur πατήρ (Ioseph. Ant. Iud. XIII, 4, 9. Maccab. I, 11, 31.); Lysias συγγενὴς ab Antiocho Eupatore ἀδελφός (Maccab. II, 11, 1. 35. et II, 11, 22. cf. Letronn. l. c. p. 348.). Et ex cognatis fuisse etiam Zeuxis videtur, ad quem Antiochus litteras dedit ita inscriptas: Βασιλεὺς Ἀντίοχος Ζεύξιδι τῷ πατρὶ χαίρειν (Ioseph. XII, 3, 4.). Itaque Ptolemaeus Euergeta II. Lochum τὸν συγγενῆ καὶ στρατηγὸν in litteris ἀδελφὸν appellat n. 4896. *B.* Utra appellatio maioris fidei aut auctoritatis fuerit, non liquet. Letronnius quidem summam auctoritatem in titulo ἀδελφοῦ positam coniecit, simul comparans Gallorum usum, quo reges etiam nunc non solum propinquos, sed etiam proceres reipublicae (*les Pairs*), summos belli duces (*les Maréchaux*), patres purpuratos (*les Cardinaux*) *notre cousin* appellare solent. Ceterum cognatos torque aurea ornatos fuisse refert Ioseph. Ant. Iud. XI, 3, 2. quo cum honore Letronnius comparat χρυσέαν πόρπην Ionathae missam ab Alexandro Bala (Ioseph. XIII, 4, 4. Maccab. I, 10, 89.). Postremo quum Q. Curtius de Persis loquens *principes cognatorum* memorarit, coniiciat fortasse aliquis τῶν συγγενῶν duas aliquando classes fuisse. Sequuntur φίλοι τοῦ βασιλέως, qui aut πρῶτοι φίλοι sunt aut φίλοι simpliciter; deinceps οἱ περὶ τὴν αὐλὴν διάδοχοι s. οἱ διάδοχοι, quorum ratio non aperta est. Videndum, ne vices gesserint τῶν φίλων: nam dignitate his inferiores censebantur (pap. Taur. I. p. 1. vss. 5. 6.). Rursus amicis et diadochis dignitate superiores videntur esse οἱ ἀρχισωματοφύλακες (pap. Taur. I. p. 1. vss. 4. 5. 6.).

Ex ordine τῶν συγγενῶν fuerunt ministri quidam aulici et praefecti provinciarum ac nomorum, item epistatae nomorum, ut

ἐπιστολογράφος n. 4896. 4717.
ἀρχεδέατρος n. 4678.
ἀρχικύνηγος n. 4677.
οἰκονόμος τοῦ βασιλέως n. 4904.
ἐπιστράτηγος καὶ στρατηγὸς τῆς Θηβαΐδος pap. Taur. V. VI. VII.
ἐπιστράτηγος καὶ στρατηγὸς τῆς Ἰνδικῆς θαλάσσης n. 4897. *b.* 4905.
ἐπιστράτηγος Vol. II. n. 2285. Pap. Taur. I. p. 1. vs. 17. (omissus titulus συγγενὴς est n. 4932.)
στρατηγὸς τῆς Θηβαΐδος n. 4896.
στρατηγὸς καὶ νομάρχης pap. Taur. I. p. 1. vs. 12. cet.
στρατηγὸς Πανοπολείτου n. 4897. *C.*
στρατηγὸς (νομοῦ) n. 4900.
στρατηγὸς καὶ ὑποδιοικητὴς pap. Lugd. L.
ἐπιστάτης καὶ ἐπὶ τῶν προσόδων τοῦ περὶ Θήβας n. 4717.

Ex ordine τῶν φίλων prodeunt praefecti et epistatae nomorum aliique magistratus aulici et militares, ut

τῶν πρώτων φίλων καὶ στρατηγὸς (sc. τοῦ Μεμφίτου) pap. Lugd. A.
τῶν πρώτων φίλων καὶ ἐπιστάτης καὶ γραμματεὺς τῶν κατοίκων ἱππέων n. 4698.
τῶν πρώτων φίλων καὶ ἀρχικύνηγος n. 4677.
τῶν φίλων καὶ στρατηγὸς (τοῦ Μεμφίτου) pap. Brit. XV. Lugd. B. col. 3. vss. 1. 2.

Ex ordine τῶν διαδόχων memorantur ductores militares et magistratus in publicorum redituum administratione versantes, ut

ὁ ἐπὶ τάγματος ἱππαρχῶν ἐπ' ἀνδρῶν καὶ τῶν περὶ αὐλὴν διαδόχων καὶ ἐπιστάτης τοῦ Παθυρίτου pap. Paris. VII.
τῶν περὶ αὐλὴν διαδόχων καὶ ἡγεμὼν ἐπ' ἀνδρῶν pap. Taur. I. p. 1. vs. 15. cet.
τῶν διαδόχων καὶ ὑποδιοικητὴς pap. Brit. IV. V. VI. X. XIII. XV. Vat. C. D. Lugd. D. E. (omissus titulus est pap. Brit. III. et pap. Lugd. B. col. 2. vs. 13.)

Ex ordine τῶν ἀρχισωματοφυλάκων sunt praefecti nomorum et oppidorum, atque epistatae nomorum eorumque assessores, gymnasiarchae, alii, ut

ὁ ἀρχισωματοφύλαξ καὶ στρατηγὸς n. 4893.
ὁ ἀρχισωματοφύλαξ καὶ ἐπὶ τῆς πόλεως Vol. II. n. 2617.
τῶν ἀρχισωματοφυλάκων καὶ ἐπιστάτης τοῦ περὶ Θήβας καὶ ἐπὶ τῶν προσόδων τοῦ νομοῦ pap. Taur. I. init. VIII.
τῶν ἀρχισωματοφυλάκων καὶ ἱππάρχης ἐπ' ἀνδρῶν καὶ ἐπιστάτης τοῦ περὶ Θήβας (sic enim lego) pap. Taur. II.
τῶν ἀρχισωματοφυλάκων καὶ ἐπιστάτης τοῦ Παθυρίτου pap. Taur. XI.

ἀρχισωματοφύλαξ καὶ γραμματεὺς τῶν δυνάμεων pap. Brit. II. vs. 90.

ἀρχισωματοφύλαξ καὶ διοικητής pap. Brit. VI. vs. 42.

ἀρχισωματοφύλαξ videtur interdum etiam is fuisse, penes quem sigillum regium erat (Polyb. XVI, 22.).

τῶν ἀρχισωματοφυλάκων assessor epistatae pap. Taur. I, p. 1. vs. 4.

τῶν ἀρχισωματοφυλάκων καὶ γυμνασιάρχης pap. Taur. I. p. 1. vs. 5.

3. Totam igitur Aegyptum miles Macedo persultabat, sparsis per provincias, oppida, vicos magistratibus ex classe fere militari, communi vocabulo τῶν τεταγμένων ἐπὶ πραγμάτων, τῶν πρὸς τοῖς βασιλικοῖς πράγμασιν ὄντων, τῶν τὰ βασιλικὰ πραγματευομένων, τῶν πραγματικῶν (n. 4896. cf. papp.). Forma administrationis institutis moribusque Aegyptiorum specie magis quam re accommodata, praeter civitates mere Graecas, in quibus prima fuit urbs Alexandria (ἡ πόλις Steph. Byz. v. Ἀλεξάνδρεια), unde regimen in omnia, altera Ptolemais in Thebaidis nomo Thinitico in loco Psoi (vide Champoll. Ég. sous les Phar. I. p. 253. conf. Ad. Schmidt Forsch. I. p. 90.) a Ptolemaeo Sotere condita (n. 4925. Strab. XVII, 813.), celebris illa etiam sacerdotio Ptolemaei Soteris et Berenices ibi instituto (vide VII. 2.); mitto Hermopolin magnam et Antinoen, quae aetate Romanorum eo nomine inclaruerunt (n. 4679. 4705.). Sed de rebus publicis civitatium Graecarum parum constat: etiam de Alexandria pauca tantum memoriae prodita sunt. Gentem Graecam ibi in φυλὰς divisam fuisse docet mentio τῆς Πτολεμαΐδος φυλῆς in vita Apollonii iniecta; quo pertinet etiam Satyrus ἱστορῶν τοὺς δήμους Ἀλεξανδρέων ap. Voss. de hist. Gr. p. 411. Ex magistratibus civitatis Alexandrinae, qui etiam regum aetate fuisse dicuntur, Strabo (XVII, 797.) commemorat ἐξηγητήν (n. 4688.), purpura insignem, qui quum alia tum commeatus ex nomis Alexandriae subvehendos procurabat (cf. Polyb. XV, 26.), ἀρχιδικαστήν (n. 4734. 4755.), ὑπομνηματογράφον (cf. pap. Brit. II. vs. 124. Lucian. de merced. cond. 11. 12.); denique τὸν νυκτερινὸν στρατηγόν, qui ad similitudinem praefecti vigilum Romani accedit. Addi potest ἐθνάρχης, praefectus Iudaeorum inde ab Alexandro M. civitate donatorum et certam urbis partem obtinentium (Ioseph. Ant. Iud. XIV, 7, 2. 10. Bell. Iud. XVIII, 7. cf. Varges de statu Aeg. p. 38 sq.), quo inferior magistratus Iudaeorum videtur ἀλαβάρχης fuisse (vide Varges l. c. p. 40.). Sed multo pluribus magistratibus opus fuit in tanta praesertim frequentia hominum, quorum tria genera missis Iudaeis distinxit Polybius (XXXIV, 14.) qui urbem invisit regnante Euergeta II., unum Aegyptiorum indigenarum, qui Rhacotin vicum olim habitaverunt urbi additum, alterum mercenariorum, tertium Alexandrinorum, mixtam illam quidem multitudinem, quae tamen ex origine Graeca mores Graecos retineret (cf. Strab. XVII, 797.). Ad instituta Graeca in urbe pertinet γυμνασιαρχία (conf. Strab. XVII, 795.), quae etiam in reliqua oppida maiora propagata est, ut Thebas (n. 4717. cf. pap. Taur. I. p. 1. vs. 5.), ut Lycopolin (n. 4707.). Itaque quum de his parum habeamus quod dicamus, nomos et provincias ex pluribus nomis compositas inspiciamus, ut, qualis fuerit in universum Aegypti administratio, appareat.

4. In nomo magistratus primarius praefectus fuit olim νομάρχης dictus (Herodot. II, 177. Diodor. I, 54. 73.). Vocabulo non prorsus abolito Ptolemaei strategum substituerunt ac magistratui militari res simul civiles administrandas tradiderunt; qua potestate praediti στρατηγοὶ noti sunt ex civitatibus Graecis (vide Elem. epigr. Gr. p. 323.). Unde fit, ut plerumque στρατηγὸς νομοῦ is sit, qui accuratius dicatur στρατηγὸς καὶ νομάρχης, quae formula comparet in pap. Taur. I.). Summa igitur rerum in quoque nomo penes strategum fuit. Quod si ita est, etiam strategum provinciae, ut στρατηγὸν τῆς Θηβαΐδος, magistratum militarem simulque civilem superiorem illum strategis nomorum singulorum fuisse probabile est. Iam constat in Thebaidem epistrategum (ἐπιστράτηγον) missum esse quasi supremum magistratum militarem. Neque enim audiendi ii sunt, qui epistrategum magistratum civilem fuisse arbitrantur. Nomen eius si comparaveris cum ἐπιδημιουργοῖς Corinthiorum (vide Vol. I. n. 4.) probabile reddit magistratum hunc ab initio cum imperio extraordinario fuisse. Videndum igitur quae ratio fuerit strategi et epistrategi Thebaidis. Epistrategum Thebaidis eundem etiam strategum dictum fuisse nonnulli existimabant, in his Letronnius (Recherch. cet. p. 279.). At parum addicit pap. Taur. V. VI. VII. ubi Phommutis ἐπιστράτηγος καὶ στρατηγὸς τῆς Θηβαΐδος audit: ut manifesto diversa munera fuerint. Aliquanto melius A. Peyronus, cui strategus Thebaidis universae provinciae administrationi praefuisse vicariamque operam epistratego in universa epistrategia praestitisse videtur. Dixeris potius strategum Thebaidis universae provinciae administrationi praefuisse, deinde additum esse epistrategum copiis potissimum praefectum; quod epistrategi imperium progressu temporum cum strategia coniunctum ac postremo solum relictum sit, abolita strategia provinciae. Unde Romanorum aetate epistrategorum crebra mentio, strategorum nulla. Strategus autem simul fungi munere epistrategi poterat eo magis, quod non solum civilibus is rebus administrandis sed etiam militaribus praefuit. Itaque rex in gratiam sacerdotum Philarum non ad epistrategum sed ad strategum Thebaidis epistolam dedit (n. 4896.). Hermias centurio Demetrio epistratego Thebaidis libellum obtulit contra Colchytas (pap. Taur. I. p. I. vs. 17.), quod etsi citra ordinem factum videtur ab accusatore, tamen indicio est penes epistrategum summam rerum militarium auctoritatem fuisse. Rursus Amenophis pastophori (pap. Taur. V. VI. VII.) ab epistratego et stratego Thebaidis petunt, ut iniuriam sibi a magistratu quodam illatam ulciscatur, non quod epistrategus fuerit, sed quia simul strategus, penes quem summa rerum administratio fuit. Etiam in programmate de fugitivis servis per provincias exposito (pap. Par. III. ap. Letronn. Fragm. inéd. d'anc. poètes Gr. cet. Paris. 1838. p. 14.), ubi praecipitur: μηνύειν δὲ τὸν βουλόμενον τοῖς παρὰ τοῦ στρατηγοῦ (i. e. mini-

stris strategi), strategus epistrategiae intelligendus videtur, non strategus nomi. Innotuit adhuc una epistrategia Thebaidis ex aetate Ptolemaeorum, qua constat Aegyptum in superiorem et inferiorem divisam fuisse (vide II.). Sed tituli ex aetate Romanorum superstites docuerunt etiam Heptanomidis (vide p. 284. *b.*) et Aegypti inferioris epistrategias obtinuisse. Quumque constet, Romanos plurima ex aetate regum instituta intacta reliquisse, in promptu est cum A. Peyrono (pap. Taur. Vol. I. p. 65.) et Vargesio (de statu Aeg. p. 32.) coniicere, non solum septem nomorum divisionem iis antiquitus traditam esse sed etiam mediae et inferioris Aegypti epistrategiam. Cui quidem coniecturae etiam illud favere videtur, quod paulo ante de stratego monuimus in programmate de servis fugitivis memorato.

Suprema igitur administratio Aegypti in epistratego et stratego provinciarum posita erat, quibus inferiores sunt strategi nomorum singulorum. Epistrategum et strategum provinciae quum consentaneum sit sedem suàm in maxima et nobilissima epistrategiae urbe habuisse (vide ad n. 4751.), tum constat maiorem partem anni itineribus per provinciam faciendis consumpsisse; cuius rei haud raro mentio fit, ut in pap. Par. IV. ap. Letronn. Fragm. inéd. cet. p. 29. Λόχου τοῦ συγγενοῦς ἐπιβεβληκότος εἰς Διόσπολιν τὴν μεγάλην cet. qui Lochus strategus Thebaidis fuit (n. 4896.) et in pap. Taur. I. p. 1. vs. 16. ἐπιβαλόντος εἰς Διόσπολιν τὴν μεγάλην τοῦ συγγενοῦς καὶ ἐπιστρατήγου. Idemque de stratego nomi statui potest, qui sede ut plurimum in metropoli nomi constituta haud raro nomum sibi demandatum perlustravit. Sic Hermias στρατηγὸς καὶ νομάρχης adiit Diospolin a. XLIX. Euergetae II. (pap. Taur. II.) et rursus a. LIII. una cum Demetrio epistratego Thebaidis pompae alicuius causa (pap. Taur. I. p. 3. vs. 1.), ad quem Hermiam quum a. XLV-XLVIII. Diasthenes strategus τοῦ περὶ Θήβας scripserit ut taricheutas transferendos curaret (pap. Taur. I. p. 2. vs. 27. p. 4. vs. 24.), efficitur Hermiam illo tempore nondum strategum nomi, sed epistaten nomi fuisse, ut recte coniecit etiam A. Peyronus (pap. Taur. P. I. p. 123.). Fuit igitur Hermias a. XLIX. quo anno invisit Diospolin magnam, στρατηγὸς καὶ νομάρχης τοῦ περὶ Θήβας, quo munere fungebatur etiam a. LIII. LIV. Ex quo simul patet eum nec Thebis habuisse sedem et ultra quinque annos munere strategi functum esse; id quod moneo propterea quod aliter factum aetate Romanorum videmus.

Strategi et epistrategi ac strategi nomorum, qui fere ex ordine τῶν συγγενῶν et τῶν φίλων erant (cf. supra 2.), innotuerunt hi:

Phommutis συγγενὴς καὶ ἐπιστράτηγος καὶ στρατηγὸς τῆς Θηβαΐδος pap. Taur. V. VI. VII. ex aetate Philometoris opinor.

Lochus συγγενὴς καὶ στρατηγὸς τῆς Θηβαΐδος n. 4896. (cf. pap. Paris. IV. ap. Letronn. Fragm. inéd. cet. p. 29.) ex aetate Euergetae II. (a. 127 - 117.)

Demetrius συγγενὴς καὶ ἐπιστράτηγος (τῆς Θηβαΐδος) pap. Taur. I. p. 1. vs. 16. ex aetate regni Euergetae II. ad finem vergentis.

- - *archus* συγγενὴς καὶ ἐπιστράτηγος Vol. II. n. 2285. ex aetate Euergetae II.

Callimachus συγγενὴς καὶ ἐπιστράτηγος καὶ στρατηγὸς τῆς Ἰνδικῆς καὶ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης n. 4897. *b.* 4905.

Ptolemaeus ἐπιστράτηγος τῆς Θηβαΐδος n. 4932. (omisso elogio συγγενής).

Sarapio συγγενὴς καὶ στρατηγὸς καὶ ὑποδιοικητὴς pap. Lugd. L. ex aetate aut regni Philometoris ad finem vergentis aut Euergetae II.

Hermias συγγενὴς καὶ στρατηγὸς καὶ νομάρχης (τοῦ περὶ Θήβας) pap. Taur. I. ex aetate regni Euergetae II. ad finem vergentis.

Paniscus συγγενὴς καὶ στρατηγὸς τοῦ Πανοπολίτου n. 4897. *c.*

Apollonides συγγενὴς καὶ στρατηγὸς n. 4900.

Craterus τῶν πρώτων φίλων καὶ στρατηγὸς (τοῦ Μεμφίτου) pap. Lugd. A., ni fallor, ex aetate Philometoris.

Dionysius τῶν φίλων καὶ στρατηγὸς (τοῦ Μεμφίτου) pap. Brit. XV. Vat. B. Lugd. B. Paris. A. B. teste Leemansio (Pap. Gr. musei Lugd. Bat. I. p. 16.); ex aetate Philometoris (a. regni XIX. seq.).

Posidonius στρατηγὸς τοῦ Μεμφίτου pap. Brit. II. ex aetate Philometoris (a. regni XXIV.).

Diasthenes στρατηγὸς (τοῦ περὶ Θήβας) pap. Taur. I. p. 2. vs. 22. ex aetate Euergetae II.

Aeneas στρατηγὸς (τοῦ περὶ Θήβας) pap. Taur. I. p. 2. vs. 27. ex aetate Euergetae II.

Ex his quem primum posuimus epistrategum et strategum Phommutin, videtur is natione Aegyptius fuisse, praeter consuetudinem ad tantum honorem provectus. Quamquam hoc quidem non sine exemplo est, testante Polybio XXXI, 26. ab Euergeta II. Ptolemaeum Sympetesin hominem Aegyptium Cyrenaicae praefectum fuisse.

Munus strategi nomi in universa nomi administratione positum fuisse quum alia tum tituli ex aetate Romanorum superstites demonstrant. Sed etiam rerum militarium penes eum summam in nomo potestatem fuisse apparet ex eo, quod ei subiecti sunt, sicubi erant, φρούραρχος et ἀρχιφυλακίτης, qui absente stratego partem exercuisse iurisdictionis videntur (pap. Taur. II. III. pap. Par. III. ap. Letronn. Fragm. inéd. cet. p. 29.). Ex quo sequitur strategum supremum nomi in rebus militaribus et civilibus administrandis magistratum fuisse. In iure exercendo ei praesto erat praetor cum curia (ἐπιστάτης, vide 5.). Libellos stratego oblatos referunt pap. Taur. I. p. 1. vs. 14. — p. 3. vs. 16. pap. Brit. XV. Vat. B. Lugd. A.

5. Secundus post strategum magistratus nomi est ἐπιστάτης (n. 4896. vs. 6.) sive ὁ ἐπὶ τοῦ νομοῦ (pap. Taur. I. p. 3. vs. 9.), fere ex ordine τῶν σωματοφυλάκων, vel τῶν φίλων et διαδόχων (conf. 2.). Fuit is praetor iudiciariis rebus praepositus habuitque concilium assessorum (συμπαρόντων), cum quibus causam iudicabat aut a stratego nomi delatam (pap. Taur. I.) aut a privato propositam (pap. Taur. VIII. XI.). Deferebat autem strategus causam si quid iudiciali tantum actione dirimendum esset aut si reos ab actore accusatos ipse convenire non facile posset. Assessores s. iudices plures septem fuerunt (pap. Taur. I.). De ordine actionum vide V. Praeter hanc curiam in metropoli nomi institutam aliud tribunal extitit χρη-

ματιστῶν dictum, quod fere ad totam epistrategiam pertinebat (vide V.). Epistatis nomorum haud raro simul munus procuratorum redituum (*τοῦ ἐπὶ τῶν προσόδων τοῦ νομοῦ*) iniunctum erat, quod olim nomarchis competisse dicitur (Diodor. Sic. I, 54.).

Epistatae nomorum hi innotuerunt:

Hermocles *τῶν ἀρχισωματοφυλάκων καὶ ἐπιστάτης τοῦ Παθυρίτου* pap. Taur. XI., qui idem intelligendus est in pap. Taur. VI. VII. ex aetate Philometoris opinor.

Dionysius *ὁ ἐπὶ τάγματος ἱππαρχῶν ἐπ᾽ ἀνδρῶν καὶ τῶν περὶ αὐλὴν διαδόχων καὶ ἐπιστάτης τοῦ Παθυρίτου* pap. Paris. VII. teste A. Peyrono I. p. 74.

Ptolemaeus *τῶν φίλων καὶ ἐπιστάτης τοῦ περὶ Θήβας* pap. Taur. I. p. 2. vs. 21. 34. IX. (conf. XIV.); ex aetate Euergetae II. circa a. XLV-LII.

Heraclides *τῶν ἀρχισωματοφυλάκων καὶ ἱππάρχης ἐπ᾽ ἀνδρῶν καὶ ἐπιστάτης τοῦ περὶ Θήβας* (sic enim lego) Pap. Taur. II. Idem mox *τῶν ἀρχισωματοφυλάκων καὶ ἐπιστάτης τοῦ περὶ Θήβας καὶ ἐπὶ τῶν προσόδων τοῦ νομοῦ* audit in pap. Taur. I. (conf. VIII.) ex aetate Euergetae II. a. regni LIV. Quippe quum a. LIII. mense Phamenoth Ptolemaeus epistata nomi Thebani fuerit, a. LIV. mense Phaophi Heraclides, libellus pap. Taur. II. inter hoc spatium temporis ponendus videtur, ut Heraclides initio *ἱππάρχης ἐπ᾽ ἀνδρῶν* fuerit, mox renuntiatus *ὁ ἐπὶ τῶν προσόδων* illam dignitatem omiserit. Quamquam videri potest res etiam aliter se habuissé. Sed Heraclidem eundem antea *ἀγορανόμον τοῦ περὶ Θήβας* (pap. Taur. IV.) fuisse, ut putabat A. Peyronus I. p. 49. vix credibile est.

Callimachus *συγγενὴς καὶ ἐπιστάτης καὶ ἐπὶ τῶν προσόδων τοῦ περὶ Θήβας καὶ γυμνασίαρχος καὶ ἱππάρχης* n. 4717. ex aetate Cleopatrae ultimae reginae Aegypti.

Post epistatas in titulo n. 4896. recensentur *Θηβάρχαι*, quorum obscura ratio est, praesertim quum nomus Thebanus suum strategum habuerit. Magnam Thebarchae auctoritatem fuisse coniicias, quod ex eo annus designatur in titulo n. 4837. Non improbabile est Thebarcham praefectum fuisse urbis Thebarum, id quod ipsum nomen designat (cf. Letronn. Recueil cet. I. p. 342.). Indeque fortasse explicandum, quod strategus nomi Thebani non in metropoli sedem habuit (vide p. 292. *a.* coll. pap. Taur. I. p. 1. vs. 13. *ὑπόμνημα ἀναπεμφθὲν ἐφ᾽ ἡμᾶς*). Verum haud scio an ex titulo n. 4837. colligi possit iurisdictionem Thebarchae ad totam Thebaidem pertinuisse. Certius munus Arabarchae (*Ἀραβάρχου*), cui tractus terrarum ad mare rubrum administrandus traditus est, interdum una cum epistrategia Thebaidis, ut docet titulus n. 4751. a quo munere aliquanto differt strategia *τῆς Ἰνδικῆς καὶ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης* et ipsa quandoque coniuncta cum epistrategia Thebaidis (n. 4897. *b.*).

6. Post epistatas, quibus vidimus interdum summam vectigalium nomi administrationem commissam fuisse, nominandus est *ὁ βασιλικὸς γραμματεύς* (n. 4896.), qui et ipse aliquando simul vectigalibus praefuit, ut apparet ex pap. Lugd. G. ap. Leemans l. c. p. 42. *τῷ ἐπὶ τῶν προσόδων καὶ βασιλικῷ γραμματεῖ.* Nec multum distare eius munus a rebus ad publica vectigalia pertinentibus videtur. Nam quum nomi in *κώμας* et *τόπους* describerentur, qui toparchias effecerunt (conf. II. init.), hae rursus in certos fundos quadratos (*ἀρούρας*, conf. Peyron. I. p. 135.) dispescebantur Nili inundationibus crebro immutatos (Herodot. II, 109. Strab. XVII, 787.). Unde opus erat et dimensionibus crebro repetitis et confectione tabularum publicarum, quas *διαγράμματα* vocant (Kataster). Itaque has tabulas, in quibus fundorum mensurae possessoresque accuratissime descriptae erant, confectas auctoritate scribae regii (*τοῦ βασιλικοῦ γραμματέως*) locorum scribae asservabant, in quos simul ille censuram quandam exercebat. Scribae hi a *κώμαις* et *τόποις* *κωμογραμματεῖς* et *τοπογραμματεῖς* vocabantur, quorum rationem A. Peyronus (ad pap. Taur. II. p. 54. conf. I. p. 111 sq.) explicavit. Videntur Peyrono *κωμογραμματεῖς* dignitate superiores fuisse quam *τοπογραμματεῖς*, non vice versa, ut voluit Letronnius (Recherch. cet. p. 397 sq.). Et Peyroni sententia comprobatur locis iis, in quibus dum memorantur genera scribarum, scribis regiis (*τοῖς βασιλικοῖς γραμματεῦσι*) statim subiungitur *τῶν κωμογραμματέων* mentio, ut in titulo n. 4956. vs 31. (cf. pap. Brit. XXXVII.) Inversa gradatio est n. 4699. *τοῖς ἐν αὐτῇ καταγινομένοις τοπογραμματεῦσι καὶ κωμογραμματεῦσι.* Recte autem Ad. Schmidt (Forsch. auf dem Geb. der Gesch. I. p. 329.), qui abstinuit ab opinione, quam Varges (de statu Aeg. p. 62.) fidentius pronuntiavit statuens *τοπογραμματεῖς* et *κωμογραμματεῖς* eiusdem ordinis fuisse neque alteros alteris dignitate superiores. Nam praeter gradationem paulo ante memoratam illud luculentum rei testimonium est, quod inesse in pap. Taur. I. p. 4. vss. 5-7. videtur: ibi scriba regius ad Chrematistas, qui de vero fundi domino cognoscere debebant, rettulit ex iis, quae *ὁ τοπογραμματεὺς τῷ κωμογραμματεῖ* nuntiavit, et *κωμογραμματεὺς* de *κώμῃ* et *τόποις* cum ipso communicavit, fundum quendam esse Hermoni inscriptum. Iam ubi *κώμη* ad similitudinem urbis accreverat, quippe pluribus *κώμαις* et *τόποις* compositis, plures etiam in *κώμῃ* primaria esse *κωμογραμματεῖς* et *τοπογραμματεῖς* poterant; hinc explicari verba tituli n. 4699. possunt: *ἔδοξε τοῖς ἀπὸ κώμης Βουσίρεως — καὶ τοῖς ἐν αὐτῇ καταγινομένοις τοπογραμματεῦσι καὶ κωμογραμματεῦσι.* Hoc qui primus monuit Ad. Schmidt l. c. p. 329. simul animadvertit *τοπογραμματεῖς* interdum etiam in *κώμῃ* sedem habuisse. Nam quum pap. Taur. VIII. vs. 10. *Παῖς* in vicis Libyae (*κώμαις*) recenseatur, paulo post vs. 52. memoratur *ὁ δεῖνα τοπογραμματεὺς Πώεως τῆς Λιβύης - - οὗπερ καὶ τὴν κατοικί[αν εἶχ]εν.* Ceterum hos scribas ut plurimum homines fuisse Aegyptios produnt papyri; ut *τοπογραμματεὺς* est in pap. Brit. XL. *Πχόρχωνσις*, in pap. Taur. I. p. 4. vs. 2. *Παμώνθης*, in pap. Taur. VIII. vs. 52. *Ἐριεὺς Ἀρβήκιος*, in pap. Zoidis I. (ap. Peyron. Pap. greco-egizi di Zoide dell' Imp. R. museo di Vienna, Tur. 1828.) *Πετεαρενδώτης.* Itaque scriba regius, quum cura tabularum nomi s. librorum censualium ei commissa sit, videri potest institutus esse, non tam ut fundorum regiorum iura intemerata servarentur, uti censuit A. Peyronus l. c. I. p. 112. quam ne ratio vectigalium laederetur. Etenim in administrandis fundis

regiis peculiaris magistratus versatus esse videtur, ὁ οἰκονόμος γῆς βασιλικῆς n. 4861. vel ὁ οἰκονόμος τοῦ βασιλέως n. 4904. (vide VI. 1.) cuius etiam in fragmentis papyrorum in museo Berolinensi asservatorum mentio fit (vide Letronn. ap. Passalacqua Catal. des antiq. p. 276. 277. 278.). Ceterum scribae regii munus ad fundos pertinere etiam ex pap. Lugd. G. apparet, ubi rogatur ut mandatum epistolographi de domo privati ab iniuriis tuenda scribae regio commendetur et inscribatur.

Sed quoniam ad particulas nomorum delati sumus, de reliqua earum administratione dicendum videtur. Quae perdifficilis quaestio est. Ut paucis defungar, videtur toparchia qualis ex nomo Pathyritico memoratur in pap. Lugd. N. fere pluribus τόποις composita fuisse ab administratione τῶν κωμῶν diremptis, quorum administratio toparchae commissa fuerit, quem magistratum δήμαρχον vocare Herodotus III, 6. videtur. Quamquam vel singuli τόποι interdum suos toparchas habuerunt (Ἑρμίας τοπάρχης Ἀριανσαίτιος n. 4976.), quemadmodum etiam oppidis praefecti impositi sunt, ut ὁ ἐπὶ τῆς Βουβαστοῦ καθεσταμένος Polyb. XV, 27. (cf. Vol. II. n. 2617. 2621.) qui quidem aetate Romanorum ἐπιμεληταὶ vocantur (n. 4684. 4684. *b.* cf. Vol. II. n. 2047.). Unde simul sequitur oppida Aegyptia propria suarum rerum administratione caruisse (cf. Rudorff. Mus. Rhen. II. I. 1828. p. 77.). Sed κῶμαι in similitudinem nomi administratae videntur, praeposito hypostratego, qui gravatum munus strategi sublevaret; quam in rem disertus est pap. Lugd. A. Fuit in nomo Memphitico κώμη Ταχενεφρῆ dicta. Hac in κώμῃ a. VI. ut videtur, Philometoris epistata fuit Isidorus quidam, qui cum assessoribus iurisdictionem vici exercebat non dissimilem epistatis nomorum. Is igitur quum causam dixisset pagano cuidam, ab huius muliere iniuriarum petitus ad strategum nomi Memphitici libellum dedit hunc:

Κρατέρῳ τῶν πρώτων φίλων καὶ
στρατηγῷ
παρ᾽ Ἰσιδώρου ἐπιστάτου κώμης
Ταχενεφρῆ τοῦ Μεμφίτου. τοῦ ς̄ L
Φαωφὶ ζ Ἑρμίας Δαγούζιτος τῶν
ἐκ της αὐτῆς ἐπέδωκέν μοι ὑπό-
μν[η]μα κατὰ Χενεφνίβιος τοῦ
Ἐριέως καὶ τῆς τούτου γυναικὸς
Μαρ[μ]ώτιος τῆς Πάσιτος ὑπὲρ τοῦ
ὀφεί[λ]οντας αὐτῷ κατὰ συνγραφὴν
ἑξμάρτυρον πυροῦ ἀρτάβας ς̄ μὴ ἀπο-
διδόναι ταύτας καὶ τὴν τούτων
ἡμι[ο]λίαν· καὶ ἠξίου προσκλη-
θ[έ]ν[τ]α[ς α]ὐτοὺς [ἀ]ποδοθῆναι αὐτῷ
τὸν πυ]ρὸν σὺν τῇ ἡμι[ολίᾳ.
ἐ[γὼ δὲ ἐν τ]ῇ η̄ τοῦ αὐτ[οῦ μη]νὸς
προσεκ]αλεσάμην τὸν Χενέφνιβιν,
καὶ ἐπ]εὶ ἐπ᾽ [ἀπο]λογισ[μὸν ἐτρέπ]ετο,
παρέ]δωκα αὐ[τὸν Περίτᾳ τῷ παρ᾽ ἐμοῦ
χρηματίσαι.] οὗτος δὲ Πτο[λεμαίου
κ[αὶ τῶν ἄλλ]ων [παρόντων ἤλενξε] μ[ετὰ
Ἑρμ[ί]ου καὶ ἔτι τ[ο]ῦ πρεσβυτέ[ρου
τῶ[ν] ἐκ τῆς κώμης μέχρι τοῦ τὰ
δί[και]α αὐτὸν ποῆσαι. νυνὶ δὲ
προσπεπτωκότος μοι τὴν
Μάρμωτιν ἐμὲ ἐνκεκλημα-
τογραφηκέναι ὡς ἐφυβρικότος
ἐμο]ῦ, τοῦ τοι[ο]ύτου μὴ γ[ε]γονότος,
ἀξιῶ σε προς]τάξαι δοῦ[ναί μο]ι ἔν-
γραπτ[ο]ν πίστιν ὅ[πως καθιστά-
μενος ἀπολογίσωμαι ὑπὲρ [τ]ῶ[ν κα]τ᾽ ἐ-
μ]αυτὸν καὶ ὑπὸ μηδενὸς περισπασθῶ·
γράψαι δὲ καὶ Ἀμμωνίῳ τῷ ὑπο-
στρα]τήγῳ, παρ᾽ οὗ εἰμι, καταστῆσαι ἐπί σε τ[όν] τε
Περίταν καὶ τὸν Πτολεμαῖον καὶ
τὸν Ἑρμίαν κα[ὶ] τὸν πρεσβύτερον τῆς
κώμης πρὸς τὸ προςμαρτυρηθῆναί
σοι ὑπὲρ τῶν [κ]ατ᾽ ἐμέ. τούτου δὲ γενο-
μένου ἔσομαι τετευχὼς τῆς παρά σου
ἀντιλή]ψεως. L ς̄ Ἀθὺρ λ̄. Εὐτύχει.

Habes expressam maioris nomorum administrationis imaginem. Habes ὑποστράτηγον in rebus ad κώμης administrationem pertinentibus occupatum, eique adiunctum ἐπιστάτην, qui ius dicit ut epistata nomi, utrumque potestati strategi nomi subiectum. Iurisdictionem hypostrategi et epistatae eius exiguam certisque finibus circumscriptam fuisse et consentaneum est et colligi ex hac epistola potest. Etiam epistatis vicorum assessores plures affuisse videntur, in quibus nunc sunt Peritas et Ptolemaeus. Omnes hi natione Graeci sunt. Quamquam non refragabor si quis etiam homines Aegyptios in hoc gradu administrationis versatos esse contendat. Quodsi Timoxenus, qui epistolam scripsit pap. musei Berolinensis (Letronn. ap. Passalacqua Catal. des antiq. cet. p. 266.), strategus nomi fuit, conieceris cum Letronnio Πετόνουριν τὸν δευτερεύοντα ibi memoratum hypostrategum fuisse. Qua coniectura admissa fieri non potest quin concedas hypostrategum illum fuisse hominem Aegyptium.

7. Postremo in singulis nomis instituta ἀγορανομία, cuius sedes in urbe primaria sive metropoli erat. Memoratur Heraclides ἀγορανόμος τοῦ περὶ Θήβας pap. Taur. IV. Dionysius ἀγορανόμος τοῦ περὶ Θήβας pap. Paris. III. teste A. Peyrono I. p. 73., qui sedem in urbe Diospoli magna habuerunt; Hermias ἀγορανόμος τοῦ Παθυρίτου pap. Lugd. M., in urbe Hermonthide constitutus, quae vel aetate Ptolemaeorum nomi Pathyritici caput erat (cf. II. p. 284. *a.*). Diospoli praeterea ξενικὸν ἀγορανόμιον institutum erat in rebus ad hospites (τοὺς παρεπιδημοῦντας καὶ κατοικοῦντας ξένους) pertinentibus occupatum (pap. Taur. VIII.). Sed etiam in toparchiis institutam ἀγορανομίαν deprehendimus, ut in toparchia quadam nomi Pathyritici (pap. Lugd. N.). Fuit autem penes agoranomum non solum ordinis forensis et rerum venalium cura, sed etiam emptionis venditionisque summa auctoritas (pap. Lugd. M. N. pap. Casati). Hinc etiam pactiones cuiuscunque generis apud agoranomum contrahebantur (pap. Taur. IV. Paris. III. teste Peyrono l. c.). Formula satis apparet ex papyris citatis. Agoranomus aut ipse subscribit (ὁ δεῖνα κεχρημάτικα pap. Lugd. N.) aut per suos subscribi iubet (pap. Paris. III. teste

Reuvensio Lettr. III. p. 13.). Agonorami vices gessisse videtur ὁ συγγραφοφύλαξ in locis iis, in quibus ἀγορανομία non instituta est; ut ad Φυλακὴν quae infra Memphin sita fuit, tabula confecta est de pecunia mutuo data et accepta, a συγγραφοφύλακι subscripta (pap. Lugd. O.). De ratione συγγραφῶν s. συναλλαγμάτων alius locus dicendi erit (vide VI, 3.)

8. Consimilis administratio fuisse provinciarum Aegypto adiectarum videtur. Sed pauca de his memoriae prodita sunt. Civitates Graecae, ut Cyclades, Cyprus, Cyrenaica, initio a Ptolemaeis non supra libertatem regnabantur. Insulam Cyprum Ptolemaeus Soter Nicocreonti Salaminis principi gubernandam tradidit, mox Menelao fratri (vide Geier de vita Ptol. Lag. p. 33. 40.). Sed aetate Epiphanis στρατηγὸς Κύπρου fuit Polycrates, cui successit Ptolemaeus Megalopolita (Polyb. XVIII, 38. XXVII, 12.). Et Cleopatra Cocce cognominata Alexandrum filium στρατηγὸν misit in insulam (Pausan. I, 9, 2.). Strategis Cypri simul vectigalium administrandorum cura iniuncta erat, ut testantur verba Polybii l. c. Etiam Cyrenaica quoties cum regno Aegypti coniuncta erat (vide I. p. 282.), stratego paruisse videtur a regibus misso, donec ab Euergeta II. Apioni filio testamento relicta est. Praeterea memorantur στρατηγοὶ Κοίλης Συρίας (Polyb. V, 63. 78.) et φρούραρχοι (Vol. II. n. 2614.) oppidorumque praefecti (ibid. n. 2617.).

V. Legislatio duplex fuit, Graeca et vernacula; illam οἱ πολιτικοὶ νόμοι designant (pap. Taur. I. p. 7. vs. 9.), hanc οἱ τῆς χώρας νόμοι (ibid. p. 4. vs. 17.). Ptolemaeus Soter legum novarum ferendarum munus Demetrio Phalereo iniunxerat (vide III. p. 284. *b.*), quem consentaneum est leges ex institutis patriis delibatas ita redegisse, ut novo regno accommodatae esse viderentur. Gubernabatur autem haec legislatio edictis (προστάγμασι et ψηφίσμασι) regum. Ad civitatem Alexandrinam pertinuit collegium δικαστῶν, quorum princeps ἀρχιδικαστὴς hinc inde memoratur (vide IV. 3.); quo pertinet Philonis (adv. Flacc. p. 976. ed. Francof.) memoria referentis de supplicio civium Alexandrinorum, qui si quid deliquissent, a ministris publicis (σπαθηφόροις) vapulabant minus illi quidem crudeliter quam Aegyptii. Extra urbem autem iuri Graeco dicundo praeter epistatas in singulis nomis constitutos (vide IV. 5.) tribunal erat ambulatorium τῶν χρηματιστῶν, qui auctoritate regia huc illuc migrantes in maioribus oppidis, ut Diospoli, Ptolemaide, Latopoli (papp. Taur.) cista, in quam libelli petitorum coniicerentur, exposita forum agebant praeside, quem Attico vocabulo εἰσαγωγέα appellabant (i. e. causae apud iudices introductorem). Hos autem epistrategiam peragrasse ac proinde epistrategiarum curiam constituisse apparet ex mentione τῶν ἐν τῇ Θηβαΐδι χρηματιστῶν (pap. Taur. I. p. 2. cf. Peyron. ad h. l. p. 96.). Itaque si Apollonius quidam Diospoli magna degens a. XLIV. Euergetae II. petiit a rege, ut libellus suus ad τοὺς ἀπὸ τοῦ Πανοπολίτου μέχρι Συήνης χρηματιστὰς mitteretur (pap. Taur. III.), id non cum Droysenio (de regno Lag. p. 35.) ex peculiari nomorum Heptanomidis et Thebaidis distributione interpretandum videtur, neque ex bipartita Thebaide chrematistarum causa: nam quota pars ea fuisset, quae inter Lycopolin, primam Thebaidis civitatem (Agatharch. ap. Phot. p. 447. Bekk.), et Panopolin est? sed quantum video, ex eo, quod Apollonius quum libellum ad regem dabat, compertum habuit tum chrematistas iam in nomo Panopolitico sedem fixisse, mox reliquam Thebaidis usque ad Syenen regionem peragraturos. Ac Panopoli chrematistae sese contulerunt Ptolemaidem, ubi Apollonii libellus aliquot mensibus post in cistam iniectus est (pap. Taur. IV.). Mitto Peyroni commentum (ad pap. Taur. III. p. 11.), qui ex pap. Taur. IV. sibi videbatur colligere posse, quo tempore libellum ad regem daret Apollonius, chrematistas Ptolemaide ius dixisse. Quod si fuisset, Apollonius dixisset ἀπὸ τοῦ Θινίτου, non ἀπὸ τοῦ Πανοπολίτου. Nam quod Peyronus Panopoliticum et Thiniten eundem nomum fuisse putabat, falsus est (vide II. p. 284. *b.*). Institutam curiam χρηματιστῶν a Ptolemaeo Philadelpho esse testatus est Aristeas p. 39. insuper causa addita, ne provincialium Alexandriam confluentium frequentia annona carior fieret. Neque improbabilis causa est ea praesertim aetate, qua hominum genus controversum litigandique semper laetissimum (Amm. Marcell. XXII, 6, 1.) de quacunque re regem adeundi potestatem sibi vindicabat. Simul autem inde colligi potest iurisdictionem chrematistarum non prorsus eandem fuisse quae penes strategos et epistatas nomorum fuit. Sane de iisdem causis, de quibus epistatae nomorum iudicabant, cognovisse etiam chrematistas videmus in pap. Taur. I. Nam Hermias centurio litem de possessione domus movens in primo, ut aiunt, accusationis gradu chrematistis libellum proposuit, mox quum tutius putaret rem iudicibus militaribus committere, ad strategum confugit, qui causam epistatae diiudicandam tradidit. At tamen inde colligi non potest causas promiscue ad epistatas et chrematistas esse delatas ac perinde fuisse, apud utros actio institueretur.

Iuri principis dicundo in singulis nomis trini viri instituti videntur, οἱ τὰ βασιλικὰ καὶ προσοδικὰ καὶ ἰδιωτικὰ κρίνοντες, cui collegio in nomo Memphitico apparebat ὁ τῶν ξενικῶν πράκτωρ, i. e. exactor tributorum a peregrinis exigendorum, testante papyro Taur. XIII. ubi vss. 4-6. ita legendum videtur:

Ἔτους λδ, Τυβὶ ε ἐν Μέμφει· τοῦ Μεμφείτου χρηματισάντων τὰς βασιλικὰς Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρου Φιλομητόρειος, Ἡρακλείδης Ἡρακλείδου Θεσμοφόριος, Σωγένης Σωγένους Κοινεύς, οἱ τὰ βασιλικὰ καὶ προσοδικὰ καὶ ἰδιωτικὰ κρίνοντες, prava oratione, nominativis appositis ad genitivum χρηματισάντων.

Ordo actionum instituendarum apud epistatas nomorum luculento exemplo cognoscitur ex causa Hermiae pap. Taur. I. (cf. fragm. pap. Taur. IX.). Petitores libellos suos aut stratego submittunt (pap. Lugd. A. Brit. XV. Vat. B.), qui, ubi rem ipse dirimit, magistratui inferiori mandat subscripta nota: τῷ δεῖνι· προνοῆσειν ὅπως τεύξεται τῶν δικαίων, ubi actione iudiciaria opus est, transmittit epistatae (pap. Taur. I.),

aut recta ad epistatam se convertunt (pap. Taur. II. ubi vs. 2. legendum καὶ ἐπιστάτῃ τοῦ περὶ Θήβας, pap. VIII. XI. XIV.). Itaque epistata ius dicturus (ἐπὶ τῆς καταστάσεως) primum libellum accusatoris iudicibus (τοῖς συμπαροῦσι) praelegit, deinde auditis orationibus utrique parti patrocinantium (τῶν συγκαταστάντων) missisque in suffragium iudicibus sententiam scripto mandat additis rationibus. Memorabile quod apud epistatam vici cum accusatore comparet ὁ πρεσβύτερος τῆς κώμης testis ille speciem prae se ferens (vide pap. Lugd. A. supra expositum IV. 6. p. 294.). Quippe is, unde petitur, laeserat συγγραφὴν ἐξμάρτυρον i. e. ἐκμάρτυρον, pactum coram teste initum. Unde coniicias testem petitoris ipsum illum πρεσβύτερον τῆς κώμης fuisse. Non multo dispar ratio videtur actionum fuisse apud chrematistarum collegium institutarum, qui vocatis iis, unde petitur, libello in vas iniecto, posteaquam causam exposuit ὁ εἰςαγωγεύς (καταστάσεως γενομένης pap. Taur. I. p. 2.), litem iudicant. Ubi privati ab inferioribus magistratibus iniuria affecti causam intendunt, aut ad superiorem magistratum, ut strategum et epistrategum, se convertunt, qui cognita iniuria libellum ad magistratum sese inferiorem mittit subscripta nota in mandati formam (pap. Taur. V. VI. VII. ubi qui Hermocles memoratur idem est epistata nomi Pathyritici, quem habes pap. Taur. XI.), aut ad regem ipsum, petentes ut magistratui, ex quo res pendet, mandata det, aut rem commendet, uti epistolographo (n. 4896. pap. Lugd. G. H. I.), stratego nomi (pap. Lugd. B.). Etiam alii a privatis iniuria affecti ad regem confugiunt petentes, ut libellum nota subscripta iudicibus auctoritate regia institutis, sicut chrematistis, commendet (pap. Taur. III.). Proinde rex fere ipse respondet litteris datis ad magistratum provinciae aut nomi adiuncto exemplo libelli petitoris, quarum litterarum formula sollemnis cognoscitur ex n. 4896. *B.* pap. Lugd. G. H. I. (cf. epistolas Demetrii et Ptolemaei ap. Ioseph. Ant. Iud. XII, 2, 4. 2, 5.); aut, ubi primum in causam inquirendum est, libellum mandat magistratui, a quo cognosci debet, subscripta nota: τῷ δεῖνι ἐπισκέψασθαι; qualem notam χρηματισμὸν vocant (pap. Lugd. B. pap. Brit. VI. vs. 22. 23.); atque idem χρηματισμὸς etiam in aliis reperitur libellis supplicibus (pap. Brit. II.). Ac sic libellus saepe ab alio ad alium transmittitur subscriptis notis ex ordine a diversis magistratibus; cuius rei exemplum memorabile papyri suppeditant de causa geminarum in Sarapieo prope Memphin apparentium superstites (pap. Brit. III. Lugd. B. Brit. IV. V. Lugd. C. Brit. VI. VII. VIII. IX. Lugd. D. Brit. X. XI. XII. XIII. XIV. XVI. Lugd. E. Vat. C. D. ad quos pertinent etiam papyri nonnulli Parisini nondum editi.

Praeter ius Macedonicum perdurasse etiam ius provinciale sive Aegyptiacum (οἱ τῆς χώρας νόμοι) videtur in loco beneficii et gratiae permissum potius a regibus quam sustentatum; quo pertinent λαοκρίται pap. Taur. I. p. 7.) fora Aegyptiaca agentes, coram quibus qui litem cuipiam intendebat, priusquam libellum exponeret, debebat se suosque parentes profiteri productisque testimoniis demonstrare (cf. Peyron. ad h. l. p. 161 sqq.); pertinet tutela mulierum (vide Ad. Schmidt Forschung. auf dem Geb. d. Gesch. I. p. 293-298.). Et nonnulla ex iure Aegyptiaco sancita Ptolemaei conflasse cum legibus suis videntur, ut in lege de hereditate adeunda, ex qua heres genus suum, patrem, matrem, et, si avorum hereditas adeunda esset, avos profitebatur productisque testimoniis demonstrabat, deinde tributum primitiarum pendebat fisco regis solvendum, post in tabulis publicis hereditatem inscribendam curabat (pap. Taur. I. p. 7. cf. Peyron. ad h. l. p. 166.). Omnino autem quamquam facile concedimus ius Aegyptiacum sensim ab iure Macedonico absorptum esse, tamen severius nobis iudicatum videtur a Reuvensio (Lettres cet. III. p. 28.) negante λαοκρίτας illibatam iudicandi potestatem habuisse. Multoque probabilior sententia Peyroni, qui reges multa ex legibus antiquis permisisse Aegyptiis censuit iuri regio commodisque Graecorum non adversantia. In eo enim posita erat regum Macedonum sapientia, ut regno Aegypti firmando intenti fraena imperii liberalius moderarentur. Et his ita positis non est quod moneamus in foro Graeco linguam Graecam valuisse, in foro Aegyptio Aegyptiacam.

VI. 1. Ager antiquitus omnis inter sacerdotes, reges, milites divisus erat (Diod. Sic. I, 73.) immuni sacerdotibus militibusque agrorum non vendibilium possessione (Herodot. II, 168.). Licebat tum etiam opificibus et agricolis possidere fundos, sed immunes non erant (Herodot. II, 109.). A Persis ultimisque regibus Aegyptiis mutatus ordo est (vide Drumann ad inscr. Rosett. p. 160.). Itaque Ptolemaeorum aetate templis curta possessio paulatim adeo imminuebatur, ut Epiphanes a sacerdotibus celebraretur, quod templis consecrasset ἀργυρικάς τε καὶ σιτικὰς προσόδους (n. 4697. vs. 11.), aliaque vectigalia templorum intacta reliquisset (vs. 14.) neque συντάξεις mutasset, quae iis quotannis solitae essent praeberi; cuius rei exempla prodiderunt papyri ad Sarapieum Memphidis pertinentes. Sed qui olim Pharaonum et militum agri erant, in regum possessionem abiisse omnes videntur, quorum latifundiis praepositi sunt οἱ οἰκονόμοι γῆς βασιλικῆς (n. 4861.) s. οἰκονόμοι τοῦ βασιλέως (n. 4904. cf. IV. 6.). Ex regiis possessionibus memoratur insula Thebaidis palmarum ferax (Strab. XVII. p. 814.), quam sunt qui Tabennam fuisse putent memoratam illam Sozomeno III, 13. et Nicephoro IX, 14. (conf. Droysen. de regno Philom. p. 43.), Moeris lacus (Herod. II, 149. III, 91.), insula Ophiodes lapidibus topaziis insignis (Strab. XVI, 770.), ῥύμη βασιλικὴ in nomo Pathyritico (pap. Lugd. M. N.), lacus nitrosi in nomo Nitriotico (Strab. XVII, 803. cf. pap. Zoidis). Adde metalla auri in confiniis Aethiopiae (Diod. Sic. III, 11 sqq. Agatharch. ap. Phot. p. 448 sq. ed. Bekk.), lapicidinas in orientali montium tractu sitas (Ritter Geogr. I. p. 696.), smaragdorum aliorumque lapidum pretiosorum fodinas prope Copton (Plin. H. N. XXXVII, 17. Strab. XVII, 815.). Ad ius principis proprium etiam venationes elephan-

torum pertinebant inde a Ptolemaeo Philadelpho institutae (n. 5127. *A.* cf. Strab. XVII, 789.), et ebur, quod magno lucro vendebatur (Peripl. mar. rubr. p. 143. in Arrian. ed. Amstel.).

2. Vectigalium alia directa sunt, quae certo quodam temporum intervallo persitabantur, alia indirecta.

Ex priore genere gravissima erant tributa fundorum. Pendebatur fere quinta pars fructuum (I. Mos. 47, 24-26. Orosius Hist. I, 8.). Quae pars quum in tanta soli fertilitate magnam saepe efficeret frumenti copiam, factum est, ut pro frumento etiam pecunia solveretur (Herod. III, 91. cf. n. 4697. vs. 29.). Quam in rem opus erat crebra soli aestimatione, quum maiora Nili incrementa etiam maiores reditus denuntiarent (Strab. XVII, 817.). Haec aestimatio ut rite fieret, Niliacae aquae altitudinem quovis anno accuratissime observatam et descriptam habebant; cui rei inserviebant Nilometria (vide Varges de stat. Aeg. cet. p. 57 sq.). Itaque ex fundis πρόσοδοι σιτικαὶ καὶ ἀργυρικαὶ redibant. Praeterea tributum impositum est τοῖς γῆν καὶ τέχνας ἐργαζομένοις (Strab. XVII, 787.), quo pertinent λινουργοί (Strab. XVII, 813.), βαφεῖς, σιδηρουργοί, οἰκοδόμοι, ἱερογλύφοι, γεωμέτραι, ἁλιεῖς, quorum mentio fit in pap. Lugd. P. Hinc oppida quaedam aulae regiae carnes, panes, strata, soleas subvehebant (Aristeas p. 58. Athen. I. p. 33.), collegia sacerdotum copiam ὀθονίων βυσσίνων (n. 4697. vs. 17. 29.), singulae templorum arurae frumentariae ante Epiphanem artabam, vinariae amphoram (κεράμιον) pendebant (n. 4697. vs. 30.). Etiam ad rem maritimam sacerdotes pecunias conferre ante Epiphanem tenebantur (ibid. vs. 17.). Sed non solum possessionibus artibusque tributa imposita, verum etiam, ut videtur, singulis capitibus (ἐπικεφάλιον). Cuius rei etsi unum extat Iosephi Bell. Iud. II, 16, 4. testimonium de aetate Romanorum, tamen vix dubium est, quin hunc quoque usum Ptolemaei praeiverint (cf. Droysen. l. c. p. 45.). Ac simile quid subesse vocabulo φορολογία (n. 4697. vs. 12.) videtur.

Vectigalia indirecta sunt τὰ ἐγκύκλια τέλη. Cuius generis est tributum emptis impositum, τέλος ὠνῆς. De hoc tributo certiores facti sumus subscriptionibus trapeziticis papyrorum demoticorum. Vocabatur tributum εἰκοστὴ ἐγκύκλιος, mox δεκάτη, addito vocabulo ἐγκύκλιος, quo vicesima haec vel decima ab aliis tributis extraordinariis distingueretur. Pendebatur igitur vicesima aut decima pars pretii rei emptae. Et vicesima quidem in papyris ex regno Epiphanis et Philometoris superstitibus habetur (pap. Berol. 41. 38. 36. conf. papp. ap. Young Hierogl. tab. 34. 35.); decimam praestant papyri insequente aetate scripti (pap. Berol. 37. 40. 39. pap. Lugd. M. N. ap. Leemans. p. 58. 67. cf. p. 89.). In his res empta aut domus est aut pars domus aut fundus (ψιλὸς τόπος) aut pars fundi, aut etiam ius aliquod, ut collectorum (pap. Berol. 36.). Quo pertineant tributa δραχμῆς et τετάρτης memorata in papyro quodam Parisino (Journ. des Sav. 1828. p. 484.), non liquet. Nec magis aperta ἑξηκοστῆς et ἑκατοστῆς ratio in papyris Zoidis obvia, quae tributa sigillaria vel tabellaria fuisse coniecit Droysenius (l. c. p. 44.). Ex eodem illo papyro Parisino innotuit τροφῆς et οἴνου τέλος, νιτρικῆς, quae rectius fortasse ad vectigalia rettuleris de mercibus importatis et exportatis exacta. Quamquam τροφῆς τέλος mirum est, neque ausim de hoc vectigali nunc quidquam decernere. Οἴνου τέλος quaestuosum videtur fuisse, ex quo vinum Aegyptiacum (Mareoticum Virgil. Georg. II, 91. Horat. Od. I, 37. Athen. I, 33. Sebennyticum Plin. H. N. XIV, 9. Mendesium Clem. Alex. Paed. 156.) usu celebratum est (conf. Drumann ad inscr. Rosett. p. 163 sq.). Denique νιτρικὴ notum est ex papyris Zoidis, recteque vocem a νίτρῳ derivandam putat Droysenius l. c. p. 44. Exigebantur autem Alexandriae plura de mercibus exportandis quam importandis (Strab. XVII, 798.). Loca ubi portoria solvenda erant, fere Φυλακαὶ dicta a praesidiis ibi degentibus. Sic Schedia Φυλακὴ fuit oppidum per pontem cum lacu Mareotico ac proinde cum urbe Alexandria et Canopo iunctum. Ibi portoria solvebantur rerum venalium vel secundo vel adverso flumine invectarum. Alia Φυλακὴ in confiniis Heptanomidis et Thebaidis fuit Hermopolitica dicta utpote sita prope Hermopolin magnam (Strab. XVII. p. 813.), ubi de mercibus ex Thebaide allatis portoria postulabantur. Accedit Φυλακὴ Thebaica (Strab. l. c.), quam significare Agatharchides videtur ap. Phot. p. 447. ed. Bekk. Talis statio etiam infra Memphidem sita fuit, ut docet pap. Lugd. O. (ap. Leemans. p. 77.) in quo bis mentio fit τῆς ὑποκάτω Μέμφεως Φυλακῆς. Erant etiam aliis oppidis maritimis custodiae exigendi portorii causa dispositae, ut ad mare rubrum, ut in omnibus Nili ostiis (Hirt. de bello Alex. 13. conf. Strab. II, 98.). Meridiem versus ultimis Ptolemaeorum praesidiis eadem cura imposita est; quo videndum ne pertineat Φρουρὰ τοῖς Αἰθίοψιν ab Aristide II, 343. memorata. Sed sunt quae ad securitatem imperii ordinemque publicum conservandum potius instituta videntur; quo rettuleris etiam legem, ne quis inscio vel invito rege Alexandria avehatur; quae lex ne migraretur, in portubus et reliquis exitibus dispositi custodes vigilabant (Strab. II, 101.). Atque portoria multum lucri attulisse rei publicae ex commercio colligi potest, quod Ptolemaeus Philadelphus terra marique florentissimum effecit patefacto alveo ab ipso denominato et viis per deserta ad mare stratis (cf. p. 282. *a.*). Merces Aegypti in Aethiopiam, Arabiam, Indiam exportabantur, indeque rursus aliae importabantur aut transvehebantur. Et de his quidem ratione habita praesertim rerum Romanarum copiose exposuit Vincent (Periplus of the Erythrean Sea P. II. Append. p. 1-84.). Ad vectigalia indirecta denique referenda est ἡ ἀπαρχή, quam qui hereditatem adiret regi pendebat (pap. Taur. I. p. 7. vs. 10.) et pecuniae multaticiae, ut, si quis res hereditate acceptas non tradidisset in publicis tabulis consignandas, aerario regio decies mille drachmas debebat (pap. Taur. I. p. 7.) vel ut privatus, si certis pactis non stetisset, privato xx talenta χαλκοῦ damno compensando, regi cccc drachmas argenteas

pendere tenebatur (pap. Taur. IV. cf. VIII. et pap. Lugd. C. O. ap. Leemans. p. 21. et p. 77.). Postremo publicationis bonorum exemplum extat in papyris Zoidis.

3. Vectigalia publicanis locabantur; qui in provinciis quanta vi tributa exegerint, luculento exemplo docet Ioseph. Ant. Iud. XII, 4. Publicani (τελῶναι) privati erant Graeci aut Aegyptii homines. Hi non semper unum per annum vectigal aliquod emerunt, ut qui τὴν νιτρικὴν conduxerant (pap. Zoidis), sed interdum plures per annos, ut docet papyrus Lugd. N. col. 3. coll. pap. Berol. 39. 40. qua de re Droysenius Mus. Rhen. III. 4. 1832. p. 531. conferri iubet Ioseph. Ant. Iud. XII, 4, 4. Nec semper singula vectigalia unus redemit, sed plures simul, ut in pap. Berol. 36. (conf. pap. Grey. et pap. demot. ap. Young Hierogl. I. tab. 33.) Ἀσκληπιάδης καὶ Ζμῖνις τελῶναι habentur (cf. pap. Taur. XII.). Unde qui societatem inierunt ad certum aliquod vectigal redimendum, μέτοχοι dicebantur.

Quumque pro diversis vectigalibus diversi fuerint τελῶναι, ii, qui vectigal rerum emptarum nomi cuiusdam tractarunt, videntur accuratius οἱ πρὸς τῇ ὠνῇ dicti fuisse. Sic Asclepiades ὁ πρὸς τῇ ὠνῇ in pap. ap. Young. Hierogl. I. tab. 34. (cf. tab. 36.), Ἀσκληπιάδης καὶ Κράτης οἱ πρὸς τῇ ὠνῇ in pap. ap. Young. l. c. Ζμῖνις καὶ οἱ μέτοχοι οἱ πρὸς τῇ ὠνῇ in pap. Berol. 38. Σαραπίων καὶ οἱ μέτοχοι οἱ πρὸς τῇ ὠνῇ in pap. ap. Young. l. c. tab. 35. Sed hos τελώνας publicam quandam auctoritatem prae se ferre quum alia produnt tum papyrus Mus. Lugd. Bat. F. ap. Leemans. p. 35. Ἀλέξανδρος καὶ οἱ μέτοχοι οἱ πραγματευόμενοι τὸ ὠνητικὸν κα[ὶ] ἐπιδέκατον ἀπὸ τοῦ [Πα]θυρίτου. Hi igitur pacto emptionis proposito vectigal definiunt ab emptore pro re empta solvendum; quae definitio διαγραφὴ vocatur, nimis illa angusta significatione accepta ab A. Peyrono (ad pap. Taur. I. p. 145 sq.), qui quoniam fundorum saepe in minima segmenta divisorum tributa exigebantur, διαγραφὴν partitionem esse tributi in singulorum civium capita putavit (vide Droysen. Mus. Rhen. III. 4. 1832. p. 504.). Iam illa διαγραφὴ ut rata fieret, subscribebatur ab ἀντιγραφεῖ (Controlleur), magistratu regio, qui interdum simul βασιλικοῦ τραπεζίτου munere functus videtur (pap. Lugd. L. ap. Leemans. p. 55.). Vectigal ita definitum deinceps apud τραπεζίτην penditur, regium et ipsum magistratum, cuius mensa (τράπεζα βασιλικὴ) in primaria urbe nomi exposita est, ut Memphide (papp. Zoidis), ut Diospoli magna (pap. Berol. 36. 41. cf. pap. Grey.), ut Hermonthide nomi Pathyritici (pap. Berol. 37 - 40. pap. Lugd. M. N. cf. Leemans. p. 89. pap. ap. Young. l. c. I. tab. 34. pap. Paris. ap. Peyron. I. p. 137.). Rem exempla pactionum Aegyptiacarum (συγγραφῶν Αἰγυπτίων) docuerunt, quibus trapezita per scribam suum apochae in tabulas relatae suoque nomine subscriptae exemplum adiiciendum curavit. Quippe syngraphae Aegyptiacae a monographo, collegii alicuius sacerdotum scriba, conceptae (vide pap. Grey.) ex legibus provincialibus debebant certa quadam sponsione adornari, quam vocabant στυρίωσιν (pap. Taur. I. p. 4. vs. 18. p. 7. vs. 2. conf. Peyron. ad h. l. p. 116 sqq.), qua omissa syngraphae nulla in foro auctoritas esset. Hunc ordinem confirmarunt Ptolemaei, dato tamen edicto quo eae syngraphae, ex quibus ratio tributorum penderet, in linguam Graecam translatae (pap. Taur. I. p. 5. vs. 4.) ad telonium proferri indeque ad mensam trapezitae deberent, ut definirentur tributa et penderentur (τὰ καθήκοντα τέλη pap. Taur. I. p. 5. vs. 19. p. 9. vs. 14.). Idemque factum videmus syngraphis apud agoranomum Graecum confectis (vide pap. Lugd. M. N.). Et huius quidem ordinis primum exemplum extat in pap. Berol. 41. a. XXIII. Epiphanis (a. Chr. 182.) scripto. Sed Aegyptios edicto non semper audientes fuisse prodere videtur lex Philometoris de indulgentiis possessoribus fundorum concedendis (pap. Taur. I. p. 9. vs. 21.). Unde etiam, opinor, explicandum est, si qui papyri demotici supersunt subscriptione trapezitae carentes. Itaque quo magis ab usu scribarum vernaculorum abstraherentur Aegyptii, novum quiddam molitum esse Ptolemaeum Philometorem primus demonstravit A. Peyronus duobus papyris usus in museo Paris. asservatis (vide pap. Taur. T. I. p. 149 sqq.). Quibus papyris quae continetur epistola Panisci ad Ptolemaeum quendam data, ex ea apparet syngraphas Aegyptiacas omnes in nomo Thebano coeptas esse in tabulas referri novi magistratus regii et subscribi ab eodem a. XXXVI. mensis Choeac die IX. Hoc institutum quum ad τὸ περὶ τῆς ἀναγραφῆς πρόσταγμα (pap. Taur. I. p. 6. vs. 31.) pertinere videretur, Peyronus docuit eo τὸ γραφεῖον referendum esse, cuius mentio fit in subscriptionibus quibusdam papyrorum. Ac vetustissimum huius rei exemplum papyrus mus. Berol. 36. praebuit hac nota insignis: Ἀπολλώνιος ὁ πρὸς τῷ γραφίῳ τοῦ περὶ Θήβας μετείληφα εἰς ἀναγραφὴν L λς, Τυβὶ ε, ex quo sequitur, si Peyroni calculi non fallunt, pactum, ad quod pertinet haec subscriptio, nondum elapso toto mense post introductum novum ordinem Apollonio repraesentatum esse. Eodemque pertinent notae ex aetate Euergetae II. in pap. Taur. citato a Peyrono I. p. 151. Ἀπολλώνιος ὁ πρὸς τῷ γραφίῳ κεχρημάτικα L μδ, Μεσορὴ ἐπαγομένω[ν] β; in pap. mus. Paris. citato ab eodem l. c. Ἡρώδης ἀντιγραφεὺς μετείληφα εἰς ἀναγραφὴν L με, Θωὺθ ιγ; in pap. Lugd. Bat. ap. Leemans. p. 89. Ἡρακλείδης μετείληφα εἰς ἀναγραφὴν L μς, Τυβὶ λ; in pap. Taur. citato a Peyrono I. p. 152. Ἡρακλείδης μετεί(ληφα) εἰς ἀναγραφὴν L νγ, Θωὺθ ιε atque alia ex aetate nescio qua in pap. mus. Paris. citato a Peyrono I. p. 151. Σαραπίων μετείλ(ηφα) εἰς ἀναγραφὴν L ις, Φαμενὼθ κθ. Itaque in singulis nomis γραφεῖον institutum est, cuius in tabulas pacta Aegyptiaca relata esse scriba (ὁ πρὸς τῷ γραφίῳ, ὁ ἀντιγραφεύς) subscripta nota testabatur. Sed edictum de ἀναγραφῇ (cf. pap. Taur. I. p. 4.) latius patuisse videtur, siquidem videmus etiam pacta minoris momenti apud magistratus Graecos confecta a peculiari scriba in tabulas esse relata, ut docet pap. Lugd. O. cui subscripta haec sunt:

Ἔτους κς, Θωὺθ ιδ ἀναγέγραπται ἐν τῇ ὑποκάτω Μέμφεως Φυλακῇ διὰ τοῦ δεῖνος.

De reliqua historia huius instituti nondum constat. Illud apparet edicto cautum fuisse ne libri censuales violarentur neve inde vectigalia detrimentum caperent.

In mensis illis trapezitarum non solum indirecta sed etiam directa tributa pendebantur, ut colligas ex n. 4862. *b. B.* ubi certe tributum directum intelligendum videtur. Trapezitae adiutor χειριστής audit (pap. Brit. VII. VIII.). Sed exigendis tributis praeter publicanos in singulis nomis certi magistratus regii praefuerunt, ut ὁ πρὸς τῇ οἰκονομίᾳ τῶν ἀργυρικῶν (pap. Taur. V. VI. VII.), ὁ ἐπιμελητὴς πρὸς τὴν ἔκληψιν τῆς νιτρικῆς (papp. Zoidis). Ad certas causas πράκτορες instituti sunt, ut Memphide ξενικῶν πράκτωρ fuit (pap. Taur. XIII. cf. pap. Lugd. Q.). Sed omnium horum ratio non minus obscura est quam exactio tributorum frugum; quam in rem innotuerunt σιτολόγος (n. 4862. *b. B.*) et δοκιμασταὶ explorandis frugum tributis constituti (pap. Lugd. Q.). Illud patet, caput administrationis vectigalium fuisse τὸν ἐπὶ τῶν προσόδων τοῦ νομοῦ, quo qui magistratus inferiores sunt, οἱ ἐπὶ τῶν χρειῶν τεταγμένοι vocabantur (pap. Taur. VI. VII.).

4. Tributa et vectigalia ex provinciis exacta statis temporibus Alexandriam ad collegium quaestorum (τῶν ταμιῶν) mittebantur (Athen. XI, 494.), cui praefuit διοικητής (Cic. pro Rab. 10. cf. Polyb. XXVII, 12.). Singuli quaestores certam quandam provinciam sortiti videntur, ut aliis pecuniae ex bonis publicatis aerario tradendae competerent, aliis alia vectigalia (cf. Ioseph. Ant. Iud. XII, 2, 3. extr.). Eorum βιβλία, ἐν οἷς εἰσιν αἱ ἀναγραφαὶ τῶν τὰς συντάξεις λαμβανόντων, commemorantur Athen. XI, 494. Summa post regem aerarii curatio et administratio penes τὸν διοικητὴν fuit (Polyb. XVI, 21.). Ex illo collegio innotuerunt Asclepiades ἀρχισωματοφύλαξ καὶ διοικητής (pap. Brit. VI. vs. 42.) a. xx. Philometoris, et Dioscurides τῶν φίλων καὶ διοικητής (pap. Brit. II. vs. 95. 97.) ex a. xxiv. eiusdem regis. Διοικηταῖς subiecti sunt οἱ ὑποδιοικηταὶ in provinciis constituti; qualis ex papyris Memphide oriundis notus est Sarapio τῶν διαδόχων καὶ ὑποδιοικητής (pap. Brit. III-VI. X-XIII. XV. Vat. C. D. Lugd. B. D. E.) ex a. xix. xx. Philometoris; qui quum officii causa crebra itinera fecisse atque ex nomo Memphitico dicatur in Arsinoiticum secessisse (pap. Lugd. D. Brit. IV.), coniectura fieri potest ὑποδιοικητὴν magistratum fuisse epistrategiae, non nomi. Unde quoniam idem paulo post honoribus et strategia auctus συγγενὴς καὶ στρατηγὸς καὶ ὑποδιοικητὴς audit (pap. Lugd. L.), videndum, ne strategus Heptanomidis fuerit retento munere ὑποδιοικητοῦ. Falsi enim nobis illi videntur, qui titulum στρατηγοῦ mere honorificum fuisse arbitrantur (Peyron. I. p. 63. 66. Reuvens Lettres cet. III. p. 97.). Fuit igitur penes ὑποδιοικητὴν in provinciis expensorum cura; quam sententiam iam a Reuvensio (l. c. p. 62. 95.) pronuntiatam acta paulo ante memorata confirmarunt. Addo habuisse γραμματεῖς (pap. Brit. X.).

5. Reditus Ptolemaeis immensi fuerunt. Appianus Hist. Rom. praef. 10. ex annalibus regiis tradit in aerario secundi post Alexandrum regis fuisse septiens centena et quadraginta millia talentum. Reditus annui Philadelpho feruntur fuisse quaterna dena millia et octingena talenta et quindeciens centena millia artabarum frumenti (Hieronym. in Daniel. p. 1122.). Labente regno imminutos reditus esse consentaneum est. Nihilo vero minus Ptolemaeo Auletae quotannis duodena millia et quingena talenta rediisse ex Ciceronis oratione quadam refert Strabo XVII, 798. non prorsus consentiente Diodoro XVII, 52. qui eidem regi plus sena millia talentum rediisse testatur.

Talentum magnum Ptolemaicum vetustum ad Aegineticum, quod traditur patuisse x. m. drachmarum Atticarum, proxime accessisse Boeckhius demonstravit (Disquis. metrol. p. 139 sq.) concedens dimidiatum videri, unde drachma aut quinque obolis Atticis aequalis aut decem videri potest. Idem, quae vulgo drachmae Alexandrinae vocantur, quinis fere obolis Atticis aequales censeri probabili ratiocinatione exputavit (l. c. p. 148.). Ad haec talenta, sive integrum sive dimidiatum (ex quibus posthac nata sunt paulo minora Alexandrinum pondo Rom. cxxv et dimidium huius Ptolemaicum Heronis pondo Rom. lxiis), argentum potissimum signatum est: nam in argento Aegyptiaco norma clarius cernitur quam in auro, quod vulgo levius signatum videtur (p. 142.). Pondera nummorum aureorum et argenteorum superstitum notavit Boeckh. l. c. p. 139 sq. Stater aureus νόμισμα μναιεῖον vocatur in pap. Paris. edito a Letronnio in libello: *Récompense promise à qui découvrira ou ramènera deux esclaves échappés d'Alexandrie* Par. 1833. unde apparet minam c drachmarum argenti statere aureo (octadrachmo talenti minoris s. dimidiati) contineri. Argentum ἀργύριον ἐπίσημον Πτολεμαϊκοῦ νομίσματος appellatur pap. Lugd. O. Sed praeter aurum et argentum aes signatum plurimum (νόμισμα χαλκοῦν ἐπίσημον Polyb. XXIII, 9, 3.). Et talentis, minis, drachmis aeris vulgo computabatur, nisi quod, quae fisco redibant, fere argento pendi solebant (Peyron. ad Zoid. pap. vs. 3.). Rationem metallorum auri, argenti, aeris primus Letronnius (Récompense cet. p. 10 sqq.) feliciter attigit. Is rationem auri et argenti satis probabiliter posuit $12\frac{1}{2} : 1$, rationem argenti et aeris $1 : 60$ statuens assium reductionem apud Romanos lege Papiria ita factam esse, ut ratio aeris et argenti ad modum gentium cum Romanis negotiantium accommodaretur, collato loco Plinii XXI. extr. ubi χαλκοῦς decima pars oboli vocatur, quod quum ad Atticam rationem redigi non possit, videatur ad systema Alexandrinum esse referendum. Atque hanc Letronnii rationem quum alia multa tum nummorum superstitum pondus tueri videntur. Aliter Bern. Peyronus, qui (Memor. dell' Accad. Tor. Sect. II. Tom. III. 1841. p. 77.) argenti et aeris rationem $1 : 120$ sibi visus est invenisse compositis duobus locis papyrorum Brit. XV. et Taur. XIII. Quippe in pap. Brit. XV. ex a. xx. Philometoris leguntur haec: π[ω]λοῦσι αὐτῶν τὴν ὀλύραν διὰ τὴν τιμιόραν τοῦ σίτου ἐκ τρι[ά]κοντα μ[η]νῶν τὴν ἀρτάβην ⊢τ̄, quae fere eadem verba redeunt in pap. Brit. XIII. ut certe illud τ̄ verum videatur. Quodsi pretium

ὀλυρῶν maximum habetur ccc dr. χαλκοῦ, Peyronus pretium vulgare inter cc et ccl positum arbitratur ponitque fuisse ccxl dr. χαλκοῦ. Pretium maius ὀλυρῶν fuisse quam πυροῦ, cuius pretium censetur c dr. χαλκοῦ (pap. Brit. II.), inde credibile, quod Aegyptii fere ὀλύρας consumpsissent nefas putantes vesci frumento (Herod. II, 36.). Iam vero in pap. Taur. XIII. ex a. xxxiv. Euergetae II. legitur: τὰς συναγομένας ὀλ. ⸆ σμ̄, ὡς τῆς ⸆ (ἀρ) ∟β̄, ubi signum ⸆ pro artaba habetur ab A. Peyrono; ex quo B. Peyronus ὀλυρῶν artabam vulgo binis drachmis argenteis veniisse statuens ponit duas drachmas argenteas aequales esse ccxl drachmis χαλκοῦ indeque sequi putat, drachmam argenteam aequasse cxx drachmas χαλκοῦ talentumque χαλκοῦ l drachmis constitisse argenteis. Quodsi quis putaverit vulgare pretium fuisse cc drachmas χαλκοῦ, posse etiam videri drachmam argenteam aequalem c drachmis χαλκοῦ fuisse; probabilius tamen alterum esse, quod numerus 120 systemata quae dicimus decimale et duodecimale coniuncta contineat. Et hanc rationem (1 : 120) confirmari etiam exemplo Romanorum a Letronnio in suum usum converso, si consideraveris eos imperio promovendo potius quam commercio excolendo intentos ex materia decem assium aeris procusis ccxl assibus semuncialibus denarium non iam decem assibus iussisse sed sedecim permutari. Nam si denarius decem assium stetisset, ad eam, quae subest, rationem, 16 : 240 = 10 : 150, debuisse potius cl assibus semuncialibus permutari. At Romanis magnopere abusos esse valore nominali assium; contra factum esse a Ptolemaeis commercio consulentibus; atque etiam Romanos paulatim rationem 1 : 125 restituisse. Quae tamen vereor ne parum recte disputata sint. Nam ut alia omittam, argumenta, quibus nititur B. Peyroni ratio, non eiusmodi sunt, ut omni dubitatione careant. Certum quidem hoc est, annonae caritate ὀλυρῶν artabam ccc drachmis χαλκοῦ veniisse; neque improbabile signum ⸆ artabam significare. At nimis lubricum, opinor, de pretio maiore ὀλυρῶν pretium vulgare velle deducere. Nam potest multo minus esse quam voluit B. Peyronus. Ex ratione Letronnii duae drachmae argenteae sunt cxx drachmae χαλκοῦ. Nonne pretium ὀλυρῶν a cxx drachmis intendi potuit ad ccc dr. ab hominibus praesertim lucro faciendo deditissimis? Artaba tritici (Brit. pap. II.) censetur c drachm. χαλκοῦ, quae ex Letronnii ratione fiunt $1\frac{2}{3}$ drachmae argenteae, ex Peyroni ratione $\frac{2}{3}$ dr. arg. Utrum probabilius sit, non difficile est dictu. Nam drachmam Alexandrinam Letronnius pondere proxime accedere ad denarium Romanum putat, quinque obolis Atticis aequalem ex Boeckhii ratione (Disquis. metrol. p. 149.) supra diximus. Itaque artaba ὀλυρῶν, quae duabus drachmis argenteis censetur, 1 drachma Attica et 4 obolis vendebatur; artaba πυροῦ, quae $1\frac{2}{3}$ drachmis argenteis, pretio paulo minore.

Sed ut revertamur ad illud, cuius causa haec omnia attulimus, immanis illa summa 740,000 talentum, quae secundum ἀναγραφὰς βασιλικὰς in thesauro Ptolemaei II. fuisse traditur, facile concedetur, si talenta Aegyptia aeris esse putaveris; unde, posita ratione argenti et aeris 1 : 60, procedunt $12{,}333\frac{2}{3}$ talenta argenti, quae ad normam Aegineticam exacta effecerint circiter 30,832,500 thal. monetae nostrae, ad normam talenti Aeginetici dimidiati summam dimidiatam. Cum hac summa mediocriter conveniunt etiam reditus Philadelphi 14,800 talentum, et Auletae 12,500 talentum, quae quin argentea sint, dubitari non potest. Et haec fortasse talenta Attica sunt dimidiatis Aegineticis paulo maiora. Auletae quidem Diodorus, ut supra memoravimus, plus sena millia talentum rediisse tradit, quod Varges (de statu Aeg. p. 55.) ita conciliare studuit, ut diceret Diodorum computationem talentis Alexandrinis fecisse, quae Atticis duplo maiora fuissent. Ut mittam Mannerti (Geogr. X. P. I. p. 311.) coniecturam, talentum Alexandrinum quod diximus esse librarum Rom. cxxv, non duplum est Attici talenti genuini, sed recentioris tantum post Christ. nat. talenti Attici vocati pondo lxii s, h. e. aequalis Ptolemaico Heronis. Hoc igitur talentum Atticum si dixeris, non improbabilis Vargesii ratio est. Neque haec ratio multum differt ab ea, quam nos secundum Aegineticum talentum eiusque dimidium instituimus.

Itaque luxuriae et expensarum a scriptoribus celebratarum Ptolemaeos non defecerunt subsidia. Mitto libidines regum, quae ingentem vim pecuniae absorpserunt. In ostentatione et liberalitate consisto. Eo pertinent pompae Philadelphi, in quibus vasa aurea et argentea decem fere millium talentorum argenti pondo in conspectu Alexandrinorum exposita in uno tabernaculo et ter mille ducentae coronae aureae delatae (Athen. V, 197. 202.); et naves immensae magnitudinis a Philopatore exstructae (Athen. V, 203 sq. cf. Boeckh. Doc. rer. naut. Athen. p. 122.). Rhodiis a Demetrio Poliorceta obsessis Ptolemaeus Soter de suo misit ter centena millia artabarum frumenti (Diod. XX, 96.); iisdemque terrae motu concussis Ptolemaeus Philopator se daturum pollicitus est ἀργυρίου τάλαντα τριακόσια καὶ σίτου μυριάδας ἀρταβῶν ἑκατόν, ξύλα δὲ ναυπηγήσιμα ἐξ πεντήρων καὶ δέκα τριήρων, πευκίνων τετραγώνων πήχεις ἐμμέτρους τετρακισμυρίους καὶ χαλκοῦ νομίσματος τάλαντα χίλια, στυππίου τρισχίλια, ὀθονίων ἱστοὺς τρισχιλίους, εἰς τὴν τοῦ κολοσσοῦ κατασκευὴν τάλαντα τρισχίλια, οἰκοδόμους ἑκατόν, ὑπουργοὺς τριακοσίους καὶ πεντήκοντα, καὶ τούτοις καθ᾽ ἕκαστον ἔτος εἰς ὀψώνιον τάλαντα δεκατέτταρα, πρὸς δὲ τούτοις εἰς τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰς θυσίας ἀρτάβας σίτου μυρίας δισχιλίας, καὶ μὴν εἰς σιτομετρίαν δέκα τριήρων ἀρτάβας δισμυρίας (Polyb. V, 89.). Et harum rerum tertiam partem statim solvit. Nec rara mentio largitionum et aeris mutuo dati a regibus. Ut mittam locum a Letronnio (Receuil cet. I. p. 273.) ex papyro quodam musei Parisini allatum, in quo est: τῶν χορηγηθέντων τοῖς προσδεομένοις καὶ δανείων ἐκ τοῦ βασιλικοῦ, Ptolemaeus Soter sacerdotibus Apin sepelientibus, quum opes templi Memphitici deficerent, quinquaginta talenta argenti mutuo dedit (Diodor. I, 84.); Epiphanes non solum pecunias fisco debitas remisit, sed etiam magnam vim argenti et lapidum pretioso-

rum ad augendum templorum honorem largitus est (n. 4697. vs. 12. 13. 21. 29. 33. 34.). De salariis (χορηγίοις Polyb. XV, 31.) administrorum regis, praefectorum, reliquae turbae magistratuum nihil fere proditum reperimus. De stipendiis militum eorum, qui ἐπίγονοι vocantur (vide IV. 1. p. 287. b.), locus insignis est in pap. Brit. II. qui papyrus quum plurima contineat ad administrationem rerum memorabilia, visum est totum hoc loco exponere.

Ptolemaeus Glauciae filius Macedo, qui in Sarapieo prope Memphin ut κάτοχος versabatur (conf. VII. 2.), petit a rege Ptolemaeo Philometore a. XXIV. ut frater Apollonius militibus epigonis Memphide agentibus adscribatur, verbis his (vs. 1-30.):

Βασιλεῖ Πτολεμαίῳ καὶ βασιλίσ[σ]ῃ Κλεοπάτρᾳ τῇ ἀδελφῇ
θεοῖς Φιλομήτορσι χαίρειν.
Πτολεμαῖος Γλαυκίου Μακεδὼν τῆς ἐπιγονῆς τῶν ἐκ τοῦ Ἡρακλεοπολίτου,
τοῦ προ[ε]ιρημένου μου πατρὸς Γλαυκίου ὄντος μὲν τῶν ἐν τῷ Ἡρακλεο-
πολίτῃ συγγενῶν κατοίκων, τούτου δὲ μεταλλάξαντος τὸν βίον
ἐν τοῖς τῆς ταραχῆ[ς] χρόνοις καὶ ἀπολελοιπότος ἐμέ τε καὶ Ἀπολλώνιον
τὸν νε[ώ]τερόν μου ἀδελφόν, συνβάντος δὲ γεγονέναι με ἐν κατοχῇ
ἐν τῷ πρὸς Μέμφει μεγάλῳ Σαραπιείῳ ἔτη ιε, προσδεομένου
δέ μου τοῦ περιποιῆσαι τῷ σημαινομένῳ ἀδελφῷ στρατ[ε]ίαν
διὰ τὸ ἄτεκνόν με εἶναι, δι' ἧς καὶ αὐτός τε ἐν κατοχῇ ὢν ἕξω τε
αὐτοῦ διευσχημονεῖν καὶ βοήθειαν ἔχειν, δέ[ο]μαι ὑμῶν,
τῶν μεγίστων θεῶν Φιλομητόρων, ἐμβλεύσαντας (scr. ἐμβλέψαντας)
εἰς τὰ προγεγραμμένα ἔτη, καθότι οὐθαμόθεν ἔχω τὰ ἐπιτήδ[εια]
πλὴν τοῦ τὴν ἐφ' ὑμᾶς καταφυγήν, τοὺς θεοὺς μεγίστους
καὶ ἀντιλήμπτορας, ποιησάμενον τυχεῖν με τῆς δηλουμένης
εἰς τὸν ἀδελφὸν στρατείας, ἐὰν φαίνηται, μερίσαι κἀμοὶ ἧς ἔχετε
πρὸς πάντας τοὺς τοιούτους θεοσεβοῦς ἀντιλήμψεως,
γραφῆν[α]ι ᾧ καθήκει, προσλαβέσθαι τὸν προωνομασμένον μου
ἀδελφὸν
Ἀπολλώνιον εἰς τὴν Δεξιλάου σημέαν (scr. σημαίαν),
ἣ τὸ τεταγμένον ἔχει ἐν Μέμφει, καὶ
ἐκθεῖναι αὐτῷ ὅσον καὶ αὐτοὶ
λαμβάνουσιν, μετρήματα καὶ ὀψ[ώ]νι-
α, ὅπως διευσχημονῶν δύνωμαι
ἐπιτελεῖν τὰς θυσίας ὑπέρ τε ὑμῶν
καὶ τῶν τέκνων, ὅπως κυριεύητε
πάσης χώρας, ἧς ὁ ἥλιος ἐφορᾷ, τὸν
ἅπαντα χρόνον. τούτου δὲ γενομένου
ἔσομαι δι' ὑμᾶς ἐσχηκὼς τὸν βίον
τὸν ἀέναον χρόνον.
εὐτυχεῖτε.

Libellum hunc (ἔντευξιν) frater Apollonius regi offert mensis Thoth die 11. ut ipse testatur in fronte scriptis verbis his:

L κδ Θωὺθ β ἐπέδ[ω]κα τὴν ἔντευξιν τῷ βασιλεῖ καὶ
τῇ βασιλίσ[σ]ῃ.

Igitur rex libello subscribit: ποιῆσαι. ἀνενε[γ]κεῖν δὲ πόσον ἔσται (vs. 31.). Iam regis, opinor, administer scribis iniungit relationem annotans: τοῖς γραμματεῦσιν. ἐπισκεψάμενον ἀνενεγκεῖν (vss. 88. 89.). Libellus ita instructus offertur collegio scribarum, quibus praeest Demetrius ὁ γραμματεὺς τῶν δυνάμεων, deinde Aristoni, tum Dioscuridi γραμματεῖ ἐν τῷ ἐκλογιστηρίῳ et Chaeremoni, postremo Apollodoro, qui mensis Choeac die XXVI. regi proponit scribarum relationem. Haec rudi oratione ita narrat Apollonius (vss. 102-111):

L κδ Θωὺθ ἀπέδωκα τ[ῷ] βασιλεῖ
καὶ τῇ βασιλίσσῃ ἔντευξιν καὶ ἐκο-
μισάμην παρ' α[ὐ]τοῦ καὶ ἀπέδωκα
Δημητρίῳ ἐσφραγ[ι]σμένην καὶ
παρὰ τοῦ Δημητρίου ἐκομισάμην,
παρὰ τοῦ τ' Ἀρίστωνος, καὶ μ[ε]τήνε[γ]κα
εἰς τὸ 'γλογιστήριον Διοσκουρίδῃ τῷ γραμ[μα]-
τεῖ καὶ Διοσκουρίδ[ῃ], Χαιρήμ[ο]νι καὶ
Χαιρήμ[ο]νι Ἀπολλοδώρῳ, καὶ εἴς-
δοσιν ποιεῖ εἰς [τὴν αὔ]λὴν τῇ κϛ.

Relatio autem scribarum regi proposita haec est (vss. 57-74.):

Δόντος ἔντευξιν τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ βασιλίσ[σ]ῃ
Πτολεμαίο[υ] Γλαυκίου Μακεδόνος, δι' ἧς ἔγραφε[ν]
εἶναι ἐν κατοχῇ ἐν τῷ πρὸς Μέμφει μεγάλῳ
Σαραπιείῳ L ιε καὶ ἠξίου Ἀπολλώνιον
τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ προς[λα]βέσθαι εἰς τὴν
Δεξιλάου σημέαν καὶ ἐκθεῖναι αὐτῷ ὅσον
καὶ αὐτοὶ λαμβάνουσ[ι]ν, καὶ ἐντεύξεως ἐχού-
σης χρηματισμόν· ποιῆσαι. ἀνενενκεῖν δὲ
πόσον ἔσται· εἰσεδόθη L κδ Χοιὰχ κϛ,
τοὺς ἐν τῇ Μέμφει ἐπιγόνους προσει[ληφένα]ι
ἐπὶ < ρν καὶ πυρῶν ᒪ γ, ἀφ' ὧν τίθεσθαι
πυρῶν ᒪ α, τοῦ δὲ λοιποῦ τῆς ἀρτάβης < ρ
ἐπιγραφ[ῇ] Δεξιλάου καὶ Θέ[ω]νος. προστετάχθαι

δὲ οἷς ἂν γίνηται καὶ τὸ σιτ[ώ]νιον ἐκ < ρ̄, ἐκθεῖναι
ταύτας μεθ' ἐνιαυτόν· προσανενεῦχθ[αι]
δὲ διότι, [ἕω]ς ἂν προσταχθείη, τίθεσ[θ]α[ι] αὐτῷ
πυρῶν ㄣ ᾱ, τοῦ δὲ λοιποῦ
τῆς ἀρτάβης ἐκ < ρ̄.

Post haec fit decretum (τὸ πρὸς τὴν εἴσδοσιν πρόσταγμα L κδ̄ Τυβὶ θ̄. ἔσω γέγραπτα[ι]· ποιεῖν [ᾱ ἠξ]ίου vss. 32. 33. cf. vss. 77. 78. 79.) mensis Tybi die IX. in quo scriptum a rege: ποιεῖν [ᾱ ἠξ]ίου. Itaque administer regis ad Demetrium τὸν γραμματέα τῶν δυνάμεων et Dioscuridem τὸν γραμματέα ἐν τῷ ἐκλογιστηρίῳ litteras dat; ad Demetrium has (vss. 39 - 46.):

Δημητρίῳ.
Ἀπολλώνιον Μακεδ[ό]να προσλαβέσθαι
εἰς τὴν Δεξιλάου σημέαν τὴν τεταγμέ(νην)
ἐμ Μέμφει καὶ ἐκθεῖναι αὐτῷ ὡς καθή-
κει, ὅσα καὶ οἱ ἄλλοι λαμβάνουσιν, < ρ̄ν̄
καὶ πυρῶν ㄣ γ̄, ἀφ' ὧν πυρῶν
ㄣ ᾱ καὶ τὴν τιμὴν ἐκ < ρ̄.
L κδ̄ Τυβὶ [ῑ].

ad Dioscuridem autem has (vss. 33-38. cf. vss. 80-87.):

γραφῆναι Σωστράτῳ γραμματεῖ κατακολουθεῖν
τοῖς προστεταγμένοις, ἐπιγράψαι δὲ αὐτῷ
τὴν χώραν καί σοι διασαφῆσαι, ὅπως
καὶ διὰ τῶν συμβόλων ἐγλογίζηται
αὐτῷ ἀκολούθως.

Utramque epistolam significat Apollonius vss. 112-114. καὶ ἐκομισάμην τὰ πρὸς τὴν [ε]ἴσδοσιν προστάγματα δύο, ᾱ Δημητρίῳ καὶ ᾱ Διοσκου[ρίδῃ]. Et Demetrius quidem litteras ad se datas cum hac nota: τοῖς γραμ[μ]ατεῦσιν. κατακολουθ[ε]ῖν. ἔτους κδ̄ Τυβὶ ιβ̄. ἀναγραφὴ ιβ̄ (vss. 47. 48.) suis scribis transmittit. Dioscurides autem litteras a se datas ad Sostratum, scribam opinor τῶν ἐν Μέμφει δυνάμεων, ita compositas (vss. 54-87.):

Σωστράτῳ τῆς παρὰ τῶν γραμματέων
ἀναφορᾶς τἀντίγραφον ὑποτετάχαμεν,
ὅπως ποιῇς κατ' αὐτὰ παρὰ τῶν γραμ-
ματέων.
Δόντος ἔντευξιν τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ βασιλίσ[σ]ῃ
Πτολεμαίο[υ] Γλαυκίου Μακεδόνος, δι' ἧς ἔγραφε[ν]
εἶναι ἐν κατοχῇ ἐν τῷ πρὸς Μέμφει μεγάλῳ
Σαραπιείῳ L ιε̄ καὶ ἠξίου Ἀπολλώνιον
τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ προσ[λα]βέσθαι εἰς τὴν
Δεξιλάου σημέαν καὶ ἐκθεῖναι αὐτῷ ὅσον
καὶ αὐτοὶ λαμβάνουσ[ι]ν, καὶ ἐντεύξεως ἐχού-
σης χρηματισμόν· ποιῆσαι· ἀνενεγκεῖν δὲ
πόσον ἔσται· εἰσεδόθη L κδ̄ Χοιὰχ κ̄ς̄,
τοὺς ἐν τῇ Μέμφει ἐπιγόνους προσει[λημμένα]ι
ἐπὶ < ρ̄ν̄ καὶ πυρῶν ㄣ γ̄, ἀφ' ὧν τίθεσθαι
πυρῶν ㄣ ᾱ, τοῦ δὲ λοιποῦ τῆς ἀρτάβης < ρ̄
ἐπιγραφ[ῆ] Δεξιλάου καὶ Θέ[ω]νος· προστετάχθαι
δὲ οἷς ἂν γίνηται καὶ τὸ σιτ[ώ]νιον ἐκ < ρ̄, ἐκθεῖναι
ταύτας μεθ' ἐνιαυτόν· προσανενεῦχθ[αι]
δὲ διότι, [ἕω]ς ἂν προσταχθείη, τίθεσ[θ]α[ι] αὐτῷ
πυρῶν ㄣ ᾱ, τοῦ δὲ λοιποῦ
τῆς ἀρτάβης ἐκ < ρ̄.
καὶ ἄλλα ἔσται, καθότι
προστετ[άγ]μην. [ἠ]νέχθη δὲ
τὸ πρὸς [τὴν] εἴσδοσιν πρόσ-
ταγμα L κδ̄, Τυβὶ θ̄.
ἔσω γέγραπτα[ι]· ποιεῖν [ᾱ] ἠ[ξ]ίου.
γραφῆναι Σωστράτῳ
γραμματεῖ κατακολουθ[ε]ῖν
τοῖς προστεταγμένοις,
ἐπιγράψαι δὲ αὐτῷ
χώραν καί σοι διασαφῆσαι,
ὅπως καὶ διὰ τῶν συμβόλων
ἐγλογίζηται αὐτῷ
ἀκολούθως.

mandat Demetrio τῷ γραμματεῖ τῶν δυνάμεων, qui transmittit ad Sostratum simulque exemplar litterarum ad Dioscuridem τὸν διοικητὴν transferri iubet scripta epistola (vss. 49 - 52.): Δημήτριος Διοσκου[ρί]δ[ῃ] χαίρειν. τῆς πρὸς Σώστρατον γραμματέα γεγραμ[μ]ένης ἐπιστολῆς τἀντίγραφον ὑποτετάχαμεν, ὅπως παρακολουθῇς. ἔρρωσο. L κδ̄ Τυβὶ ιδ̄, quam epistolam significat Apollonius vss. 94. 95. 120. ubi discimus praeterea per utrumque, Demetrium et Dioscuridem, non solum strategum nomi Memphitici de Apollonio in militiam recepto certiorem factum esse sed etiam alios magistratus. Dicit enim Apollonius vss. 90 - 101.:

τὰς παρὰ τοῦ Δημητρίου τοῦ ἀρχισωματοφύλακος
καὶ γραμματέ[ως] τῶν δυνάμεων ἐπιστολὰς
δ̄, μίαν τῷ Ποσιδωνίῳ τῷ στρατηγῷ καὶ ᾱ
Ἀμμωνίῳ τῷ ἀρχιυπ[η]ρέτῃ καὶ μίαν
τῷ Καλλιστράτῳ γραμματεῖ καὶ μίαν
Διοσκου[ρί]δ[ῃ] τῷ διοικη[τ]ῇ,
ἀπέδωκα αὐτοῖς [τοῦ] Τυβὶ ιθ̄ L κδ̄. Παρὰ τοῦ Διοσ-
κου[ρί]δου τοῦ διοικητοῦ ἐπιστολὰς
δύο, μίαν Δωρίωνι τῷ ἐπιμελ[η]τῇ
καὶ μίαν τῷ στρατηγῷ Ποσιδωνίῳ,
ἀπέδωκα αὐτοῖς τοῦ κδ̄ L Τυβὶ κε̄.

repetitque partem priorem paulo post (vss. 114 - 120.):

καὶ παρὰ Δημητρίου
τοῦ ἀρχισωματοφύ[λακ]ος καὶ γραμματέ[ως] τῶ[ν]
δυνάμεων ἐκομισάμην ἐπι[σ]τολὰς δ̄,
[μ]ίαν Ποσιδωνίῳ στρατηγῷ καὶ ᾱ
Ἀμμωνίῳ τῷ ἀρχ[υ]π[η]ρέτῃ καὶ ᾱ
Καλλιστράτῳ τῷ γραμματεῖ καὶ ᾱ
[Δι]οσκου[ρί]δ[ῃ] τῶν φίλων καὶ διοικητῇ.

quibus deinceps addit haec (vss. 121 - 140.):

[ἀπ]εδόθη τὸ πρόσταγμα καὶ τὴν ἐπισ-
τολὴν (scr. ἡ ἐπιστολή) ἐδόθη εἰς ἀνάγνωσιν τῷ διοι-
κητῇ, καὶ ἐκομισάμην τὸ πρόσταγμα
Πτολεμαίῳ τ[ῷ] ὑπομνηματο[γρά]φ[ῳ] καὶ
τὴν ἐπιστολὴν ἐκομισάμην Ἐπιμέν[ε]ι
καὶ μετήνεγκα πρὸς Ἰσίδωρ[ο]ν τὸν αὐτ[ο]-
τελῆ, καὶ παρ' αὐτοῦ μετήνε[γ]κα Φιλοξέ-
νῳ καὶ παρ' αὐτοῦ μετήνε[γ]κα Ἀρτέμωνι
καὶ παρ' αὐτοῦ Λύκῳ καὶ τύπον ποιεῖ,
καὶ μετήνε[γ]κα εἰς τὸ ἐπιλογι[στή]ριον
τῷ Σαραπίωνι, παρ' αὐτοῦ Εὐβίῳ
καὶ παρ' αὐτοῦ Δωρ[ί]ωνι καὶ τύπον ποιεῖ,
καὶ πάλιν Σαραπίωνι καὶ Εὐβίῳ καὶ
γραφεῖ Νικάνορι·
καὶ εἰσεδόθη εἰς ἀνάγνωσιν τῷ διοικητ[ῇ],
καὶ ἐκομισάμην Ἐπιμέν[ε]ι καὶ μετήνεγκα
Σαραπίωνι καὶ γραφεῖ Νικάνορι·
καὶ ἔγ[ρα]ψε δύο ἐπιστολάς, μίαν Δωρίωνι

τῷ ἐπιμελητῇ καὶ μίαν τῷ Ποσιδωνίῳ
τῷ στρατηγῷ τοῦ Μεμφείτου.

ex quibus apparet decretum ab aliis ad alios magistratus transferendum fuisse, qui in tabulas inscriberent. Summa rerum hac in causa penes Demetrium τὸν γραμματέα τῶν δυνάμεων est, secundas partes agit Dioscurides ὁ διοικητής. Itaque Demetrius decretum una cum epistola accipit, mox litteras dat ad Posidonium strategum nomi Memphitici, ad Ammonium ἀρχυπηρέτην, ad Callistratum γραμματέα, ad Dioscuridem τὸν διοικητήν. Dioscurides ὁ διοικητὴς tum demum redditum Apollonio decretum litterasque ad Dioscuridem τὸν γραμματέα ἐν τῷ ἐκλογιστηρίῳ datas inspicit (vss. 121. 122.) instruitque Dorionem τὸν ἐπιμελητὴν et Posidonium strategum (vss. 98. 99. 100.). In his magistratibus ἀρχυπηρέτης videtur quaestor militaris fuisse, superior ille τοῖς ὑπηρέταις τῶν ταγμάτων, quos militibus stipendia solvisse refert Ioseph. Ant. Iud. XII, 2, 3. Callistratus ex scribis militaribus copiarum Memphide agentium fuisse videtur; denique Dorion ἐπιμελητὴς videndum ne curator militaris fuerit Memphide constitutus. Omnino de singulis rebus huius papyri plura coniici possunt quam affirmari, quum non omnibus nominibus Apollonius dignitatem apposuerit. Sic Aristo, Chaeremon, Apollodorus (vss. 107. 109. 110.) qui fuerint, non apparet. In extremis prorsus caecutimus. Decretum quidem translatum videmus ad Ptolemaeum τὸν ὑπομνηματογράφον (cf. IV. 3. p. 291. a.). Epistola autem ad Dioscuridem τὸν γραμματέα ἐν τῷ ἐκλογιστηρίῳ data posteaquam a Dioscuride τῷ διοικητῇ inspecta est, multis magistratibus plus semel repraesentatur, in quibus qui ter inspexit Sarapio, si notus ille ὑποδιοικητὴς est in provincia constitutus (vide p. 299. a.), eum ἐπιλογιστήριον habuisse ex hoc loco comperimus. Postremo cognita a novem magistratibus rursus ad legendum proponitur Dioscuridi τῷ διοικητῇ tribusque aliis iam antea memoratis, quorum ultimus Nicanor γραφεὺς duas scripsisse de ea re epistolas dicitur, alteram ad Dorionem τὸν ἐπιμελητήν, alteram ad strategum nomi Memphitici Posidonium.

Sed ut redeamus unde declinavit oratio, verba papyri vss. 66-74. et vss. 43-45. docent, quae stipendia militibus iis, qui ἐπίγονοι vocabantur, solvi solita sint pacata et quieta Aegypto. Haec stipendia sunt CL drachmae χαλκοῦ per mensem et III artabae tritici, ita composita, ut vulgo una tantum artaba tritici reddatur, pro reliquo frumento solvantur centenae drachmae χαλκοῦ in artabam. Fuerunt igitur stipendia per mensem praebita una artaba tritici et trecenae quinquagenae drachmae χαλκοῦ. Artabam nunc dixeris veterem istam esse, quae dodrantem medimni Attici continebat (Boeckh. Disquis. metrol. p. 242.). Quodsi coniectura fieri potest ex loco quodam papyri Brit. XIV., ex quo hierodulis Memphide praeberi per mensem solitae sunt octo artabae ὀλυρῶν, unde octo panes quotidie habuerunt, ut in artabam triginta panes numerarentur, patet ex artaba tritici triginta panes confectos esse victum hominis per mensem sustentantes. Fuerunt tamen milites, quibus praeterea σιτώνιον C drachmarum solvebatur. Certe ex verbis papyri nostri: προστετάχθαι δὲ οἷς ἂν γίνηται καὶ τὸ σιτώνιον ἐκ < ρ̄, ἐκθεῖναι ταύτας μεθ' ἐνιαυτόν, videtur apparere fuisse decretum, ex quo iis, quibus etiam pro victu C drachmae conceduntur, haec summa anno elapso post susceptam militiam solveretur. Iam pretium vulgare tritici certe his in stipendiis centenis drachmis χαλκοῦ aestimatur. Itaque in militem τῶν ἐπιγόνων per mensem CCCCL drachmae χαλκοῦ cedebant. Sed videamus, summa CCCL drachmarum χαλκοῦ quantum valeat. Si ad valorem argenti et aeris 1 : 60 redegeris (vide p. 299. b.), trecentae quinquaginta drachmae aeris efficiunt $5\frac{5}{6}$ drachmas argenteas. Quae summa exacta ad talentum Ptolemaicum dimidiatum, ex quo drachma quinque obolis Atticis aequalis computatur, est certe probabilior, quam qualem praestant Bernardini Peyroni rationes, ex quibus CCCL drachmae aeris ne tres quidem drachmas argenti aequant; quibus positis haud scio an nimis ridicula evadat spes Ptolemaei, qui fratre Apollonio in catalogum inscripto optat, ut ex eius stipendiis sibi quoque emolumenta redundent.

VII. 1. Ptolemaeorum ut in rerum administratione ita in religionibus conservandis summa prudentia apparet. Quippe exemplo Alexandri M. qui et Apidi sacrificavit et Isidi templum exstrui iussit (Arrian. III, 7, 5, 8.), religionem Aegyptiorum a Graeca non differre nisi externa specie asseverantes gratam vel maioribus assimilationem adoptarunt. Cui rei mature operam dedisse putandi sunt. Neque inde, quod nomen dei alicuius Aegyptiacum simpliciter expressum aut cum Graeco numine compositum est, iure colligi potest, titulum alterum altero antiquiorem esse. Nam, ut hoc exemplo utar, Aroeris (Oroeris, Horus) Apollini assimilatus honoratur titulo n. 4860. qui titulus est ex aetate Ptolemaei Philometoris; idem deus Aroeris omissa assimilatione redit in titulo n. 4711. Cleopatra et Sotere II. regnantibus posito. Hinc non opus est, ut titulum n. 4836. in quo Πτενσήνης suppresso Mercurii assimilati nomine ad aetatem Philadelphi referendum censeamus. Anne nomina Graeca tot oppidis de diis tutelaribus indita, ut Aphroditopolis, Diospolis, Hermopolis, Panopolis, omnia Philadelpho recentiora putabimus? Quid quod Heliopolis et quae sunt plura generis eiusdem vel ab Herodoto et Platone celebrantur. Nimirum quemadmodum nomina quaedam deorum mere Aegyptiaca Romanorum aetas prodit, ut Θρίφιδος (n. 4711. 4714.), Σμίθιδος (n. 4835.), Πουρστεπμουνέως (n. 5001. 5006. 5008. 5014.), Σρουπτίχιος (n. 5032. 5033.), ita antiquitus nominum Aegyptiorum et Graecorum usus promiscuus fuisse censendus est, nisi quod in titulis accuratius compositis dii et Aegyptiacis et Graecis nominibus designantur (n. 4893. 5073.). Ceterum quum in titulis dedicatoriis a regibus aut a privatis positis saepe suffecerit deum Graecum nominasse, ut Ἀσκληπιῷ n. 4894. Ἀφροδίτῃ n. 4895. Ἀνταίῳ n. 4712. (mitto titulos Alexandrinos n. 4682. 4682. b.), collegia sacerdotum consentaneum est in

decretis Graece exponendis nomina Aegyptiaca retinuisse (n. 4717.), nisi ubi adulationis causa Graeca praeferrent, id quod factum videtur in celebri decreto n. 4697. cuius in formulis ad elogium regis pertinentibus memorantur Ἥφαιστος (Phthas), Ἥλιος (Phre), Ζεύς (Ammon), Ἑρμῆς (Anubis aut Thoth). Cf. Letronn. Recueil cet. I. p. 269. Nulla assimilatione addita memorantur Isis, Osiris, Horus, vetustissima illa deorum Aegyptiorum familia, cuius assimilatio vel ante Ptolemaeos tentata est. Herodotus (II, 144.) Isidem cum Cerere, Osiridem cum Baccho, Horum (Oroerin s. Aroerin) cum Apolline composuit. Conf. Creuzer. Symbol. III. p. 128. II. p. 157. Mox Osiris Soli, Isis Lunae assimilabatur (Diodor. I, 11, 22.), donec interpretatio historica et allegorica praevaluit (vide Drumann ad Inscr. Rosett. p. 140 sqq.). Ptolemaeorum aetate quae de his sententia vulgo obtinuerit, certo affirmare non licet; neque aperuerunt sacerdotes, qui Epiphanem cum Horo Isidis et Osiris filio componunt (n. 4697.). Videntur etiam animalia sacra intacta relicta esse, in quibus Apis et Mnevis (n. 4697.), ille maxime Memphide cultus, hic Heliopoli (vide Iablonski Panth. Aeg. IV, 2, 4.). Osiridi sacrum utrumque tradit Diodorus, qui praeterea narrat utriusque cultum late per Aegyptum patuisse. Quippe quum Isis et Osiris numina sunt omnium Aegyptiorum cultu celebrata (Herodot. II, 42.), tum Apis etiam Ὀσόραπις, Mnevis etiam Ὀσορόμνευϊς s. Ὀσόρμνευϊς appellabatur (pap. Brit. XII, 7. XIV, 22. Lugd. G. H. I.), quae denominationes indicio sunt, Apidem et Mnevin cum Osiride et Horo eius filio arctissime consociatos fuisse (conf. Letronn. Recueil cet. I. p. 297.); ut bene ii tradere videantur, qui Apidem Osiridis defuncti vivam imaginem habitum esse referunt (Strab. XVII, 807. Diodor. I, 85. Plutarch. de Iside et Osir. 416. 430. ed. Reisk.). Hinc nihil mirum, quod Memphide non solum Apis sed etiam Mnevis colebatur, cuius rei testes papyri Graeci sunt. Feruntur etiam taurorum sacrorum aliis locis nomina alia, ut Hermonthide Bash s. Bach (vide Wilkinson Manners and customs cet. V. p. 198.), alibi Onuphis (Aelian. Hist. anim. XII, 11.), quod nomen vide ne ad oppidum Onuphin intra Delta situm nomumque Onuphiten (vide supra p. 283. *b.*) referendum sit.

Sed illam deorum Aegyptiorum et Graecorum assimilationem auctoritate publica institutam deinceps privati vario modo excoluerunt; unde factum est, ut tanto opere discrepantes de virtute ac vi numinum quorundam Aegyptiorum orirentur sententiae. Sic Sarapidem *multi Aesculapium, quod medeatur corporibus, quidam Osirin, antiquissimum illis gentibus numen, plerique Iovem ut rerum omnium potentem, plurimi Ditem patrem insignibus, quae in ipso manifesta, aut per ambages coniectant.* Verba sunt Taciti (Hist. IV, 84.), qui cultum dei secundum Aegyptiorum antistites persequens a Ptolemaeo Sotere introductum esse refert, dissentientibus quibusdam, qui cultum Sarapidis Ptolemaeo, quem tertia aetas tulit, tribuerunt. Memorabile vero est, quod observavit Letronnius (Recueil cet. I. p. 155.) ante regnum Philometoris in monumentis fere Isidem et Osirin memorari (n. 4694. 4979.), postea Isidem et Sarapidem (pap. Lugd. B. col. 1. vs. 3.), vel certe Sarapidem abolito Osiridis nomine, atque omnino inde a Ptolemaeo Philometore Sarapidem fere unum celebrari; Osiridis mentionem rursus seriore aevo fieri in titulis Graecis et Latinis extra Aegyptum repertis. Et res sane ita se habere videtur. Nam neque in decreto sacerdotum honori Ptolemaei Epiphanis dato n. 4697. Sarapis memoratur crebra mentione Osiridis, et magnum Sarapieum Memphide eo nomine inclaruisse Philometore incipiente papyri Graeci evincunt. At narrat Tacitus, templum Sarapidis Alexandriae a Ptolemaeo exstructum esse loco, cui nomen Rhacotis, ubi antiquitus sacellum fuit Sarapidi et Isidi sacratum (cf. Pausan. I, 18, 4.). Unde rursus colligere quispiam possit nomen Sarapidis vel Ptolemaeis antiquius fuisse (conf. Plutarch. de Iside et Osiride c. 28.), quam in rem quos Bernardinus Peyronus (Memor. dell' Accad. Tor. II. P. III. 1841. p. 6.) obeliscos memorat, sciens omitto. Sed utcunque de hac re statuas, neque Osiridis cultus unquam obsolevisse putandus et cultus Sarapidis simulacro Sinopensi nobilitatus Memphide repetendus videtur; idque etiam olim fuerunt qui crederent teste Tacito l. c. Certe simulacri advectus non evincit deum peregrinum fuisse (Wilkinson l. c. IV. p. 360.). Fuit prope Memphin Pantheon variis variorum deorum templis compositum via (δρόμῳ pap. Vat. B. vs. 16.) utrimque sphingibus ornata disiunctum ab urbe; unde in papyris sicubi templum aliquod ex illis memoratur, τὸ ἐν Μέμφει, τὸ πρὸς Μέμφει, τὸ πρὸς Μέμφιν dici solet. Ex templis illis innotuerunt aedes Phtha (Herodot. II, 153), quod numen vulgo cum Vulcano componunt (vide Te Water ad Iablonski Opusc. T. I. p. 382. obnitentibus aliis, ut Silvestre de Sacy, cf. Letronne Recueil cet. I. p. 269.), fortasse voce Ἡφαιστιεῖον pap. Lugd. K. intelligenda, aedes Apidis (Ἀπιεῖον n. 4697. cf. Herodot. l. c.), Aesculapii (Ἀσκληπιεῖον pap. Brit. XII. XIII. Vat. D. C. Lugd. E. O.), Anubidis (Ἀνουβιεῖον pap. Vat. B. Lugd. H.), Astartae (Ἀσταρτιδεῖον pap. Vat. B.). Iam quum primarium Memphidis numen fuerit Phthas, consentaneum ibi etiam templum Phre (Ἡλίου) fuisse et Ammonis (Διός), quo pertinere videtur Solis et Iovis in decreto n. 4697. facta mentio (vs. 2. καθάπερ ὁ Ἥλιος, vs. 3. ᾧ ὁ Ἥλιος ἔδωκε τὴν νίκην, εἰκόνος ζώσης τοῦ Διός). Videturque hoc Solis templum etiam n. 4699. intelligendum esse. In decreto n. 4697. quod memoratur templum τὸ ἐν Μέμφει ἱερόν, ab interpretibus recentioribus pro toto complexu aedium sacrarum habetur, quod Philometoris temporibus μέγα Σαραπιεῖον dictum sit; nescio quo iure. Nam Sarapieum Memphidis magnum vocatum videtur, ut distingueretur ab aliis Sarapieis, fortasse a Sarapieo Alexandriae exstructo, quae Bernardini Peyroni sententia est. Similiterque τὸ πρὸς Μέμφιν μέγα Ἀσκληπιεῖον dicitur pap. Lugd. O. Itaque τὸ ἐν Μέμφει ἱερόν, in quo sacerdotes convene-

runt ad honorandum Ptolemaeum Epiphanem, etsi non indicatur disertius, tamen unum idque reliquorum celeberrimum et antiquissimum videtur. Nec male Drumannus (p. 61. 238.), qui coniecit fuisse templum Phtha; unde apparet, cur Epiphanes in illo decreto toties celebretur ut ἠγαπημένος ὑπὸ τοῦ Φθᾶ (vss. 8. 9. 37. 49.). Accedit quod in τεμένει templi Phtha omnia reliqua templa fuisse videntur (conf. Diodor. I, 85. ὡς θεὸν ἀνάγουσιν εἰς Μέμφιν, εἰς τὸ τοῦ Ἡφαίστου τέμενος). Sed redeo ad Sarapidem, qui si in locum Osiridis per tempus substitutus est, colligi posse videtur utrumque sive opinionibus hominum sive natura coniunctum fuisse; et certe ita veteres sensisse ex verbis Taciti l. c. apparet. Quumque Osiridis defuncti vivum symbolum habeatur Ἆπις isque etiam Ὀσόραπις vocetur, videndum ne ex hoc vocabulo factum nomen sit Σάραπις et Σέραπις. Ac si Ἆπις et Ὀσόραπις promiscue dici potuit, nihil impedit quo minus Ἀπιεῖον in Σαραπιεῖον vertisse putemus. Dixeris igitur Ἀπιεῖον Memphidis Σαραπιεῖον vocari coeptum esse Philometore regnante, ut tamen deo Sarapidi nova quaedam et peculiaris virtus affingeretur, fortasse illa mixta ex virtutibus Osiridis, Bacchi, Plutonis, Aesculapii. In eandemque sententiam nunc video etiam Letronnium iudicasse (Recueil cet. I. p. 298.). Quod autem Bernardinus Peyronus l. c. statuit religionem Sarapidis ab initio auctoritate publica ita institutam esse, ut Aesculapio assimilaretur, vix probari potest, siquidem praeter templum Sarapidis etiam Aesculapii aedes cultu eximio floruit, ut docent papyri paulo ante memorati; neque obest rationi nostrae, quod Reuvensius (Lettre III. p. 88.) probabile reddidit, utrique templo (Sarapidis et Aesculapii) unum administratorem praefuisse.

2. Cultus deorum in Aegypto aut publicus aut privatus fuit (vide Drumann. ad inscr. Rosett. p. 217 sqq.). Cultus publicus universus in templis positus est eorumque sacerdotibus. Sacerdotes singulorum deorum multi fuerunt, dignitate distincti; quo pertinet dictio τὰ ἱερὰ ἔθνη n. 4697. vs. 17. Primus ὁ ἀρχιερεὺς est (Herodot. II, 37.); sequitur ὁ προφήτης (n. 4697. 4840. 4902. 4945. 4946.), cuius de officiis parum constat (vide Schmidt de sacerd. Aeg. p. 106 sqq.). Videtur propheta non tam oraculorum interpres fuisse quam ritus quosdam insignes peregisse in sacrificiis (conf. Drumann. l. c. p. 97 sqq.); quum tamen vox primariam significationem non prorsus exuisse videatur, dixeris prophetae munus aliquod in sacrificiis obeundum expressum esse voce ἱερόφωνος, quae legitur n. 4684. Post ἀρχιερεῖς et προφήτας memorantur vestitores deorum, οἱ εἰς τὸ ἄδυτον εἰσπορευόμενοι πρὸς τὸν στολισμὸν τῶν θεῶν n. 4697. qui vulgo στολισταὶ s. ἱεροστολισταὶ s. ἱεροστόλοι vocabantur (Plutarch. de Is. et Os. c. 3. Porphyr. de abstin. 4, 8. conf. Schmidt l. c. p. 128 sqq. et huius operis Vol. I. n. 481.), deinde πτεροφόραι (vel potius πτεροφόροι) et ἱερογραμματεῖς n. 4697., qui non confundendi sunt, etsi sacris scribis πτερὰ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς tribuuntur (Diodor. I, 87. Clem. Alex. Strom. IV, 4, 63. p. 757. Pott. conf. Schmidt l. c. p. 139.). Scribas sacros notum est omni genere doctrinae insignes fuisse. De munere pterophororum non constat. Hesychius nihil nisi: καλοῦνται δὲ οὕτως καὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερέων τινές. Atque insigne eorum πτερὰ fuisse ipsum nomen significat, ut coniicias eos a genere scribarum sacrorum non multum abesse. Nam quam aliam vocis πτερὸν significationem Drumannus (l. c. p. 121.) quaesivit, de ea iure dubitat Letronnius (Recueil cet. I. p. 267.). Quodsi coniicere lubet, dixeris πτεροφόρους fuisse ex genere doctorum, quales etiam ἁρπεδονάπται fuerunt (Clem. Alex. Strom. I. p. 304. Euseb. Praep. ev. X. p. 472. conf. Mullach. Democriti fragm. p. 4.), quorum doctrina mathematica celebratur Democrito; ut πτεροφόροι propius abesse a sacris scribis videantur. Hi enim non solum annales templorum asservabant (τὰ ἱερὰ γράμματα), quorum vel ap. Herod. II, 100. 145. et Plat. Tim. 23. mentio (cf. Diod. I, 44. 46. 69. Ioseph. c. Apion. I. §. 16.), sed erant cosmographiae et geographiae, astronomiae, astrologiae, medicinae periti somniorumque interpretes (cf. Drumann. l. c. p. 122 sq.), ut etiam doctores Aegyptiorum ac philosophi haberi potuerint (Clem. Alex. Strom. VI. p. 633. Porphyr. l. c. 4, 8.). Iidemque intelligendi esse videntur quos Ptolemaeus consuluisse dicitur ap. Tacit. Hist. IV, 83. Singuli ordines suos principes habuerunt, ut prophetae ἀρχιπροφήτην (Clem. Alex. Strom. I. p. 303.), stolistae πρωτοστολιστήν (n. 4945. 4946.). Ex reliquo grege sacerdotum innotuerunt ὡροσκόποι (Clem. Alex. Strom. VI, 633.) et ὡρολόγοι (Porphyr. de abstin. 4. §. 8.), astronomiae illi et astrologiae dediti (conf. Schmidt l. c. p. 148 sqq.), quarum scientiarum etiam scribae sacri compotes fuerunt; ᾠδοὶ i. e. cantores (Clem. Alex. l. c. p. 633. cf. Schmidt l. c. p. 165.), σφραγισταί, qui victimas immolandas sigillo impresso notabant (Plutarch. de Is. et Os. p. 433. ed. Reiske, conf. Herodot. II, 38. et Schmidt l. c. p. 181 sqq.), παστοφόροι ab aediculis gestandis ita dicti (ut παστοφόρος Ἀφροδίτης pap. Lugd. M. ap. Leemans. p. 60. cf. p. 83.) s. ἱεραφόροι (Plutarch. l. c. p. 388. cf. Schmidt l. c. p. 193.), quibus etiam medicina curae fuisse traditur (vide Drumann. l. c. p. 228.). Cum pastophoris conferri possunt μελανηφόροι (Vol. II. n. 2293.). Denique memorantur κωμασταὶ et νεωκόροι (n. 4724.) s. ζακόροι (vide Schmidt l. c. p. 211. 217.), quorum muneribus fere pastophori imprimis functi videntur (cf. Gale ad Iamblich. Myst. 3.). Sacris animalibus custodes peculiares et ministri dati; quo pertinent ἱερακοβοσκὸς (Aelian. N. A. 7, 9.), ὁ βουκόλος τοῦ Ὀσοράπιος (pap. Brit. XII.), ὁ ἀρχενταφιαστὴς τοῦ Ὀσοράπιος καὶ Ὀσορμνευῖος (pap. Lugd. G. H.).

Unicuique templo praeerat procurator redituum, ἐπιστάτης (pap. Brit. XIII. Lugd. B. col. 3. Paris. A.), quo munere fere ὁ ἀρχιερεὺς aut προφήτης fungebatur, unde in pap. Lugd. G. dicitur: τοῖς ἐπιστάταις τῶν ἱερῶν καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσιν, et Clem. Alex. Strom. VI. p. 758. monet: ὁ γάρ τοι προφήτης παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις καὶ τῆς διανομῆς τῶν προσόδων ἐπιστάτης ἐστίν. Idem aliquando etiam προστάτης τοῦ ἱεροῦ vel θεοῦ audit (n. 4711. 4714. cf. Maccab. II. 3, 4.) aut φροντιστὴς ἱεροῦ (n. 4716. c. cf. Vol. II. n. 3612.). Procuratori

qui vicarius est, aut ὁ παρὰ τοῦ ἐπιστάτου (pap. Lugd. B. col. 3. vs. 11.) aut ὁ διαδεχόμενος αὐτὸν audit (pap. Vat. C.). Magistratus regius, cui administrator templi paret, ἐπιμελητὴς vocatur (pap. Lugd. E. D. Vat. C. Brit. VII. X.), qui iussa τοῦ ὑποδιοικητοῦ exsequitur, fortasse idem ille, qui alias ὁ παρὰ τοῦ στρατηγοῦ est, templo alicui praepositus (pap. Vat. B.).

Sacerdotibus servitia praestabant δοῦλοι (pap. Taur. VIII. IX.), qui iidem ἱερόδουλοι (n. 5082.) fuisse videntur, longe tamen illi diversi ab hierodulis Graeciae, ut recte monet Reuvensius (Lettr. III. p. 86.). Quippe hieroduli Sarapiei prope Memphidem neque antea δοῦλοι erant et sponte sua servitio deorum sese dedicabant. Ἱερόδουλοι diserte nominantur sorores gemellae, αἱ δίδυμαι vocatae (pap. Lugd. D. vs. 22.), quae novo Apide reperto liberae in templum intrabant atque etiam fundos possidebant (pap. Lugd. B. col. 1.). Praedicant illae sese λειτουργεῖν ὑπὲρ τῶν μεγίστων θεῶν Ἴσιος καὶ Σαράπιος (pap. Lugd. B. col. 1. vs. 3.), λειτουργεῖν καὶ σπένδειν τῷ Ἀσκληπιῷ (pap. Brit. XII.). Accipiunt ex Sarapieo vel potius ex aerario regio σύνταξιν quotannis μετρητὴν ἐλαίου σησαμίνου et μετρητὴν κίκιος (pap. Brit. VI. Lugd. C.), ac per mensem octo artabas ὀλύρας (pap. Brit. XIV. Lugd. E.), ex Asclepieo panes in diem trinos (pap. Brit. XII.); qua de re seges actorum (χρηματισμῶν) aetatem tulit (pap. Brit. III - XIII. XV. Vat. C. D. Lugd. B. C. D. E. Paris. A. B. C. D.), quae indicio esse possunt, quam malevoli ac perfidi magistratus inferiores fuerint in exsequendis officiis suis. Genus hierodulorum videntur ii fuisse, qui ἐν κατοχῇ εἶναι dicebantur. Fuit clausura voluntaria hominum inertium aut invalidorum, qui in templo quodam sacrificia pro salute regum faciebant aut a suis adiuti et sustentati (pap. Brit. B. conf. supra VI. 5.), aut mendicantes collectisque victum sibi comparantes (λογεύοντες ὄσπρια καὶ οἶνον pap. Taur. VIII. 24. Brit. XV.). Horum ratio parum discrepabat a monachis Christianis, nisi quod iis ex ambitu templi, cui sese dedicassent, progredi non licebat (συμβαίνει μὴ δύνασθαι καταβῆναι εἰς Μέμφιν πρὸς ἀναγκαίας χρείας pap. Brit. XV.); unde propinquos vel amicos delegabant, qui ipsorum nomine in oppido agerent (pap. Brit. III.). Videtur autem integrum fuisse iis, qui hanc sibi vitam elegerunt, si apud sese constituerint, relicto templo ad suos redire, prodentibus id papyris Brit. XVIII. et Vat. A. ex quibus discimus patremfamilias post varios casus in clausuram se contulisse idque litteris nuntiasse familiae suae, quae deinceps ab eo petit, ut domum se recipiat.

Ad collegia sacerdotum quodam modo referri potest gens Cholchytarum (Χολχύται), qui quum adornandis corporibus defunctorum iam conditis operam darent, tum variis cerimoniis praeerant, viam in templis Ammonis et Iunonis certis diebus festis pulvere conspergebant, in pompa anniversaria Ammonis Thebis in Memnonia deducendi praecedentes sacra quaedam officia peragebant (pap. Taur. I. p. 8. vs. 16 sqq. cf. A. Peyron. ad h. l. p. 77 sqq. qui perperam interpretatur Diodor. Sic. I, 97.). Alieni ab ordinibus sacerdotum fuerunt ii, qui in officiis ad corpora mortua pertinentibus imprimis versabantur, παρασχισταὶ (incisores) et ταριχευταὶ (pollinctores) Diodor. I, 91. cf. pap. Taur. I. VIII. IX. Lugd. O. P. interdicto ne templis deorum accederent (pap. Taur. I. p. 2. vs. 20 sqq. ubi accusator Cholchytas cum paraschistis et pollinctoribus callide confundit, cf. p. 8. vs. 14.); quorum sedes propria videtur necropolis fuisse, ut necropolis Thebarum flumine Nilo disiuncta a templis et frequentia hominum. Itaque hos minus recte ad collegia sacerdotum rettulit Schmidt l. c. p. 223. seductus a Diodoro I, 91. qui quod de Cholchytis dici licuit, ad illos transtulit. Similiter etiam Herodotus II, 86. παρασχιστὰς et ταριχευτὰς confundit. Nihilo vero minus templa suos ταριχευτὰς habuerunt, ut Asclepieum (τῶν ἐκ τοῦ πρὸς Μέμφιν μεγάλου Ἀσκληπιείου ταριχευτῶν pap. Lugd. O.); et paraschistis adesse dicitur scriba sacer, qui definiat, quantum carnis ex latere sinistro cadaveris incidendum sit (Diodor. I, 91.). Ceterum hi quoque, paraschistae et pollinctores, collegia constituebant, et paraschistae quidem iure collectarum communi cum Cholchytis fruebantur (pap. Taur. VIII. vs. 24. cf. pap. Grey.). Fuerunt qui de more sacra animalia condiendi dubitarent, quum crebra fiat sepulturae simplicis mentio. At condita esse et constat exemplis et testatur Diodorus I, 83. nisi hic de cultu privato loqui existimandus est recteque statuant ii, qui tauros sacros solum sepultos esse putant, in quo consentire videntur auctores (Herodot. II, 41. Diodor. Sic. I, 84. Plutarch. de Is. et Os. p. 418. Pausan. I, 18, 4.). Huic sepulturae praeest ἀρχενταφιαστής, primus ex collegio ταφιαστῶν (pap. Lugd. G. H.). Pretiosissima sepultura celebratur Apidis, in quam Ptolemaeus Soter duo talenta mutuo dedit sacerdotibus (Diodor. I, 84.), Epiphanes etiam largitus est impensas (n. 4697. vs. 32.). Ceterum etiam populus ad sepelienda sacra animalia pecunias videtur contulisse, exceptis Thebanis, qui deum mortalem esse negabant (Plutarch. l. c. p. 418.).

Iniecta mentione de ritibus sepulcralibus Aegyptiorum non ab re est monere etiam Macedones ab iis non abhorruisse. Nam quum Graecis moris fuerit aut cremare mortuos aut sepelire crematorumque cadaverum vestigia supersint in reliquiis necropolis vetustae in latere Arabico Aegypti prope mare rubrum detectae (vide Wilkinson Journ. of the R. G. S. of Lond. cet. II. p. 32. 33.), tamen et reges in condiendis corporibus mortuis Aegyptios imitati sunt (Zoega de usu obelisc. p. 264.), et privati eorum exemplum secuti videntur plurimi mixtis praesertim matrimoniis. Testantur id cistae superstites ad familias ex Graecis et Aegyptiis mixtas pertinentes (n. 4826.), in quibus corpora ad morem Aegyptiorum condita, ut tamen ex ritibus Graecis nonnulla admixta deprehendantur, veluti vestimenta ἐντάφια apposita, corona ex oleastro imposita, ora et oculi clausa (vide Letronn. Observat. sur l'objet des représent. zodiac. p. 35 - 47.).

3. Templorum sacerdotibus collegia constituen-

tibus licuit illis quidem decreta facere (vide n. 4697. 4717.), sed non sine auctoritate eius, penes quem omnium collegiorum sacerdotum summa cura fuit. Erat is pontifex totius Aegypti idemque sacerdos Alexandri et Ptolemaeorum. Apotheosis a Pharaonibus in Ptolemaeos iure quodam transiit, initio facto ab Alexandro M. cuius corpore Babylone Alexandriam (Aelian. V. H. XII, 64. non Memphin, ut Pausan. I, 6, 3. 7, 1. conf. Strab. XVII, 794. Achill. Tat. 5, 1. nisi fides Curtio X. fin. habenda) translato a Ptolemaeo Sotere ibi sacerdotium institutum est, coniuncto deinceps sacerdotio Ptolemaeorum et mortuorum et vivorum, θεῶν Σωτήρων cet. (vide III.). In quo memorabile est, quod, quum Ptolemaei constanter titulo θεῶν honorentur, Alexander fere simpliciter nominatur non praemissa voce θεοῦ, utpote expers cognominis (cf. Drumann ad inscr. Rosett. p. 71.). Praeter hoc sacerdotium Alexandriae institutum etiam Ptolemaide, in civitate Thebaidis Graeca a Ptolemaeo Sotere condita (vide p. 291. *a.*), peculiare sacerdotium extitit Ptolemaei Soteris et Berenices ac regum insequentium, cuius in actis post sacerdotium Alexandrinum fit mentio: ἐν δὲ Πτολεμαΐδι τῆς Θηβαΐδος ἐφ᾽ ἱερέων καὶ ἱερείας καὶ κανηφόρου τῶν ὄντων καὶ οἰσῶν pap. Casat. conf. pap. Anastas. Nec vero constitit superstitio in simplici sacerdotio regum reginarumque. Euergetes I. praeterea matrem Arsinoen Philadelphi uxorem alteram honoravit instituta Alexandriae κανηφορίᾳ Arsinoes (n. 4697. pap. Casat. et Anastas.) ad exemplum Berenices Soteris coniugis, quae Ptolemaide non solum sacerdotem feminam sed etiam κανηφόρον habebat (pap. Casat.). Similiter Epiphanes matris Arsinoes Philopatoris peculiarem instituit sacerdotem feminam (ἱέρειαν), rursusque Berenices aviae, Euergetae I. uxoris, ἀθλοφορίαν ad reparandum facinus a Philopatore commissum; unde explicatur, cur primum κανηφόρος Arsinoes, deinde ἀθλοφόρος Berenices, denique ἱέρεια Arsinoes memoretur in monumentis (n. 4697. pap. Casat. et Anastas.). Canephoria et athlophoria quo sensu nunc accipiendae sint, non liquet; nec videntur sufficere coniecturae de iis prolatae a viris doctis (Ameilhon ad inscr. Rosett. p. 37. Visconti Iconogr. Gr. III. p. 223. Boeckh. Explic. pap. Gr. p. 14. Drumann. l. c. p. 85 sqq.). Illud affirmaverim κανηφόρου et ἀθλοφόρου praecipuas partes in pompis fuisse. Putatur contra morem Aegyptiorum factum a Ptolemaeis, quod sacerdotes feminas instituissent, tradente Herodoto II, 35. sacerdotium feminis negatum fuisse; et Drumannus quidem (l. c. p. 91 sq.) omne feminarum sacerdotium ante Ptolemaeorum aetatem ad cultum privatum referendum putat. Quamquam ministrae sacerdotum vel Pharaonum aetate notae fuerunt (Herodot. II, 54. 56. conf. Letronn. Journ. d. Sav. 1844. p. 437.). Sacerdotes Alexandri et Ptolemaeorum annuos fuisse et colligi ex eo potuit, quod ex iis tempus designatur, et tabula ex papyris quibusdam demoticis ac lapide Rosettano (n. 4697.) concinnata demonstravit Letronnius (Recueil cet. I. p. 259.). In templis igitur Ptolemaeis honores cum diis ibi cultis communes erant (n. 4697. vss. 38. 39.), positis statuis eorum, imaginibus, aediculis, quae in pompis circumducebantur (ibid. vss. 41. 42.), data etiam privatis potestate, tales aediculas domi collocandi, ut regem tanquam praesentem deum una cum Iside et Osiride (ibid. vs. 52.) colerent. Quid? quod sacerdotes deorum in singulis templis statis temporibus simul sacerdotes Epiphanis sese ferre debebant (ibid. vss. 50. 51.). Atque eo usque progressa hominum adulatio est, ut in dedicationibus regis nomen deo praeponere non dubitarent (n. 4861.); cuius adulationis exemplum ne apud Romanos quidem reperitur aetate Imperatorum (cf. Elem. epigr. Gr. p. 335. nec prorsus eiusdem generis est Vol. II. n. 3610. et Vol. III. n. 4283.). Etiam Aegyptiorum antistites regem et reginam θεοὺς μεγίστους appellare dignati sunt (n. 4896. *C.*).

Itaque caput rerum sacrarum sacerdos Alexandri et Ptolemaeorum fuit. Ad eum sacerdotum classes tenebantur quotannis legatos mittere Alexandriam, in imitationem temporum priscorum, ut coniecit Wilkinsonus (Manners cet. V. p. 385.), regibus Aegypti etiam tum Thebis aut Memphide degentibus; quo quidem officio Ptolemaeus Epiphanes sacerdotes liberavit (n. 4697. vs. 17.). Ab illo pontifice sacerdotes Isidis Philarum (n. 4896.) petierunt, ut sibi permitteretur stelam ponere. Nec dubium quin decreta a sacerdotibus incidenda primum sacerdoti Alexandri proposita sint. Unde simul comprobari quodam modo potest Letronnii sententia statuentis decreta collegiorum sacerdotum primum Graece solita esse componi, deinde in linguam demoticam transcribi ex eaque transferri in hieroglypha (cf. ad n. 4697.), secus ac syngraphas, quae lingua Aegyptiaca concepta deinceps transferebantur in Graecam (vide VI. 3.). Et pontificatus totius Aegypti etiam Romanis perduravit. Novimus ex inscriptione Graeca Hadriani Imp. temporibus ἀρχιερέα Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου πάσης fuisse quendam L. I. Vestinum; ex quo apparet, ut a Ptolemaeis Graecum, ita a Romanis Romanum huic sacerdotio praefectum fuisse. Iam idem Vestinus simul ἐπιστάτης τοῦ Μουσείου audit; unde Letronnius colligit etiam Ptolemaeorum temporibus pontificem maximum eundem simul musei praesidem fuisse (Recueil cet. I. p. 279. 360.). Utut est—nam ex Strabone XVII. p. 794. nihil aliud apparet, nisi praesidem musei fuisse sacerdotem, olim a regibus, post a Caesare praepositum — quo loco Ptolemaeis sacerdos Alexandri, eo Romanis pontifex Alexandriae et totius Aegypti fuit.

Sacerdos Alexandri et Ptolemaeorum epistolographus regnantis est n. 4896. quem vidimus fuisse fere ex ordine τῶν συγγενῶν. Epistolographi, ut apud Seleucidas (Polyb. XXXI, 3, 16.), ita apud Ptolemaeos summa post regem auctoritas fuit. Solebat is regi in consilio adesse et certe in rebus sacris videtur fuisse quodam modo αὐτοκράτωρ. Innotuerunt hucusque epistolographi tres: *Numenius* (n. 4896.), *Philocrates* (papyr. Lugdun. G. H. I.), *Callimachus* (n. 4717.). Primus est ex aetate

Ptolemaei Euergetae II., alter ex regno Alexandri, tertius regnante Cleopatra celeberrima vixisse videtur. Quartum epistolographum incertae aetatis Letronnius (Recueil cet. I. p. 360.) attulit ex papyro edito in libro Catalogue de Passalacqua cet. p. 266., ubi qui memoratur epistolographus, videtur is magistratus inferioris epistolographus fuisse, non regis. Tres illi epistolographi omnino auctoritatem rerum sacrarum prae se ferunt; ex quo coniecerit aliquis epistolographis proprium sacerdotium Alexandri et regum fuisse. Itaque quum epistolographus non videatur alienus fuisse a summa administratione, quaeri potest, unus epistolographus fuerit an plures. Plures fuisse, quorum unus rebus sacris praefuerit, alter rebus iudiciariis, tertius administrationi, non improbabile videtur Letronnio (l. c. p. 360.). Quam coniecturam ipse olim parum abfui quin probarem. Quippe allexit me, quod a. IX. regni Epiphanis (a. Chr. 196.) sacerdos Alexandri et regum fuit Aetus Aeti filius (n. 4697.) et Aetus Aeti filius eodem sacerdotio functus est a. VII. Philopatoris (a. Chr. 216.), ut ex papyro quodam demotico enotavit Letronnius (l. c. p. 259.). Nam si Aetus utroque loco idem homo fuit, id quod certe probabile est, conieci eum tertio vel quinto quoque anno resumpsisse sacerdotium, ut aut bini aut quaterni epistolographi essent, qui negotia inter se partiti statis temporibus sacerdotio Alexandri praefuissent. Sed res ad liquidum perduci non potest, quum non constet, epistolographis proprium fuisse summum sacerdotium. Et magis eo inclino ut putem unum fuisse epistolographum perpetuum, penes quem summa regni administratio fuerit, auctum eum interdum sacerdotio Alexandri et Ptolemaeorum.

VIII. De summa rerum administratione rebusque aulicis parum innotuit. Satis constat universam rerum administrationem ita a regibus esse peractam, ut magistratus in provinciis constituti etiam in rebus levioribus ad nutum se imperiumque eorum componerent. Id quod quum alia tum titulus n. 4837. confirmat, ex quo magistratui provinciae a rege imponitur, ut cisternam apud Apollonopolin purgaret. Concilium intimum (συνέδριον), ad quod amicis et propinquis aditus patebat, rex ipse vocabat (Ioseph. Ant. Iud. XIII, 3. 4. Polyb. XVIII, 36. 37. coll. XVI, 22.). Petentibus reges statis temporibus sui copiam faciebant, Alexandrinis quinto quoque die, ceteris semel per mensem (Ioseph. l. c. XII, 2, 11.). Legati post diem tricesimum, et, si gravior res, post quintum adeundi regem veniam habebant (Aristeas p. 56.). Peregrini aulicis Aegyptiorum more vestibus induti prodibant (Cic. pro Rab. P. 19.). Quodsi Chares ὁ εἰσαγγελεὺς Alexandro M. ritus aulici magister fuit, conieceris etiam apud Ptolemaeos εἰσαγγελέως munus fuisse, cuius in introducendis legatis aliquae partes fuissent. Quo posito, non est cur nomen illud Chareti inditum cum Hullemanno (Ptolemaei, Aristobuli, Charetis reliq. 1844.) aliter interpretemur. Ptolemaei, excepta Cleopatra celeberrima, tantum abfuit ut pluribus linguis uterentur, ut etiam ii, qui Graece loquebantur, aulam adituri dialectum Macedonicam addiscerent (Plutarch. Anton. 27.). Rege absente, qui inter aulicos aut amicos summa dignitate erat, urbi praeficiebatur (ὁ ἐπὶ τῆς πόλεως ἀπολελειμμένος Polyb. V, 39.).

Macedones ut semper plurima auctoritate gaudebant (Polyb. V, 27.), ita reges aut ipsi aut tutores et ministri, si quid populo probare vellent, primum convocabant militem Macedonem prope regiam contigua tabernacula habitantem (τὰ στρατιωτικά), deinde reliqua συστήματα (Polyb. XV, 26.). Filio a rege suscepto sollemnia natalicia celebrabantur proceribus congratulantibus aliisque saepe magna dona Alexandriam mittentibus (Ioseph. Ant. Iud. XII, 4, 7.). Viguerunt sodalicia (θίασοι, σύνοδοι) non solum per provincias sed etiam inter aulicos; ex quo genere memorantur οἱ ἀμιμητόβιοι, οἱ συναποθανούμενοι, οἱ γελοιασταί (Plutarch. Anton. 28. 71. Ptolem. ap. Athen. VI, 246.). Ex reliquis sodaliciis memorabiles sunt Βασιλισταὶ n. 4893. et, ni fallor, Φιλομητόρειοι (n. 4678.), Θεσμοφόριοι (pap. Taur. XIII. vs. 5.).

Haec habui quae de rebus Macedonum praefarer inscriptionibus papyrisque adiutus hucusque editis.

CAPUT POSTERIUS.

DE REBUS ROMANORUM.

Imperium Romanorum pluribus persequendi otium nobis fecit Varges, qui de statu Aegypti provinciae Romanae docte et perspicue exposuit. Accedit quod primo et secundo post Christum natum saeculis res Aegyptiorum parum a Romanis mutatae sunt, ut ex institutis Ptolemaeorum pauca sint, quae non retenta esse iure quodam colligas. Atque in religione quidem exercenda eadem qua olim libertate fruebantur Aegyptii; cuius rei testimonio est, non solum quod templa numinum Aegyptiorum inchoata antiquitus auspiciis Imperatorum perfecta aut nova exstructa sunt, sed etiam quod hieroglyphorum usus atque intelligentia usque ad imperium Caracallae perduravit (Rosellinus Mon. stor. II. p. 455 sq.). Quid? quod indicia sunt, ex quibus colligi potest hieroglyphorum intelligentiam ne sexto quidem saeculo ineunte perditam fuisse (vide Letronn. Journ. des Sav. 1843. p. 464 sq.). Nempe nec Theodosii M. lex de templis per Aegyptum claudendis sacrificiisque prohibendis a. p. Chr. 391. data (cod. Theod. L. 11. de paganis, sacrif. et templ.) ubique pervicit, et diu cultus Isidis in insula Philis obtinuit (n. 4946.), donec paganae superstitionis reliquiae per Iustinianum circa a. p. Chr. 540. abolitae sunt (vide Letronn. Matériaux pour l'hist. du Christian. p. 85 sq.). Sed accedamus ad imaginem dominationis Romanae paucis adumbrandam, initio facto a summa rerum administratione.

1. Alexandria expugnata Kalendis Sextilibus Augusto IV. et M. Crasso Cos. a. u. c. 724. a. Chr. 30. constat senatusconsulto id honoris datum victori esse, ut mensis Sextilis in posterum Augustus appellaretur (Macrob. Sat. I, 12.), utque a die eo, quo victor urbem ingressus est, annorum computatio fieret (Dio Cass. LI, 19.). Honor mensis constitit; de iure diei fors et instituta derogarunt. Nam dies 1. mensis Augusti celebrabatur ille quidem festis anniversariis (vide Kal. Antiatin. et Eckhel. D. N. IV. p. 42.), sed quum Aegyptiis moris esset, annos principis ita computare, ut annum, quo mortuus esset decessor, etiamsi paucis diebus ante finem anni decessisset, integrum imperio novi principis adnumerarent, principio capto a primo die mensis Thoth, Cleopatra, vel initio novi anni Aegyptiaci, ut videtur, superstes effecit, ut anni Augusti non a die 1. mensis Augusti, sed a die 1. mensis Thoth, qui dies tum in diem 29. mensis Augusti incidit, computarentur (Eckhel. D. N. T. IV. p. 42 sq.), diebus ultimis anni elapsi reginae ex canone impertitis (Ideler Histor. Untersuch. üb. astron. Beob. der Alt. p. 54 sq.). Sed annos Augusti in Aegypto recens facta provincia Romani non solum a capta Alexandria supputabant, sed etiam recepto more Aegyptiorum a morte Divi Iulii, id quod ex duplici annorum designatione tituli n. 4931. 4932. demonstravit Letronnius (Journ. d. Sav. 1843. p. 326 sqq.). Quae quidem computandi ratio post a. a. Chr. 25. videtur desita usurpari, increbescente usu calendarii fixi; quod etsi unico adhuc exemplo innotuit ex titulo n. 4715. a. XXXI. Augusti posito, tamen dubium non est, quin statim post a. a. Chr. 25. introductum atque in publicis actis adhibitum sit.

Itaque Augustus, qua fuit sapientia, Aegyptum provinciam ratus vel Romae regendae necessariam non in numero reliquarum provinciarum habuit, sed, vetitis nisi permissu ingredi senatoribus aut equitibus Romanis illustribus (Tacit. Annal. II, 59.), interdictoque, ne Aegyptii in senatum Romanum legerentur (Dio Cass. LI, 17.), seposuit et domi retinuit, atque uni ex equitibus, qui fere ipsi addictissimus esset, administrandam permisit (Tacit. Hist. I, 11.). Qua re cavit, quod etiam Divus Iulius veritus est, ne quandoque violentiorem praesidem nacta provincia novarum rerum materia esset (Sueton. Iul. Caes. 35.), simulque consuluit Aegyptiorum superstitioni regio imperio assuetorum. Quippe magistratus Aegypto administrandae praepositus ad similitudinem ille quidem proconsulis accessit (L. I. Digest. I. tit. 37. de offic. praef. Aeg.); sed, quo species potestatis regiae servaretur (Tacit. Hist. I, 11. Strab. XVII, 797.), Augustus apud eum magistratum lege agi decretaque eius perinde haberi iussit ac si magistratus Romani constituissent (Tacit. Annal. XII, 60.). Unde si cui dignitate inferior visus est ceteris provinciarum rectoribus (Rudorff. in Mus. Rhen. II, 1. 1828. p. 73.), erunt, qui id speciosius quam verius esse arbitrentur (conf. Varges l. c. p. 27.), non immemores Neronem, quum se in angustias redactum a Galba vidisset, de Aegypti praefectura cogitasse (Sueton. Ner. 47.). Sed Augusti institutum mox etiam vaticinii corroboravit auctoritas, ex quo Aegyptus praedicabatur libera futura, quum in eam venissent Romani fasces et praetexta Romana (vide Varges l. c. p. 26.).

Eligebantur igitur magistratus illi ex equitibus Romanis iisque Imperatori deditissimis quacunque praefectura perfunctis (conf. Letronn. La stat. voc. de Memn. p. 186.). Sed dignitate equestri mature cum libertinis communicata (vide Marquardt de equit. Rom. p. 92.) factum est, ut ad illum magistatum obeundum accederent etiam liberti Caesaris et scribae ἐξ ἀποῤῥήτων, uti Tiberio imperante Severus quidam, Hadriano Heliodorus. Et quemadmodum lex Augusti primum migrata a Germanico vel insequenti tempore negligebatur (conf. Zoega N. Reg. p. 316. not.), ita acciderit nonnunquam, ut, qui praeessent Aegypto, dignitate senatoria ornarentur. Certe praefectos praetorio, quae item equestris erat dignitas, Alexander Severus iussit esse dignitate senatoria, ut clarissimi et essent et dicerentur (vide Ael. Lamprid. in Alex. Sev. 21.). Quod qui me monuit Augustus W. Zumptius, ei videtur valde dubium esse exemplum, quo Zoega N. Reg. p. 258. not. et p. 316. not. demonstratum ivit, senatorem Aegypto praefuisse.

Nomen magistratui *Praefectus Aegypti* (Tacit. Hist. II, 74. Sueton. Vesp. 6. Inscr. Latt.), seriore aevo *Praefectus Augustalis* s. *Augustalis* simpliciter (iam a. p. Chr. 382. vide cod. Theod. l. 37. de cursu publico; l. 190. 192. de decurionibus); Graece aut ἔπαρχος Αἰγύπτου aut ἡγεμὼν testantibus titulis superstitibus, et citra formulam sollemnem ἄρχων Αἰγύπτου (Dio Cass. LIII, 29. LIV, 19. LXIII, 18. LXXI, 28.), ἐπίτροπος Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς χώρας (Philo adv. Flacc. p. 965.), quo modo etiam alias praefecti Aegypti a scriptoribus appellantur, ut Ammiano Marcellino Cornelius Gallus, Suetonio Caecina Tuscus procurator est; ὕπαρχος Αἰγύπτου (Aristid. II. p. 339. Iebb. Arrian. Exped. Alex. III, 5, 10.), nisi in his mutanda forma est in ἔπαρχος; quamquam seriore aevo formae ἔπαρχος et ὕπαρχος promiscue usurpatae videntur.

Itaque praefecto Aegypti sors in aemulationem regum composita, adiunctis libertis Caesaris, qui quum ei simul a consiliis fuisse videantur, unde unus ex iis interdum vicem gerere praefecti absentis poterat, tum inprimis in administratione vectigalium versabantur (Strab. XVII, 797.). Sedes, ut olim regum, ita praefecti Alexandria; inde praefectus haud raro cum amicis sacerdotibusque (Strab. II, 118. XVII, 806. 815. 817.) itinera per provinciam suscipiebat (n. 4699. vs. 23.), paratis Schediae navibus cubiculatis (θαλαμηγοῖς Strab. l. c. p. 800. cf. Appian. Praef. et Schmidt opusc. p. 147.), excepto tempore crescentis Nili, quo navigare praefectis iuxta ac regibus nefas ducebatur (Plin. Hist. Nat. V, 9.). Ceterum suo arbitrio gubernabat provinciam, nisi quod in rebus gravioribus praesertim ad munera publica et vectigalia aut augenda aut remittenda pertinentibus Caesaris voluntatem quaerere (cf. n. 4957. vs. 63

sq.) reversusque Romam, posteaquam successori Alexandriam ingresso tradidisset provinciam (cf. IV. 1.), rerum gestarum rationem reddere tenebatur (Philo adv. Flacc. p. 980.). Praefectorum edicta (διατάγματα, προστάγματα) duo supersunt universae provinciae tanquam leges proposita n. 4956. 4957.

Primus praefectus Aegypti fuit

Cornelius Gallus a. u. 724-728. a. Chr. 30-26. (cf. Heyne ad Virgil. vit. a. u. 728.) non ignobilis ille Musarum antistes (Virgil. Ecl. VI. X. prooem. cf. Weichert Imp. Caes. Aug. script. p. 56.), qui et in expugnanda Aegypto (Dio Cass. LI, 9. Plutarch. Anton. p. 952.) et postea in opprimendis rebellibus fortem se praestitit (Strab. XVII, 819.), sed idem quum ferre fortunam modeste non posset (Dio Cass. LII, 23. Ovid. Trist. II, 445. cf. Ammian. Marcell. XVII, 4.), mox Caesaris iram sibi conflavit, deinde gliscente invidia quum in eo esset, ut privatus bonis suis in exilium mitteretur, mortem sibi conscivit (Suet. Aug. 66. Dio Cass. LIII, 23. cf. Becker Gall. I. p. 49 sqq. Voelker de C. Galli vit. et script. Bonn. 1840.). Ei successit

C. Petronius, vir strenuus et expeditione contra Aethiopes feliciter gesta clarus (Strabo XVII, 819. 820. 821. Dio Cass. LIV, 5.) nec minus laudatus in rerum administratione (Strabo l. c. 788. conf. Labus di un' epigrafe latina cet. 1826. p. 58.). Hunc excepit

Aelius Gallus, quocum Strabo a. u. 734. a. Chr. 20. vel 19. Aegyptum peragravit (Strab. II, 118. conf. Letronn. La stat. voc. de Memn. p. 21. not.). Idem ante quam praefecturam accepit, a. u. 730. a. Chr. 24. Caesaris auspiciis (Horat. Carm. I, 35. 31.) expeditionem in Arabiam susceperat infelici successu (Strab. XVI, 780. XVII, 819. Dio Cass. LIII, 29. cf. Labus l. c. p. 60. Varges l. c. p. 10. not. 16.).

Qui deinceps Augusto imperante praefecti in Aegyptum missi sunt, ex iis innotuerunt:

Turranius (n. 4923.), qui quum aut a. u. 738. a. Chr. 16. aut a. u. 743. a. Chr. 11. Aegypto praefuerit, Labus l. c. p. 61. et Letronnius suspicantur C. Turranium fuisse, eundemque quem sub obitum Augusti praefectum annonae fuisse refert Tacitus Annal. I, 7. Coniicit praeterea Letronnius eum Turranii Nigri filium esse, cui Nigro Varro dedicavit librum de agricultura compositum. Sed res ad liquidum perduci vix potest memorante etiam Cicerone (Philipp. III, 10.) M. Turranium quendam.

Publius Octavius a. u. c. 754. a. Chr. 1. (n. 4715.), quem M. Octavii, qui in pugna Actiaca classi M. Antonii praefuit, filium fuisse coniecit Letronnius.

Aquila incerti anni (Ioseph. Ant. Iud. XIX, 5, 2.).

Manius Maximus incerti anni (Philo adv. Flacc. p. 975.), fortasse idem, cuius mentionem faciunt Plinius H. N. XXXVI, 14. et Capito in decreto n. 4956. vs. 27. Labus quidem l. c. p. 91. Maximum praefectum a Plinio memoratum ad Titi Imp. tempora detrudit.

Praefectorum Tiberio imperante Aegyptum obtinentium recensum accurate egit Letronnius (Recueil cet. I. p. 234 sqq.). Primus fuit

Aemilius Rectus a. u. 767. p. Chr. 14. fortasse is ab Augusto missus (Dio Cass. LVII, 10. Sueton Tib. 32.). Praenomen Marci Labus l. c. p. 64 sq. ei tribuit ex inscriptione Latina ap. Murat. p. MXCVI. 1. in memoriam L. Aemilii M. f. M. nep. Recto posita. Ei mox successit

Seius Strabo (Dio Cass. LVII, 19.), princeps equestris ordinis (Vell. Paterc. II, 127.), pater celebris Seiani. Videtur is paucos tantum menses obtinuisse imperium. Nam qui huic successit Vitrasius Pollio quum a locuplete teste dicatur annos sedecim Aegypto praefuisse (Seneca Cons. ad Helv. XVII, 4.), mortuus esse a. u. c. 785. p. Chr. 32. (Dio Cass. LVIII, 10.), apparet eum incipiente Tiberio ingressum provinciam esse (conf. n. 4963.). Iam annum primum praefecturae Vitrasii Pollionis in annum II. Tiberii Imp. incidisse Letronnius demonstravit ex eo, quod eius praefecturam per alium praefectum interruptam exhibet titulus n. 4711. quippe ex quo Gaius Galerius, qui haud scio an idem sit Galerius memoratus a Plinio H. N. XIX. prooem., a. IX. Tiberii Aegyptum obtinuit, qui annus proximus est ante annum VII. praefecturae Pollionis; siquidem annus XX. Tiberii Imp. Vitrasio praefecturae XVI. vitae ultimus fuit. Post Vitrasium Pollionem Avillius Flaccus (n. 4716. 4957. vs. 27.), contra quem Philo Iudaeus librum scripsit etiam nunc superstitem, Aegypto praefuit annos sex, quinque imperante Tiberio, unum incipiente Caligula (Philo adv. Flacc. p. 966.). Quinque anni ultimi Tiberii Imp. ex computatione Aegyptiorum sunt anni XX-XXIV, cuius initium est dies XXIX. mensis Augusti a. u. c. 789. Itaque Avillius Flaccus in Aegyptum venit a. u. c. 785. p. Chr. 32. Iam hic successisse dicitur Ti. Iulio Severo (Philo l. c. p. 965.), qui quum dubitari non possit quin idem nomine depravato commemoretur a Dione Cass. LVIII, 19. simul intelligimus eum libertum Caesaris fuisse brevissimumque tempus vicem gessisse praefecti, ut nihil obstet, quo minus Flaccum Severo putemus eodem anno successisse, quo mortuus est Vitrasius Pollio, i. e. anno XX Tiberii Imp. a. u. 785. Itaque post Aemilium Rectum Seiumque Strabonem praefecti Aegypti hi fuerunt:

Vitrasius Pollio a. u. c. 768-773. p. Chr. 15-20.
Gaius Galerius a. u. c. 774. p. Chr. 21.
Vitrasius Pollio a. u. c. 775-785. p. Chr. 22-32.
Ti. Iulius Severus a. u. c. 785. p. Chr. 32.
Avillius Flaccus a. u. c. 785-789. p. Chr. 32-36.

Gaio Caligula imperante:

Avillius Flaccus a. u. c. 790. p. Chr. 37. (Philo l. c. p. 966.), qui iussu Caesaris in insulam Andrum transportatus ibique interfectus est. Ei qui successerit, non constat. Memoratur Naevius Sertorius Macro (Dio Cass. LIX, 10. conf. Labus l. c.

p. 69.), qui tamen quum praefectus designatus Romae ad mortem sibi consciscendam pulsus dicatur, dubium esse potest, an provinciam intraverit (cf. Varges. l. c. p. 11.).

Claudio imperante:

C. Iulius Postumus a. u. c. 800. p. Chr. 47. ex titulo Lat. ap. Orell. Collect. inscr. latt. n. 709. (cf. Labus l. c. p. 71.). Idem memoratur n. 4957. vs. 27. De hoc missum facio quod commentus est Rudorffius (Mus. Rhen. II, 2. 1828. p. 175.).

Cnaeus Vergilius Capito a. u. c. 802. p. Chr. 49. ex decreto n. 4956.

M. Metius Modestus coniiciente Labo l. c. p. 78. ex inscriptione Lat. ap. Murat. p. MCCCCLXVII. 1. et ex testimonio Suidae (v. Ἐπαφρόδιτος), qui M. Metium Epaphroditum, Grammaticum Nerone imperante clarum, refert libertum Modesti praefecti Aegypti fuisse.

Nerone imperante:

Ti. Claudius Balbillus missus a. u. c. 809. p. Chr. 56. (Tacit. Annal. XIII, 22. ubi pro *C. Balbillo* legendum esse *Ti. Balbillo* monet Labus l. c. p. 80.). Celebratur a Seneca Quaest. nat. IV, 2, 12. et titulo n. 4699. Memoratur etiam Plinio H. N. XIX. prooem. et in titulo n. 4957. vs. 28. Quodsi Balbillus idem intelligendus est n. 4730. ubi epitheton σοφὸς sane optime convenit cum iis, quae de Balbillo nostro praedicat Seneca, indicium erit eum originem a stirpe regia duxisse.

Vestinus, quem post Balbillum fuisse prodit collocatio verborum n. 4957. vs. 28. καὶ Βάλβιλλος καὶ Οὐηστεῖνος. Atque ita posuit etiam Labus l. c. p. 81. qui Lucium Iulium Vestinum, cuius servus librarius memoratur in inscriptione Lat. ap. Fabrett. IV, 73., eundem putat esse nostrum Vestinum, filium Vestini illius, cuius mentio fit in Claudii oratione ap. Gruter. p. DII. Rudorffius vero (Mus. Rhen. II, 2. 1828. p. 175. not. 5.), tempora et ordinem verborum invertens Vestinum ipsum illum L. Vestinum in Claudii oratione memoratum et ap. Tacit. Hist. IV, 53. suspicatur esse. Pro Attico Vestino, qui consul fuit a. u. c. 818. p. Chr. 65. habet Seguierus in schedis a Letronnio missis. Hoc improbabile, illa incerta.

Caecina Tuscus, quem, quum praeesset Aegypto, a. u. c. 820. p. Chr. 67. relegavit Nero (Dio Cass. LXIII, 18. Sueton. Ner. 35. Tacit. Annal. XIII, 20. Hist. III, 38. cf. Labus l. c. p. 83.). Huic successit

Ti. Iulius Alexander, filius Alexandri Alabarchae Alexandrini (Ioseph. Ant. Iud. XX, 3.), fratris Philonis, cuius scripta extant (Ioseph. l. c. XVIII, 10.), Iudaeus natione sed religionis desertor (Ioseph. l. c. XX, 5.) et Iudaeorum inimicus (Ioseph. bell. Iud. II, 18.), in ordinem equestrem adlectus, a. u. c. 799. p. Chr. 46. Procurator Iudaeae, a. u. c. 816. p. Chr. 63. in castris Corbulonis minister bello contra Parthos datus a Nerone (Tacit. Annal. XV, 28.), mox, ut videtur, a. u. c. 820. p. Chr. 67. ab eodem Imperatore in Aegyptum missus (cf. Tacit. Hist. I, 11.). Eius edictum a. u. c. 821. p. Chr. 68. extat n. 4957. datum illud XXVII diebus post Galbam Imperatorem declaratum; quem ex navi Alexandrina a Suetonio Galb. 10. memorata coniecerit aliquis ab Iulio Alexandro adiutum fuisse ad imperium adipiscendum; siquidem idem Alexander mox etiam Vespasiano ad imperium aspiranti consilia sociavit (Tacit. Hist. II, 79. cf. Sueton. Vespas. 6.). In quo non audiendus Iosephus (Bell. Iud. IV, 10, 37.), qui eum hoc fecisse refert postquam per epistolam a Vespasiano iam principe a suis salutato esset admonitus. Hinc, ut par erat, Flavii eum coluerunt (Ioseph. l. c. IV, 10, 6. V, 1.). Alexandro successit

Vespasiano imperante:

Ti. Iulius Lupus (Ioseph. Bell. Iud. VII, 10, 4.), qui a. u. c. 824 vel 825. p. Chr. 71 vel 72. Memnoni colosso titulum Latinum inscripsit (Letronn. La stat. voc. de Memn. p. 121.), paulo post mortuus in ipsa praefectura (Plin. H. N. XIX, 1, 2.). Ad hunc Lupum Labus l. c. p. 88. rettulit inscriptionem manifesto Aegyptiacam ap. Murator. T. I. p. CDLXXXVIII. 3. „Romae ex schedis Farnesiis":

ΕΠΙΛΟΥΠΩΙΕΠΑΡΧΩΙ
ΑΙΓΥΠΤΟΥΔΙΑΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ
ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΟΣ

quam inscriptionem ad M. Rutilium Lupum Traiano imperante praefectum Aegypti trahit Letronnius. Vide ad n. 4713. *d.*

Paulinus (Ioseph. l. c. cf. Labus l. c. p. 90. 91. qu Valerium Paulinum esse statuit a Tacito Hist. III, 42. 43. memoratum).

Domitiano imperante:

C. Laelius Africanus, quem, quum antea praefectus annonae fuisset, a. u. c. 835. p. Chr. 82. Aegypto praefuisse titulus Latinus Memnoni colosso incisus prodidit (Labus l. c. p. 92 sq. Letronn. La stat. voc. de Memn. p. 131.).

T. Petronius Secundus a. u. c. 848. p. Chr. 95. ut docet titulus n. 4720. cf. Labus l. c. p. 95.

Metius Rufus coniiciente Labo l. c. p. 95. ex loco Suetonii in vita Domit. 4. „Auditus est certe, dum ex eo quaerit, ecquid sciret, cur sibi visum esset, ordinatione proxima Aegypto praeficere Metium Rufum." Idem Labus imperio Domitiani addit C. Septimium Vegetum memoratum in honesta missione a Domitiano a. u. c. 839. p. Chr. 86. concessa militibus, qui in Aegypto sub C. Septimio Vegeto et Claudio Clemente praefecto classis stipendia fecerunt (Marinus Fratr. Arv. p. 456.), qui tamen Vegetus videtur praef. leg. fuisse; atque imperio Nervae de coniectura non magis assensum latura tribuit L. Baebium Cominium Minicianum in titulo ementito ap. Murat. p. MCXII. 6. memoratum.

Traiano imperante:

Pompeius Planta incipiente Traiano (Plin. Epist. X, 5. cf. Labus l. c. p. 97.)

C. Vibius Maximus, qui a. u. c. 857. p. Chr. 104. Memnoni colosso titulum Latinum inscripsit (Labus l. c. p. 98. Letronn. l. c. p. 134.). Cf. ad n. 4714.

C. Minicius Italus, qui pluribus muneribus functus, in his etiam praefectura annonae, a. u. c. 858. p. Chr. 105. insigni titulo Latino honoratur ap. Orell. Coll. inscr. Latt. n. 3651. cf. Marinus Fratr. Arv. I. p. 5. Labus l. c. p. 98 sq.

Sulpicius Simius a. u. c. 862. p. Chr. 109. ex titulo n. 4713. *c.* Nomen Simii contra Labum, qui l. c. p. 100. Similem restitutum ivit, merito tuetur Letronnius (Recueil cet. I. p. 421.) nixus fide G. Wilkinsoni, cuius apographa diligentissime confecta sunt.

M. Rutilius Lupus a. u. c. 869. p. Chr. 116. ex titulo n. 4948. cf. n. 4843. et ad n. 4713. *d.* Memoratur etiam Eusebio Hist. eccles. IV, 2. p. 141. quem affert Labus l. c. p. 103. Huic successit

Marcius Turbo, qui animum Iudaeorum a Lupo exasperatum compescuit (Letronn. Recueil cet. I. p. 121. 164.), mox ab Hadriano Daciae praepositus titulo Aegyptiacae praefecturae (Dio Cass. LXIX, 18. Spartian. Hadr. 7. Corn. Fronto. p. 6. ed. Berol.) et praefectus praetorio factus, ut docet lapis ap. Maffeium Mus. Veron. p. 242. 4., ubi Q. Marcius Turbo Fronto Publicius Severus audit (conf. Labus l. c. p. 104.). Monet Augustus Wilhelmus Zumptius nusquam proditum esse Marcium Turbonem ut praefectum missum fuisse in Aegyptum. At tamen colligi id potest ex titulo Aegyptiacae praefecturae ab Hadriano ei concesso.

Hadriano imperante:

Rhammius Martialis, fortasse iam a Traiano suffectus Marcio Turboni; certe octo mensibus et tredecim diebus post Hadrianum Imperatorem declaratum apparet praefectus in titulis n. 4713. 4713. *f.* Fuisse eum Q. Rhammium Martialem a. u. c. 864. p. Chr. 111. praefectum legioni suspicatur Letronnius (Recueil cet. I. p. 165.). Videtur, ut Marcius Turbo, praecipue ob turbas in Aegypto excitatas eo missus esse. Successit mox

T. Haterius Nepos, qui se praefectum Aegypti profitetur a. u. c. 874. p. Chr. 121. in titulo Latino Memnoni colosso inscripto (Labus l. c. p. 107 sq. Letronn. La stat. voc. de Memn. p. 134.).

T. Flavius Titianus a. u. c. 879. p. Chr. 126. ex titulo Latino Memnoni colosso inscripto (Labus l. c. p. 108. Letronn. l. c. p. 147.).

Petronius Mamertinus a. u. c. 887. p. Chr. 134. restituto nomine in titulo Latino Memnoni colosso inciso ap. Letronn. l. c. p. 185. memoratus etiam in titulo Latino Nubiensi ap. Niebuhr. Inscr. Nub. p. 24. mox praefectus praetorio, ut docet titulus ap. Fabrett. III. n. 68. ex a. u. c. 893. p. Chr. 140. (cf. Labus l. c. p. 110. et Letronn. l. c. p. 186.)

Antonino Pio imperante:

Avidius Heliodorus, qui Hadriano ab epistolis erat vel circa a. u. c. 873-875. p. Chr. 120-122. (Dio Cass. LXIX, 3. conf. Tillemont Hist. Imp. II. p. 258.); videturque Hadriano etiam tum vivo in Aegyptum missus; nec dissimile veri eum Petronii Mamertini successorem fuisse. Comparet primum a. u. c. 893. p. Chr. 140. in titulo n. 4955. Rhetorem illum celebrem fuisse Valesius et Reimarus agnoverunt. Et monuit Letronnius (Rech. cet. p. 249. Recueil cet. I. p. 129 sqq.) filium eius esse Avidium Cassium suspectum illum Antonino Imperatori, neque huic per matrem praenomen Avidii inditum, ut Vulcatius Gallicanus (inter script. hist. Aug.) dicere videtur, sed per patrem. Et Heliodoro quidem tenente provinciam constat Aristidem celebrem rhetorem in Aegypto peregrinatum esse (conf. n. 4679.), quem quum vulgo putarent annis p. Chr. 129-189. vixisse, Letronnius l. c. demonstravit vixisse a. p. Chr. 117-187. In quo quum alia congessit pari eloquentia et sagacitate, tum loco Malalae allato probabile reddidit Heliodorum circa a. p. Chr. 147 vel 148. decessisse provincia. Quippe circa a. p. Chr. 148. consentaneum esse Aegypto praefuisse Dinarchum, quem seditione exorta interemptum esse refert Malala (Chronolog. XI. p. 367. cf. Labus l. c. p. 114.). Ex quo sequitur, si Heliodorus a. 136 vel 137. provinciam sortitus putetur, eum certe non multo amplius x annos praefuisse Aegypto. Cui rei succurrit etiam ea argumentatio, qua Letronnius probatum ivit Avidium Cassium, filium Heliodori, coeptum esse suspectum haberi a. p. Chr. 145-148.

Dinarchus circa a. u. c. 901. p. Chr. 148. memoratus a Malala l. c. ubi ex more scribentis Augustalis dicitur. Cf. quae paulo ante dicta sunt ad Heliodorum.

Felix circa a. u. c. 903. p. Chr. 150. S. Iustinus Martyr Apolog. c. 29. T. I. p. 6. ed. 1742. Conf. Labus l. c. p. 115.

Lucius - - - quidam praefectus Aegypti memoratur in titulo n. 4863. aetate Antonini Pii posito. Huic aetati ex Capitolino (M. Antonin. c. 14.) Lucium Fuvium Victorinum tribuit Labus l. c. p. 116. argumento infirmo nixus falsusque etiam in eo, quod hominem Fuvium appellavit, quum memoretur Furius Victorinus.

M. Aurelio et L. Vero imperantibus:

M. Basseus Rufus circa a. u. c. 914-919. p. Chr. 161-166. teste inscriptione Latina ap. Gruter. p. CCCLXXV. 1. quam cum apographo cod. Vat. n. 5253. p. 181. collatam repetiit Labus l. c. p. 118. Fuit is circa a. u. c. 924. praefectus praetorio.

Flavius Titianus a. u. c. 919. p. Chr. 166. ex titulo n. 4701. Cognominem praefectum habuimus Hadriano imperante. Quodsi praefectus Aegypti fuit Flavius Titianus commemoratus a Dione Cass. LXXVII, 21. ex a. u. c. 968 vel 969. p. Chr. 215 vel 216. statuendum inter a. p. Chr. 166-216. tres fuisse praefectos cognomines. Coniicitque Letronnius fuisse eos videri ex eadem familia fortasse coniuncta illa cum Flavia Titiana, Pertinacis uxore (Iul. Capitol. vit. Pert. 5.). Extant tituli in honorem T. Flavii T. f. Quir. Titiani proc. Aug. provinciarum Belgicae et Aquitanicae, proc. patrimoni (Murat. p. DCCCCXVII. 9.) et T. Flavii Titiani Leg. Augg. nn. (i. e. M. Aurelii et L. Veri), Pro praet. cl. v. Procons. prov. Africae, Praesidis prov.

Hisp. citerioris (Gruter. p. ccccxiii. 1.) positi, quos honores ad Flavium Titianum a. p. Chr. 166. praefectum Aegypti rettulit Labus l. c. p. 120 sq. parum consulte statuens procuratorem eundem proconsulem Africae fuisse aliosque honores senatorios gessisse. Ceterum T. Flavium Titianum proconsulem a Luciano (quomodo scrib. hist. sit) nominari in iis, qui bellum Parthicum confecerint, monet Aug. W. Zumptius.

Flavius Calvisius secundum Dion. Cass. LXXI, 28.

Avidius Maecianus, Avidii Cassii filius, Avidii Heliodori nepos, cui a. u. c. 928. p. Chr. 175. Alexandria commissa erat (Iul. Capitol. vit. M. Anton. 25.), quo munere quum per breve tempus functus sit a patre Avidio Cassio ei imposito, sponte patet eum in praefectis Aegypti haberi non posse, ut putavit Labus l. c. p. 122., nedum iuridicum Aegypti fuisse, ut suspicatus est Dirksenius de script. Aug. p. 110.

T. Pactumeius Magnus inter a. u. c. 931-933. p. Chr. 178-180. ex titulo n. 4704. qui a. u. c. 936. p. Chr. 183. (Marinus Fratr. Arv. p. 400.) consul suffectus fuit. Cf. Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1845. p. 30.

M. Petronius Honoratus coniiciente Labo l. c. p. 123 sq. ex inscriptione Latina ap. Reinesium Cl. VI. n. 123. et ap. Donium Cl. VI. n. 17. collata cum titulo extante in cod. Vat. Manut. n. 6035. qui positus est M.PETRONIO.M.F.QVIR.HONORATO. PRAEF.COH.I.RAET.TRIB.MIL.LEG.I.MINER. P.F.PRAEF.ALAE.AVG.II.T.PROC.MONETAE. PROC.XX.H.PROC.PROV.BELG.ET.DVARVM. GERMANIAR.PROC.A.RATIO.AVG.PRAEF.ANNONAE.PRAEF.AEGYPTI.PONTIF.MINORI.

Commodo imperante:

P. Alanius Flavianus inter a. u. c. 933-936. p. Chr. 180-183. ex titulo n. 4683.

M. Aurelius Papirius Dionysius, qui Commodo iubente exstinctus traditur (Dio Cass. LXXII, 14.). Celebratur titulo Graeco ap. Marinum Fratr. Arv. p. 798. cuius initium est: Μ.ΑΥΡΗΛΙΟΝΠΑΠΙΡΙΟΝ ΔΙΟΝΥϹΙΟΝ ΤΟΝ ΚΡΑΤΙϹΤΟΝ ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΟΤΑΤΟΝ ΕΠΑΡΧΟΝ ΑΙΓΥΠΤ[ΟΥ] ΚΑΙ ΕΠΑΡΧΟΝ ΕΥΘΕΝΙΑϹ cet. Hic quum praefectura annonae fungens a. u. c. 942. p. Chr. 189. (Dio Cass. l. c.) dicatur inimicus fuisse Cleandro praefecto praetorio, videndum ne ad eum pertineant verba Aeliani a Suida v. ἐλοιδόρησε relata: *ὁ δὲ Κλέανδρος ἐλοιδόρησε - - - τὸν ὕπατον τῆς ἐν Αἰγύπτῳ ἀρχῆς κωμῳδῶν* (fortasse *τὸν ἔπαρχον τῆς Αἰγύπτου παρὰ Κομμόδῳ*) *καὶ παραλύει αὐτὸν τῆς ἀρχῆς οὐδὲν ἀδικοῦντα.* Certe non obstat, quod Dionysius per Commodum sublatus traditur. Alium verbis illis anonymum praefectum huius aetatis intelligendum putavit Labus l. c. p. 130.

L. Septimio Severo imperante:

M. Ulpius Primianus a. u. c. 947. p. Chr. 194. ex titulo Latino Memnoni colosso inscripto (vide Labus l. c. p. 135. Letronn. La stat. voc. de Memn. p. 197.). Memoratur etiam n. 4863. Sed ante Primianum a. p. Chr. 193. alium anonymum fuisse praefectum Aegypti, qui a partibus Pescennii stetisset, probabiliter coniecit Labus l. c. p. 134.

Metius Laetus a. u. c. 955. p. Chr. 202. (Euseb. Hist. eccl. VI, 2.), qui coniiciente Labo l. c. p. 139. ex lapide ap. Boldett. Cimit. p. 442. et ap. Murator. p. cccli. 1. a. u. c. 958. p. Chr. 205. praefectus praetorio fuit. Idem suspicatur ad eundem Laetum legem Imp. datam esse cod. Iust. II. tit. 12. 9.

Atianus Aquila a. u. c. 957. p. Chr. 204. (Euseb. Hist. eccl. VI, 3. Tillemont Hist. Imp. III. p. 99.). Memoratur etiam in titulo Latino Syenae reperto ap. Letronn. Recueil cet. I. p. 446. cf. Labus l. c. p. 33.

Caracalla imperante:

Flavius Titianus a. u. c. 968 vel 969. p. Chr. 215 vel 216. ex Dione Cass. LXXVII, 21. qui eum ἐπίτροπον appellat, ni fallor, haud secus ac Caecina Tuscus apud Suetonium, Cornelius Gallus apud Ammianum Marcellinum procurator audit. Ceterum vide quae ad cognominem praefectum sub M. Aurelio et L. Vero monuimus.

Iulianus, coniiciente Aug. W. Zumptio ex Dione Cassio LXXVIII, 35. A Macrino factus est praefectus praetorio. Vide Reimar. ad Dion. Cass. LXXVIII, 32.

Macrino imperante:

Basilianus a Macrino constitutus, adiuncto Mario Secundo Phoenices praeside, teste Dione Cass. LXXVIII, 35.

Severo Alexandro imperante:

Maevius Honorianus a. u. c. 985. p. Chr. 232. ex titulo n. 4705.

Diocletiano imperante:

Pompeius circa a. u. c. 1055. p. Chr. 302. ex titulo n. 4681.

Reliquos praefectos Aegypti vide IV. 1.

II. Ad coercendam provinciam imperio praefecti ab Augusto subditae sunt legiones tres, cohortes c. R. novem, alae equitum tres. Legionum una Alexandriae agebat, cuius legatum praetorium (στρατάρχην) memorat Philo adv. Flacc. p. 981., altera Babylone, oppido in confiniis inferioris et mediae Aegypti sito (Strab. XVII, 797. 807.); de sede tertiae legionis non constat; nisi forte pars eius praesidii loco unum ex deversoriis in via Copto Berenicen versus ducente etiam tum obtinuisse putanda est; quo pertinere videtur praefectus montis Berenicidis in titulo Latino ad Memnonem colossum posito memoratus (vide Letronn. La stat. voc. de Memn. p. 125. cf. Varges l. c. p. 68.). Cohortium tres Alexandriae, tres in confiniis Aethiopiae, tres per reliquam Aegyptum agebant. Similiterque tres per provinciam equitum alae idoneis locis dispositae erant (Strab. XVII, 797. 807.). Praeterea exstructa classis Alexandrina (conf. III. 4.), cuius praefecti hinc inde nominantur, ut in honesta missione a Domitiano concessa militibus, qui in Aegypto sub C. Septimio Vegeto et Claudio Clemente praefecto classis stipendia fecerunt (Marinus Fratr. Arv. p. 456.). Quae classis videndum ne quando Augusta IV. vocata sit, ut colligi potest ex titulo La-

tino Memnoni colosso inciso a Q. Marcio Hermogene praefecto classis Aug. IV. (vide Letronn. l. c. p. 182.).

Romanis, Cyrenaica Cretae insulae administrationi adiecta, Aegyptus occidentem versus usque ad Catabathmum patebat (Strab. XVII, 798.). Supra Oasis maior et minor terminabant provinciam. Meridiem versus Elephantine et Syene claustra imperii (Tacit. Annal. II, 61.), nisi quod aliquando praesidia ultra Aethiopiae limites extendebantur, domita Nubia inferiore. Satis constat Diocletianum hoc tractu cessisse rebellantibus et in insulam Elephantinen reduxisse praesidia (vide ad n. 4946.). Orientem versus sinus Arabicus et collis Cassius claudebant provinciam.

Sed copiarum nec numerus nec forma omnibus temporibus eadem fuit. Duas tantum legiones in Aegyptum imperantibus Tiberio, Nerone, Vespasiano missas esse memoriae proditum est (Tacit. Annal. IV, 5. Hist. II, 6. Ioseph. Bell. Iud. II, 16, 4.). Nec cohortes semper Romanae, sed etiam peregrinis compositae equitatae (cf. Le Beau Mém. de l'Acad. d. Inscr. T. XXIX. p. 414-417.), quarum tamen tribunus Romanus erat. Duae legiones istae fuerunt legio III. Cyrenaica (n. 5101. cf. Dio Cass. LV, 23. et titulum Latinum ad Memnonem positum ap. Letronn. l. c. p. 128.) et legio XXII. Deiotariana. Legio III. Cyrenaica primis post Augustum Imperatoribus in Aegypto superiore agebat. Pro ea in titulo Latino Nerone imperante posito (ap. Letronn. l. c. p. 119. cf. p. 258.) memoratur legio XII. Fulminata (κεραυνοφόρος Dio Cass. LV, 23.) in tempus, ut videtur, translata ex Cappadocia. Certe Titus tertianos et duoetvicesimanos Alexandria arcessivit ad Iudaeam perdomandam (Tacit. Hist. V, 1. Ioseph. Bell. Iud. V, 1, 6.), atque legionis III. Cyrenaicae etiam in titulo Vespasiano imperante posito mentio fit (vide Letronn. l. c. p. 127.). Hinc videndum ne in titulo Latino Hadriani aetate posito a Letronnio l. c. p. 148. falso propositum sit LEG.XII_F(VLMINATAE) ubi potius LEG.II.TR.F. legendum videbitur consideranti quae deinceps dicturi sumus. Quippe legioni XXII., cuius crebra in titulis aetate Neronis et Domitiani positis mentio (vide Letronn. l. c. p. 119. 131. 236 sq. cf. infra n. 5088.), mox ab Imperatore Traiano legio II. Traiana fortis (λεγ. β̄ Τραϊανὴ ἰσχυρὰ Dio Cass. XL, 24. Borghesi sulle Iscrizioni Romane del Reno e sulle legioni etc. Roma 1839. p. 47.) substituta comparet vel a. IX. Traiani in titulo Latino ap. Viduam (vide Letronn. Analyse critique cet. p. 13.), eamque non solum Hadriani et Antoninorum aetate (n. 4766. 4768.) sed etiam seriore aevo videmus perstitisse, quo partim Apollonopoli magna, partim Parembolae agebat (Notit. dignit. p. 69. 75. ed. Böcking.). Itaque probabile est ante a. IX. Traiani alio missam esse legionem XXII. de cuius exitio vide quae coniicit Borghes. l. l. p. 48. Sed ut legio XII. Fulminata in tempus ex Cappadocia arcessita est, ita etiam legionem XV. Apollinarem indidem (Dio Cass. LV, 23.) a Traiano repetitam comperimus ex titulo Latino in monte Claudiano reperto (ap. Letronn. Recueil cet. I. p. 429. cf. ad n. 4713. *f.*) fortasse in locum legionis III. Cyrenaicae, quam idem in Arabiam transtulit. Plures legiones in Aegypto degebant exeunte saeculo IV., ut legio V. Macedonica, XIII. Gemina, III. Diocletiana Thebaeorum, II. Traiana, II. Flavia Constantia Thebaeorum, I. Valentiniana, II. Valentiniana, I. Maximiana (Notit. dignit. p. 67 sq. 75. ed. Böcking.); quo pertinere videtur etiam τὸ ιϑ̄ τάγμα Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως n. 4693. Cohors nescio quae ex aetate Tiberii Imperatoris memoratur in titulo Nubiensi n. 5104. Habetur cohors Hispanorum, quae Domitiano imperante in Nubia agebat (n. 5043. 5046. 5047.); pro qua ala Hispanorum memoratur in Notit. dignit. p. 75. (ed. Böcking.); cohors I. Flavia Cilicum equitata Hadriani aetate in monte Claudiano posita (n. 4713. *f.*); cohors II. Ituraeorum Felix Hadriani et Antoninorum aetate in Nubia agens (n. 5081. 5050. 5110.), exeunte IV. saeculo in media Aegypto (Notit. dignit. p. 69. ed. Böcking.); cohors I. Thebaeorum item agens in Nubia (n. 5052. 5053. 5054. conf. n. 5117.); cohors Alexandrina praetoria in titulo ap. Gruter. p. CCCLXXXIX. aetate Claudii Gothici posito. Denique ex alis equitum memorantur ala Maurorum Severo imperante Syenae agens (vide tit. Lat. ap. Lab. l. c. Letronn. Recueil l. c. I. p. 446.) et ala Commagenorum in Nubia n. 5057. Utriusque mentio fit etiam in Notit. dignit. ex qua quum reliqua petenda sunt de numeris saeculo IV. exeunte in Aegypto agentibus (p. 68. 69. 74-77. ed. Böcking.), tum cuneum equitum Maurorum scutariorum Lycopoli impositum et lanciarios Comaginenses Occidenti tributos comperimus (p. 27. 35. ed. Böcking.).

Proficiscentibus militibus, centurionibus, tribunis per provinciam praefectus diplomata solebat concedere, quibus usi illi ab incolis flagitare poterant, ut ipsis res ad vitam necessarias aliaque, quae a praefecto constituta essent, praestarent (n. 4956. cf. Plin. Epist. X, 14. 121.). Quibus diplomatis posthac evectionum nomen inditum (Böcking ad Notit. dignit. p. XIV.) variarum Imperatoribus constitutionum materiam praebuit, ut docent cod. Theod. leges 49. 52. 57. 66. de cursu publico.

Pacis tempore milites operibus publicis adhibebantur, ut ab Augusto canalibus per Aegyptum ducendis (Suet. Aug. 18. Aur. Vict. Epit. 1. Dio Cass. LI, 18.), a Probo pontibus, templis, basilicis exstruendis (Vopisc. Prob. 9.). Similiter occupati milites in Nubia Domitiano imperante titulum n. 5042. posuerunt.

Sustentabantur milites expensis provinciae praefecto iis ex aerario publico stipendia pendente. Qua in re ductores ordinum interdum iniquius versatos esse verbo monet Philo adv. Flacc. p. 966. Supersunt plurimi tituli testis inscripti, ex quibus apparet optionem, eundem παραλήπτην σίτου dictum, dispensasse annonam militarem (n. 5109.). Quodsi παραλήπτης σίτου est is, qui seriore aevo susceptor vocatur, videndum ne multiplicata munera sint. Nam

Theodosii aetate procurator s. susceptor fuit is, qui dispensandis atque erogandis speciebus annonariis praepositus erat, optio autem is, qui annonam militarem a susceptore exactam distribuebat militibus (cod. Theod. l. 1. de eroganda annona militari).

III. Administratio rerum civilium et militarium totius Aegypti praefecto commissa ita erat, ut locum regis obtineret. In locum autem sacerdotis Alexandri et Ptolemaeorum, qui sacerdotibus per Aegyptum omnibus praefuit (vide cap. I. p. 307.), successit pontifex Alexandriae et totius Aegypti; gliscente iam tum secta Christianorum, quorum episcopi auctoritate publica destituti passim memorantur. De pontificatu illo locuples testis est titulus ap. Fabrett. III. p. 479. ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑϹ ΚΑΙΑΙΓΥΠΤΟΥΠΑϹΗϹΛΕΥΚΙΩΙΙΟΥΛΙΩΙΟΥΗ ϹΤΕΙΝΩΙΚΑΙΕΠΙϹΤΑΤΗΙΤΟΥΜΟΥϹΕΙΟΥΚΑΙ ΕΠΙΤΩΝΕΝΡΩΜΗΙΒΙΒΛΙΟΘΗΚΩΝΡΩΜΑΙΚΩΝ ΤΕΚΑΙΕΛΛΗΝΙΚΩΝΚΑΙΕΠΙΤΗϹΠΑΙΔΕΙΑϹΑΔΡΙ ΑΝΟΥΕΠΙϹΤΟΛΕΙΤΟΥΑΥΤΟΥΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹ, ex quo discimus hunc magistratum et ipsum natione Romanum fuisse eundemque simul praesidem Musei, cui etiam a regibus sacerdotem praepositum fuisse tradit Strabo XVII, 794. (cf. cap. I. p. 307.).

1. Iam quum Aegyptus in tres partes esset divisa, in Thebaidem, Heptanomidem, inferiorem Aegyptum (vide cap. I. p. 284. *b.*), administratio peculiaris harum partium s. provinciarum, servata memoria regum, epistrategis relicta est, qui ex Romanis in provinciam secutis electi proximum post praefectum dignitate magistratum constituebant. Fuit autem epistrategus magistratus civilis cum imperio militari; nec probabile quod contra Letronnium statuit Rudorffius (Mus. Rhen. II, 1. p. 80.) epistrategum mere civilem fuisse, nec rursus ii audiendi videntur, qui eum Duci recentioris aevi exaequandum esse arbitrantur. Nam magistratum civilem simul fuisse non solum inde sequitur, quod eius potestati subiecti sunt praefecti nomorum, magistratus mere civiles, sed etiam ex eo, quod quum Ptolemaeorum aetate stratego provinciae (ut Thebaidis) additus esset epistrategus cum imperio militari, hic epistrategus postea, abolita strategia, etiam civilem administrationem in se suscepit (cf. cap. I. p. 291. *b.*); militarem autem fuisse quum per se probabile sit, ut in magistratu Romano, tum etiam docet M. Artorius Priscus, qui quum militaris et praefectus esset montis Berenicidis, factus est epistrategus Thebaidis. Et epistrategos quidem Thebaidis interdum simul Ἀραβάρχου munere functos esse, quo munere praefectura tractus ad mare rubrum designabatur (n. 5075.), docet titulus n. 4751. quemadmodum aetate regum epistrategus Thebaidis interdum simul στρατηγὸς τῆς Ἰνδικῆς καὶ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης (n. 4897. *b.*) fuit. De sede epistrategorum supra occupavimus (cap. I. p. 292.). De iurisdictione officiisque eorum non constat. Constat eorum imperio subiectos fuisse, ut olim, strategos nomorum in epistrategia sitorum. Unde in titulis, in quibus tempus designatur accuratius, statim post praefectum nominatur epistrategus provinciae, deinde strategus nomi. Nec vero, ubi omissa est utriusque post praefectum magistratus mentio (n. 4948.), continuo de causa reconditiore cogitandum; nam, ut mittam titulos civitatium Graecarum (n. 4705.), in quibus strategum memorari non posse sponte patet (vide paulo post §. 2.), fieri potest, ut brevitatis causa omissa sit a popularibus. Quodsi praefectus edicta non epistratego, sed strategis transmittit (n. 4956.), hoc factum videri potest, ut citius res transigeretur.

Epistrategi hi innotuerunt:

M. Clodius Postumus ἐπιστράτηγος (Θηβαΐδος) in titulo Tentyritico n. 4715.

Aulus Folmius Crispus ἐπιστράτηγος (Θηβαΐδος) in titulo Tentyritico n. 4716.

Claudius Geminus ἀραβάρχης καὶ ἐπιστράτηγος Θηβαΐδος n. 4751.

Catulus ἐπιστράτηγος Θηβαΐδος n. 4745.

- - *linus* ἐπιστράτηγος Θηβαΐδος n. 4753.

M. Artorius Priscus Vicasius Sabidianus epistrategus Thebaidis in titulo Latino ap. Gruter. p. CXXX. 1. Orell. n. 3881.

Septimius Macro ἐπιστράτηγος (Θηβαΐδος) in titulo Oasitico n. 4955. (cf. cap. I. p. 284. *b.*)

Severus Vibius Aurelianus ἐπιστράτηγος (τῶν ἑπτὰ νομῶν) in titulo Antinoensi n. 4705.

Lucceius Ofellianus ἐπιστράτηγος (τῆς κάτω Αἰγύπτου s. τῶν πρὸς τῷ Δέλτα νομῶν) in titulo ex nomo Letopolitico n. 4701.

Ragonius Celer ἐπιστράτηγος in titulo loci incerti n. 4963.

2. In reliqua administratione instituta regum ut plurimum conservata esse a Romanis et consentaneum est et demonstrari potest. Provinciarum trium illarum unaquaeque in tot dissecta praefecturas est, quot nomos continebat demptis civitatibus Graecis; de quibus nomis quae cap. I. p. 283. 284. exposuimus, iis addendum nummorum aetate Romana cusorum testimonium (Eckhel. D. N. Vol. IV. p. 101 sqq.). Quippe ex his nummis nomi a Ptolemaeo relati fere confirmantur paucis exceptis; quo pertinent Phthembuthi, Neut, Marmarices nomus, Andropolites, Thebanus, Ombites. Comparent contra intra Delta Busirites, quem nomum aetate Romana non interiisse monuimus p. 283. *b.*, a latere Libyco Gynaecopolites (cf. p. 284. *a.*), a latere Arabiae Heroopolites (p. 284. *a.*), uterque a Plinio memoratus, ex Thebaide Latopolites (conf. p. 284. *b.*), denique Nicopolites de Nicopoli oppido prope Alexandriam ab Augusto exstructo denominatus. Iam Strabonis memoriam de triginta sex nomis ne Ptolemaeorum quidem aetati congruam ad tempora Romanorum referri non posse sponte patet (conf. p. 283. *a.*): ut frustra laborasse videantur qui Thebaidis nomos ad decem revocare studuerunt (cf. Letronn. Matériaux pour l'hist. du Christ. p. 95 sq.). Nam quamquam plurium interdum nomorum coniuncta administratio fuit, tamen nomi certe ipsis nominibus produntur et plurium nomorum ex uno prognatorum originem luculento exemplo supra probavimus (vide p. 284. *a. b.*). Fortasse hoc augmentum nomorum explicari

potest ex incolarum Aegypti multitudine, quam sub Romanorum dominatione magno opere auctam esse constat (Letronn. Journ. d. Sav. 1844. p. 434.). Fuerunt sane oppida, quibus veteres scriptores καταχρηστικῶς nomorum nomen videntur indidisse, ut Φυλακή s. Σχεδία, ut Antinoe (cf. p. 284. *b.*). At qui ex Thebaide nomi recensentur, ex iis vix ullum demonstrari potest eiusmodi esse, ut de publica eius auctoritate dubitari queat. Sic ut a Thebaide principium capiamus, nummorum et scriptorum fide nomi firmantur hi: *Lycopolites*,
Hypselites,
Thinites,
Diopolites,
Tentyrites,
Hermonthites,
Latopolites,
Apollonopolites,
Antaeopolites,
Panopolites,
Coptites.

Accedunt ex scriptoribus et inscriptionibus:
Aphroditopolites,
Thebanus, ὁ περὶ Θήβας s. Διοπολίτης μέγας,
Ombites,
Elephantine et Philarum nomus, ὁ περὶ Ἐλεφαντίνην καὶ Φίλας.

Ex Heptanomide, cuius nomen nonnulli vel ipsum sibi visi sunt in nummo deprehendisse (Eckhel. D. N. IV. p. 106.), nummis et auctoribus firmantur nomi:
Memphites,
Heracleopolites,
Arsinoites,
Aphroditopolites,
Cynopolites,
Oxyrynchites,
Hermopolites.

Quamquam aliquando etiam aliam horum nomorum divisionem fuisse ex titulo Latino p. 284. *b.* memorato patet, ex quo Arsinoites extra septem nomos cadit. Quod autem Oasitas duos Heptanomidi attibutos esse refert Ptolemaeus, videndum ne ita intelligendum sit, ut aliquando etiam Heptanomidi tributi censeantur, quum antea alia distributio obtinuerit. Certe Oasin magnam fere Thebaidi attributam fuisse vel ex denominatione Ὄασις τῆς Θηβαΐδος colligi potest (vide p. 284. *b.*).

Denique ex Aegypto inferiore nummis et scriptoribus firmantur nomi hi:
intra Delta: *Metelites*,
Phthenotes,
Cabasites,
Saites,
Prosopites,
Sebennytes,
Xoites,
Mendesius,
Onuphites,
Athribites,
Busirites,
Leontopolites,
Tanites,
Pharbaethites,
a latere Arabiae: *Arabiae nomus* (ΑΡΑΒΙΑ in numm.),
Sethroites,
Bubastites,
Heliopolites,
Heroopolites.
a latere Libyco: *Libycus nomus* (ΛΙΒΥΗ in numm.),
Mareotes,
Gynaecopolites,
Letopolites,
Menelaites,
Nicopolites.

Accedunt aliunde Deltanis *nomus Phthembuthi* (ex Ptol. Plin. cf. supra p. 283. *b.*), *Neut* (ex Ptol. cf. p. 284. *a.*), a latere Libyco *Hermopolites* s. Ἀλεξανδρέων χώρας νομός (ex Ptol. cf. p. 284. *a.*), *Andropolites* (ex Ptol. cf. p. 284. *a.*), *Marmarices nomus* (ex Ptol.), *Nitriotes* (ex Strab.), *Hammoniacus nomus* (ex Plin. cf. p. 284. *a.*), a latere Arabico *Phagroriopolites* (ex Strab.).

Itaque horum nomorum administratio quum accuratiorem quandam notitiam locorum flagitaret, factum est, ut hae praefecturae hominibus Graecis Aegyptiisque demandarentur. In quo si Isidorus Pelusiota I. p. 489. narrat indigenis Aegyptiis non concessa munera publica fuisse, recte monet Varges l. c. p. 34. distingui oportere Aegyptios eos, qui Graecis moribus intacti manserunt, ab iis, qui connubio mixto ac litteris Graecis imbuti ad negotia publica capessenda aptos sese praestiterunt. Quid? quod vel Ptolemaeorum aetate Aegyptios quosdam scimus ad altos honores provectos esse (vide cap. I. p. 292. *b.*). Itaque qui nomo praesidebat, subiectus ille epistrategi imperio, strategus appellabatur, vocabulo νομάρχου, quod constat vel Ptolemaeorum aetate obsolevisse, prorsus abolito licet memorato a Strabone XVII, 798. ut mirum non sit, quod nusquam in monumentis deprehendatur. Nec vero opus est ut demonstremus huic magistratui potestatem civilem a Romanis valde imminutam (Strab. XVII, 798.), potestatem militarem, quae olim fuit, demptam omnem esse (conf. Rudorff. Mus. Rhen. II, 1. p. 76. Varges l. c. p. 35.). Numerabatur strategia in χωρικαῖς λειτουργίαις, ad quas suscipiendas civis Alexandrinus invitus compelli non poterat (n. 4957. vs. 35.); unde consentaneum strategos salaria ex aerario publico non accepisse (cf. Rudorff. Mus. Rhen. II, 1. p. 142. not. 44.). Strategus a praefecto instituebatur in triennium, ut hoc exacto ille rerum gestarum rationem redderet (n. 4957. p. 35. conf. Varges l. c. p. 36.). Sedem strategus fere in metropoli nomi habuit vel in maiore quodam oppido eorum nomorum, quibus interdum coniunctis praesidebat (n. 4910. 4721. 4722. 4736. 5075. 5076. 5077.). Exercebat iurisdictionem de rebus minus gravibus (conf. n. 4723.); providebat ea omnia quae necessaria viderentur ad publicam securitatem statumque ordinatum conservandum (conf. n. 5069.); curabat, si qua edicta praefectus

misisset in provincias, non solum ut lapidibus incisa populo exponerentur, vel, si ad singulos pertinebant, his traderentur, sed etiam ut singuli et populus secundum edicta agerent (cf. n. 4956. 4957.). Praeerat denique vectigalibus tributisque intra nomum exigendis. Hinc quum facile fieri posset, ut strategus cum eclogistis (cf. infra §. 4.) conspiraret ad tributa per nefas exigenda, Tiberius Alexander (n. 4957.) praecepit, ne praefecto inscio strategus dona acciperet ab eclogistis, utque ea, quae proximis quinque annis nimia exacta tributa essent, a strategis ad pristinum tabularum statum revocarentur.

Strategi nomorum hi innotuerunt:

Apollonius Ptolemaei f. στρατηγὸς τοῦ Ὀμβείτου καὶ τοῦ περὶ Ἐλεφάντινην καὶ Φίλας n. 5075.

Apollonius Apollonii f. στρατηγὸς τοῦ Ὀμβείτου καὶ τοῦ περὶ Ἐλεφαντίνην καὶ Φίλας n. 5076. idem στρατηγὸς τοῦ Ὀμβείτου καὶ τοῦ περὶ Ἐλεφαντίνην καὶ Φίλας καὶ τοῦ περὶ Θήβας καὶ Ἑρμωνθείτου n. 5077.

Aurelius Micio στρατηγὸς Φιλῶν τοῦ Ὀμβείτου n. 5106.

Aurelius Bessarion ὁ καὶ Ἀμμώνιος, στρατηγὸς Ὄμβου, Ἐλεφαντίνης n. 5069.

Nilus στρατηγὸς (τοῦ Ὀμβείτου) n. 4923.

Papirius Domitius - - anus στρατηγὸς Ὀμβείτου n. 4811.

Sarapio Sarapionis f. στρατηγὸς (τοῦ Ὀμβείτου) n. 5099.

Posidonius στρατηγὸς Ὀάσεως Θηβαΐδος n. 4956.

Iulius Demetrius στρατηγὸς Ὀάσεως (Θηβαΐδος) n. 4957.

Paenias Caepio στρατηγὸς (Ὀάσεως Θηβαΐδος) n. 4955.

Celer στρατηγὸς (τοῦ περὶ Θήβας) n. 4723.

Trypho στρατηγὸς (τοῦ Τεντυρίτου) n. 4715.

Sarapio Trychambes στρατηγὸς (τοῦ Τεντυρίτου) n. 4716.

Apollonides Apollonidae f. στρατηγὸς Ἑρμωνθείτου καὶ Λατοπολείτου n. 4911.

L. Phunisulanus Charisius στρατηγὸς Ἑρμωνθείτου καὶ Λατοπολείτου n. 4721. 4722.

Chaeremon στρατηγὸς Ἑρμωνθείτου καὶ Λατοπολείτου n. 4736.

Theon στρατηγὸς (τοῦ Λητοπολίτου) n. 4701.

Civitates Graecae, ut Hermopolis magna, Ptolemais, Antinoe, ad exemplum Alexandriae, extra nomos sitae censebantur, ideoque nulla in iis strategorum auctoritas (n. 4679. 4705.). Praeter strategum in singulis nomis redeunt ὁ βασιλικὸς γραμματεύς (unde ἡ βασιλικὴ γραμματεία in papyro Graeco edito a St. Martino Journ. des Sav. 1822. p. 467.), qui et ipse ex Graecis Aegyptiisque eligebatur paremque cum stratego iurisdictionem habebat, ita ut, ubi binis simul nomis praesidebat strategus, iisdem nomis unus esset βασιλικὸς γραμματεὺς impositus (n. 4132. coll. n. 4917. 4721. 4722. 4736.); ἀγορανόμος (ut ἐπὶ Ῥουφίλλου Νίγρου ἀγορανόμου in papyro Graeco a. p. Chr. 154. scripto, edito a St. Martino Journ. des Sav. 1822. p. 566.), qui magistratus num ob iurisdictionis gravitatem semper Romanus fuerit, non constat; denique magistratus inferiores oppidis vel vicis praepositi, ut τοπάρχαι (n. 4976.), ἐπιμεληταί (n. 4684. 4684. *b.*), κωμογραμματεῖς et τοπογραμματεῖς, stratego et scribae regio subiecti; de quibus et supra occupavimus (cap. I. p. 293.) et infra dicendi locus erit (§. 4.).

3. Iurisdictio civilis et militaris suprema etiam in rebus gravioribus penes praefectum Aegypti fuit (Philo adv. Flacc. p. 966.). Datus ei iuridicus Aegypti (cf. Gruter. p. CCCLXXIII. 4. Morcell. de stilo inscr. I. n. 295.), δικαιοδότης (Strab. XVII, 797.), δικολόγος Αἰγύπτου (n. 4815. cf. n. 4808.) in speciem legati. A quo iuridico distinguendus ἀρχιδικαστής (n. 4734. 4755.) cum suo collegio, ex aetate is Ptolemaeorum residuus confirmatusque ab Augusto, qui provincialibus non omnem eripi iurisdictionem voluit. Uterque autem sedem Alexandriae habuit, ἀρχιδικαστής, quia populo Alexandrino ius dicebat, iuridicus, quia praefecto adiunctus erat; unde etiam seriore aevo iuridicus Alexandriae vocabatur (Lex 2. libr. 1. Dig. tit. 37. Cod. Iustin. I. tit. 57.) non secus atque apud scriptores recentioris aevi praefectus Aegypti ἔπαρχος Ἀλεξανδρείας audit. Ἀρχιδικαστὴν et iuridicum male confundit Reynier, L'Égypte sous la dominat. des Rom. p. 111. Iam Varges l. c. p. 53 sq. qui recte statuit iuridicum haud raro a praefecto missum per provinciam ius dixisse, ex eo, quod is plerasque causas diiudicandi potestatem habuisse dicitur, concludens esse quae eius iurisdictioni eximerentur, verisimillimum esse putavit, ut essent iudices qui de reliquis causis sententiam ferrent, etiam Romanorum retentos imperio esse epistatas illos, quos Ptolemaeis regnantibus constat in singulis nomis iudicia egisse. Quemadmodum autem agoranomi, quibus et ipsis iurisdictio quaedam in emptionibus venditionibusque data esset, e Romanis eligerentur (vide paulo ante §. 2. fin.), sic fortasse etiam in nomis epistatae eiusque collegio Romanos praesedisse. Itaque iurisdictionem ita divisam videri, ut ab iudicibus Romanis, i. e. a praefecto eiusque legatis iudicaretur, si qua lis esset inter cives Romanos vel inter civem Romanum et indigenam vel indigenas diversae nationis et civitatis (cf. Philo adv. Flacc. p. 968.), vel inter totos nomos et diversa hominum collegia, sin quid ad solos Alexandrinos spectaret, coram archidicasta, si ad Iudaeos, coram ethnarcha, si ad nomum, coram epistata causam agi. Quae etsi non improbabilis coniectura est in universum aestimanti, tamen nec tota firmari exemplis potest, et, quoniam strategi nomorum certa iurisdictione praediti fere provinciales erant, videndum ne non omnino necessaria sit. Certe epistatarum nullum in monumentis vestigium apparet.

4. Iam quum Roma exhaustis Siciliae et Sardiniae thesauris ut plurimum quaternos per menses frumento Aegyptiaco aleretur (Hegesipp. de excid. urb. Hier. II, 9.), praefecti cura instantior fuit, ut Aegyptus non solum se sed etiam caput imperii copiis sustentaret suis. Itaque nihil antiquius habebat, quam Nilo foecunditatis parenti operam dare, aggeres fossasque exstruere, canales purgare, ubi Nilus minus benigne intumesceret, machinas adhibere,

quibus aqua ex flumine hausta in agros aridos traduceretur (Strab. XVII, 819. 807. III, 147. cf. Diod. Sic. I, 34. V, 37. Philo de confus. ling. p. 325. D. Vitruv. X, 11. Cod. Theod. L. de aggeribus Nili non corrumpendis, L. 2. de Alex. pleb. primat.). Hinc in nummis expressum signum messis eximiae (Eckhel. D. N. IV. p. 36 sqq. cf. Varges l. c. p. 71.), hinc laudes celebratae praefectorum, quorum gratia et studio Nili dona in annum augerentur (n. 4699.). Augusto imperante frumenti ducentiens centena millia modiorum quotannis urbi illata esse Aurelius Victor Epit. 1. tradit. Atque primis duobus saeculis tanta provenit copia frumenti, ut non solum ingenti multitudini incolarum et Romae sufficeret, sed etiam inter merces aliis nationibus venderetur (Ioseph. Ant. Iud. XX, 5, 2. conf. Ameilhon Hist. commerc. p. 220 sq.) excepto illo anno notabili Traiani Imperatoris, quo propter Nili invidiam ex horreis Italiae frumentum illatum est Aegypto (Plin. Paneg. 30. 31.). Exercebatur autem praeter Aegyptum etiam Africa (Tacit. Annal. XII, 43.): ut duae classes existerent, quae Romae annonam subvehebant. Quem ad finem navibus frumentariis Caligula in Sicilia receptacula exstruxerat (Ioseph. Ant. Iud. XIX, 2, 5. cf. Act. Apost. 28.). Posteaquam Constantinus ad urbem Byzantium animum adiecit, distributum iter classium est, ut Africana Romae cederet, Alexandrina Constantinopoli destinaretur (Cod. Theod. L. 7. 32. de navic. L. de frumento Alex.), nisi quod in magno defectu aliquando a classe Alexandrina Romae (Symmach. X, 22, 50.), a classe Africana Constantinopoli petitum subsidium est (Cod. Theod. L. 2. de naufragiis). Atque Iustiniano imperante frumenti copia transvecta ad octogies centena millia exsurgebat (Iustin. Ed. XIII, 8.). Notitias recentiores vide ap. Abdallatif Relat. de l'Ég. Par. 1810. p. 581. ap. Reynier de l'Ég. sous la dominat. des Rom. c. 4. 5. (cf. De l'économie publ. et rur. des Égypt. et des Carthag. Genève et Par. 1823. et Dissert. de agricult. Aeg. in Mémoirs de l'Inst. cet. T. IV.)

His praemissis videndum de reditibus et vectigalium administratione.

Vectigalia directa quae vocantur aut in fundorum aut in capitum tributis posita sunt. De capitum tributis parum constat; exacta esse colligi ex Ioseph. Bell. Iud. II, 16, 4. potest (cf. Savigny Röm. Steuerverf. p. 22. 2.). Ac seriore quidem aevo a censu capitis liberum cognovimus fuisse, qui fundos possideret (vide Savigny l. c. p. 31.). Sed in exigendis tributis fundorum retenta Ptolemaeorum instituta (cf. cap. I. p. 297. *a.*), ex quibus pro parte fructuum etiam pecunia pendebatur, unde τελέσματα σιτικὰ καὶ ἀργυρικά (n. 4957. vs. 47.). Nec male Varges, qui statuit possessorem de uno eodemque agro alterutrum tantum pependisse, aere ad copiam pretiumque fructuum non datorum accommodato. Iam quum Hyginus (de limit. const. p. 198. ed. Goes.) tradat per soli aestimationem tributa imposita esse, apparet, quoniam soli aestimatio ob Nili inundationem fluctuabat, etiam tributorum summam variasse: quam quidem summam ab Imperatore praescriptam esse singulis annis ex Dion. Cass. LVII, 10. colligitur (Varges l. c. p. 57.); cuiusmodi indictionis usus ex aetate Imperatorum Christianorum notior est (Cod. Theod. L. 3. de indict.). Indici autem summa tributorum ex agris exigendorum non poterat, priusquam Nilus decresceret. Hinc praefectus aliquando monuit Aegyptios (n. 4957. vs. 55.), ut agris colendis operam darent; fore enim, ut tributa ex vera Nili inundatione constituerentur. Cognoscebatur vera Nili inundatio ex nilometriis, quae quum plurima essent in usu privato, duo innotuerunt publico usui destinata, unum Memphide, alterum in insula Elephantine institutum (Strab. XVII, 817. Plutarch. de Iside et Osiride p. 367. fin. cf. Marcell. in opére Descr. de l'Égypte T. II. p. 63. et Girard ibid. I. p. 8.). Itaque quae inter maximam et minimam inundatio media est, iusta censebatur inundatio (δικαία ἀνάβασις n. 4699.). Et haec ex nilometrio Memphitico fere XIV cubitorum fuit (Plutarch. l. c. et Aristid. II. p. 361. ed. Jebb.). Verum cubitorum numerus alio tempore alius esse poterat, nihil ut de fertilitate agrorum derogaretur. Sic Strabo (XVII, 788.) auctor est ante Petronium praefectum XIV cubitis opus fuisse, ut laeta fieret seges, sin ad VIII cubita assurrexisset Nilus, famem ingruisse; contra Petronio praefecto XII cubita suffecisse ad maximam frugum copiam proferendam, nec famem esse secutam, si inundatio VIII cubitorum esset. Variabat numerus etiam Plinii aetate, cui iustum incrementum XVI cubitorum est, monenti in XII cubitis famem sentire provinciam, esurire etiam in XIII, hilaritatem afferre cubita XIV, securitatem cubita XV (Hist. Nat. V, 10.). Idemque numerus XVI in nummis quibusdam comparet (Zoega N. Aeg. p. 202. cf. p. 82. 185. Eckhel. D. N. T. IV. p. 38.), felicissimo fertilitatis augurio. Atque etiam seriore aevo iustum incrementum inter cubita XII et XVI censebatur (cf. Cod. Theod. L. 1. de aggeribus Nili non corrumpendis, ubi vide interpr.). Nec vero mirum, si in nilometrio insulae Elephantinae (n. 4863.) numerus cubitorum maior (cub. XXI-XXVII) enotatur, quam Memphide, cuius nilometrium pro norma habitum esse recte statuit Varges l. c. p. 58. Quippe Nilum eodem tempore in superiore Aegypto altius assurgere quam in inferiore et media sponte patet. Ceterum nilometriorum cura ex more antiquo sacerdotibus Sarapidis commissa erat (Clem. Alex. Strom. VI. p. 633. Diod. I, 36 fin.), quibus praefectum invigilasse consentaneum est. Maiora igitur incrementa Nili etiam reditus maiores denuntiabant (Strab. XVII, 817.). Videturque tributorum constituendorum ratio ea fuisse, ut, quum ex diuturna consuetudine praefecti compertum haberent, quantum incrementum fluminis quanta insecutura messis esset, Imperator de mensura certior factus copiam frumenti quantam vellet imponeret, pro reliqua autem annonae parte tributum argentarium imperaret pretio frumenti accommodatum. Quumque unaquaeque toparchia in certos fundos quadratos (ἀρούρας) esset divisa, quorum singula centena cubita pro capitibus individuis

habebantur quamvis a pluribus possessa, ex quavis arura tributum frumentarium vel argentarium exigebatur. Itaque tantum abest, ut quoque anno eadem vis tributorum indici potuerit, ut, quum aliquando ad priorum inundationum mensuras composita quaedam summa per aliquot annos exigeretur (κατὰ σύνοψιν ἀπαίτησις), hoc institutum utpote insolentius provincialibusque perniciosum a praefecto sublatum sit (n. 4957. vs. 55 sq.). Quippe liberi a vectigalibus censebantur, si qui agri minus irrigati steriles remansissent. Quod ubi evenit, curandum erat, ut singulorum agrorum fertilitati tributum exaequaretur; cui rei impositum vocabulum ἐξομοίωμα (n. 4957. vs. 52.), quod cum peraequatione recentioris aevi comparat Rudorffius l. c. p. 188. (vide Cod. Theod. L. XIII. tit. 11. de censitoribus, peraequatoribus, inspectoribus). Haec quum ratio esset tributorum ex praediis colligendorum, opus erat, ut libri censuales statis temporibus recenserentur; id quod ex notitiis de constituendis agrorum terminis quotannis conscriptis (Strab. XVII, 787.) factum quinto quoque anno est; quo etiam pertinet πενταετίας mentio in decreto n. 4957. vs. 49. (conf. Rudorff. l. c. p. 187.). Possessorum (γεωμόρων) et agricolarum (γεωργῶν) etiam tum ex more vetusto (Herodot. II, 187.) valebat distinctio (n. 4957. vs. 30 sq.) neque obsolevit aetate Christiana, qua quae possessorum et colonorum ratio in reliquis imperii partibus instituta est, eadem etiam per Aegyptum invaluit (Cod. Theod. L. 1. 3. 6. de patroc. vic. conf. Rudorff. l. c. p. 179.). Vectigal agricolis aliena colentibus imponi solitum ἐκφόριον dicebatur (n. 4957. vs. 30 sq.). Sed fuerunt etiam fundi quidam et oppida, quae tributi remissione quadam (κουφοτελείᾳ) vel immunitate (ἀτελείᾳ) fruebantur (n. 4957. vs. 26 sq.) beneficio Imperatorum; quam remissionem et immunitatem non cum indulgentia Epiphanis (n. 4697. vs. 13.) confundendam esse monet Rudorffius l. c. p. 177. 178. Qui quod ius Italicum in medium affert, cuius non deprehendatur per Aegyptum vestigium, nihil opinor obstat, quo minus oppida quaedam Aegyptiaca statuamus immunitate frui potuisse, quae propria erat iuris Italici (vide Savigny l. c. p. 24. conf. Paul. in Digest. L. tit. 15. L. 8. §. 7.). Similibus privilegiis ornata antiquitus erant terrae Alexandrinae pars (τῆς Ἀλεξανδρέων χώρας) et fundi in Menelaitico nomo siti, quibus nunquam pertica metiendi causa illata est, ut prorsus liberi ab omni tributo censerentur: quibus agris vocabulo ἀρχαίας γῆς nuncupatis post etiam alii accesserunt (προσγεννήματα) eodem iure fruentes. Atque agri quidem illi omnes videntur privatorum fuisse: certe templorum fundi nec Ptolemaeorum aetate immunes erant (cap. I. p. 296. *a.*), et a Romanis immunitatem iis redditam esse parum probabile est. Haec igitur et talia beneficia immunitatis ab Augusto confirmata, mox a Claudio renovata nec tamen semper servata a praefectis (n. 4957. vs. 26 sqq.), postremo a Vespasiano deleta sunt (Dio Cass. LVIII, 18.). Gloriatur Hadrianus in epistola ap. Vopiscum (in Saturn. 7. 8.) se Alexandrinis vetera privilegia reddidisse, novaque sic addidisse, ut praesenti gratias agerent: in quibus privilegiis utrum immunitatis illa beneficia inesse censenda sint, an cum Dirksenio (de script. Aug. p. 109. 110.) de artium cultura, commercio, religione cogitandum sit, in medium relinquo.

Magistratus tributis impertiendis exigendisque occupati fuerunt ἐκλογισταί, quorum in locum aetate Christiana peraequatores, tabularii, exactores, susceptores cesserunt (Cod. Theod. lib. VI. tit. 2. L. 13. lib. VIII. tit. 2. tit. 8. lib. XII. tit. 6. lib. XIII. tit. 6.). Aedes eorum publicae λογιστήρια vocabantur. Hi ἐκλογισταὶ quot numero fuerint in singulis nomis, non constat, constat abusos esse saepe sua in impertiendis tributis auctoritate (n. 4957. vs. 45 - 55.). Eorum rationes qui contra scriberent, fuerunt γραμματεῖς βασιλικοί, κωμογραμματεῖς, τοπογραμματεῖς, quorum officia nota sunt ex aetate Ptolemaeorum (cap. I. p. 293. *a. b.*). Hi igitur ut tabulas nomi censuales conficiebant, ita etiam aliquando omnes nomi expensas, quidquid iniuste exactum est litteris consignare, statis temporibus logisteria per provinciam visitare, si quid contra fas ab eclogistis factum deprehendatur, acta eorum ipsosque reos ad Caesaris libertum mittere iubentur (n. 4956. vss. 31 - 36.). Nempe vectigalium rationes (λογισμοὺς τῶν προσόδων καὶ δασμῶν, διαλογισμοὺς) examinabat illas quidem praefectus a scribis regiis ei transmissas (n. 4957. vs. 50.); sed, quum hoc negotium immensum esset (Philo adv. Flacc. p. 761.), socios laboris habuit libertos Caesaris, qui ipsum in Aegyptum comitati praecipuam vectigalium administrandorum partem sibi vindicabant (Strab. XVII, 797.). Videturque eos etiam in provincias misisse, ut ipsius vice fungentes rationes inspicerent; qualis Claudii aetate in Thebaide fuit Basilides (n. 4956. vs. 35.). Praeterea vectigalibus tributisque per nomos rite exigendis invigilabant etiam strategi (cf. p. 317. *a.*).

Sequuntur vectigalia indirecta. De vicesima encyclio (cap. I. p. 297. *a.*) nihil memoriae proditum est. Ex poenis pecuniariis, quae in aerarium solvebantur, memoratur decemplex eius, quod quis in exigendis vectigalibus nimium postulaverit, solvendum, ex quo fiscus senas partes, delator quaternas accipit (n. 4956. vs. 28.), et triplex eius, quod quis fraudaverit in simili causa (n. 4957. vss. 58. 59.). Sed longe plurima ex portoriis redierunt aucta praesertim et amplificata mercatura Indica (Strab. XVII, 798.). De mercibus portorio obnoxiis, monente Vargesio, extat lex 16. Dig. de publ. et vectig. Exigebatur autem portorium de importandis rebus et de exportandis (τέλος εἰσαγωγικόν, τέλος ἐξαγωγικόν), idque non solum in finibus Aegypti sed etiam per regionem mediterraneam. De locis, in quibus portoria solvebantur, cap. I. p. 297. *b.* occupavimus. Haec vectigalia a praefecto vulgo publicanis provincialibus (τελώναις) locabantur, quibus volentibus erat; neque enim utile censebatur quemquam vi compellere (n. 4957. vs. 10 sq.); unde seriore aevo, quo ad vectigal suscipiendum etiam decuriones admittebantur

(Cod. Theod. L. 97. de decurialibus. L. 9. C. de vectigalibus), lex lata est: *ad conducendum vectigal invitus nemo compellitur* (Lex 9. Dig. lib. xxxix. tit. 4.). In quo miram exceptionem de iis qui ad publicas locationes accedunt, ex L. 9. de poenis annotavit Rudorffius l. c. p. 161. Ad mare rubrum quae vectigalia pendebantur de rebus importandis, ea Claudio imperante Annius Plocamus quidam conducta habuit (Plin. H. N. VI, 24.). Quo pertinet etiam παραλήπτης τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης (Peripl. mar. Erythr. p. 19. 20. εἰς αὐτὴν παραλήπτης τῆς τετάρτης τῶν εἰσφερομένων φορτίων καὶ ἑκατοντάρχης μετὰ στρατεύματος ἀποστέλλεται); quo quidem munere interdum etiam strategum nomi Ombitae functum esse docet titulus n. 5075. De summa portorii, quod pro mercibus diversum fuisse sponte patet, excepto loco ex Periplo allato nihil memoriae proditum. A Constantino M. locatio vectigalium triennii spatio terminatur (Cod. Theod. L. de vectig. et commissis).

Omnes hi reditus in unum aerarium confluebant, εἰς τὸν δημόσιον λόγον, τὰ δημόσια, cuius aerarii administratio penes praefectum fuit (Philo adv. Flacc. p. 747.). Ex hoc aerario quantum supererat annonae subducta portione Alexandriae destinata Romam ad praefectum annonae (Vopisc. Aurel. c. 47.), pecuniarum autem vectigalium residuum subductis summis iis, quas praefectus sibi et militi magistratibusque Romanis erogabat (Dio Cass. LIII, 15.), ad aerarium Saturni et militare transmittebatur (Tacit. Ann. I, 78. Vell. Paterc. II, 39. quibus locis a Rudorffio adduntur Dio. Cass. LV, 25. Lex 27. §. 1. D. de verb. sign. (L. 16.) Ulpiani lib. 17. ad edictum). Reditus Aegypti Strabo (XVII, 798.) tradit longe superasse summam, quae teste Cicerone Ptolemaeo Auletae rediisset. Neque est, cur de veritate huius testimonii dubitemus cum Reyniero (l'Égypte sous la dominat. des Rom. p. 146 sq.). Vide cap. I. p. 299. *b*. 300. *b*. Sub Iustiniano (Ed. XIII. 8. init.) portoriorum canon Alexandrinus solidorum octoginta millia, frumenti octogiens centena millia exhibuit.

Praeter illud publicum aerarium Alexandriae fuit etiam fiscus privatus (ἴδιος λόγος), cui qui praepositus erat Romanus, ἰδιολόγος (Strab. XVII. p. 797.) s. ὁ γνώμων τοῦ ἰδίου λόγου s. ὁ πρὸς τῷ ἰδίῳ λόγῳ τεταγμένος (n. 4957. vss. 39. 44.) appellabatur. In eum fiscum bona caduca et bona damnatorum et vacantia colligebantur (Strab. l. c.), quae quum proprie aerario Saturni et ipsa competerent (Tacit. Ann. III, 25. 28. Plin. Paneg. 36. Epist. II, 16. quibus adde quos affert Rudorffius Spartian. Hadr. 7. Ulpian. XVII, 3.), mature fisco Caesaris assignata videntur (Tacit. Annal. II, 48. VI, 2. IV, 20. cf. Rudorff. l. c. p. 143.). Quippe ab utroque distinguendus est fiscus Caesaris (Καίσαρος λόγος, κυριακὴ ψῆφος, φίσκος, βασιλικὸν ταμιεῖον), qui a procuratoribus (ἐπιτρόποις τοῦ Κυρίου n. 4957. vs. 22.) et dispensatoribus (οἰκονόμοις Strab. l. c.) et ipsis plerumque Caesaris libertis administrabatur; quorum procuratorum potestas a Claudio aucta est concessa iurisdictione (Tacit. Ann. XII, 60.). Missi autem eodem tempore plures sunt procuratores, qui Caesaris rem familiarem (τὴν οὐσίαν) in diversis Aegypti partibus administrarent, fortasse illi procuratori Aegypti Alexandriae degenti (Dio Cass. LXXVII, 21.) subiecti. Ex quo genere fuerunt Claudio imperante Vitrasius Pollio (Plin. Hist. Nat. XXXVI, 11.), filius, ut videtur, Vitrasii Pollionis, qui Tiberio imperante praefectus Aegypti fuit (vide p. 310. *b*. cf. Letronn. Recueil cet. I. p. 169.); Traiani aetate C. Camurius Clemens proc. Aug. septem nomorum et Arsinoitae (inscr. Lat. ap. Orell. n. 516.); alius Hadriano imperante, qui proc. Caesaris ad dioecesin Alexandriae audit (inscr. Lat. ap. Pocock. p. 19. n. 14. cf. Chandler. Not. p. 5.), quo sensu ap. Philon. adv. Flacc. p. 747. διοίκησις τῶν προσοδευομένων dicitur; qui procurator vulgo procurator Alexandriae audit (Gruter. p. ccxcix. 6. Murator. p. cmxii. 5.); Asclepiodotus ἐπίτροπος n. 4747. M. Aur. Philetus lib. Aug. proc. Fari Alexandriae ad Aegyptum (inscr. Lat. ap. Murat. p. dccclxxxx. 2.) ex aetate Antoninorum; Felix Augg. libertus procurator usiacus (inscr. Lat. ap. Letronn. La stat. de Memn. p. 198.) ex aetate Sept. et Caracallae. Mitto titulum ap. Grut. p. ccccxl. 3. Murat. p. dxiv. 1. in quo proc. Alexandriae, Pelusii recensetur, et titulum ap. Grut. p. ccclxxxix. 7. si vera est lectio, id quod parum est verisimile, ubi Ti. Claud. Ilus proc. Claudi Alexandrinae praetoriae. Referuntur autem ad rem familiarem Caesaris fundi, in quibus sunt etiam, quos Augustus praefectis permisit, ut insula illa Thebaidis palmarum ferax (Strab. XVII, 818.), ac praeterea credita fiscalia, sive a provinciae magistratibus sive a privatis exigebantur (n. 4957. vss. 15 - 26. ad quem locum Rudorffius quum alia multa attulit in commentario suo tum comparari iubet Tacit. Annal. IV, 6. 7. 15. XII, 60.). Tales fundi Caesaris aut colonis (γεωργοῖς δημοσίοις n. 4957. vs. 32.) tradebantur colendi, aut redemptoribus (μισθωταῖς) locabantur, quales locationes μισθώσεις οὐσιακαὶ appellantur (n. 4957. vs. 11.). Ex his imprimis nominanda sunt metalla et lapicidinae (conf. Dureau de la Malle Écon. polit. des Rom. II. p. 441.), quibus decimae vectigal impositum. His non solum singulis peculiaris procurator datus est, ut Hadriano incipiente Chresimus, libertus Caesaris, ἐπίτροπος τῶν μετάλλων in monte Claudiano (n. 4713. 4713. *f*. cf. προεστὼς τῶν μετάλλων ἐπίτροπος Καίσαρος Galen. de Antid. T. XIV. p. 7. ed. Kühn. et Spanhem. de praest. numm. II. p. 631.), sed etiam universis per Aegyptum metallis et lapicidinis praepositum fuisse μεταλλάρχην ex inscriptione in vicinia montis Berenicidis reperta coniecit Letronnius (Recueil cet. I. p. 454.); qualis magistratus posteriore aevo Comes metallorum audit (Cod. Theod. L. 3. de metallis). Quumque plurimae lapicidinae exercerentur, praesertim in orientali tractu montium ac prope Syenen, unde lapides Syenitae (graniten hodie vocant) proveniebant, ex inscriptionibus nostra memoria repertis innotuit mons Claudianus prope mare rubrum de Claudio Imperatore denominatus (vide lemma ad n. 4713.), qui duas Romanis lapicidinas aperuit, alteram porphyreticam, syeniticam alteram. Est au-

tem illa Aristidi in Aegypt. serm. II. p. 331. ed. Jebb. περιβόητος λιθοτομία πορφυρῖτις, Ptolemaeo Geogr. p. 104. Merc. mons Porphyrites; alteram stationem fuisse *Fontem Traianum Dacicum* dictam titulus n. 4713. *c.* docet. Et metalla quidem πορφυρίτου λίθου in monte porphyrite inde ab aetate Claudii Imperatoris exercebantur nec desierunt post Diocletianum, ut colligi potest ex Eusebii Hist. eccl. VIII. et Paulo Silentiario Descr. S. Soph. vs. 625 sq. Lapicidinas alteras ποικίλου λίθου s. syenitae ad Fontem Traianum Traiani temporibus coeptas exerceri desitas esse aetate Antoninorum coniecit Letronnius; qui praeterea ex testimoniis veterum de operibus porphyreticis titulisque in monte Claudiano repertis demonstravit (Recueil cet. I. p. 140 sqq.) Aegyptios lapicidinas porphyreticas nunquam curasse. Vera autem esse, quae vir egregius composuit, quum alia tum vestigia templorum atque aedificiorum in illis stationibus superstitum evincunt. Quippe ut stationes Romanae sunt, ita opera Romana arte Graeca insignia, quorum geminum exemplum praebet specus Senscitenum n. 4839. Utrasque igitur lapicidinas montis Claudiani spatio circiter L vel LV mil. geogr. dissitas Hadriano incipiente unus procurator et libertus Caesaris administravit; utrasque unus publicanus conductas habuit, qui servus Caesaris audit (n. 4713. 4713. *f.*); quam in rem Letronnius quum alia ex inscriptionibus Latinis exempla attulit tum prorsus congruum hoc: *Hymeneus Caesaris n(ostri) ser(vus) Thamyrianus a lapicidinis Carystiis fecit sibi et Thamyro nutricio opt(imo).* Vide Gruter. p. DXCIII. 8. Orelli n. 2954. cf. Labus di un' epigrafe Latina p. 39. 43. Ceterum utrique stationi propriam cohortem impositam fuisse putamus. Refert Aristides in sermone Aegyptiaco, quem a. p. Chr. 147 vel 148. conscripsit, lapicidinas illas porphyreticas exerceri per homines καταδίκους (damnatos in metallum). Iam non solum ex iniquo labore et mole columnarum porphyreticarum superstitum sed etiam ex ambitu stationum illarum colligi potest magnam ibi multitudinem hominum laborasse. Nec mirum, si Wilkinsono, qui loca ista accurate investigavit, in monte porphyrite et ad Fontem Traianum circiter duo millia hominum fuisse videntur. Quae quum ita sint, facile concesseris conspicua vi armorum opus fuisse in loco praesertim tam deserto. Desitis deinceps exerceri in monte Claudiano lapicidinis syeniticis aliae inventae sunt ad Philas initio saeculi III. testante inscriptione Latina, quam tractavit Letronnius (Recueil cet. I. p. 446 sqq.). Praeter has aliasque lapicidinas videndum ne fisco Caesaris obnoxiae fuerint smaragdifodinae prope Copton in monte Berenicidis sitae (Strabo XVII, 815. Plin. H. N. XXXVII, 16. 17. cf. n. 4839.), aliorumque lapidum pretiosorum proventus, ut marmoris Augusti et Tiberii principatu reperti (Plin. H. N. XXXVI, 11.), ut alabastritae (Plin. l. c. XXXVII, 54.), similiterque nitrum et quae sunt alia generis eiusdem (cf. cap. I. p. 296. *b.*).

5. Ab initio Alexandriae Aegyptii habitabant nulli. Recepti mox pauci illi, qui Rhacotin tenebant, moribus ad Graecos magis compositis (vide cap. I. p. 291. *a.*); ut non multum a vero aberrasse videatur Varges (l. c. p. 46.), qui, quum Alexandrini Graecis parentibus nati culpa Ptolemaei Physconis evanuissent (Strab. XVII, 797. 798. cf. Iustin. XXXVIII, 8.), in eorum locum statuit mixtum aliquod et a genuinis Graecis degener hominum genus successisse. Quamquam Graeci hinc inde per Aegyptum sparsi incolebant, ut in oppido Hermopoli magna, in civitate Antinoe, circa Delta et in Thebaide (n. 4679.). Iudaeis civitate Alexandrina donatis et peculiarem urbis regionem tenentibus ius ab Iulio Caesare firmatum (Ioseph. Ant. Iud. XIV, 10, 1. cf. contr. Apion. II, 4.), ab Augusto sancitum servatumque est (Ioseph. l. c. XIX, 5, 2.). Itaque cives Alexandrini mixto illo ex Graecis Aegyptiisque hominum genere et Iudaeis constiterunt, magistratibus utrique indigenis usi. Ad magistratus Graecorum pertinebant ὁ ἐξηγητής, cui cura erat omnium rerum utilitati urbis inservientium; ὁ νυκτερινὸς στρατηγός, qui comparari cum praefecto vigilum Romanorum potest; ὁ ὑπομνηματογράφος, qui lites instruebat, rerum factarum dictarumque memorabilia conscribebat, certantium orationes ordinabat, iudicis sententiam quam accuratissime servabat et litigantium partibus promulgabat (Strab. XVII, 797. Lucian. Apol. de mercede cond. 11. 12.); ἀρχιδικαστής cum collegio iudicum provincialium (Strab. l. c. cf. supra p. 371. *b.*). Iudaeis, quorum de sorte multus est Reynier (l'Égypte sous la dominat. des Rom. p. 231 sqq.) magistratus fuisse ethnarcham et alabarcham cap. I. p. 291. *a.* monuimus; quamquam alabarchae non solis Iudaeis fuisse videntur (cf. n. 4267.). Civitatis expertes Alexandriae degebant Romani, quibus quidem aditus in Aegyptum patebat, milites Romani urbi impositi (vide II. p. 313. *b.*); Aegyptii ruris incolae, tanquam μέτοικοι, indigenis, ut videtur, magistratibus subditi; denique servi (cf. Varges l. c. p. 47.). Celebratur inter privilegia urbis (Ioseph. c. Apion. II, 3 sq. Philo adv. Flacc. p. 750.), quod nec civis Alexandrinus neque ii, quibus permissum erat ibi habitare artium colendarum causa, vi adigi ad ulla officia poterant, quae ipsis minus honesta viderentur, atque indigenae munera publica ad nomos pertinentia (χωρικὰς λειτουργίας n. 4957. vs. 34 sq.) detrectandi ius habebant. In his muneribus fuit strategia nomi (vide III. 2. p. 316. *b.*), opera in canalibus collocata (vide Schow Charta papyracea Musei Borgiani Velitris, qua series incolarum Ptolemaidis Arsinoiticae in aggeribus et fossis operantium exhibetur Rom. 1788. 4.), quibus muneribus quum seriore aevo corporati Alexandriae obnoxii essent, Theodosius I. eos onere repurgandi fluminis liberavit (Cod. Theod. L. 2. de Alex. pleb. primat.). Eodem aevo ex muneribus Alexandrinis memorantur elemporia et ospratura (L. ult. §. 19. D. de muneribus et honoribus). Aucta etiam urbis auctoritas, quod ex institutis Principum ius civitatis non temere dabatur (Plin. Epist. X, 5, 23.); quod ne civitati Romanae officeret, sancitum est, ut haec Aegyptiis nisi civitatem Alexandrinam adeptis non concederetur

(Plin. Epist. X, 22. cf. Dirksen de script. hist. Aug. p. 113.). Sed res publica aliis oppidis concessa ab Augusto Alexandrinis constanter denegata est, donec Septimius Severus rerum ordinem immutavit dato iure curiae s. senatus; quo facto mox etiam Aegyptii in Senatum Romanum recepti sunt (Dio Cass. LI, 17. Spartian. vit. Severi c. 17. conf. Dirksen l. c.). Facta igitur Alexandria civitas est, in qua plebs et ordo decurionum, incolumi etiam tum potestate praefecti et iuridici ac reliquorum magistratuum inferiorum auctoritate. Et haec rerum immutatio ruinam traxit institutorum Augusti omnium, praeceps dato et ad interitum ruente imperio Romano.

IV. 1. Administrationem Aegypti instituta Romanorum vel Diocletiani aetate magis magisque gliscentia Constantino M. imperante prorsus occupaverunt. Nam Aegyptus quum antea in tres partes esset divisa, cuius divisionis vestigium superesse etiam in litteris Diocletiani n. 4892. videtur, tum dioecesis facta (Αἰγυπτιακὴ διοίκησις n. 4693.) sex provincias complectebatur, quarum una Aegyptus propria fuit, in qua urbs Alexandria, altera Augustamnica provincia ex nomis quibusdam Aegypti inferioris composita de Augusto Nili amne denominata (ut videtur, inter a. p. Chr. 325-342. unde auctor Chronici Pasch. p. 266. nomina ista ad saeculum superius rettulisse putandus est), tertia Heptanomis, mox Arcadia dicta ab Arcadio Imperatore (Eustath. ad Dionys. Perieg. vs. 251. conf. Wesseling ad Hierocl. p. 729.), quarta Thebais, quinta Libya inferior, sexta Libya superior s. pentapolis Cyrenaica (cf. Amm. Marcell. XXII, 16.); retenta tamen nomorum divisione (cap. I. p. 283. 316.), quam parum variatam vel septimo saeculo obtinuisse docent papyri Berolinenses (vide Ad. Schmidt. Forsch. auf dem Geb. der Gesch. I.), in quibus Θινίτου νομοῦ mentio. His provinciis qui praesidebat praefectus Aegypti s. Augustalis, magistratus s. iudex mere civilis fuit, potestate militari ducibus vel comitibus Aegypti s. limitis Aegyptiaci commissa. Quumque Aegyptus una esset ex quinque illis dioecesibus, quarum summa cura penes praefectum praetorio Orientis fuit (Notit. dignit. p. 9. ed. Böcking. Cod. Theod. L. 1. de navib. non excus. L. 1. 4. 6. de patroc. vic. L. 31. de erog. milit. ann.), imperio praefecti praetorio Orientis subiectus erat praefectus Augustalis (Cod. Theod. L. 42. de episcop.), etiam comite Orientis ille dignitate inferior (Cod. Theod. L. 16. de poenis. L. 57. de appell. L. 21. de div. offic. L. 8. de princip. agent. in reb.). Unde etiam Imperatores de rebus ad universam Aegypti aliarumque dioeceseon administrationem pertinentibus ad praefectum praetorio Orientis edicta emittebant (Cod. Theod. L. 189 - 192. de decurionibus. L. 4. 6. de patroc. vic. L. 57. de appellat. L. 11. de censitoribus. L. 3. de indict. L. 21. de div. offic. L. 15. de legatis. L. 43. de episcop. Cod. Iustin. I. tit. 59. tit. 37. 2.). Quamquam etiam recta ad praefectum Augustalem plurimae leges emissae sunt, praesertim de rebus iudiciariis, ut de ordine iudiciario (Cod. Theod. L. 9. de iurisdict.), de criminum reis convictis et confessis (L. 31. quorum appellat.), de domibus iudiciariis (L. 8. de oper. publ.), de iudicum in provinciis potestate nova opera exstruendi (L. 20. de oper. publ.), de principalium et curialium immunitate a corporalibus molestiis (L. 80. 126. de decur.), de presbyteris et clericis testibus torquendis (L. 10. de fide testium), de archierosyna non Christianis subeunda (L. 112. de decur.), de poena eius, qui fidem Christ. turbaverit (L. 3. de his qui super relig.), de privatis carceribus prohibendis (L. 1. de priv. carc. cust.), de vi libellorum Principibus propositorum in causis publicis (L. 8. de div. rescr.), de debitoribus fiscalibus (L. 27. quorum appellat.), de Iudaeis, qui aere alieno fatigati ad ecclesiam confugiunt (L. 2. de his qui ad eccles. conf.), de Iudaeis et Samaritanis non ad naviculariam functionem compellendis (L. 18. de navicul.), de legitime facta venditione (L. 7. de contrah. empt.), de exactoribus quotannis iudiciaria electione mutandis (L. 22. de suscept.), de aedibus privatis in locis publicis exstructis (L. 9. de operib. publ.), de causa curialium, qui rus confugiunt (L. 1. si curialis civitate relicta cet.), de officio iuridici Alexandriae (Iust. Cod. II. tit. 57.), de instituendis advocatis Alexandriae (ibid. tit. 7. 13.). Reliquae leges superstites praefecto Augustali inscripti aut ad plebem Alexandrinam pertinent (Cod. Theod. L. 1. de Alex. pleb. primat. L. 1. de his qui pleb. cet.), aut ad cursum publicum (L. 37. 51. de cursu publ.), aut ad officium defensorum (L. 3. de offic. defens.), aut ad episcopos (L. 11. de episc. L. 3. de episc. iudic.), aut ad prohibenda sacrificia pagana (L. 11. de paganis), aut ad officium ipsius praefecti (Cod. Iust. I. tit. 37.), aut denique ad officiales eius (Cod. Theod. L. 8. de princip. agent. in rebus). Igitur praefectus Augustalis quum pluribus in rebus a voluntate praefecti praetorio Orientis atque ab Imperatoribus pendebat, tum inde ab a. p. Chr. 395. iudicum ordinariorum flagitia examinandi et referendi, non amovendi et puniendi potestatem habebat (Cod. Iustin. I. tit. 37. 2.). Estque in mandatis (Basil. VI. 4. 5. T. I. p. 204. cf. Digest. I, 17.) praefectum Augustalem non prius deponere praefecturam et imperium, quam Alexandriam ingressus sit successor eius, licet in provinciam venerit (cf. Varges. l. c. p. 30.); quod ex institutione Zenonis refictum ita est, ut praefectus Aug. designato successore teneretur manere Alexandriae quinquaginta dies, nec prius deponere praefecturam, quam successor eius ad provinciae fines pervenisset (Cod. Iustin. I. tit. 59.). Ceterum quos officiales habuerit exeunte saeculo IV. docet Notit. dignit. p. 58. ed. Böcking. ubi tamen, quot evectiones ei concessae fuerint, non apparet. Permansit iuridicus praefecto Augustali adiunctus (vide p. 317. *b.*), licet instituto decurionum ordine; coram illo donationes insinuari iusserunt Leo et Anthemius (Cod. Iustin. I. tit. 57.). In locum autem pontificis totius Aegypti (vide p. 315. *a.*) cessit episcopus Alexandriae, praesul omnium per dioecesin sacerdotum et clericorum (cf. Cod. Theod. L. 2. 3. de fide cathol.).

Praefecti Aegypti s. Augustales hi innotuerunt:

Constantio imperante:

Longinianus a. u. c. 1107. p. Chr. 354. Cod. Theod. L. 11. de episcopis.

Iuliano imperante:

Ecdicius a. u. c. 1115. p. Chr. 362. Cod. Theod. L. 8. 9. de operibus publicis. Extant Iuliani Imp. ad hunc epistolae.

Valente imperante:

Tatianus a. u. c. 1120. p. Chr. 367. Cod. Theod. L. 1. si curialis relicta civitate cet. Memoratur idem ap. Suid. v. Οὐάλης, in vita Athanasii ap. Phot. cod. CCLVIII. p. 484. ed. Bekk. Eundem Lupicino et Iovino cos. Alexandriam introiisse primum Augustalium VI. Kal. Febr. atque etiam a. p. Chr. 374. 375. 376. Augustalem fuisse ex Chronico Alexandrino annotavit auctor prosopographiae Codicis Theodosii. Alius Tatianus videtur esse ἡγεμὼν Θηβαΐδος, qui titulum n. 4816. posuit.

Theodosio M. imperante:

Iulianus a. u. c. 1133. p. Chr. 380. Cod. Theod. L. 80. de decur. L. 20. de operibus publicis. Eiusdem Iuliani extant epigrammata in Anthologia. Ad eundemque pertinere videtur titulus n. 5071.

Palladius a. u. c. 1135. p. Chr. 382. Cod. Theod. L. 57. de cursu publico.

Hypatius a. u. c. 1136. p. Chr. 383. Cod. Theod. L. 27. quorum appellationes cet.

Florentius a. u. c. 1137. p. Chr. 384. Cod. Theod. L. 1. de his qui pleb. cet. L. 9. de fide testium. Mitto Optatum, cui inscripta lex (3. de episcopali iudicio) suppositicia.

Paulinus a. u. c. 1138. p. Chr. 385. Cod. Theod. L. 10. de fide testium. L. 22. de susceptoribus. Cod. Iust. I. tit. 3. de episcopis cet. 8.

Florentius iterum a. u. c. 1139. p. Chr. 386. Cod. Theod. L. 112. de decurionibus. Cod. Iustin. I. tit. 37. de off. praef. August.

Erythrius a. u. c. 1141. p. Chr. 388. Cod. Theod. L. 1. de priv. carc. custodia.

Alexander a. u. c. 1143. p. Chr. 390. Cod. Theod. L. 18. de navicularиis. Alius Alexander videtur esse ἔπαρχος Θηβῶν, qui n. 4772. memoratur.

Euagrius a. u. c. 1144. p. Chr. 391. Cod. Theod. L. 11. de paganis. Huius Euagrii mentionem iniiciunt Eunapius in vita Aedesii et Sozomenus VII, 15.

Hypatius iterum a. u. c. 1145. p. Chr. 392. Cod. Theod. L. 31. quorum appellationes cet. L. 20. de naviculariis.

Potamius eodem anno; Cod. Theod. L. 2. de defensoribus civit. L. 126. de decurionibus. L. 3. de his qui super religione cet. L. 51. de cursu publico. Cod. Iustin. I. tit. 55. 5.

Arcadio imperante:

Remigius a. u. c. 1149. p. Chr. 396. Cod. Theod. L. 8. de divers. rescript. L. 7. de contrah. empt. Cod. Iustin. I. tit. 20.

Gennadius eodem anno; Cod. Theod. L. 1. de Alex. pleb. prim. Cod. Iustin. I. tit. 4. de episcop. aud. 5. Extat in eum Claudiani epigramma. Cf. Synes. Epist. 33.

Archelaus a. u. c. 1150. p. Chr. 397. Cod. Theod. L. 2. de his qui ad eccles. conf. L. 9. de iurisdict. Cod. Iustin. I. tit. 12. de his qui ad eccles. cet.

Theodosio II. imperante:

Orestes circa a. u. c. 1168. p. Chr. 415. Socrat. Hist. eccles. VII, 13-15.

Cleopater a. u. c. 1188. p. Chr. 435. Cod. Theod. L. 8. de principibus agentium in rebus.

Huic fere aetati tribuendus videtur *Theodorus* Augustalis, ad quem extat Isidori Pelusiotae epistola 462. cf. ep. 372. Incertae aetatis est *Aurelius Clemens* ἔπαρχος - - - n. 5089. nisi hic praeses provinciae fuit, ἔπαρχος Θηβαΐδος, ut Tatianus n. 4816. ut Alexander n. 4772.

Potestas militaris duci Aegypti commissa, praeeunte Valeriano (Vopisc. Aurelian. conf. Spartian. in Aemiliano). Qui quum Constantii aetate unus esset (λαμπρότατος δοῦξ, στρατηλάτης Athanas. Hist. Arian. p. 394. Apol. ad Const. p. 310.), postea duo constituti sunt, alter Thebaidis (Notit. dignit. p. 74. ed. Böcking.), Libyae alter (Böcking. ad Not. dignit. p. 314 sq.), reliqua administratione militari comiti Aegypti s. limitis Aegyptiaci relicta. Sunt tamen indicia, unde colligi potest interdum ducem Aegypti simul etiam Augustalem fuisse.

Innotuerunt ex ducibus et comitibus Aegypti hi:

Murentius aetate Valeriani (Vopisc. in Aureliano c. 13.).

Aemilianus aetate Galieni (Spartian. in Aemiliano trigint. tyr. XXI.).

Probatus aetate Claudii (Pollio in Claudio c. 11.).

Artemius dux Aegypti a. p. Chr. 363. (Amm. Marc. 22, 11, 8. Chron. Pasch. p. 549. ed. Bonn.)

Victor dux Aegypti a. p. Chr. 364. (Cod. Theod. L. 5. de legat.)

Merobaudes dux Aegypti a. p. Chr. 384. (Cod. Theod. L. 43. de appellat. cf. Zosim. IV, 17.)

Romanus comes Aegypti a. p. Chr. 391. (Cod. Theod. L. 11. de paganis.)

Heraclianus comes Aegypti a. p. Chr. 395. (Cod. Theod. L. 3. de patroc. vic. cf. Synes. Epist. 137-147.)

Vitalianus dux Libyae a. p. Chr. 417. (Cod. Theod. L. 16. de numerariis).

Theodotus comes Aegypti a. p. Chr. 435. (Cod. Theod. L. ult. de princip. agent.)

Florus dux et Augustalis, imperante Marciano circa a. p. Chr. 451. (Vales. ad Euagr. Hist. eccles. II. p. 293.)

Alexander, dux Aegyptiaci limitis qui et Augustalis fuit, a. p. Chr. 467-471. (Cod. Iustin. I. tit. 57. lib. II. tit. 7, 13.)

Provinciarum administratio civilis commissa rectoribus s. moderatoribus, qui praesides (ἡγεμόνες) vocabantur. Praesidiales provinciae numero quinque fuerunt: Aegyptus propria, Arcadia, Thebais, Libya utraque (Notit. dignit. p. 6. ed. Böcking.). Initio quidem etiam Augustamnica praesidem habuit (Cod. Theod. L. 34. de decurion.); mox magistratum nacta est praeside potiorem, correctorem (Notit. dignit. p. 8. ed. Böcking.); deinde posteaquam in duas divisa pro-

vincia est, altera praesidem consularem habuit, altera correctorem (Nov. Iustin. 8. Notit. conf. Böcking ad Notit. dignit. p. 517.). Rectores provinciarum iudices ordinarii fuerunt in civilibus criminalibusque controversiis occupati, praefecto Augustali subiecti; qui quum antea de causis humilioribus peculiares iudices sistere possent, mox accisa potestate de omnibus rebus cognoscere debebant, donec iis facultas pedaneorum iudicum constituendorum a Constantio reddita est (Cod. Theod. L. 2. de offic. rect. prov.). Praetoria de suo componere debebant, nisi quod a rebus publicis ex rescripto principis annonas et cellaria accipiebant, ut comites rei militares, rationales, ceterique in dignitatibus constituti (Cod. Theod. L. 3. de offic. iud. omn.). Ceterum de annonis et capitu administrantium cf. Cod. Iustin. lib. I. tit. 52. De iurisdictione eorum varia constituuntur in Cod. Theod. libro II. Officiales rectorum provinciarum cohortales s. cohortalini dicebantur (Cod. Theod. L. 3. de indict. cf. Notit. dignit. p. 113. ed. Böcking). Subiecti eorum potestati erant praefecti s. praepositi pagorum, πάγαρχοι, πατράρχαι (unde παγαρχία, Cod. Theod. L. 1. de erog. milit. ann. Cod. Iustin. Ed. XIII. de Alexandr. init. et c. 12.).

Ex rectoribus provinciarum innotuerunt hi:
Tatianus, ἡγεμὼν Θηβαΐδος n. 4816.
Armenius, ἡγεμὼν τῆς ἐπαρχίας (Θηβαΐδος) n. 4769.
Alexander, ἔπαρχος Θηβῶν (i. e. Θηβαΐδος) n. 4772.
Auxentius, praeses Augustamnicae a. p. Chr. 342. (cod. Theod. L. 34. de decurionibus.)
Gigantius, corrector Augustamnicae a. p. Chr. 436. (Isid. Pelusiot. Ep. 487.)

Administratio tributorum et vectigalium publicorum etiam tum penes praefectum Augustalem fuit (Cod. Iustin. lib. I. tit. 37.), cura exactionis rectoribus provinciarum iniuncta (Cod. Theod. L. 5. 6. de executor.), quibus in civitatibus curiales et defensores (Cod. Theod. L. 12. 16. de exaction.), in vicis pagarchi (Iustin. Ed. XIII. init.) et cephaliotae, i. e. capitationis exactores (Cod. Theod. L. 6. de patroc. vic.), hoc in negotio praesto erant. Sed annonae Alexandriam subvehendae partim in huius urbis usus partim in usus Constantinopolis (cf. p. 318. *a.*) peculiaris magistratus praefuit, praefectus annonae Alexandriae (Cod. Theod. L. 3. de susceptor.), qualis et urbi Romae pridem fuit et mox etiam Africae impositus (Cod. Theod. L. 12. de navicul. L. 2. de naufrag.). Apparebant autem praefecto annonae Alexandriae susceptores et annotatores s. tabularii; quo pertinent etiam κριθολόγοι et ζυγοστάται (Cod. Theod. L. 1. de frumento Alexandr. L. 3. de susceptor.). Loco procuratoris Aegypti (vide p. 320. *a.*) comes et rationalis summarum Aegypti missus est καθολικὸς Αἰγύπτου n. 4807. cuius etiam in titulo n. 4892. mentio fit. Fuit is una cum comite largitionum per Aegyptum (Gothofr. ad Cod. Theod. L. 63. de decur.) et cum comite commerciorum per Orientem et Aegyptum imperio comitis sacrarum largitionum, qui reditus imperii tractabat, subiectus (Notit. dignit. p. 41. 42. ed. Böcking. conf. Pancirol. p. 50.). Erant praeterea in singulis provinciis rationales rerum privatarum (Cod. Theod. L. 1. de incorporat.), qui comiti rerum privatarum parebant (Notit. dignit. p. 43. 44. cf. Pancirol. p. 56.).

In privilegiis Alexandriae hac aetate celebratur annonae urbi donatio instituta a Diocletiano, deinceps aucta a principibus, quod augmentum περισσοχορηγίας nomine nuncupabatur; quo nomine abolito Theodosius II. canonem ordinarium cx modiis diurnis auctum ivit (Cod. Theod. L. 2. de frumento Alexandr.). Atque has donationes etiam posthac Iustinianus sustinuit (Ed. XIII. 4. 12.). Ceterum tum Alexandrina quoque civitas ad exemplum aliarum civitatium suos agros vectigales et reditus habuit (Cod. Theod. L. 2. de Alex. pleb. primat. cf. tit. de operibus publicis). At vero curia Alexandrina Imperatorum industriam exercuit, ut docent leges Cod. Theod. 189-192. de decurionibus, unde praeter alia accepimus ὑπομνηματογράφον, magistratum Alexandrinum (vide p. 321. *b.*), tum inter principes senatus secundum fuisse. Quamquam sors tristis senatorum, dignitate equestri etiam naviculariis collata (Cod. Theod. L. 16. de navicul. conf. Reynier l'Égypte sous la dominat. des Rom. 1807. p. 109.). Plebs Alexandrina tum divisa erat in ergasiotanos s. ergasiotarios, corporatos, collegiatos. Ergasiotani erant operarii et artifices cuiuscunque artis; quo pertinent mechanici, geometrae, architecti (Cod. Theod. L. 3. de excus. artif.), vitriarii, chartae confectores, linyphiones (Cod. Theod. L. 2. de excus. artif. cf. Varges. l. c. p. 74 sq.). Corporati ministeria erant urbis necessitatibus inservientia, ut pistores, catabolenses, suarii, pecuarii, susceptores, mancipes thermarum, calcis in usum publicum coctores (Cod. Theod. L. 2. de primat. Alexandr. pleb. cf. de privil. corporat. urb. Rom.). Ex his corporatis ut parabolani (ad curanda debilium aegra corpora deputati) eligerentur, aliquando instituit Theodosius II. (Cod. Theod. L. 42. de episcop. cf. L. 43. ibid.). Collegiati denique ministeria humiliora ad superstitionem paganorum spectantia praestabant, ut docet Cod. Theod. L. de collegiatis. Primates plebis Alexandrinae fuerunt archigerontes et dioecetae, quorum hi videntur communem corporum arcam administrasse. Quos primates ex numero ergasiotanorum deligi Arcadius et Honorius iusserunt (Cod. Theod. L. 1. de Alex. pleb. primat.).

Sed idem ordo generalis provincialium etiam in reliquis institutus est oppidis provinciarum et metrocomiis (Cod. Theod. L. 34. 63. 80. 126. de decurion. L. 6. de patroc. vic.), prospectumque prono ad violentiam ingenio Aegyptiorum institutis defensoribus civitatium in speciem magistratus, quibus tuendae plebis decurionumque ab omni improborum temeritate atque insolentia vindicandorum cura erat (Cod. Theod. L. 12. de exact. L. si quacunque praeditus potest cet. L. 19. de annona et trib. L. 23. de suscept. L. 2. de defens. civit.). Quid quod etiam in vicis quibusdam curiales instituti videntur, qui primates vicorum audiunt (Cod. Theod. L. 13. de decurion.). Iam vicorum alii privati, plurimi publici erant, in-

primis metrocomiae (Cod. Theod. L. 6. de patroc. vic.). Coloni publice vicis adscripti homologi dicebantur. Hi praestabant homines publicis muneribus fungentes, vulgo liturgos dictos, ex quorum numero fuerunt cephaliotae (capitationis exactores), irenarchae loco militarium et stationariorum ex locupletioribus possessoribus electi pacis publicae tuendae causa, et logographi chomatum, qui muniendae Nili ripae aggeribusque conservandis praeerant (Cod. Theod. l. c. et L. de irenarchis. cf. L. de Nili aggeribus non corrumpendis). Hi vicani utcunque pertaesi oneris ab Imperatoribus impositi ad potentiorum, ut praefectorum, comitum, ducum patrocinium confugere solebant, quorum tutela freti sperabant fore ut aut fraudare tributa aut munia publica subterfugere possent; unde leges Constantii, Valentis, Arcadii, Theodosii II. (Cod. Theod. de patroc. vic.). De his conf. praeterea Reynier l. c. p. 115 sq. p. 129 sqq.

2. Extremo loco novum in administranda Aegypto ordinem auspicatus Iustinianus extenuatam praefecti Augustalis potestatem etiam magis imminuit. Nam is, bipartitis Aegypto propria et Thebaide, praefectum Alexandriae praeesse et ambabus Aegyptis voluit, exceptis nomis Menelaita et Mareota, quos nomos Libyae assignavit. In utraque Aegypto et in utraque Thebaide bini praesides impositi, quorum illi praefecto Augustali, hi duci Thebaidis parerent. Quumque visum esset potestatem civilem et militarem uni magistratui reddere, praefecto Augustali cohors augustaliana et ducalis concessa est. Eademque dignitate et potestate, qua praefectus Augustalis, etiam dux Thebaidis utriusque et dux Libyae ornati sunt (Iustin. Ed. XIII. de Alex. et prov. Aeg.). Unde etiam dux Thebaidis Αὐγουστάλιος audit in titulo Christiano ap. Letronn. Matériaux pour l'hist. du Christ. p. 93. memorabili etiam propterea, quod ibi dux Thebaidis δεκουρίων appellatur. Exinde cura praefecto iniuncta, ut annona utriusque Aegypti rite administraretur, quae aucta ex locis iurisdictioni eius non subiectis, subducta portione Alexandriae destinata, Constantinopolin transmitteretur. Atque etiam in exigendis tributis publicis praefectus in provinciis suis praesto esse debebat scriniariis et tractatoribus ad id missis, et quae alia solita orationis prolixitate praecipit Iustinianus l. c. in spem aeternae memoriae. Ceterum in administrandis tributis publicis praefecto vindex Alexandriae videtur subiunctus fuisse, cuius mentio fit l. c. c. 14. 15. Cf. Reynier l. c. p. 118 sq.

3. Tempora ante Diocletiani imperium ex annis Imperatorum designabantur ad rationem Aegyptiacam et calendarium quod vocatur fixum computatis (cf. p. 309. *a.*). Quod ubi homines ad calendarium vagum annos exigebant, addere κατ' Αἰγυπτίους, κατ' ἀρχαίους solebant (vide ad n. 4736.). Accedebat praefecti Aegypti magistratuumque ei subiectorum, ut epistrategi et strategi, designatio (conf. p. 315. *a.*). Atque etiam Romani in Aegypto degentes fere calendarium Aegyptiacum sequebantur, relicto titulis Latinis calendario Romano (conf. Letronn. La stat. voc. de Memn. p. 123 sq.). Sed epochae in saecula duraturae auctor Diocletianus exstitit. De qua epocha quum pridem ex calculis astronomorum constitisset (vide Ideler Hist. Unters. p. 135.), paganos Imperatorum Christianorum incuriosos ea vulgo usos esse ex titulis n. 4945. 4946. primus demonstravit Letronnius (Matériaux pour l'hist. du Christ. p. 91 sqq.). Idem tenebras de sorte epochae Diocletiani exortas feliciter dispulit. Christianos inde ab a. p. Chr. 312. in designandis temporibus cyclo indictionum annisque Imperatorum usos esse testantur:

Papyrus Elephantines ap. Young Hierogl. n. XLVI. (cf. Curtius Anecd. Delph. p. 87.) imperante Constantio die 12. mensis Ianuarii a. 355. indict. XIII. scriptus,

Titulus Philensis ap. Letronn. l. c. p. 93. imperante Iustino II. die 14. mensis Decembris a. 577. indict. XI. scriptus.

Papyrus musei regii Paris. teste Letronnio l. c. p. 105. imperante Mauricio die 14. mensis Iulii a. 599. indict. - - scriptus.

Papyrus 1. bibliothecae regiae Berol. ap. Schmidt. Forsch. auf d. Geb. d. Gesch. I. p. 15 sq. imperante Phoca die 10. mensis Ianuarii a. 607. indict. X. scriptus.

Papyrus 2. bibliothecae regiae Berol. ap. Schmidt. l. c. p. 17. imperante Heraclio die 18. mensis Novembris a. 613. indict. II. scriptus.

Papyrus musei regii Paris. teste Schmidtio l. c. p. 397. imperante Heraclio die 13. mensis Iunii a. 616. indict. - - scriptus.

Ex solis indictionibus signati habentur tituli ap. Burckhardt. Itin. Nub. p. 122. ap. Viduam Inscr. XIX. n. 2. et tertius teste Letronnio l. c. in museo Aegyptiaco Paris.

Hinc profectus Letronnius probabile reddidit Christianos, quos constat et ipsos epocha Diocletiani usos esse, hanc epocham post Aegyptum ab Arabibus occupatam indictionibus accuratius definiendis adoptasse, indito novo nomine martyrum, quo scilicet Christianorum Diocletiano imperante exstinctorum honorarent memoriam. Cui coniecturae firmandae certe tres tituli sepulcrales a Letronnio allati satis inserviunt.

SECTIO PRIMA.

AEGYPTUS INFERIOR (DELTA).

ALEXANDRIA, CANOPUS, BOLBITINE.

4677.

In plintho basanitae viridis ex collectione Drovetti. Titulum Millingen in portu Pisano (Livorno) a se transcriptum communicavit cum Letronnio, qui edidit Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 52 sqq. Eodem tempore quo haec inscriptio a Letronnio edita est, ex lapide transcripsit Giulio Cordero de' conti di S. Quintino, qui ed. Giornale Arcad. T. XIX. 1823. p. 206. Apographum minusculis confectum misit Minutoli. Lapis ubi repertus sit, non constat. In Aegypto positum fuisse certum videtur, *Alexandriae* probabile.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝΤΟΝΑΡΧΙΣΩΜΑΤΟΦΥΛΑΚΑ
ΚΑΙΑΡΧΙΚΥΝΗΓΟΝΤΟΝΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ
ΤΩΝΠΡΩΤΩΝΦΙΛΩΝΚΑΙΑΡΧΙΚΥΝΗΓΟΥΥΙΟΝ
ΤΟΚΟΙΝΟΝΤΩΝΛΥΚΙΩΝΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ
ΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΗΣΟΠΑΤΗΡΑΥΤΟΥΔΙΑΤΕΛΕΙ
ΠΑΡΕΧΟΜΕΝΟΣΕΙΣΤΕΒΑΣΙΛΕΑΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝ
ΚΑΙΤΗΝΑΔΕΛΦΗΝΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝΚΛΕΟΠΑΤΡΑΝ
ΘΕΟΥΣΕΠΙΦΑΝΕΙΣΚΑΙΕΥΧΑΡΙΣΤΟΥΣΚΑΙΤΑΤΕΚΝΑ
ΚΑΙΕΙΣΤΟΚΟΙΝΟΝΤΟΝΛΥΚΙΩΝ

Vs. 1. init. ΠΤΟ habet Letronn. omiserunt Cord. et qui apographum minusculis confecit. Et Corderus quidem lacunam punctis septem indicat. Vs. 2. init. Letr. ΚΑΙΑΡΙΚΥΝ cet. duo reliqui ΚΑΙΑΡΧΙΚΥΝ cet. Vs. 9. extr. Letr. ΤΩΝΛΥΚΙΩΝ; in lapide esse ΤΟΝ ΛΥΚΙΩΝ diserte notat Corderus.

Πτολεμαῖον τὸν ἀρχισωματοφύλακα καὶ ἀρχικύνηγον, τὸν Πτολεμαίου τῶν πρώτων φίλων καὶ ἀρχικυνήγου υἱόν, τὸ κοινὸν τῶν Λυκίων ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας ἧς ὁ πατὴρ αὐτοῦ διατελεῖ παρεχόμενος εἴς τε βασιλέα Πτολεμαῖον καὶ τὴν ἀδελφὴν βασίλισσαν Κλεοπάτραν, θεοὺς Ἐπιφανεῖς καὶ Εὐχαρίστους, καὶ τὰ τέκνα καὶ εἰς τὸ κοινὸν τ[ῶ]ν Λυκίων.

Titulus pertinet ad annos ante Chr. 188-181. quo tempore flagravit bellum inter Lycios et Rhodios (vide Polyb. XXV, 5, 13.). Qua occasione quemadmodum Eumenes Rhodiis auxiliatus est, ita Ptolemaeus Epiphanes favisse Lyciis et Caribus videtur (cf. Letronn. l. c. p. 53. et Fragments inédits d'anciens poëtes grecs, Par. 1838. n. III. p. 14 sqq.). Atque ex nostro titulo apparet necessitudinem quandam tum intercessisse inter Lycios et aulam Ptolemaei, qui hic, ut in titulo n. 4697. et alibi Ἐπιφανὴς καὶ Εὐχάριστος audit. Cleopatra uxor Epiphanis soror audit sollemni more (vide Introd. p. 286. *a*.). De muneribus ἀρχισωματοφύλακος et ἀρχικυνήγου vide Introd. p. 289. *b*.

4678.

Alexandriae, in basi syenite coloris nigri, pulchris litteris; ed. Gau Inscr. tab. x. n. 28. et Amati Giorn. Arcad. Mai. 1822. p. 256. Lapis nunc extat Romae apud mercatorem Basseggio, unde misit Lepsius titulum ex ipso lapide chartae madefactae impressum.

ΙΟΛΕΜΑΙΟΝ
ΤΗΡΑΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ
ϽΣΦΙΛΟΜΗΤΟΡΕΙΟΣ
ΗΣΚΑΙΑΡΧΕΔΕΑΤΡΟΣ
ιΟΝΕΑΥΤΟΥΕΥΕΡΓΕΤ ⁞⁞ ⁞

Βασιλέα Πτ]ολεμαῖον [θεὸν Σω]τῆρα Ἀπολλώνιος - - - - - - ος Φιλομητόρειος [συγγενὴ]ς καὶ ἀρχεδέατρος [τ]ὸν ἑαυτοῦ εὐεργέτ[ην.

Pertinet ad Ptolemaeum Sotera II. Vs. 3. init. deest nomen patris Apollonii, quod videtur terminari in ΟΣ; nam quod dedit Gau ΩΣ verum non est. Apollonius nove dicitur Φιλομητόρειος nomine a Philometore, ut videtur, recepto. Titulum Φιλομητόρειος mihi videor reperire in pap. Taur. XIII. vs. 5. ubi scribendum: Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρου Φι[λ]ο[μ]ητόρειος (cf. Introd. p. 295. *b*.) qui titulus videndum ne pertineat ad sodalitium aliquod Divo Philometori sacrum. Vide Introd. p. 308. *b*. De titulo συγγενὴς vide Introd. p. 290. *a*. Apollonius noster fuit ἀρχεδέατρος, primus ex dapiferis regis. Vide Introd. p. 289. *b*.

4679.

Alexandriae, in ara; ed. Maffeius Mus. Veron. p. XLI. aeri incisum, qui dicit afferri titulum etiam in Novo thesauro (Muratorii), in quo frustra quaesivi. Tractavit Bartoli Dissertazioni due sul Museo Veronese, Veron. 1745. 4. Ex Maffeio petiit St. Martin Journ. des Savans, Sept. 1821. p. 543. et Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte, p. 294.

ΗΠΟΛΙΣΤΩΝΑΛΕΞΑΝ
ΔΡΕΩΝΚΑΙΕΡΜΟΥΠΟ
ΛΙΣΗΜΕΓΑΛΗΚΑΙΗΒΟΥ
ΛΗΗΑΝΤΙΝΟΕΩΝΝΕ
ΩΝΕΛΛΗΝΩΝΚΑΙΟΙ
ΕΝΤΩΙΔΕΛΤΑΤΗΣΑΙ
ΓΥΠΤΟΥΚΑΙΟΙΤΟΝΘΗ
ΒΑΙΚΟΝΝΟΜΟΝΟΙΚΟΥΝ
ΤΕΣΕΛΛΗΝΕΣΕΤΙΜΗ
ΣΑΝΠΟΠΛΙΟΝΑΙΛΙΟΝ
ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΝΘΕΟΔΩΡΟΝ
ΕΠΙΑΝΔΡΑΓΑΘΙΑΙΚΑΙ
ΛΟΓΟΙΣ

Litterarum formae artificiosiores multisque apicibus ornatae sunt, quales repraesentantur Elem. epigr. Gr. p. 246.

Ἡ πόλις τῶν Ἀλεξανδρέων καὶ Ἑρμούπολις ἡ μεγάλη καὶ ἡ βουλὴ ἡ Ἀντινοέων νέων Ἑλλήνων καὶ οἱ ἐν τῷ Δέλτα τῆς Αἰγύπτου καὶ οἱ τὸν Θηβαϊκὸν νομὸν οἰκοῦντες Ἕλληνες ἐτίμησαν Πόπλιον Αἴλιον Ἀριστείδην Θεόδωρον ἐπὶ ἀνδραγαθίᾳ καὶ λόγοις.

Honoratur Aelius Aristides, celeber orator et sophista, cuius opera etiam nunc extant. Hunc in Aegypto fuisse circa ann. p. Chr. 145-147. demonstravit Letronnius l. c. p. 254 sqq. Unde aetas tituli cognoscitur. Aristides h. l. Πόπλιος Αἴλιος Ἀριστείδης Θεόδωρος audit. Agnomen Θεόδωρος Aristides ipse suppeditat in Ἱερῶν λόγῳ δ'. p. 334. (ed. Dind. Vol. I. p. 518.). De praenomine Πόπλιος aliunde non constitit. Ornarunt autem doctum peregrinatorem Alexandria et Hermopolis magna, civitates Aegypti primariae, deinde Antinoopolis, civitas Graeca ab Hadriano constituta, unde ἡ βουλὴ ἡ Ἀντινοέων νέων Ἑλλήνων (conf. n. 4705.); denique reliqui Graeci qui Delta et Thebaidem incolebant. Statuam Aristidis Romae constat in Vaticano asservari (conf. Visconti Iconogr. grecque Vol. I. pl. 31. ed. in 4.).

4680.

Alexandriae, in basi statuae fractae; ed. Murator. T. I. p. CCXLVII. 5. missu Bimardi ex schedis D. de la Condamine cum Lat. interpr. et not. et Pocock. Descript. Orient. T. I. p. 276. n. 2. Tractarunt Leichius in libro Carmina sepulcr. cet. unde quaedam decerpsit Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 8. s. 1. p. 86. Io. Casp. Hagenbuchius de Graecis thes. Murat. marmoribus quibusdam cet. 1744. p. 46. Letronnius Rech. cet. p. 288 sq.

ΙΛ....ΚΙVΑΜ....ΙΙ'ΙΙΟΙΙ'ΙΙ\ΟϹΑΙΑΝΟΜΑЄΛΙΟΝ
ΗΚΥ.ΟΝϹЄΟΟΥΗ.Μ.ΑΝΤѠΝΙΝΟΝЄΥΤΥΧΗЄΥϹЄΒΗϹЄΒΑϹΤΟΝ
ΤΟΝϹѠΤΗΡΑΤΗϹΟΛΗϹΟΙΚΟΥΜЄΝΗϹ
Μ.ΑΥΡΗΛΙΟϹΜЄΛΛЄΚΑΙѠϹΚΡΗΜΑΤΙΖѠ
ΙΚΑΑΟΥΡΙΒ

Dedi Pocockii apographum. Vs. 1. Mur. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙϹΑΡΑΜΑΥΡ non notata lacuna. Vs. 2. Mur. ΗΛΙΟΝϹЄΟΥΗΡΟΝΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝΕΥΤΥΧΗ (Poc. ЄΥΤΥΚΗ) cet. Vs. 3. Mur. omittit ΤΗϹ. Vs. 4. Mur. ΜΕΛΛΕΚΑΙѠϹΡΗΜΑΤΙΖѠ, unde pro Pocockiano ΜЄΛЄ dedi ΜЄΛΛЄ. Vs. 5. addit Mur.

Τὸν μέγιστον Αὐτοκράτορα Καίσαρα] Μά[ρκ]ον [Αὐρ]ή[λι]ον Σεούη[ρον] Ἀντωνῖνον Εὐτυχῆ Εὐσεβῆ Σεβαστόν, τὸν σωτῆρα τῆς ὅλης οἰκουμένης, Μ. Αὐρήλιος Μέλ[ας] καὶ ὣς [χ]ρηματίζω. [L] ᾱ, Ἀ[θ]ὺρ ιβ̄.

Imperatorem Caracallam esse vidit Elsner Schediasm. crit. p. 146. Cf. Vol. I. ad n. 1619. Principio exempli causa addidi τὸν μέγιστον. Potest esse etiam τὸν θειότατον vel simile. Vs. 4. nomen Μέλας restituit Letronnius, a quo discessimus in explicandis iis quae deinceps sequuntur. Formula καὶ ὡς χρηματίζω (καὶ ὡς χρηματίζει) intemerata extat in lapide Ricardiano ap. Reines. Synt. p. 313. et Spon. Miscell. erud. Ant. p. 369. ubi diserte Α. Σεπτίμιος Τρύφων καὶ ὡς χρηματίζω, Ἀλεξανδρεύς, φιλόσοφος, γενόμενος ἱερεὺς κατὰ τὸ ἑξῆς δὶς καὶ ἀρχιερεὺς cet. Eadem formula habetur etiam in titulo n. 4705. Hanc igitur formulam Letronnius, qui usum verbi χρηματίζειν (vocari) recentiorem persequitur, ita interpretatur, ut sit, ὧν ὁ ἐπικαλούμενος vel simile, quo hominis exprimatur peculiaris designatio. Esse tamen in ea explicatione quod offendat, Letronnius ipse videtur animadvertisse. Nec video quomodo attributa qualia sunt in lapide Ricardiano Ἀλεξανδρεύς, φιλόσοφος, γενόμενος ἱερεὺς cet. cum nomine personae particula καὶ possint copulari. Ipsa particula καὶ addita docet formulam subesse diplomaticam, qua significetur aliquid quod non additur, ut est *et cetera*. Neque enim additur ut vocetur persona. Igitur tota formula καὶ ὡς χρηματίζω nomini proprio subiecta nihil aliud denotat nisi *et cetera ut vocor in litteris publicis*; conferrique potest formula in papyris Aegyptiacis (Anastasii et Casati) obvia de sacerdotibus regum Ptolemaeorum, ubi dicitur τῶν ὄντων καὶ οὐσῶν. Quod quum ita sit, simul apparet, neque in titulo nostro n. 4680. post verbum χρηματίζω quidquam requiri ad supplendam sententiam, neque in titulo n. 4705. quae addita leguntur φυλῆς Ἀθηναΐδος pertinere ad eam formulam. In fine tituli annus Imperatoris et dies mensis Ae-

gyptii perscripti sunt. Diem XII mensis Athyr vidit iam Bimardus. In anni designatione primus ductus I videtur ortus esse ex errore vel vitio lapidis. In littera K latet siglum anni L (conf. Elem. epigr. Gr. p. 375.). Si A verum est, annus, quo positus titulus, est a. p. Chr. 211.

4681.

Alexandriae, in basi columnae praegrandis e granite rubro, quae vulgo Pompeii nomine vocatur, litteris rudioribus. Columnam descripserunt Pocockius (Descr. Or. T. I. p. 8. Lond. 1743.), Shaw (Itin. Lips. 1765. p. 254.), Norry (in Sonnini Itin. T. I. p. 131. ed. Par. et in Descr. Aeg. T. II. Append. Par. 1818.), alii. In summa columna foramen esse testati sunt qui ascenderunt nautae; unde colligi potest fuisse olim statuam impositam Diocletiani. Huic enim dedicatam columnam fuisse docet titulus scriptus in basis parte occidentali. Zoega de Obel. p. 607. eandem putavit esse quam saeculo IV. in acropoli Alexandriae superstitem memorat Aphthonius Sophista Progymn. c. 12. p. 77. (ed. LB. 1526.); quam sententiam probare videtur Welcker Mus. Rhen. 1834. p. 491. Alias coniecturas de antiquitate columnae vide sis in Whitii libro Abdallatifi editioni praemisso: Aegyptiaca cet. Oxon. 1801. coll. Diar. Ienens. a. 1801. n. 293. Cyriacus Anconitanus Itin. p. 50. (ed. Flor. 1742.), ubi columnam Pompeii memorat, dicit se ex antiquo epigrammate compertum habere *Alexandri eam* esse *regis Macedonum*, quam *Dinocrates nobilis architectus erexerit*; Pompeii eam nomen perperam traxisse. Qua notitia fretus Osannus Comment. de col. Alexandrina in Mem. dell' Inst. di Corr. Archeol. T. I. p. 229 sqq. conatus est demonstrare columnam, quae vulgo Pompeii nomine appelletur, a Dinocrate exstructam, serioribus autem temporibus novo et ampliore fundamento iacto et capitulo Corinthio fortasse addito Diocletiani in honorem esse restitutam. Id ut demonstraret usus est titulo eo, quem ex Apiano (p. CCCCCXI. „Alexandriae in columna mirae magnitudinis") edidit Gruter. p. CLXXXVI. 2. p. MXX. 9. ex Iucundi schedis Murator. T. II. p. CMXLIX. 6. Est autem Apiani exemplum hoc:

ΔΗΜΟΚΡΑΤΗΣ
ΠΕΡΙΚΛΙΤΟΣ
ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΣΜΕ
ΟΡΘΟΣΕΝΔΙΑ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ
ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ

Verum enim vero hanc inscriptionem genuinam esse non probavit Osannus. Ut concedamus potuisse male legere homines aut transcripta male dedisse, plura tamen inesse in eo titulo quae offendant, peritissimus quisque, opinor, maxime fatebitur. Nec mirum, quod Maffeius spurium titulum iudicavit. Neque enim in formis perversis vocabulorum posita sunt fraudis indicia, sed in universa tituli conformatione. Ac servemus licet paulisper inscriptionem exempli causa ita restitutam:

ΔΕΙΝΟΚΡΑΤΗΣ
ΠΕΡΙΚΛΕΙΤΟΥ
ΑΡΧΙΤΕΚΤΩΝΜΕ
ΩΡΘΩΣΕΝ L ΙΑ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ

tamen non eviceris fuisse scriptam in basi columnae Pompeii, quam basin opus Romanum esse peregrinatores omnes consentiant. Necdum video refutatam sententiam Letronnii, qui totum monumentum aetati Romanae tribuit (Recherch. p. 367. coll. p. 489.). Utut haec res se habet, quae altioris indaginis est, etiamsi columna antiquior sit, quae novae basi imposita postmodum alii usui inservierit, de Dinocrate certe conclamata res est. Nam in basi huius columnae alia inscriptio non extat nisi ea, quae columnam in honorem Diocletiani exstructam prodit. Eam autem inscriptionem lectu difficillimam esse quum alii contenderunt tum Pocockius suo apographo luculenter docuit. Quid quod fuit quum Galli omnino legi quidquam posse negarent (Norry Mém. sur l'Ég. Vol. I. p. 64.). Contigit Britannis Leakio, Hamiltono, Squirio, qui una operam impenderunt, ductus characterum ita dignoscere ut iustius praestarent apographum. Mitto nunc litem ridiculam a Clarkio motam, qui apographum primum uni Squirio deberi contendebat (vide Class. Journ. T. XIV. p. 359. coll. T. XV. p. 161. Quarterly Journ. Oct. 1820. p. 3.). Notabilius hoc est quod Britanni ad legendum hunc titulum benigniore lumine opus esse testantur. Refert Leakius (Class. Journ. Vol. XIII. 1816. p. 153.): „Comme il était près de midi quand j'arrivai à la colonne, le soleil commençait à jeter quelques rayons obliques sur le côté occidental de la base. C'est la direction de la lumière la plus favorable pour éclairer les lettres de l'inscription et les rendre facilement visibles, ainsi que je l'ai constamment éprouvé depuis." — „Nous fîmes un échafaud pour monter jusqu'à l'inscription, qui est élevée à-peu-près de vingt pieds au-dessus du sol: nous mouillâmes l'inscription, ce qui eut l'effet de jeter une lumière plus vive sur les parties saillantes, et par conséquent de faire distinguer plus clairement les lettres." Haec quum ratio sit basis et inscriptionis, Cyriacus putandus est eam ipsam inscriptionem ob oculos habuisse, in qua quum sibi visus esset vidisse ΔΙΝΟΚΡΑΤ - - et ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, memor ut erat Dinocratis celebris architecti Alexandri, statim sibi ipse persuasit columnam esse Alexandri Magni, quam erexisset Dinocrates. Error hic postea fraudem peperit. Nam homo nescio quis (et plures Apianum fefellerunt; vide Ant. Augustinus Dial. XI. p. 162.) arrepta illa notitia Cyriaci quum in eius schedis non repperisset antiquum illud epigramma, Marte suo procudit titulum, translatis verbis Cyriaci et compositis in ordinem quendam: *Dinocrates nobilis architectus* = ΔΙΝΟΚΡΑΤΗΣ (vel ΔΗΜΟΚΡΑΤΗΣ) ΠΕΡΙΚΛΙΤΟΣ ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΣ; *erexit* = ΜΕΩΡΘΩΣΕΝ; *Alexandri regis Macedonum* = ΔΙΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΣ; admixtis fortasse de industria vitiis orthographicis quo facilius falleret lectorem. Quod hoc loco coniicio accidisse Cyriaco, idem videtur accidisse Forbino in inscriptione quadam Memnonis (vide Letronn. de stat. voc. Memnon. p. 11. not.). De denominatione columnae Pompeii iam Villoisonus (Magas. Encycl. T. V. p. 58.) in eam incidit sententiam, ut derivaret a nomine Pompeii Aegypto praefecti, qui posuisset monumentum in honorem Diocletiani (vide annot.). In alia omnia ivit Clarkius a Pompeio M. appellatam ratus, quem in Aegypto constaret esse sepultum. Inscriptionem ed. Pocockius l. c. ex eoque Norden Descr. Aeg. (edit. Germ. 1779.) p. 23.; Villoisonus Mém. de l'Acad. des Inscr. T. XLVII. p. 317. ex apographo mutilo Sonvillii; idem Magas. Encycl. an. VIII. T. V. p. 55. ex apographo Leakiano in Galliam delato per Jaubertum (vide Leake Class. Journ. T. XV. p. 161.); Hamilton. Aegypt. p. 403. qui confecerat apographum una cum Leakio et Squirio tribuno militum Britanno; Chateaubriand. Itin. Hierosol. T. III. p. 100. ex apographo Leakii et Squirii (vide Quarterly Journ. Oct. 1820. p. 2.), addita in fine post p. 216. Villoisoni commentatione; Hammer topogr. Ansichten cet. LXI. p. 186.; Leakius Archaeol.

Brit. T. XV. p. 61. Biblioth. Brit. T. LX. 1815. p. 483 sqq. Classic. Journ. T. XIII. p. 152 sqq. cf. Ephem. litt. Vindob. fol. intell. n. 31. Aug. 1816. Clarkius Itin. P. II. S. II. p. 261 sqq. Walpol. Mem. p. 375. (cf. Quarterly Review Vol. XIX. p. 239.); Norry Descr. Aeg. Par. 1818. T. II. Append. p. 3. cf. Descr. Aeg. Vol. V. tab. 56.; Turner Itin. T. II. p. 518. (cf. p. 332.); Wilkinson Topogr. of Thebes p. 289. Minutoli Itin. p. 25. Earl of Mountnorris in Quarterly Journ. Oct. 1820. p. 1 sqq. cum apographo Saltii; Joliffe Itin. Palaest. Syr. Aeg. translat. Germ. Lips. 1820. (cf. Ephemerid. litt. Hal. 1822. n. 216. p. 855.) unde repetiit Osannus Syll. p. 155. et in Commentat. de columna Alexandrina supra citata p. 232 sq. Habeo praeterea ex schedis Koehlerianis.

ΤΟΝ . . . ΙѠΤΑΤΟΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΤΟΝΠΟΛΙΟΥΧΟΝΑΛЄΞΑΝΔΡЄΙΑϹ
ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΝΤΟΝΑΝΙΚΗΤΟΝ
ΠΟ . . . . ΟϹЄΠΑΡΧΟϹΑΙΓΥΠΤΟΥ
. . . .

Apographa quae in censum veniunt, sunt Pocockii, Leakii, qui confecit una cum Hamiltono et Squirio, Hammeri, Saltii, Joliffii; praeterea schedae Koehlerianae. Leakii apographa distinguo tria, quorum primum Jaubertianum nomino, reliqua II. III. signo. Clarkius apographum accepit a Squirio, quod proprie Leakianum fuit; sed vs. 3. Clarkius de industria, ut videtur, lectionem paulo aliter exhibuit. Nec Walpolii apographum magnopere discedit a primo Leakiano. In Joliffii autem exemplo plurima coniecturis debentur. Idem valet de schedis Koehlerianis. Vs. 1. Poc. ΙϽ - - Ꞁ - - ΟѠΤΑΤΟΙΡ.Ο.Ρ.Τ.Λ, Leak. Jaub. ΤΟ...... ѠΤΑΤΟΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ, Leak. II. ΤΟ ѠΤΑΤΟΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ, Leak. III. ΤΟΝ..ѠΤΑΤΟΝ (s. ΤΟΝ....ΩΤΑΤΟΝ) ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ, Hamilt. Clark. Walp. ΤΟ......Ѡ ΤΑΤΟΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ, Hamm. . . ΡѠΤΑΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ, Salt. Τ ꟿΙѠΤΑΤΟΝΑΥΤΟ ΚΡΑΤΟΡΑ, Wilkinson ΤΟΝΤΙΜΙѠΤΑΤΟΝΑΥΤΟ ΚΡΑΤΟΡΑ, Köhl. ΤΟΝΑΜΒΡѠΤΑΤΟΝΑΥΤΟΚΡΑ ΤΟΡΑ. Vs. 2. Poc. ΤϹϹ--ΟϹΟΝΙΟΥ.ΤΟΝΛΛЄΛΛ, Leak. Jaub. II. III. Hamilt. Clark. Walp. Jol. Wilkins. Köhl. ΤΟΝΠΟΛΙΟΥΧΟΝΑΛЄΞΑΝΔΡЄΙΑϹ, Hamm. ΤΟΝΠΟΛΙΑΡΧΟΝΑΛЄΞΑΝΔΡЄΙΑΣ, Salt. ΤΟ ΠΟ ΛΙΟΥΧΟΝΑΛЄΞΑΝΔΡЄΙΑϹ. Vs. 3. Poc. ΔΙϹΜΑΡ ΡΟΛΙΙΟΝΛΛΙ - -, Leak. Jaub. ΔΙΟΚ.Η.ΙΑΝΟΝ ΤΟΝ.....ΤΟΝ, Leak. II. ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΝΤΟΝ .....ΤΟΝ, Leak. III. Hamilt. ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΝ ΤΟΝΑ....ΤΟΝ, Walp. ΔΙΟΚ.ΗΤΙΑΝΟΝΤΟΝ... ...ΤΟΝ, Clark. ΔΙΟ.....ΙΑΝΟΝΤΟΝ......ΤΟΝ, Hamm. ΔΙΟΚΛЄΤΙΑΝΟΝΤΟΝ......, Salt. ΔΙΟ ΛΙΙΤΙΑΝΟΝΤΟΝΑΝΙΚΗΤΟΝ, Wilk. Jol. ΔΙΟΚΛΗ ΤΙΑΝΟΝΤΟΝΑΝΙΚΗΤΟΝ, Köhl. ΔΙΟΚΛЄΤΙΑΝΟΝ ΤΟΝΜЄΓΙΣΤΟΝ. Vs. 4. Poc. ΠΟϹЄ----ΛΡΑϹϹ -----, Leak. Jaub. ΠΟ...ЄΠΑΡΧΟϹΑΙΓΥΠΤΟΥ, Leak. II. Hamilt. Walp. ΠΟ......ЄΠΑΡΧΟϹΑΙΓΥ ΠΤΟΥ, Leak. III. ΠΟ....ΟϹЄΠΑΡΧΟϹΑΙΓΥΠΤΟΥ, Clark. ΠΟ........ЄΠΑΡΧΟϹΑΙΓΥΠΤΟΥ, Hamm. ΠΟ...ϹЄΠΑΡΧΟΣΑΙΓΥΠΤΟΥ, Salt. ΠΟϹΙΔΙΟϹ ЄΠΑΡΧΟϹΑΙΓΥΠΤΟΥ, Jol. ΠΟϹΙΔΙΟϹЄΠΑΡΧΟϹ ΑΙΓΥΠΤΟΥ, Wilk. ΠΟΥΒΛΙΟϹЄΠΑΡΧΟϹΑΙΓΥ ΠΤΟΥ, Köhl. ΠΟΠΑΙΟϹЄΠΑΡΧΟϹΑΙΓΥΠΤΟΥ. Vs. 5. lacunam signant Leak. II. III. Hamilt. Clark. Haec linea ita oblitterata est (de industria deleta dicitur, ut aliae quaedam litterae inscriptionis; vide Leake Class. Journ. Vol. XIII. p. 154.), ut ne de numero quidem litterarum constet. Erat autem minoribus litteris scripta et mediam tantum tabulae partem occupabat. In schedis Köhl. eo loco est ЄΥЄΡΓЄΤΗΝ, additum haud dubie de coniectura. Wilkinson eo loco praebet ЄΠΑΓΑΘѠ, dubitans tamen de veritate lectionis.

Τὸν [ὁσ]ιώτατον Αὐτοκράτορα, τὸν πολιοῦχον Ἀλεξανδρείας, Διοκλητιανὸν τὸν ἀνίκητον Πο[μπήϊ]ος ἔπαρχος Αἰγύπτου - - -

Titulum ad annum p. Chr. 302. pertinere vidit Villoisonus. Eo anno Diocletianus, castigatis prius Alexandrinis rebellibus (vide Malal. Chron. p. 308. ed. Bonn.), distributo pane iis clementem se praebuerat (vide Chron. Paschal. ad ann. 302. Procop. Hist. arc. c. 26. p. 149. ed. Bonn.). Unde divino epitheto *πολιοῦχος* audit. Monumentum in eius honorem posuit praefectus Aegypti, cuius nomen in lapide oblitteratum est. De nomine Pompeii cogitavit Villoisonus in eo errans quod id praenominis loco decurtatum fuisse statuit, ut esset Πο. - - -. Idem tamen acquievit in nomine Πούβλιος. Chateaubriand coniecit Πωλλίων, quod respuunt apographa quae praebent ultimam syllabam nominis ΟϹ; Leakius et Clarkius Πόστουμος, ratione habita, ut videtur, apographorum Pocockii et Saltii, quibus tertia ab initio littera est C. Et Saltii quidem apographum deduxit ad nomen ΠΟϹΙΔΙΟϹ, quod intemeratum transiit in Joliffii apographum. Dubium id visum censori Itinerarii Joliffiani, qui maluit Ποσειδώνιος. Videtur tamen C ex priore crure litterae ꟿ subnatum esse legentibus, scribendumque ΠΟꟿΠΗΙΟϹ, quod pridem propositum est a doctore Raine (Paper read to the Society of Antiquaries, Febr. 3. 1803.). Pompeius enim Aegypto praefectus fuit Diocletiano imperante (vide Qatremère de Quincy Mém. geogr. sur l'Ég. p. 259. conf. Walpol. Mem. p. 375. Annal. Vindob. Vol. XLV. 1829. p. 24.). Ab hoc nomine etiam derivanda videtur denominatio columnae, nec quaerendum cur non potius sit de Diocletiani nomine appellata. Quippe in his rebus casus dominatur vel arbitrium. De denominatione eiusdem columnae Arabica vide Silv. de Sacy Abdallatif. p. 231. De reliquis paucis defungar missis commentis Clarkii, qui Hadrianum, non Diocletianum putavit honorari. Vs. 1. [ὁσ]ιώτατον dedit Villoisonus memor tituli Vol. II. n. 3607. Hamm. legebat ἱερώτατον, Chateaubr. inepte σοφώτατον, Leakius, qui idem ὁσιώτατον, proposuit etiam τιμιώτατον, quae coniectura videtur ansam dedisse in lapide videndi ꟿ ante ΙѠΤΑΤΟΝ, unde procusum est ΤΙΜΙѠΤΑΤΟΝ. Vs. 3. in voce ΑΝΙΚΗΤΟΝ primam litteram agnoverunt Leakius et Hamiltonus. Totam vocem primus vidit Saltius (vide Leak. Class. Journ. Vol. XIII. p. 154.), ad quam lectionem deducunt etiam Pocockii litterae superstites, ut nihil

opus sit Villoisoni **ΣΕΒΑΣΤΟΝ** vel Chateaubr. **ΑΥΓΟΥΣΤΟΝ** vel Hammeri **ΣΩΤΗΡΑ** exagitare. Vs. 5. Leakius coniecit fuisse *καὶ ὁ δῆμος* vel *καὶ ἡ πόλις τὸν εὐεργέτην* vel *καὶ ἡ πόλις ἀνέθηκαν*; Clarkius *καὶ οἱ ἀπὸ τῆς μητροπόλεως*. Ex his probabile est **ΤΟΝΕΥΕΡΓΕΤΗΝ**, siquidem is, qui apographum suum communicavit cum Koehlero, dignus est qui tale quiddam in lapide vidisse putetur. Quodsi mireris quid sit quod ultima haec litteris sculpta fuerint minoribus, variae eius rei excogitari causae possunt.

4682.

Alexandriae, in stela alta o^m437, lata o^m211, quae asservatur in Museo Parisino, unde ed. Comes de Clarac Musée de sculpture T. II. p. 897. tab. LXI. n. 860. Tractavit Letronnius Receuil des inscr. Gr. et Lat. d'Ég. T. I. p. 412 sqq. n. XXXV. (cf. tab. XIII. n. 5.)

ΟΙΥΟ ΛΞL ΜΕΛΛΑΚΕΣ
ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙοΥ
ΞΩΙΛΟΣ ΞΩΙΛΟΥ
ΑΠοΛΛΩΝΙΟΣΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ
ΠΡΩΤοΓΕΝΗΣΗΡΑΚΛΕΙοΥ
ΑΝΤΙΠΑΤΡοΣΣΩΣΙΝοΥ
ΑΠοΛΩΝΙοΣΑΠοΛΛΩΝΙοΥ
ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤοΣΚΩΣΑΝΕΛοΥ
ΣΑΡΑΠΙΩΝΔΩΡΙΩΝοΣ
ΝΙΚοΛΑοΣΝΙΚΙοΥ
ΕΙΡΗΝΑΙοΣΣΤΥΜοΙΑΔΕΥΣ
ΔΙΟΝΥΣΙοΣΔΙοΝΥΣΙοΥ
ΑΜΥΝΤΑΣΙΠΠΑΔΟΥ
ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣΔΙοΝΥΣΙοΥ
ΠΤΟΛΕΜΑΙοΣΣΩΝΙΚοΥ
ΕΡΜΕΙ ΗΡΑΚΛΕΙ

Οἱ [τ]ο[ῦ] $\overline{λζ}$ ἔτους μέλλακες· Σωκράτης Ἀπολλωνίου, Ζωΐλος Ζωΐλου, Ἀπολλώνιος Ἡρακλείδου, Πρωτογένης Ἡρακλείου, Ἀντίπατρος Σωσίνου, Ἀπολ[λ]ώνιος Ἀπολλωνίου, Καλλίστρατος Κωσανέλου, Σαραπίων Δωρίωνος, Νικόλαος Νικίου, Εἰρήναιος [Ἐ]τυμο[κλέο]υς, Διονύσιος Διονυσίου, Ἀμύντας Ἱππάδου, Ἀσκληπιάδης Διονυσίου, Πτολεμαῖος Σωνίκου· Ἑρμεῖ, Ἡρακλεῖ.

Etsi lapis hic ubi repertus sit, non traditum est, tamen eum Alexandriae tribuere cum Letronnio non dubitavimus. Annus XXXVII. est aut Philadelphi aut Euergetae II. Et Euergetae II. quidem aetatem Letronnio quum scriptura artificiosior apicibus crebro additis videtur prodere tum nomen *Σαραπίων* ante regnum Philometoris non obvium. Itaque titulus ad a. a. Chr. 134. pertinet. Homines qui Mercurio et Herculi aliquid dedicarunt idque subscriptis nominibus suis professi sunt, *μέλλακες* audiunt et sunt illi quidem *μέλλακες* anni XXXVII. Attulit Letronnius glossam veterem: *Μέλλαξ, adultus, adolescens*, composuitque cum glossis Hesychii: *Μέλακες, νεώτεροι. Μῖλαξ, [ὁ ἐν] ἡλικίᾳ· ἔνιοι δὲ μέλλα[ξ]*. Est igitur *μέλλαξ* ex dialecto idem quod *μεῖραξ*, id quod agnoverunt etiam lexicographi recentiores. De sensu huius vocis acute Letronnius. Nam quum de ephebis gymnasii non videatur posse intelligi, sed sint adolescentes per annum certo quodam officio fungentes, hoc officium de aulico munere interpretans, coniecit adolescentes esse qui alias *βασίλειοι* s. *βασιλικοὶ παῖδες* audiant (*Pages*). Colligi autem posse ex loco Suidae: *βασίλειοι παῖδες ἑξακισχίλιοι· οἵτινες κατὰ πρόσταξιν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος τὰ πολέμια ἐξήσκουν ἐν Αἰγύπτῳ*, et ex Polybio V, 82, 13. apud Lagidas et Seleucidas institutum esse seminarium quoddam militare, ex quo ductores ordinum sumerentur. In hoc seminarium receptos vocari *βασιλείους* s. *βασιλικοὺς παῖδας*. Quorum ex adultis et circiter quattuordecim annos natis videri quotannis adolescentes quattuordecim electos esse, qui in aula regia peculiari quodam munere fungerentur et ex more sollemni *μέλλακες* vocarentur, haud dubie forma vocabuli ex antiquiore dialecto Macedonica petita. Et profecto hi non minore iure diis palaestrae monumentum posuerunt, quam alias *ἔφηβοι* gymnasiorum. In nominibus novum est vs. 8. *Κωσανέλου*, quod nisi distincte legeretur in lapide, Letronnius praesto habuit *Σωσαγγέλου*. Aliud nomen magis portentosum vs. 11. idem expulit lapide inspecto, in quo sibi visus est videre **ΕΤΥΜΟΚΛΕΟΥΣ**, nomen Laconicum notum ex libris Xenophontis et restituendum ap. Pausan. III, 13, 9.; a quo nomine repetenda forma *Ἐτυμοκλήδεια* in titulis Laconicis Vol. I. n. 1360. 1373. 1448.

4682. *b*.

Alexandriae, ut videtur, in lapide ex collectione Mimautiana qui nunc asservatur in museo Parisino (Catal. de la coll. de M. Mimaut par M. Dubois n. 535.). Ed. Letronnius Recueil des inscr. Gr. et Lat. d'Ég. T. I. p. 417. n. XXXVII.

ΑΠοΛΛΩΝΙΚΑΙΚΟΡΗΙ
ΑΠοΛΛΩΝΙοΣΚΑΙ
ΑΠοΛΛοΔΩΡοΣΕΥΧΗΝ

Ἀπόλλωνι καὶ Κόρῃ Ἀπολλώνιος καὶ Ἀπολλόδωρος εὐχήν.

Titulus est ex aetate Ptolemaeorum, et satis ille quidem antiquus.

4683.

Alexandriae, inter rudera; ed. Hamilton Aegypt. p. 405. Tractavit Letronnius Rech. pour servir à l'histoire de l'Ég. p. 473 sq. et Recueil des inscr. Gr. et Lat. d'Ég. T. I. p. 444. n. XLVII.

[*Textum vide pag. seq.*]

Διῒ Ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι [τῷ] ἐν Κανώβῳ καὶ πᾶσι τοῖς θεοῖς ἀνέθηκεν Σαραπίων, καὶ Ἰσίδωρος, Διδύμου τοῦ Διδύμου τῶν ἐξ Ἀντινόου ἱερο[ποι]ῶν, [σ]ὺν Ἴσιτι τῇ καὶ Εὐσεβείᾳ καὶ [Γ]εντιανῷ καὶ Σαραπιάδι καὶ Θε[ο]-

ΔΙΙΗΛΙΩΜΕΓΑΛΩCΑΡΑΠΙΔΙ
ΕΝΚΑΝΩΒΩΚΑΙΠΑCΙΤΟΙCΘΕΟΙC
ΑΝΕΘΗΚΕΝCΑΡΑΠΙΩΝΚΑΙΙCΙΔΩΡΟC
ΔΙΔΥΜΟΥΤΟΥΔΙΔΥΜΟΥΤΩΝΕΞΑΝΤΙΝΟΟΥΙΕΡΟΝ
.ΩΝΔΥΝΙCΙΤΙΤΗΚΑΙΕΥCΕΒΕΙΑΚΑΙCΕΝΤΙΑΝΩ
ΚΑΙCΑΡΑΠΙΑΔΙΚΑΙΘΕΩΔΩΡΑΚΑΙΦΩΚΑΤΙ

Duo versus de industria hic deleti.

ΕΠΙΠΟΛΛΑΝΙΟΥΦΛΑΥΙΑΝΟΥΕΠΑΡΧΟΥΑΙΓΥΠΤΟΥ

δώρᾳ καὶ Φωκᾷ - - [Αὐτοκράτορος Καίσαρος Μ. Αὐρηλίου Κομμόδου Ἀντωνείνου Σεβαστοῦ] - - ἐπὶ Πο(πλίου) [Ἀ]λανίου Φλαυϊανοῦ ἐπάρχου Αἰγύπτου.

Vs. 3. Σαραπίων ὁ καὶ Ἰσίδωρος recte intellexit Letronnius. Interdum deest articulus iste, ut etiam Vol. I. n. 1318. Vss. 4. 5. ἱερο[ποι]ῶν coniecit Letronnius. Vs. 5. scriptura Ἴσιτι p. Ἴσιδι non magis offendit quam Ἀρτέμιτι (Vol. II. n. 1934. 2481. conf. Gregor. Cor. p. 307. ed. Schaef.) praesertim in Aegypto. Letronnius provocat ad Åkerblad sur l'inscription de Rosette p. 26. et Champollion Égypte sous les Pharaons I. p. 50. Vs. 6. extr. in ΤΙ, quod ad formam dativi (Φωκᾶτι) traxit Letronnius, fortasse latet annus Imperatoris, cuius nomina in versibus subsequentibus perscripta videntur deleta de industria. Letronnius censet titulum referri ad M. Aurel. Commodum, cuius nomina constat in monumentis publicis et privatis ex Senatusconsulto deleta esse. Hoc confirmari videtur n. 4704. et 4554. Hinc P. Alanius Flavianus, aliunde non notus, quo tempore Aegypto praefuerit, simul reddi probabile potest. Deesse videntur elogia Εὐσεβής, Εὐτυχής, quae Commodus suscepit a. u. c. 936. (p. Chr. 183.) et a. u. c. 938. (p. Chr. 185.) Ex quo sequitur inter a. u. c. 933 - 936. (p. Chr. 180 - 183.) et titulum positum esse et Aegypto praefuisse Flavianum.

4683. *b*.

Ex vicinia *Alexandriae*, ut videtur; ed. Murator. p. LXXXV. 1. sine loci notitia. Tractavit Letronnius Recueil des inscr. Gr. et Lat. d'Ég. T. I. p. 434. n. LXV.

ЄΙCΙΔΙΦΑΡΙΑ
ЄΙCΙΝΤΗΝ
ЄΝΜЄΝΟΥΘΙ
ΥΠЄΡCΩΤΗΡΙΑC
ΤΟΥΚΥΡΙΟΥΗΜΩΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟC
ΑΝΤΩΝЄΙΝΟΥ

Ὁ δεῖνα] Εἴσιδι Φαρίᾳ Εἶσιν τὴν ἐν Μενοῦθι ὑπὲρ σωτηρίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Αὐτοκράτορος Ἀντωνείνου.

Titulum esse ex insula Pharo prope Alexandriam sita vel ex Εἴσιδι Φαρίᾳ colligi potest. Quippe Ἶσις est ἡ ἐν Φάρῳ, quae colitur in insula Pharo. Huius in templo nescio quis dedicavit statuam Ἴσιδος τῆς ἐν Μενοῦθι s. τῆς Μενουθίτιδος. Differebat haud dubie Isis altera ab altera, certis quibusdam utraque virtutibus ornata. De more statuam dei in templo alius dei dedicandi dicit Letronnius Annal. Inst. arch. Rom. T. VI. p. 213 - 215. Μένουθις, ait Steph. Byz. s. v. Αἰγυπτία κώμη πρὸς τῷ Κανώβῳ. Et notante Letronnio auctor vitae ineditae D. Cyri (vide Miller Périple de Marcien d'Héraclée p. 138.) narrat Menuthin vicum esse Canopo distantem stadia duo. Uterque locus, Canopus et Menuthis, lusum expertus est Graecorum fabulis gaudentium. Nam quum pridem Canopo nomen inditum fabularentur a Canobo Menelai gubernatore (cf. Strab. XVII, 801.), excogitaverunt Menuthin Canobi fuisse uxorem, unde locus Menuthis denominatus esset (vide Epiphan. in Ancorat. §. 108. T. II. p. 109.). Non secus tractatus est a Graecis nomus Menelaites a fratre Ptolemaei Soteris denominatus (conf. Strab. l. c.). Templum τῆς Μενουθίτιδος i. e. Ἴσιδος τῆς Μενουθίτιδος memorat etiam Epiphanius (adv. Haeres. III. p. 1093.), ubi quam Jablonsky (Panth. Aeg. T. III. p. 154.) proposuit lectionem, eam iure reiecit Letronnius. Ceterum cultum huius Isidis aliquando celeberrimum fuisse colligas ex insula Oceani Indici Μενουθιάς vocata (in tab. Ptolemaei, ap. Marcian. Heracl. p. 17. 21. 48. in periplo maris Erythraei p. 9. Geogr. min. T. I.). Quam insulam alii Madagascar putant esse, alii Zanzibar. Gossellino (Geogr. T. I. p. 192. 193.) videtur esse parva insula ad ostium fluminis Magadasho sita. Forma Μενουθιάς idem significat quod Μενουθῖτις.

4684.

Alexandriae, in basi statuae anno 1819 erutae ex aquaeductibus urbis, ex collectione Drovetti; nunc asservatur in museo Taurinensi; ed. Gau Antiquités de la Nubie tab. x. n. 27. Ex lapide dedit Giul. Cordero de' Conti de S. Quintino in Giornal. Arcad. Aug. 1823. p. 206 sq. Dicit de hoc monumento Raoul-Rochette Journ. des Sav. Nov. 1824. p. 694. Inscriptionem tractavit Letronnius in Bar. de Férussac Bullet. des sciences historiques cet. T. II. p. 262 sqq.

[*Textum vide pag. seq.*]

Vs. 1. Cord. ΠΑΠΩΘΕΟΓΝΩΕΤΩΒΑΣΣΟΣ ΣΤΡΑΤΟΝΟΣ cet. Vs. 3. omittit Corderus.

Πάππῳ Θεογνώστῳ Βάσσος Στράτωνος ἐπιμελητὴς τοῦ τόπου καὶ ἱερόφωνος τοῦ κυρίου Σαράπιδος εὐχαριστήριον ὑπὲρ Τριπτολέμας ἀνέθηκα ἐπ' ἀγαθῷ.



Pappus Theognostus videtur esse medicus, cui Bassus votum solvit pro salute uxoris vel filiae, ut bene annotat Letronnius. Commendatur haec explicatio etiam serpentibus, quibus ornata dicitur sella, in qua sedens repraesentatur figura hominis. Ἐπιμελητὴς τοῦ τόπου videtur *urbis curator* esse (vide Introd. p. 317. *b*.). Novum est ἱερόφωνος τοῦ κυρίου Σαράπιδος, quo videtur Letronnio significari is, qui oracula Serapidis promulgat deum consulentibus (conf. Introd. p. 305. *a*.). Non male idem vir acutissimus confert vocem ἱερόγλωσσος ex inscriptione ap. Pausaniam VI, 17, 4. servata.

4684. *b*.

Cippus lapidis granitae ravi ex collectione Mimautiana, nunc in museo Parisiensi; unde edidit Comes de Clarac. Inscr. tab. LXII. n. 866. B. p. 854. Cf. Catalogue de Mimaut par Dubois n. 538. p. 85. Tractavit Letronnius Recueil des inscr. Gr. et Lat. d'Ég. T. I. p. 452. n. L. (conf. tab. XIII. n. 6.) Cippus ubi repertus sit, non constat. Ex vicinia *Alexandriae* esse probabile est ob Bassum Stratonis f. tituli n. 4684. auctorem. Vidit hoc etiam Letronnius. Igitur hoc eum loco interposui.

ΒΑΣΣΟΣ
ΣΤΡΑΤΩ
ΝΟΣΕΠΙ
ΜΕΛΗΤΗΣ
ΤΟΥΤΟΠΟΥ
ΑΝΕΘΗΚΕ
ΕΠΑΓΑΘΩ

Βάσσος Στράτωνος ἐπιμελητὴς τοῦ τόπου ἀνέθηκε ἐπ' ἀγαθῷ.

Bassus idem habetur n. 4684. nisi quod ibi est simul ἱερόφωνος τοῦ κυρίου Σαράπιδος. Unde coniectura fieri potest titulum n. 4684. paulo recentiorem esse titulo n. 4684. *b*.

4684. *c*.

Alexandriae, in cippo vel columella; edita est ex delineatione Jomardi in Descript. Aeg. Antiq. T. V. tab. 56. n. 25.

ΓΕυΕΙΝΟC
ΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΥΠΕ ΥΧ
ΟΤ ΑΩ
ΕΠ Ι ΑΘΩ

Γε[μ]εῖνος ἀνέθηκεν ὑπὲ[ρ ε]ὐχ[ῆς] - - - - ἐπ' [ἀγ]α[θῷ].

4685.

Alexandriae, in galea; ed. Gau Antiq. de la Nubie tab. X. n. 31.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΤοΥΝΙοΚΑΝοΡοC

Litterae punctis delineatis expressae sunt.
Ἀλεξάνδρου τοῦ Νικάνορος.

4686.

Alexandriae, in cavernis subterraneis; ex Davisoni schedis ed. Walpol. Mem. p. 371.

·ΛΠΟΛΟΔΩΡΟCΧΑ . . .

Ἀ]πολ[λ]όδωρος χα[ῖρε.

4687.

Alexandriae, ibidem, in alio lapide haud procul a titulo n. 4686.; ex Davisoni schedis ed. Walpol. Mem. p. 371. Litterae rubro depictae sunt.

ΗΡΑΚΛΕΙ:ΧΡ.CΤΕ ΧΑΙΡΕ

Ἡράκλει[ς] χρ[η]στὲ χαῖρε.

4688.

Alexandriae; ed. Gau Antiq. de la Nubie tab. X. n. 32.

ΛοΥΚΙοΝΛΙΚΙΝΝΙοΝ
ΛοΥΚΙοΥΛΙΚΙΝΝΙοΥ
ΙΕΡΑΚοΣΕΞΗΓΗΤοΥ
ΥΙοΝΛοΥΚΙοΥΛΙΚΙΝΝΙοΥ
ΙΣΙΛοΡοΥΚοΣΜΗΤοΥ

Λούκιον Λικίννιον Λουκίου Λικιννίου Ἱέρακος ἐξηγητοῦ υἱόν, Λουκίου Λικιννίου Ἰσι[δώ]ρου κοσμητοῦ - - - - -

Post κοσμητοῦ sequebatur aut υἱωνὸν aut πατέρα. Plura deficiunt. De κοσμητῇ conf. Vol. I. n. 395. de ἐξηγητῇ Introd. p. 291. *a*. 321. *b*.

4689.

Alexandriae, in vetere portu, in pila ex lapide granite; ed. Pocock. Descr. Orient. T. I. p. 276. n. 1. Citat Letronn. Recherch. pour servir à l'hist. de l'Ég. p. 208.

ΤΙΒΚΛΑΥΔΙΟΝΧΙΠΙΩΝΑ
ΤΟΑΠΑΝΤΑΑΡΙCΤΟΝ
. . . ΡΑΟCΤΟ . . . ΤΑΤΟΝ
λΥλΗΤΑΦΙΛΟΡΩΜΑΙΑ

Τιβ. Κλαύδιον [Κα]ιπίωνα τὸ[ν] πάντα ἄριστον, [ἄνδ]ρα ὁσ[ιώ]τατον, - - - - Φιλορωμαία.

Pocockius perperam iudicavit Ptolemaeum Auleten Cleopatrae patrem memorari. Titulus pertinet ad recentiora tempora. In restituendo nomine feminae, quae viro defuncto posuit columnam, frustra labores. Coniicias ΚΛΑΥΔΙΑ, ΑΥΡΗΛΙΑ, alia. Quid non licet apud Pocockium? Vs. 1. Letronnius legebat [Σκ]ιπίωνα, quod non videtur verum esse.

4690.

Alexandriae, in columna; ex schedis Britanni cuiusdam.

ΙΛΑΡΟΝ
ΗΡΑΚΛΕ
ΩΤΙΣ

Ἱλάρ[ι]ον
Ἡρακλεῶτις.

4691.

Alexandriae, in cippo sepulcrali cum anaglypho militem repraesentante; ex schedis iisdem.

. . . ΑΤΕΙ ΗΡΩΙ

Nomen initio mutilum est: - - - ἄτει ἥρωϊ.

4692.

Alexandriae, in cippo sepulcrali cum anaglypho feminam repraesentante, quae aviculam attollit manu sinistra; ex iisdem schedis.

ΑΔΑ

Ἄδα nomen notum ex familia regia Cariae (vide Arrian. Exped. Alex. I, 23.). Conf. Vol. I. n. 1570. *b.* vs. 35. 45. et Vol. II. n. 3007.

4693.

Prope *Abukir*, in marmore candido (ex monumento Turcae), xxii pollices longo, vi pollices lato, iv et quod excedit grasso, litteris rudioribus; ed. Sonnini Itin. Aegypt. T. II. p. 113. ligno incisam. Habeo etiam ex schedis St. Martini, qui accepit ab eodem Sonnini.

- - - - - - ΦΛ′ΕΥΤΟΛ
ΤΟCΕΠΑRΧ′ΤΟΥΙΘ-
ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΗCΔΙΟΙ
ΑΤΑΙΑΠΟΘΕΜΕλΙ
ΒΑΘΟΥCΠΗΧ′ΔΕΚΑ
ΑΜΗΚΟVCΠΗΧ′ΔΙ′
Π′ΛΡΡ′ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΤΟΥΤΑΓΜΑΤΟCΚΑΙ
ΓΥΠΤΙΑΚΗCΔΙΟΙ

Vs. 2. extr. Mart. ΙЄ. Vs. 4. init. Sonn. ΑΓΑΙ, Mart. ΑΤΑΙ. Vs. 5. extr. Sonn. ΔЄΚλ, Mart. ΔЄΚΑ.

[Ἐπὶ - - -] Φλ. Εὐτολ[μίου] - - - τος ἐπάρχ(ου) τοῦ ιϑ [τάγματος τῆς] Αἰγυπτιακῆς διοι[κήσεως τὸ τεῖχος? οἱ] - - - άται ἀπὸ ϑεμελί[ων ᾠκοδόμησαν] βάϑους πήχ(εων) δέκα, [ὕψους πήχ(εων)] - - - α, μήκους πήχ(εων) δι[ακοσίων? σπουδῇ] Π. [Ἀ]ῤῥ(ίου) Ἀλεξάνδρου - - - [τοῦ αὐ]τοῦ τάγματος καὶ - - - - [τῆς Αἰ]γυπτιακῆς διοι[κήσεως.

Quam Gailius addidit explicationem, eam paucis perstrinxit censor Millinus Magas. encycl. a. VI. (1800.) T. II. p. 202. indeque capta occasione Villoisonus epistolam dedit ad censurae auctorem ibid. p. 477-489. expressam. Qua in epistola quum multa alia bene disputata sunt, tum in ΔΙΟΙ Villoisonus agnovit vocem ΔΙΟΙΚΗCЄΩC, falsus in eo, quod ΔΙΟΙ siglum putavit esse et ἔπαρχον pro praefecto nomi habuit. Διοίκησις est provincia tota Aegyptus (vide Introd. p. 322. *a.*). Pluribus id genus dicendi illustrat Villoisonus notatque partes provinciae s. διοικήσεως sub Romanis imperatoribus esse ἐπαρχίας. Tales ἐπαρχίας intellige Pentapolin, Libyam, alias partes Aegypti. Nec tamen nomi sunt cum ἐπαρχίαις confundendi. Vocem τάγμα vs. 8. Villoisonus recte interpretatur *legionem*, sed quod dicit ibi τάγματος κ̄ esse *legionem xx.* verum esse non potest. Accisa tabula in dextero latere sponte patet restitui titulum non posse. Quae dedi supplementa, non omnia certa sunt. Vs. 2. ἔπαρχος nunc videtur pro legato dici. Vs. 4. - - άται extremae litterae sunt nominis eorum, qui exstruxerunt aedificium vel castellum. Vs. 7. Π. Ἀῤῥ. (f. Αὐρ.) Ἀλέξανδρος videtur vel tribunatu vel alio munere functus esse in ea, quae paullo ante memoratur, legione, et simul alio quopiam magistratu.

4694.

Inter rudera *Canopi* in lamina aurea, longa sex pollices quattuor lin., larga duos pollices duas lin., eaque tam tenui, ut characteres punctis incisi etiam in parte aversa legi possint. Haec lamina a Mehemet-Ali satrapa Aegypti dono data Britanno Sidney Smithio nunc asservatur in museo Britannico (vide Thédenat Duvent, l'Égypte sous Méhémet-Ali, p. 16. 18. 98. 99.). Ed. Jomard Revue encyclop. T. V. 1820. p. 268-274. Exemplum aeri incisum dedit Sidney Smith, quod exhibet Letronnius Rech. pour servir à l'histoire de l'Ég. p. 6. et Recueil des inscr. Gr. et Lat. d'Ég. T. I. p. 1 sqq. (cf. tab. v. a.) cum commentario. Hinc repetiit Franzius Elem. epigr. Gr. p. 218. n. 81. Habeo etiam ex schedis Britanni F. Hare a Welckero missis et ex schedis Mülleri.

ΒΑCΙΛΕΥCΠΤΟΛΕΜΑΙΟCΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥΚΑΙ
ΑΡCΙΝΟΗCΘΕΩΝΑΔΕΛΦΩΝΚΑΙΒΑCΙΛΙCCΑ
ΒΕΡΕΝΙΚΗΗΑΔΕΛΦΗΚΑΙΓΥΝΗΑΥΤΟΥ
ΤΟΤΕΜΕΝΟCΟCΙΡΕΙ

Βασιλευς Πτολεμαῖος Πτολεμαίου καὶ Ἀρσινόης, Θεῶν Ἀδελφῶν, καὶ βασίλισσα Βερενίκη, ἡ ἀδελφὴ καὶ γυνὴ αὐτοῦ, τὸ τέμενος Ὀσίρει.

Ptolemaeus est Euergetes I. Ptolemaei Philadelphi et Arsinoes Lysimachi filiae filius (a. a. Chr. 247-222.). Arsinoe autem quae in titulo memoratur, est soror et secunda coniux Ptolemaei Philadelphi, noverca Ptolemaei Euergetae I. Hinc Θεῶν Ἀδελφῶν. Et monuit Letronnius Ptolemaeum Euergetam in monumentis novercam nominari quam matrem maluisse, haud dubie propterea quod mater Philadelpho insidiata esset. Conf. Chishull. ad inscr. Adulit. *a.* p. 84. (vide n. 5127.) Berenice est filia Magae, fratris Ptolemaei Philadelphi. Nunc soror audit. Quam designationem sollemni more uxoribus regum Aegypti in monumentis publicis datam esse pluribus demonstravit Letronnius (vide Introd. p. 286. *a.*). Omissum elogium Θεοὶ Εὐεργέται docet, titulum positum esse antequam Ptolemaeus cognomine Εὐεργέτης publice esset ornatus. Memorabiles pro ea aetate formae sunt litterarum, quae ad characterem quem vocant cursivum proxime accedunt; qualis scriptura reperitur in vetustissimis papyris Aegyptiacis. Ex ea primum natae sunt formae Є, C, Ѡ, mature in Aegypto usurpatae illae in metallis. Cf. Vol. I. p. 85. Vol. II. p. 233. et Elem. epigr. Gr. p. 231 sq. Auctoritate igitur Ptolemaei et Berenices exstructum templum est Osiridi et consecratum, quod quum tituli ratio, tum lamina aurea media inter duos imbrices materiae speciem vitri referentis in fundamentis templi reperta docet. Itaque titulus, qui postea in coronide exstructi templi poneretur, primum auro incisus et in fundamentis positus est.

4695.

Canopi, inter rudera; transcripsit Le Gentil; edita est in Descript. Aegypt. Antt. T. V. tab. 56. n. 23. Tractavit Letronnius Recueil des inscr. Gr. et Lat. d'Ég. T. I. p. 417. n. XXXVI.

ΜΗΤΡΙΘΕΩΝΣΩΤΕΙΡΑΙ
ΕΠΗΚΟΩΙΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ
ΚΑΙΕΡΜΙΟΝΗΥΠΕΡΑΥΤΩΝ
ΚΑΙΤΩΝΤΕΚΝΩΝΕΥΧΗΝ

Μητρὶ Θεῶν Σωτείρᾳ ἐπηκόῳ Πολυκράτης καὶ Ἑρμιόνη ὑπὲρ αὐτῶν καὶ τῶν τέκνων εὐχήν.

Titulus est ex aetate Ptolemaeorum.

4696.

Titulus ex Cod. Pighii fol. 115. b. qui quum incerti loci sit, titulis Canopi inserui.

ΑΜЄΡΟΙC·Ο
ЄΝ.ΚΑΝѠΒѠ
ΑΜΜΩΝ

- - . - - *ὁ ἐν Κανώβῳ Ἄμμων.*

Videndum, ne fuerit ΑΜЄΝΗΦΙC p. ΑΜЄΝΗΒΙC, quod numen repraesentat formam Ammonis. Vide ad n. 4955.

4697.

Lapis Rosettanus a. 1799. repertus a Gallis in urbe Raschid s. Rosette, vetere *Bolbitine*, mox a. 1802. translatus in museum Britannicum, ubi asservatur, altus pedes III et semissem, latus pedes II pollices X Paris., e granite nigro, inscriptus hieroglyphis, litteris demoticis et Graecis. Primum edidit Societas regia antiquariorum Londinensis hoc titulo: Hanc tabulam ex tribus inscriptionibus duro nigroque lapide incisis, Aegyptiacis scilicet tum sacris tum vulgaribus atque Graecis litteris tertiam referentem ad mensuram atque formas archetypi summa fide suoque sumptu fieri curabat Societas antiquariorum Londinensis a. d. 1802., sculpsit Janus Basire cet.; et Granville Penn, the Greek version of the decree of the Egyptian priests in honor of Ptolemy the fifth surnamed Epiphanes, from the stone inscribed in the sacred and vulgar Egyptian and the Greek characters, taken from the French at the surrender of Alexandria, Lond. printed by John Nichols and son cet. 1802. 8. Hoc alterum apographum litteris minusculis expresserunt Millin Magas. encycl. a. VIII. 1802. T. II. p. 504-512. (cf. T. IV. p. 235.); Beck in Comment. Soc. philol. Lips. Vol. III. p. 274 sqq.; Heyne Comment. in inscriptionem Graecam monumenti trinis insigniti titulis ex Aegypto Londinum apportati in Comment. Soc. reg. Gotting. Vol. XV. p. 260-280. Accuratius edidit Ameilhon Eclaircissemens sur l'inscription Grecque du monument trouvé à Rosette, contenant un decret des prêtres de l'Égypte en l'honneur de Ptolémée Epiphane, le cinquième des rois Ptolémées; impr. par l'ordre de l'Institut; Par. 1803. (cf. Magas. encycl. a. IX. T. I. p. 503.). Repetierunt inscriptionem litteris minusculis Hamilton Aegypt. p. 431 sqq. cum interpret. Anglica, et Societas antiquariorum Londinensis in Archaeologia or miscellaneous tracts cet. Vol. XVI. 1812. p. 208. cum interpret. Anglica notisque Westoni, cum interpret. Latina et annotatione Heynii; accedunt supplementa Porsoni, quae postea

ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΤΟΥΝΕΟΥΚΑΙΠΑΡΑΛΑΒΟΝΤΟΣΤΗΝΒΑΣΙΛΕΙΑΝΠΑΡΑΤΟΥΠΑΤΡΟΣΚΥΡΙΟΥΒΑΣΙΛΕΙΩΝΜΕΓΑΛΟΔΟΞΟΥΤΟΥΤΗΝΑΙΓΥΠΤΟΝΚΑΤΑΣΤΗΣΑΜΕΝΟΥΚΑΙΤΑΠΡΟΣΤΟΥΣ ΘΕΟΥΣΕΥΣΕΒΟΥΣΑΝΤΙΠΑΛΩΝΥΠΕΡΤΕΡΟΥΤΟΥΤΟΝΒΙΟΝΤΩΝΑΝΘΡΩΠΩΝΕΠΑΝΟΡΘΩΣΑΝΤΟΣΚΥΡΙΟΥΤΡΙΑΚΟΝΤΑΕΤΗΡΙΔΩΝΚΑΘΑΠΕΡΟΗΦΑΙΣΤΟΣΟΜΕΓΑΣΒΑΣΙΛΕΩΣΚΑΘΑΠΕΡΟΗΛΙΟΣ ΜΕΓΑΣΒΑΣΙΛΕΥΣΤΩΝΤΕΑΝΩΚΑΙΤΩΝΚΑΤΩΧΩΡΩΝΕΚΓΟΝΟΥΘΕΩΝΦΙΛΟΠΑΤΟΡΩΝΟΝΟΗΦΑΙΣΤΟΣΕΔΟΚΙΜΑΣΕΝΩΙΟΗΛΙΟΣΕΔΩΚΕΝΤΗΝΝΙΚΗΝΕΙΚΟΝΟΣΖΩΣΗΣΤΟΥΔΙΟΣΥΙΟΥΤΟΥΗΛΙΟΥΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΑΙΩΝΟΒΙΟΥΗΓΑΠΗΜΕΝΟΥΥΠΟΤΟΥΦΘΑΕΤΟΥΣΕΝΑΤΟΥΕΦΙΕΡΕΩΣΑΕΤΟΥΤΟΥΑΕΤΟΥΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΚΑΙΘΕΩΝΣΩΤΗΡΩΝΚΑΙΘΕΩΝΑΔΕΛΦΩΝΚΑΙΘΕΩΝΕΥΕΡΓΕΤΩΝΚΑΙΘΕΩΝΦΙΛΟΠΑΤΟΡΩΝΚΑΙ ΘΕΟΥΕΠΙΦΑΝΟΥΣΕΥΧΑΡΙΣΤΟΥΑΘΛΟΦΟΡΟΥΒΕΡΕΝΙΚΗΣΕΥΕΡΓΕΤΙΔΟΣΠΥΡΡΑΣΤΗΣΦΙΛΙΝΟΥΚΑΝΗΦΟΡΟΥΑΡΣΙΝΟΗΣΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥΑΡΕΙΑΣΤΗΣΔΙΟΓΕΝΟΥΣΙΕΡΕΙΑΣΑΡΣΙΝΟΗΣΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣΕΙΡΗΝΗΣ ΤΗΣΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥΜΗΝΟΣΞΑΝΔΙΚΟΥΤΕΤΡΑΔΙΑΙΓΥΠΤΙΩΝΔΕΜΕΧΕΙΡΟΚΤΩΚΑΙΔΕΚΑΤΗΙΨΗΦΙΣΜΑΟΙΑΡΧΙΕΡΕΙΣΚΑΙΠΡΟΦΗΤΑΙΚΑΙΟΙΕΙΣΤΟΑΔΥΤΟΝΕΙΣΠΟΡΕΥΟΜΕΝΟΙΠΡΟΣΤΟΝΣΤΟΛΙΣΜΟΝΤΩΝ ΘΕΩΝΚΑΙΠΤΕΡΟΦΟΡΑΙΚΑΙΙΕΡΟΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣΚΑΙΟΙΑΛΛΟΙΙΕΡΕΙΣΠΑΝΤΕΣΟΙΑΠΑΝΤΗΣΑΝΤΕΣΕΚΤΩΝΚΑΤΑΤΗΝΧΩΡΑΝΙΕΡΩΝΕΙΣΜΕΜΦΙΝΤΩΙΒΑΣΙΛΕΙΠΡΟΣΤΗΝΠΑΝΗΓΥΡΙΝΤΗΣΠΑΡΑΛΗΨΕΩΣΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣΤΗΣΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥΑΙΩΝΟΒΙΟΥΗΓΑΠΗΜΕΝΟΥΥΠΟΤΟΥΦΘΑΘΕΟΥΕΠΙΦΑΝΟΥΣΕΥΧΑΡΙΣΤΟΥΗΝΠΑΡΕΛΑΒΕΝΠΑΡΑΤΟΥΠΑΤΡΟΣΑΥΤΟΥΣΥΝΑΧΘΕΝΤΕΣΕΝΤΩΙΕΝΜΕΜΦΕΙΙΕΡΩΙΤΗΙΗΜΕΡΑΙΤΑΥΤΗΙΕΙΠΑΝ ΕΠΕΙΔΗΒΑΣΙΛΕΥΣΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣΑΙΩΝΟΒΙΟΣΗΓΑΠΗΜΕΝΟΣΥΠΟΤΟΥΦΘΑΘΕΟΣΕΠΙΦΑΝΗΣΕΥΧΑΡΙΣΤΟΣΟΕΓΒΑΣΙΛΕΩΣΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥΚΑΙΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣΑΡΣΙΝΟΗΣΘΕΩΝΦΙΛΟΠΑΤΟΡΩΝΚΑΤΑΠΟΛΛΑΕΥΕΡΓΕΤΗΚΕΝΤΑΘΙΕΡΑΚΑΙ ΤΟΥΣΕΝΑΥΤΟΙΣΟΝΤΑΣΚΑΙΤΟΥΣΥΠΟΤΗΝΕΑΥΤΟΥΒΑΣΙΛΕΙΑΝΤΑΣΣΟΜΕΝΟΥΣΑΠΑΝΤΑΣΥΠΑΡΧΩΝΘΕΟΣΕΚΘΕΟΥΚΑΙΘΕΑΣΚΑΘΑΠΕΡΩΡΟΣΟΤΗΣΙΣΙΟΣΚΑΙΟΣΙΡΙΟΣΥΙΟΣΟΕΠΑΜΥΝΑΣΤΩΙΠΑΤΡΙΑΥΤΟΥΟΣΙΡΕΙΤΑΠΡΟΣΘΕΟΥΣ ΕΥΕΡΓΕΤΙΚΩΣΔΙΑΚΕΙΜΕΝΟΣΑΝΑΤΕΘΕΙΚΕΝΕΙΣΤΑΙΕΡΑΑΡΓΥΡΙΚΑΣΤΕΚΑΙΣΙΤΙΧΑΣΠΡΟΣΟΔΟΥΣΚΑΙΔΑΠΑΝΑΣΠΟΛΛΑΣΥΠΟΜΕΜΕΝΗΚΕΝΕΝΕΚΑΤΟΥΤΗΝΑΙΓΥΠΤΟΝΕΙΣΕΥΔΙΑΝΑΓΑΓΕΙΝΚΑΙΤΑΙΕΡΑΚΑΤΑΣΤΗΣΑΣΘΑΙ ΤΑΙΣΤΕΕΑΥΤΟΥΔΥΝΑΜΕΣΙΝΠΕΦΙΛΑΝΘΡΩΠΗΚΕΠΑΣΑΙΣΚΑΙΑΠΟΤΩΝΥΠΑΡΧΟΥΣΩΝΕΝΑΙΓΥΠΤΩΙΠΡΟΣΟΔΩΝΚΑΙΦΟΡΟΛΟΓΙΩΝΤΙΝΑΣΜΕΝΕΙΣΤΕΛΟΣΑΦΗΚΕΝΑΛΛΑΣΔΕΚΕΚΟΥΦΙΚΕΝΟΠΩΣΟΤΕΛΑΟΣΚΑΙΟΙΑΛΛΟΙΠΑΝΤΕΣΕΝ ΕΥΘΗΝΙΑΙΩΣΙΝΕΠΙΤΗΣΕΑΥΤΟΥΒΑΣΙΛΕΙΑΣΤΑΤΕΒΑΣΙΛΙΚΑΟΦΕΙΛΗΜΑΤΑΑΠΡΟΣΩΦΕΙΛΟΝΟΙΕΝΑΙΓΥΠΤΩΙΚΑΙΟΙΕΝΤΗΙΛΟΙΠΗΙΒΑΣΙΛΕΙΑΙΑΥΤΟΥΟΝΤΑΠΟΛΛΑΤΩΙΠΛΗΘΕΙΑΦΗΚΕΝΚΑΙΤΟΥΣΕΝΤΑΙΣΦΥΛΑΚΑΙΣ ΑΠΗΓΜΕΝΟΥΣΚΑΙΤΟΥΣΕΝΑΙΤΙΑΙΣΟΝΤΑΣΕΚΠΟΛΛΟΥΧΡΟΝΟΥΑΠΕΛΥΣΕΤΩΝΕΝΚΕΚΛΗΜΕΝΩΝΠΡΟΣΕΤΑΞΕΔΕΚΑΙΤΑΣΠΡΟΣΟΔΟΥΣΤΩΝΙΕΡΩΝΚΑΙΤΑΣΔΙΔΟΜΕΝΑΣΕΙΣΑΥΤΑΚΑΤΕΝΙΑΥΤΟΝΣΥΝΤΑΞΕΙΣΣΙΤΙ ΚΑΣΤΕΚΑΙΑΡΓΥΡΙΚΑΣΟΜΟΙΩΣΔΕΚΑΙΤΑΣΚΑΘΗΚΟΥΣΑΣΑΠΟΜΟΙΡΑΣΤΟΙΣΘΕΟΙΣΑΠΟΤΕΤΗΣΑΜΠΕΛΙΤΙΔΟΣΓΗΣΚΑΙΤΩΝΠΑΡΑΔΕΙΣΩΝΚΑΙΤΩΝΑΛΛΩΝΤΩΝΥΠΑΡΞΑΝΤΩΝΤΟΙΣΘΕΟΙΣΕΠΙΤΟΥΠΑΤΡΟΣΑΥΤΟΥ ΜΕΝΕΙΝΕΠΙΧΩΡΑΣΠΡΟΣΕΤΑΞΕΝΔΕΚΑΙΠΕΡΙΤΩΝΙΕΡΕΩΝΟΠΩΣΜΗΘΕΝΠΛΕΙΟΝΔΙΔΩΣΙΝΕΙΣΤΟΤΕΛΕΣΤΙΚΟΝΟΥΕΤΑΣΣΟΝΤΟΕΩΣΤΟΥΠΡΩΤΟΥΕΤΟΥΣΕΠΙΤΟΥΠΑΤΡΟΣΑΥΤΟΥΑΠΕΛΥΣΕΝΔΕΚΑΙΤΟΥΣΕΚΤΩΝ ΙΕΡΩΝΕΘΝΩΝΤΟΥΚΑΤΕΝΙΑΥΤΟΝΕΙΣΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΝΚΑΤΑΠΛΟΥΠΡΟΣΕΤΑΞΕΝΔΕΚΑΙΤΗΝΣΥΛΛΗΨΙΝΤΩΝΕΙΣΤΗΝΝΑΥΤΕΙΑΝΜΗΠΟΙΕΙΣΘΑΙΤΩΝΤΕΙΣΤΟΒΑΣΙΛΙΚΟΝΣΥΝΤΕΛΟΥΜΕΝΩΝΕΝΤΟΙΣΙΕΡΟΙΣΒΥΣΣΙΝΩΝ ΟΘΟΝΙΩΝΑΠΕΛΥΣΕΝΤΑΔΥΟΜΕΡΗΤΑΤΕΕΓΛΕΛΕΙΜΜΕΝΑΠΑΝΤΑΕΝΤΟΙΣΠΡΟΤΕΡΟΝΧΡΟΝΟΙΣΑΠΟΚΑΤΕΣΤΗΣΕΝΕΙΣΤΗΝΚΑΘΗΚΟΥΣΑΝΤΑΞΙΝΦΡΟΝΤΙΖΩΝΟΠΩΣΤΑΕΙΘΙΣΜΕΝΑΣΥΝΤΕΛΗΤΑΙΤΟΙΣΘΕΟΙΣΚΑΤΑΤΟ ΠΡΟΣΗΚΟΝΟΜΟΙΩΣΔΕΚΑΙΤΟΔΙΚΑΙΟΝΠΑΣΙΝΑΠΕΝΕΙΜΕΝΚΑΘΑΠΕΡΕΡΜΗΣΟΜΕΓΑΣΚΑΙΜΕΓΑΣΠΡΣΕΤΑΞΕΝΔΕΚΑΙΤΟΥΣΚΑΤΑΠΟΡΕΥΟΜΕΝΟΥΣΕΚΤΕΤΩΝΜΑΧΙΜΩΝΚΑΙΤΩΝΑΛΛΩΝΤΩΝΑΛΛΟΤΡΙΑ ΦΡΟΝΗΣΑΝΤΩΝΕΝΤΟΙΣΚΑΤΑΤΗΝΤΑΡΑΧΗΝΚΑΙΡΟΙΣΚΑΤΕΛΘΟΝΤΑΣΜΕΝΕΙΝΕΠΙΤΩΝΙΔΙΩΝΚΤΗΣΕΩΝΠΡΟΕΝΟΗΘΗΔΕΚΑΙΟΠΩΣΕΞΑΠΟΣΤΑΛΩΣΙΝΔΥΝΑΜΕΙΣΙΠΠΙΚΑΙΤΕΚΑΙΠΕΖΙΚΑΙΚΑΙΝΗΕΣΕΠΙΤΟΥΣΕΠΕΛΘΟΝΤΑΣ ΕΠΙΤΗΝΑΙΓΥΠΤΟΝΚΑΤΑΤΕΤΗΝΘΑΛΑΣΣΑΝΚΑΙΤΗΝΗΠΕΙΡΟΝΥΠΟΜΕΙΝΑΣΔΑΠΑΝΑΣΑΡΓΥΡΙΚΑΣΤΕΚΑΙΣΙΤΙΚΑΣΜΕΓΑΛΑΣΟΠΩΣΤΑΘΙΕΡΑΚΑΙΟΙΕΝΑΥΤΗΙΠΑΝΤΑΣΕΝΑΣΦΑΛΕΙΑΙΩΣΙΝΠΑΡΑΓΙΝΟΜΕ ΝΟΣΔΕΚΑΙΕΙΣΛΥΚΩΝΠΟΛΙΝΤΗΝΕΝΤΩΙΒΟΥΣΙΡΙΤΗΙΗΗΝΚΑΤΕΙΛΗΜΜΕΝΗΚΑΙΩΧΥΡΩΜΕΝΗΠΡΟΣΠΟΛΙΟΡΚΙΑΝΟΠΛΩΝΤΕΠΑΡΑΘΕΣΕΙΔΑΨΙΛΕΣΤΕΡΑΙΚΑΙΤΗΙΑΛΛΗΙΧΟΡΗΓΙΑΙΠΑΣΗΙΩΣΑΝΕΚΠΟΛΛΟΥ ΧΟΝΟΥΣΥΝΕΣΤΗΚΥΙΑΣΤΗΣΑΛΛΟΤΡΙΟΤΗΤΟΣΤΟΙΣΕΠΙΣΥΝΑΧΘΕΙΣΙΝΕΙΣΑΥΤΗΝΑΣΕΒΕΣΙΝΟΙΗΣΑΝΕΙΣΤΕΤΑΙΕΡΑΚΑΙΤΟΥΣΕΝΑΙΓΥΠΤΩΙΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΑΣΠΟΛΛΑΚΑΚΑΣΥΝΤΕΤΕΛΕΣΜΕΝΟΙΚΑΙΑΝ ΤΙΚΑΘΙΣΑΣΧΩΜΑΣΙΝΤΕΚΑΙΤΑΦΡΟΙΣΚΑΙΤΕΙΧΕΣΙΝΑΥΤΗΝΑΞΙΟΛΟΓΟΙΣΠΕΡΙΕΛΑΒΕΝΤΟΥΤΕΝΕΙΛΟΥΤΗΝΑΝΑΒΑΣΙΝΜΕΓΑΛΗΝΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΥΕΝΤΩΙΟΓΔΟΩΙΕΤΕΙΚΑΙΕΙΘΙΣΜΕΝΟΥΚΑΤΑΚΛΥΖΕΙΝΤΑ ΠΕΔΙΑΚΑΤΕΣΧΕΝΕΚΠΟΛΛΩΝΤΟΠΩΝΟΧΥΡΩΣΑΣΤΑΣΤΟΜΑΤΑΤΩΝΠΟΤΑΜΩΝΧΟΡΗΓΗΣΑΣΕΙΣΑΥΤΑΧΡΗΜΑΤΩΝΠΛΗΘΟΣΟΥΚΟΛΙΓΟΝΚΑΙΚΑΤΑΣΤΗΣΑΣΙΠΠΕΙΣΤΕΚΑΙΠΕΖΟΥΣΠΡΟΣΤΗΙΦΥΛΑΚΗΙ ΑΥΤΩΝΕΝΟΛΙΓΩΙΧΡΟΝΩΙΤΗΝΤΕΠΟΛΙΝΚΑΤΑΚΡΑΤΟΣΕΙΛΕΝΚΑΙΤΟΥΣΕΝΑΥΤΗΙΑΣΕΒΕΙΣΠΑΝΤΑΣΔΙΕΦΘΕΙΡΕΝΚΑΘΑΠΕΡ...ΗΣΚΑΙΩΡΟΣΟΤΗΣΙΣΙΟΣΚΑΙΟΣΙΡΙΟΣΥΙΟΣΕΧΕΙΡΩΣΑΝΤΟΤΟΥΣΕΝΤΟΙΣΑΥΤΟΙΣ ΤΟΠΟΙΣΑΠΟΣΤΑΝΤΑΣΠΡΟΤΕΡΟΝΤΟΥΣΑΦΗΓΗΣΑΜΕΝΟΥΣΤΩΝΑΠΟΣΤΑΝΤΩΝΕΠΙΤΟΥΕΑΥΤΟΥΠΑΤΡΟΣΚΑΙΤΗΝΧΩΡΑΝΕ......ΑΝΤΑΣΚΑΙΤΑΙΕΡΑΑΔΙΚΗΣΑΝΤΑΣΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΟΣΕΙΣΜΕΜΦΙΝΕΠΑΜΥΝΩΝ ΤΩΙΠΑΤΡΙΚΑΙΤΗΙΕΑΥΤΟΥΒΑΣΙΛΕΙΑΙΠΑΝΤΑΣΕΚΟΛΑΣΕΝΚΑΘΗΚΟΝΤΩΣΚΑΘΟΝΚΑΙΡΟΝΠΑΡΕΓΕΝΗΘΗΠΡΟΣΤΟΣΥΝΤΕΛΕΣΘΗ........ΤΑΠΡΟΣΗΚΟΝΤΑΝΟΜΙΜΑΤΗΙΠΑΡΑΛΗΨΕΙΤΗΣΒΑΣΙΛΕΙΑΣΑΦΗΚΕΝΔΕΚΑΙΤΑΕΙ ΤΟΙΣΙΕΡΟΙΣΟΦΕΙΛΟΜΕΝΑΕΙΣΤΟΒΑΣΙΛΙΚΟΝΕΩΣΤΟΥΟΓΔΟΟΥΕΤΟΥΣΟΝΤΑΕΙΣΣΙΤΟΥΤΕΚΑΙΑΡΓΥΡΙΟΥΠΛΗΘΟΣΟΥΚΟΛΙΓΟΝΩΣΑΥ......ΑΙΤΑΣΤΙΜΑΣΤΩΝΜΗΣΥΝΤΕΤΕΛΕΣΜΕΝΩΝΕΙΣΤΟΒΑΣΙΛΙΚΟΝΒΥΣΣΙΝΩΝΟΘ ΩΝΚΑΙΤΩΝΣΥΝΤΕΤΕΛΕΣΜΕΝΩΝΤΑΠΡΟΣΤΟΝΔΕΙΓΜΑΤΙΣΜΟΝΔΙΑΦΟΡΑΕΩΣΤΩΝΑΥΤΩΝΧΡΟΝΩΝΑΠΕΛΥΣΕΝΔΕΤΑΙΕΡΑΚΑΙΤΗΣ/......ΜΕΝΗΣΑΡΤΑΒΗΣΤΗΙΑΡΟΥΡΑΙΤΗΣΙΕΡΑΣΓΗΣΚΑΙΤΗΣΑΜΠΕΛΙΤΙΔΟΣΟΜΟΙ ΤΟΚΕΡΑΜΙΟΝΤΗΙΑΡΟΥΡΑΙΤΩΙΤΕΑΠΕΙΚΑΙΤΩΙΜΝΕΥΕΙΠΟΛΛΑΕΔΩΡΗΣΑΤΟΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΙΕΡΟΙΣΖΩΙΟΙΣΤΟΙΣΕΝΑΙΓΥΠΤΩΙΠΟΛΥΚΙ.ΙΣΣΟΝΤΩΝΠΡΟΑΥΤΟΥΒΑΣΙΛΕΙΩΝΦΡΟΝΤΙΖΩΝΥΠΕΡΤΩΝΑΝΗΚΟΝ ΑΥΤΑΔΙΑΠΑΝΤΟΣΤΑΤΕΙΣΤΑΣΤΑΦΑΣΑΥΤΩΝΚΑΘΗΚΟΝΤΑΔΙΔΟΥΣΔΑΨΙΛΩΣΚΑΙΕΝΔΟΞΩΣΚΑΙΤΑΤΕΛΙΣΚΟΜΕΝΑΕΙΣΤΑΙΔΙΑΙΕΡΑΜΕΤΑΘΥΣΙΩΝΚΑΙΠΑΝΗΓΥΡΕΩΝΚΑΙΤΩΝΑΛΛΩΝΤΩΝΝΟΜΙ ΤΑΤΕΤΙΜΙΑΤΩΝΙΕΡΩΝΚΑΙΤΗΣΑΙΓΥΠΤΟΥΔΙΑΤΕΤΗΡΗΚΕΝΕΠΙΧΩΡΑΣΑΚΟΛΟΥΘΩΣΤΟΙΣΝΟΜΟΙΣΚΑΙΤΟΑΠΙΕΙΟΝΕΡΓΟΙΣΠΟΛΥΤΕΛΕΣΙΝΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝΧΟΡΗΓΗΣΑΣΕΙΣΑΥΤΟΧΡΥΣΙΟΥΤΕΚ ΟΥΚΑΙΛΙΘΩΝΠΟΛΥΤΕΛΩΝΠΛΗΘΟΣΟΥΚΟΛΙΓΟΝΚΑΙΙΕΡΑΚΑΙΝΑΟΥΣΚΑΙΒΩΜΟΥΣΙΔΡΥΣΑΤΟΤΑΤΕΠΡΟΣΔΕΟΜΕΝΑΕΠΙΣΚΕΥΗΣΠΡΟΣΔΙΩΡΘΩΣΑΤΟΕΧΩΝΘΕΟΥΕΥΕΡΓΕΤΙΚΟΥΕΝΤΟΙΣΑΝΗΚΟ ΘΕΙΟΝΔΙΑΝΟΙΑΝΠΡΟΣΠΥΝΘΑΝΟΜΕΝΟΣΤΕΤΑΤΩΝΙΕΡΩΝΤΙΜΙΩΤΑΤΑΑΝΑΝΕΟΥΤΟΕΠΙΤΗΣΕΑΥΤΟΥΒΑΣΙΛΕΙΑΣΩΣΚΑΘΗΚΕΙΑΝΘΩΝΔΕΔΩΚΑΣΙΝΑΥΤΩΙΟΙΘΕΟΙΥΓΙΕΙΑΝΝΙΚΗΝΚΡΑΤΟΣΚΑΙΤΑΛΛΑΓΑ ΤΗΣΒΑΣΙΛΕΙΑΣΔΙΑΜΕΝΟΥΣΗΣΑΥΤΩΙΚΑΙΤΟΙΣΤΕΚΝΟΙΣΕΙΣΤΟΝΑΠΑΝΤΑΧΡΟΝΟΝ ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙΕΔΟΞΕΝΤΟΙΣΙΕΡΕΥΣΙΤΩΝΚΑΤΑΤΗΝΧΩΡΑΝΙΕΡΩΝΠΑΝΤΩΝΤΑΥΠΑΡΧΟΝΤΑΤ ΤΩΙΑΙΩΝΟΒΙΩΙΒΑΣΙΛΕΙΠΤΟΛΕΜΑΙΩΙΗΓΑΠΗΜΕΝΩΙΥΠΟΤΟΥΦΘΑΘΕΩΙΕΓΙΦΑΝΕΙΕΥΧΑΡΙΣΤΩΙΟΜΟΙΩΣΔΕΚΑΙΤΑΤΩΝΓΟΝΕΩΝΑΥΤΟΥΘΕΩΝΦΙΛΙΠΑΤΟΡΩΝΚΑΙΤΑΤΩΝΠΡΟΓΟΝΩΝΘΕΩΝΕΥΕΡΓ ΤΩΝΘΕΩΝΑΔΕΛΦΩΝΚΑΙΤΑΤΩΝΘΕΩΝΣΩΤΗΡΩΝΕΠΑΥΞΕΙΝΜΕΓΑΛΩΣΣΤΗΣΑΙΔΕΤΟΥΑΙΩΝΟΒΙΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΠΤΟΜΑΙΟΥΘΕΟΥΕΠΙΦΑΝΟΥΣΕΥΧΑΡΙΣΤΟΥΕΙΚΟΝΑΕΝΕΚΑΣΤΩΙΙΕΡΩΙΕΝΤΩΙΕΠΙΦΑ ΗΠΡΟΣΟΝΟΜΑΣΘΗΣΕΤΑΙΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥΤΟΥΕΠΑΜΥΝΑΝΤΟΣΤΗΙΑΙΓΥΠΤΩΙΗΙΠΑΡΕΣΤΗΞΕΤΑΙΟΚΥΡΙΩΤΑΤΟΣΘΕΟΣΤΟΥΙΕΡΟΥΔΙΔΟΥΣΑΥΤΩΙΟΠΛΟΝΝΙΚΗΤΙΚΟΝΑΕΣΤΑΙΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΜΕΝ ΤΡΟΠΟΝΚΑΙΤΟΥΣΙΕΡΕΙΣΘΕΡΑΠΕΥΕΙΝΤΑΣΕΙΚΟΝΑΣΤΡΙΣΤΗΣΗΜΕΡΑΣΚΑΙΠΑΡΑΤΙΘΕΝΑΙΑΥΤΑΙΣΙΕΡΟΝΚΟΣΜΟΝΚΑΙΤΑΛΛΑΤΑΝΟΜΙΖΟΜΕΝΑΣΥΝΤΕΛΕΙΝΚΑΘΑΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΘΕΟΙΣΕΝ ΝΗΓΥΡΕΣΙΝΙΔΡΥΣΑΣΘΑΙΔΕΒΑΣΙΛΕΙΠΤΟΛΕΜΑΙΩΙΘΕΩΙΕΠΙΦΑΝΕΙΕΥΧΑΡΙΣΤΩΙΤΩΙΕΓΒΑΣΙΛΕΩΣΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥΚΑΙΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣΑΡΣΙΝΟΗΣΘΕΩΝΦΙΛΟΠΑΤΟΡΩΝΞΟΑΝΟΝΤΕΚΑΙΝΑΟΝΧΡ ΙΕΙΩΝΚΑΙΚΑΘΙΔΡΥΣΑΙΕΝΤΟΙΣΑΔΥΤΟΙΣΜΕΤΑΤΩΝΑΛΛΩΝΝΑΩΝΚΑΙΕΝΤΑΙΣΜΕΓΑΛΑΙΣΠΑΝΗΓΥΡΕΣΙΝΕΝΑΙΣΕΞΟΔΕΙΑΙΤΩΝΝΑΩΝΓΙΝΟΝΤΑΙΚΑΙΤΟΝΤΟΥΘΕΟΥΕΠΙΦΑΝΟΥΣΕΥ ΞΟΔΕΥΕΙΝΟΠΩΣΔΕΥΣΗΜΟΣΗΙΝΥΝΤΕΚΑΙΕΙΣΤΟΝΕΠΕΙΤΑΧΡΟΝΟΝΕΠΙΚΕΙΣΘΑΙΤΩΙΝΑΩΙΤΑΣΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΧΡΥΣΑΣΒΑΣΙΛΕΙΑΣΔΕΚΑΑΙΣΠΡΟΣΚΕΙΣΕΤΑΙΑΣΠΙΣ ΤΩΝΑΣΠΙΔΟΕΙΔΩΝΒΑΣΙΛΕΙΩΝΤΩΝΕΠΙΤΩΝΑΛΛΩΝΝΑΩΝΕΣΤΑΙΔΑΥΤΩΝΕΝΤΩΙΜΕΣΩΙΗΚΑΛΟΥΜΕΝΗΒΑΣΙΛΕΙΑΨΧΕΝΤΗΝΠΕΡΙΘΕΜΕΝΟΣΕΙΣΗΛΘΕΝΕΙΣΤΟΕΝΜΕΜΦ ΤΕΛΕΣΘΗΙΤΑΝΟΜΙΖΟΜΕΝΑΤΗΙΠΑΡΑΛΗΨΕΙΤΗΣΒΑΣΙΛΕΙΑΣΕΠΙΘΕΙΝΑΙΔΕΚΑΙΕΠΙΤΟΥΠΕΡΙΤΑΣΒΑΣΙΛΕΙΑΣΤΕΤΡΑΓΩΝΟΥΚΑΤΑΤΟΠΡΟΕΙΡΗΜΕΝΟΝΒΑΣΙΛΕΙΟΝΦΥΛΑΚΤΗΡΙΑΧΡ ΤΙΕΣΤΙΝΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΤΟΥΕΠΙΦΑΝΗΠΟΙΗΣΑΝΤΟΣΤΗΝΤΕΑΝΩΧΩΡΑΝΚΑΙΤΗΝΚΑΤΩΚΑΙΕΠΕΙΤΗΝΤΡΙΑΝΑΔΑΤΟΥΤΟΥΜΕΣΟΡΗΕΝΗΙΤΑΓΕΝΕΘΛΙΑΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΑΓΕΤΑΙΟΜΟΙΩΣΔΕΚΑΙ ΕΝΗΙΠΑΡΕΛΑΒΕΝΤΗΝΒΑΣΙΛΕΙΑΝΠΑΡΤΟΥΠΑΤΡΟΣΕΠΩΝΥΜΟΥΣΝΕΝΟΜΙΚΑΣΙΝΕΝΤΟΙΣΙΕΡΟΙΣΑΙΔΗΠΟΛΛΩΝΑΓΑΘΩΝΑΡΧΗΓΟΙΓΑΣΙΝΕΙΣΙΝΑΓΕΙΝΤΑΣΗΜΕΡΑΣΤΑΥΤΑΣΕΟΡΤ ΓΥΠΤΟΝΙΕΡΟΙΣΚΑΤΑΜΗΝΑΚΑΙΣΥΝΤΕΛΕΙΝΕΝΑΥΤΟΙΣΘΥΣΙΑΣΚΑΙΣΠΟΝΔΑΣΚΑΙΤΑΛΛΑΤΑΝΟΜΙΖΟΜΕΝΑΚΑΘΑΚΑΙΕΝΤΑΙΣΑΛΛΑΙΣΠΑΝΗΓΥΡΕΣΙΝΤΑΣΤΕΓΙΝΟΜΕΝΑΣΠΡΟΟΙ ΡΕΧΟΜΕΝΟΙΣΕΝΤΟΙΣΙΕΡΟΙΣΑΓΕΙΝΔΕΕΟΡΤΗΝΚΑΙΠΑΝΗΓΥΡΙΝΤΩΙΑΙΩΝΟΒΙΩΙΚΑΙΗΓΑΠΗΜΕΝΩΙΥΠΟΤΟΥΦΘΑΒΑΣΙΛΕΙΠΤΟΛΕΜΑΙΩΙΘΕΩΙΕΠΙΦΑΝΕΙΕΥΧΑΡΙΣΤΩΙΚΑΤΕΝΙ ΧΩΡΑΝΑΠΟΤΗΣΝΟΥΜΗΝΙΑΣΤΟΥΘΩΥΘΕΦΗΜΕΡΑΣΠΕΝΤΕΕΝΑΙΣΚΑΙΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΗΣΟΥΣΙΝΣΥΝΤΕΛΟΥΝΤΕΣΘΥΣΙΑΣΚΑΙΣΠΟΝΔΑΣΚΑΙΤΑΛΛΑΤΑΚΑΘΗΚΟΝΤΑΠΡΟΣΑΓΟΡΕ ΚΑΙΤΟΥΘΕΟΥΕΠΙΦΑΝΟΥΣΕΥΧΑΡΙΣΤΟΥΙΕΡΕΙΣ.ΡΟΣΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΟΝΟΜΑΣΙΝΤΩΝΘΕΩΝΩΝΙΕΡΑΤΕΥΟΥΣΙΚΑΙΚΑΤΑΧΩΡΙΣΑΙΕΙΣΠΑΝΤΑΣΤΟΥΣΧΡΗΜΑΤΙΣΜΟΥΣΚΑΙΕΙΣΤΟΥΣ ΙΕΡΑΤΕΙΑΝΑΥΤΟΥΕΞΕΙΝΑΙΔΕΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΙΔΙΩΤΑΙΣΑΓΕΙΝΤΗΝΕΟΡΤΗΝΚΑΙΤΟΝΠΡΟΕΙΡΗΜΕΝΟΝΝΑΟΝΙΔΡΥΕΣΘΑΙΚΑΙΕΧΕΙΝΠΑΡΑΥΤΟΙΣΣΥΝΤΕΛΟΥ 'ΣΚΑΤΕΝΙΑΥΤΟΝΟΠΩΣΓΝΩΡΙΜΟΝΗΙΔΙΟΤΙΟΙΕΝΑΙΓΥΠΤΩΙΑΥΞΟΥΣΙΚΑΙΤΙΜΩΣΙΤΟΝΘΕΟΝΕΠΙΦΑΝΗΕΥΧΑΡΙΣΤΟΝΒΑΣΙΛΕΑΚΑΘΑΠΕΡΝΟΜΙΜΟΝΕΣΤΙ ΤΕΡΕΟΥΛΙΘΟΥΤΟΙΣΤΕΙΕΡΟΙΣΚΑΙΕΓΧΩΡΙΟΙΣΚΑΙΕΛΛΗΝΙΚΟΙΣΓΡΑΜΜΑΣΙΝΚΑΙΣΤΗΣΑΙΕΝΕΚΑΣΤΩΙΤΩΝΤΕΠΡΩΤΩΝΚΑΙΔΕΥΤΕΡΩΝ

etiam publicata sunt in Tracts and miscellaneous criticisms of Porson ed. Thom. Kidd. p. 183. denique annotationes Combii, cum quibus praeter translationes, Gallicam in Biblioth. Brit. T. XXVIII. p. 344 sqq. desumptam illam ex appendice libri: Monnoies de Seleucides, rois de Syrie cet. d'après les monnoies du Cabinet de feu Matthieu Duane, Lond. 1803. (cf. Duane's Coins of the Seleucidae, kings of Syria, Lond. 1803.) et Anglicam Porsoni, quam una cum infructuosa introductione exhibet Clarkius Greek Marbles, 1809. p. 56 sqq. conferri potest Classical Journ. T. X. 1814. p. 66 sqq. Tabulas inscriptionum a Societate antiquariorum Londinensi iteratas (cum libello: An account of the Rosetta stone cet. 1811.) repetiit F. a Schlichtegroll sub titulo: Inscriptio perantiqua sacris Aegyptiorum et vulgaribus litterisque item Graecis in lapide nigro prope Rosettam invento et nunc in museo Britannico asservato insculpta, Societatis antiquariorum Londinensis sumptu ad formam et modulum ipsius lapidis primum edita, postea arte lithographica domestica repetita, Monachii in Bavaria 1817. fol. sex. Commentati sunt vel partes aliquas vel universam inscriptionem Villoisonus Lettre à Mr. Åkerblad sur un passage de l'inscription grecque de Rosette in Magas. encycl. a. VIII. T. VI. p. 70. (cf. p. 578.); idem Seconde lettre sur le titre de Dieu donné aux rois payens et aux empereurs Grecs Chrétiens in Magas. encycl. a. IX. T. II. 1803. p. 174. 214.; idem Troisième lettre sur les fêtes solennelles des Égyptiens et des Grecs anciens et modernes ibid. p. 313 - 364.; Cousinéry Première lettre à Mr. Rostan sur l'inscription de Rosette in Magas. encycl. a. XII. T. III. 1807. p. 106 - 133. (déification de Ptolémée V.); idem seconde lettre ibid. T. V. p. 51 - 88. (minorité de Ptolémée V.); idem troisième lettre ibid. a. XIII. 1808. T. III. p. 76 - 110. (recherches sur l'epoque de ce monument); idem quatrième lettre ibid. a. XV. 1810. T. I. p. 283 - 309. et T. II. p. 5 - 40. (système monétaire de la dynastie des Lagides; cf. Letronne Journ. des Sav. 1833.); F. a Schlichtegroll über die bei Rosette gefundene dreifache Inschrift. Erste Abhandlung, vorgelesen in der K. Baier. Akad. d. Wissensch. 28. März 1818. München 1818. Drumann Commentat. in quosdam inscriptionis prope Rosettam inventae locos, Regiom. 1822.; Drumann Histor. antiquarische Untersuchungen über Ägypten oder die Inschrift von Rosette, Königsberg 1823. Lenormant Essai sur le texte grec de l'inscription de Rosette, Par. 1841. repetit. in Musée des antiquités Égyptiennes; Letronnius Inscription grecque de Rosette cet. in calce operis: Fragmenta historicorum Graecorum, ed. Car. et Theod. Mulleri, Paris, Didot, 1841. et in opere: Recueil des inscript. Gr. et Lat. de l'Ég. T. I. 1842. p. 241 - 332. n. XXV. ubi tab. VII. VIII. additum est apographum accurate expressum ex Descript. Aeg. ant. T. V. tab. LIV. quod nos sequimur. Italice translatam dedit Rosellini Giorn. Toscan. Pis. 1842. p. 317 sqq. cum notis.

Contextum Aegyptium et hieroglypha inprimis respiciunt scripta haec: Silvestre de Sacy Lettre au C^te. Chaptal, au sujet de l'inscription égyptienne du monument trouvé à Rosette, Par. 1802. (conf. Mag. encycl. a. VIII. T. I. p. 426. et Comment. Soc. philol. Lips. Vol. III. p. 165.); Åkerblad Lettre sur l'inscription égypt. de Rosette adressée à C. S. de Sacy, Par. 1802. 8. (cf. responsum Silvestre de Sacy in Mag. encycl. a. VIII. T. III. p. 1. et praeterea Mus. crit. 1821. N. VII. p. 331. 334.); Comte de Pahlin Analyse de l'inscription en hiéroglyphes du monument trouvé à Rosette (in fine est contextus Graecus), Dresd. 1804. (cf. Mag. encycl. 1805. T. VI. p. 28.); Spohn de lingua et litt. veterum Aegypt. Vol. II. tabb. I. XI. XII.; an account of the Rosetta stone by order cet. of the Society of Antiquaries of London, 1811.; Iac. Bailey hieroglyphorum origo et natura cet. Cantabr. 1816. (cf. Class. Journ. Vol. XVI. N. XXXII. p. 313 sqq.); Champollion Gramm. Egypt. (Huius commentatione in lapidem Rosettanum scripta uti licuit Letronnio); Champollion-Figeac Annales des Lagides T. I. p. 409 sqq. Jomard Notices sur les signes numériques des anciens Égyptiens, précedée d'un plan d'un ouvrage ayant pour titre: Observations et recherches nouvelles sur les hiéroglyphes, Par. 1819. (conf. Descr. de l'Ég. T. III. p. 135 sqq.); Franc. Giampietri sulla iscrizione di Rosetta in Giorn. enciclop. di Napoli, Marzo 1820. p. 291. Bellermann über die Scarabäengemmen, Progr. II. 1821. Mus. crit. Cantabr. N. VI. VII. 1826. Young Hieroglyphics collected by the Eg. Society, 1823, ubi quindecim tabulae (16-30), in quibus inscriptiones lapidis Rosettani cum interpret. Lat. (cf. O. Müller Gött. Gel. Anz. n. 153. Sept. 1827.); Kosegarten de prisca litt. Aeg. 1828. p. 61 sqq. Nouvelles recherches sur l'inscr. en lettres sacrées du monument de Rosette, Flor. 1830. Francesco Ricardi Compimento e traduzione della parte greca e geroglifica della pietra di Rosetta, Genova 1833. Comte de Robiano Études sur l'écriture, les hiéroglyphes et la langue de l'Ég. cet. Par. 1834. (cf. Jahrb. f. wissensch. Kritik Berl. April 1836. n. 64 sqq.); Salvolini Analyse grammaticale rais. de différ. textes égypt. Par. 1836. (cf. Jahrb. f. wissensch. Krit. Berl. Febr. 1837. n. 21 sqq.); Iul. Lud. Ideler Hermapion, 1841. p. 85 sqq. Append. p. 12 sqq.

Indigna quae commemoretur est sententia Bossi in Actis Taurinensibus inscriptionem Rosettanam spuriam iudicantis.

[*Textum vide in tabula inserta.*]

1 Βασιλεύοντος τοῦ νέου καὶ παραλαβόντος τὴν βασιλείαν
παρὰ τοῦ πατρός, κυρίου βασιλειῶν, μεγαλοδόξου, τοῦ
τὴν Αἴγυπτον καταστησαμένου καὶ τὰ πρὸς τοὺς |
2 θεοὺς εὐσεβοῦς, ἀντιπάλων ὑπερτέρου, τοῦ τὸν βίον
τῶν ἀνθρώπων ἐπανορθώσαντος, κυρίου τριακονταετη-
ρίδων, καθάπερ ὁ Ἥφαιστος ὁ μέγας, βασιλέως,
3 καθάπερ ὁ Ἥλιος | μέγας βασιλεύς, τῶν τε ἄνω καὶ
τῶν κάτω χωρῶν, ἐκγόνου θεῶν Φιλοπατόρων, ὃν ὁ
Ἥφαιστος ἐδοκίμασεν, ᾧ ὁ Ἥλιος ἔδωκεν τὴν νίκην,
εἰκόνος ζώσης τοῦ Διός, υἱοῦ τοῦ Ἡλίου, Πτολεμαίου, |
4 αἰωνοβίου, ἠγαπημένου ὑπὸ τοῦ Φθᾶ, ἔτους ἐνάτου,
ἐφ᾽ ἱερέως Ἀέτου τοῦ Ἀέτου Ἀλεξάνδρου καὶ θεῶν Σω-
τήρων καὶ θεῶν Ἀδελφῶν καὶ θεῶν Εὐεργετῶν καὶ
5 θεῶν Φιλοπατόρων καὶ | θεοῦ Ἐπιφανοῦς Εὐχαρίστου,
ἀθλοφόρου Βερενίκης Εὐεργέτιδος Πύῤῥας τῆς Φιλίνου,
κανηφόρου Ἀρσινόης Φιλαδέλφου Ἀρείας τῆς Διογένους,
6 ἱερείας Ἀρσινόης Φιλοπάτορος Εἰρήνης | τῆς Πτολεμαίου,
μηνὸς Ξανδικοῦ τετράδι, Αἰγυπτίων δὲ Μεχεὶρ ὀκτω-
καιδεκάτῃ· ψήφισμα· οἱ ἀρχιερεῖς καὶ προφῆται καὶ οἱ
εἰς τὸ ἄδυτον εἰ[ς]πορευόμενοι πρὸς τὸν στολισμὸν τῶν |
7 θεῶν καὶ πτεροφόρ[ο]ι καὶ ἱερογραμματεῖς καὶ οἱ ἄλλοι
ἱερεῖς πάντες οἱ ἀπαντήσαντες ἐκ τῶν κατὰ τὴν χώραν
ἱερῶν εἰς Μέμφιν τῷ βασιλεῖ πρὸς τὴν πανήγυριν τῆς
8 παραλήψεως τῆς | βασιλείας τῆς Πτολεμαίου, αἰωνο-
βίου, ἠγαπημένου ὑπὸ τοῦ Φθᾶ, θεοῦ Ἐπιφανοῦς Εὐ-
χαρίστου, ἣν παρέλαβεν παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, συν-
αχθέντες ἐν τῷ ἐν Μέμφει ἱερῷ τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ εἶπαν· |
9 Ἐπειδὴ βασιλεὺς Πτολεμαῖος, αἰωνόβιος, ἠγαπημέ-
νος ὑπὸ τοῦ Φθᾶ, θεὸς Ἐπιφανὴς Εὐχάριστος, ὁ ἐγ
βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Ἀρσινόης, θεῶν
Φιλοπατόρων, κατὰ πολλὰ εὐεργέτηκεν τά θ᾽ ἱερὰ καὶ |
10 τοὺς ἐν αὐτοῖς ὄντας καὶ τοὺς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ βασι-
λείαν τασσομένους ἅπαντας, ὑπάρχων θεὸς ἐκ θεοῦ
καὶ θεᾶς, καθάπερ Ὧρος, ὁ τῆς Ἴσιος καὶ Ὀσίριος
υἱός, ὁ ἐπαμύνας τῷ πατρὶ αὐτοῦ Ὀσίρει, τά [τε]
11 πρὸς θεοὺς | εὐεργετικῶς διακείμενος ἀνατέθεικεν εἰς
τὰ ἱερὰ ἀργυρικάς τε καὶ σιτι[κ]ὰς προσόδους, καὶ δα-
πάνας πολλὰς ὑπομεμένηκεν ἕνεκα τοῦ τὴν Αἴγυπτον
12 εἰς εὐδίαν ἀγαγεῖν καὶ τὰ ἱερὰ καταστήσασθαι, | ταῖς
τε ἑαυτοῦ δυνάμεσιν πεφιλανθρώπηκε πάσαις, καὶ ἀπὸ
τῶν ὑπαρχουσῶν ἐν Αἰγύπτῳ προσόδων καὶ φορολογιῶν
τινὰς μὲν εἰς τέλος ἀφῆκεν, ἄλλας δὲ κεκούφικεν, ὅπως

13 ὅ τε λαὸς καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἐν | εὐθηνίᾳ ὦσιν ἐπὶ
τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας, τά τε βασιλικὰ ὀφειλήματα ἃ
προσώφειλον οἱ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ οἱ ἐν τῇ λοιπῇ βασι-
λείᾳ αὐτοῦ, ὄντα πολλὰ τῷ πλήθει ἀφῆκεν, καὶ τοὺς
14 ἐν ταῖς φυλακαῖς | ἀπηγμένους καὶ τοὺς ἐν αἰτίαις ὄν-
τας ἐκ πολλοῦ χρόνου ἀπέλυσε τῶν ἐνκεκλημένων, προσ-
έταξε δὲ καὶ τὰς προσόδους τῶν ἱερῶν καὶ τὰς διδομένας
15 εἰς αὐτὰ κατ᾽ ἐνιαυτὸν συντάξεις σιτι|κάς τε καὶ ἀργυ-
ρικάς, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς καθηκούσας ἀπομοίρας τοῖς
θεοῖς ἀπό τε τῆς ἀμπελίτιδος γῆς καὶ τῶν παραδείσων
καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὑπαρξάντων τοῖς θεοῖς ἐπὶ τοῦ
16 πατρὸς αὐτοῦ | μένειν ἐπὶ χώρας· προσέταξεν δὲ καὶ
περὶ τῶν ἱερέων ὅπως μηθὲν πλεῖον διδῶσιν εἰς τὸ τε-
λεστικὸν οὗ ἐτάσσοντο ἕως τοῦ πρώτου ἔτους ἐπὶ τοῦ
17 πατρὸς αὐτοῦ· ἀπέλυσεν δὲ καὶ τοὺς ἐκ τῶν | ἱερῶν
ἐθνῶν τοῦ κατ᾽ ἐνιαυτὸν εἰς Ἀλεξάνδρειαν κατάπλου·
προσέταξεν δὲ καὶ τὴν σύλληψιν τῶν εἰς τὴν ναυτείαν
μὴ ποιεῖσθαι, τῶν τ᾽ εἰς τὸ βασιλικὸν συντελουμένων
18 ἐν τοῖς ἱεροῖς βυσσίνων | ὀθονίων ἀπέλυσεν τὰ δύο
μέρη, τά τε ἐγλελειμμένα πάντα ἐν τοῖς πρότερον χρό-
νοις ἀποκατέστησεν εἰς τὴν καθήκουσαν τάξιν φροντί-
ζων ὅπως τὰ εἰθισμένα συντελῆται τοῖ[ς] θεοῖς κατὰ
19 τὸ | προσῆκον, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ δίκαιον πᾶσιν ἀπένει-
μεν, καθάπερ Ἑρμῆς ὁ μέγας καὶ μέγας· πρ[ο]σέταξεν
δὲ καὶ τοὺς καταπορευομένους ἔκ τε τῶν μαχίμων καὶ
20 τῶν ἄλλων τῶν ἀλλότρια | φρονησάντων ἐν τοῖς κατὰ
τὴν ταραχὴν καιροῖς κατελθόντας μένειν ἐπὶ τῶν ἰδίων
κτήσεων· προενοήθη δὲ καὶ ὅπως ἐξαποσταλῶσιν δυ-
νάμεις ἱππικαί τε καὶ πεζικαὶ καὶ νῆες ἐπὶ τοὺς ἐπελ-
21 θόντας | ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον κατά τε τὴν θάλασσαν
καὶ τὴν ἤπειρον ὑπομείνας δαπάνας ἀργυρικάς τε καὶ
σιτικὰς μεγάλας, ὅπως τά θ᾽ ἱερὰ καὶ οἱ ἐν αὐτῇ
22 πάντ[ε]ς ἐν ἀσφαλείᾳ ὦσιν· παραγινόμε|νος δὲ καὶ εἰς
Λύκων πόλιν τὴν ἐν τῷ Βουσιρίτῃ, ἣ ἦν κατειλημμένη
καὶ ὠχυρωμένη πρὸς πολιορκίαν ὅπλων τε παραθέσει
δαψιλεστέρᾳ καὶ τῇ ἄλλῃ χορηγίᾳ πάσῃ, ὡς ἂν ἐκ
23 πολλοῦ | χ[ρ]όνου συνεστηκυίας τῆς ἀλλοτριότητος τοῖς
ἐπισυναχθεῖσιν εἰς αὐτὴν ἀσεβέσιν, οἳ ἦσαν εἴς τε τὰ
ἱερὰ καὶ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ κατοικοῦντας πολλὰ κακὰ
24 συντετελεσμένοι, καὶ ἀν|τικαθίσας χώμασίν τε καὶ τά-
φροις καὶ τείχεσιν αὐτὴν ἀξιολόγοις περιέλαβεν· τοῦ
τε Νείλου τὴν ἀνάβασιν μεγάλην ποιησαμένου ἐν τῷ
25 ὀγδόῳ ἔτει καὶ εἰθισμένου κατακλύζειν τὰ | πεδία,
κατέσχεν ἐκ πολλῶν τόπων ὀχυρώσας τὰ στόματα
τῶν ποταμῶν, χορηγήσας εἰς αὐτὰ χρημάτων πλῆ-
θος οὐκ ὀλίγον καὶ καταστήσας ἱππεῖς τε καὶ πεζοὺς
26 πρὸς τῇ φυλακῇ | αὐτῶν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τήν τε πόλιν
κατὰ κράτος εἷλεν καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ ἀσεβεῖς πάντας
διέφθειρεν, καθάπερ [Ἑρμ]ῆς καὶ Ὧρος ὁ τῆς Ἴσιος
καὶ Ὀσίριος υἱὸς ἐχειρώσαντο τοὺς ἐν τοῖς αὐτοῖς |
27 τόποις ἀποστάντας πρότερον, τοὺς [δ᾽] ἀφηγησαμένους
τῶν ἀποστάντων ἐπὶ τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸς καὶ τὴν χώ-
ραν ἐ[νοχλήσ]αντας καὶ τὰ ἱερὰ ἀδικήσαντας παρα-
28 γενόμενος εἰς Μέμφιν ἐπαμυνῶν | τῷ πατρὶ καὶ τῇ ἑαυ-
τοῦ βασιλείᾳ πάντας ἐκόλασεν καθηκόντως καθ᾽ ὃν
καιρὸν παρεγενήθη πρὸς τὸ συντελεσθῆ[ναι αὐτῷ τὰ]
προσήκοντα νόμιμα τῇ παραλήψει τῆς βασιλείας· ἀφῆ-
29 κεν δὲ καὶ τὰ ἐ[ν] | τοῖς ἱεροῖς ὀφειλόμενα εἰς τὸ βα-
σιλικὸν ἕως τοῦ ὀγδόου ἔτους, ὄντα εἰς σίτου τε καὶ
ἀργυρίου πλῆθος οὐκ ὀλίγον· ὡσαύ[τως δὲ κ]αὶ τὰς
τιμὰς τῶν μὴ συντετελεσμένων εἰς τὸ βασιλικὸν βυσ-
30 σίνων ὀθ[ονί]|ων καὶ τῶν συντετελεσμένων τὰ πρὸς
τὸν δειγματισμὸν διάφορα ἕως τῶν αὐτῶν χρόνων· ἀπέ-
λυσεν δὲ τὰ ἱερὰ καὶ τῆς [ἀποτεταγ]μένης ἀρτάβης τῇ
ἀρούρᾳ τῆς ἱερᾶς γῆς, καὶ τῆς ἀμπελίτιδος ὁμοί[ως] |
31 τὸ κεράμιον τῇ ἀρούρᾳ· τῷ τε Ἄπει καὶ τῷ Μνεύει
πολλὰ ἐδωρήσατο καὶ τοῖς ἄλλοις ἱεροῖς ζῴοις τοῖς ἐν
Αἰγύπτῳ, πολὺ κ[ρε]ῖσσον τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων
32 φροντίζων ὑπὲρ τῶν ἀνηκόν[των εἰς] | αὐτὰ διὰ παν-
τός, τά τ᾽ εἰς τὰς ταφὰς αὐτῶν καθήκοντα διδοὺς
δαψιλῶς καὶ ἐνδόξως, καὶ τὰ τελισκόμενα εἰς τὰ ἴδια
ἱερὰ μετὰ θυσιῶν καὶ πανηγύρεων καὶ τῶν ἄλλων τῶν
33 νομι[ζομένων], | τά τε τίμια τῶν ἱερῶν καὶ τῆς Αἰ-
γύπτου διατετήρηκεν ἐπὶ χώρας ἀκολούθως τοῖς νόμοις,
καὶ τὸ Ἀπιεῖον ἔργοις πολυτελέσιν κατεσκεύασεν χορη-
34 γήσας εἰς αὐτὸ χρυσίου τε κ[αὶ ἀργυρί]|ου καὶ λί-
θων πολυτελῶν πλῆθος οὐκ ὀλίγον· καὶ ἱερὰ καὶ ναοὺς
καὶ βωμοὺς ἱδρύσατο, τά τε προσδεόμενα ἐπισκευῆς
προσδιωρθώσατο ἔχων θεοῦ εὐεργετικοῦ ἐν τοῖς ἀνή-
35 κο[υσιν εἰς τὸ] | θεῖον διάνοιαν· προσπυνθανόμενός τε
τὰ τῶν ἱ[ε]ρῶν τιμιώτατα ἀν[ε]νεοῦτο ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ
βασιλείας, ὡς καθήκει, ἀνθ᾽ ὧν δεδώκασιν αὐτῷ οἱ
θεοὶ ὑγίειαν, νίκην, κράτος καὶ τἄλλ᾽ ἀγαθ[ὰ πάντα], |
36 τῆς βασιλείας διαμενούσης αὐτῷ καὶ τοῖς τέκνοις εἰς
τὸν ἅπαντα χρόνον· ἀγαθῇ τύχῃ ἔδοξεν τοῖς ἱερεῦσι
τῶν κατὰ τὴν χώραν ἱερῶν πάντων τὰ ὑπάρχοντα τ[ί-
37 μια συντελέσαι] | τῷ αἰωνοβίῳ βασιλεῖ Πτολεμαίῳ, ἠγα-
πημένῳ ὑπὸ τοῦ Φθᾶ, θεῷ Ἐ[π]ιφανεῖ Εὐχαρίστῳ,
ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τῶν γονέων αὐτοῦ, θεῶν Φιλ[ο]πα-
τόρων, καὶ τὰ τῶν προγόνων, θεῶν Εὐεργ[ετῶν, καὶ
38 τὰ] | τῶν θεῶν Ἀδελφῶν καὶ τὰ τῶν θεῶν Σωτήρων
ἐπαύξειν μεγάλως· στῆσαι δὲ τοῦ αἰωνοβίου βασιλέως
Πτο[λε]μαίου θεοῦ Ἐπιφανοῦς Εὐχαρίστου εἰκόνα ἐν
39 ἑκάστῳ ἱερῷ ἐν τῷ ἐπιφα[νεστάτῳ τόπῳ], | ἣ προσ-
ονομασθήσεται Πτολεμαίου τοῦ ἐπαμύναντος τῇ Αἰγύ-
πτῳ, ᾗ παρεστήξεται ὁ κυριώτατος θεὸς τοῦ ἱεροῦ δι-
δοὺς αὐτῷ ὅπλον νικητικόν, ἃ ἔσται κατεσκευασμέν[α
40 τὸν τῶν Αἰγυπτίων] | τρόπον, καὶ τοὺς ἱερεῖς θερα-
πεύειν τὰς εἰκόνας τρὶς τῆς ἡμέρας καὶ παρατιθέναι
αὐταῖς ἱερὸν κόσμον καὶ τἄλλα τὰ νομιζόμενα συντελεῖν,
καθὰ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἐν [ταῖς κατὰ τὴν χώραν
41 πα]νηγύρεσιν· ἱδρύσασθαι δὲ βασιλεῖ Πτολεμαίῳ, θεῷ
Ἐπιφανεῖ Εὐχαρίστῳ, τῷ ἐγ βασιλέως Πτολεμαίου καὶ
βασιλίσσης Ἀρσινόης, θεῶν Φιλοπατόρων, ξόανόν τε
42 καὶ ναὸν χρ[υσοῦν ἐν ἑκάστῳ τῶν] | ἱε[ρ]ῶν καὶ καθ-
ιδρῦσαι ἐν τοῖς ἀδύτοις μετὰ τῶν ἄλλων ναῶν καὶ ἐν
ταῖς μεγάλαις πανηγύρεσιν, ἐν αἷς ἐξοδεῖαι τῶν ναῶν
γίνονται, καὶ τὸν τοῦ θεοῦ Ἐπιφανοῦς Εὐ[χαρίστου
43 ναὸν συνε]|ξοδεύειν· ὅπως δ᾽ εὔσημος ᾖ νῦν τε καὶ εἰς
τὸν ἔπειτα χρόνον, ἐπικεῖσθαι τῷ ναῷ τὰς τοῦ βασι-
λέως χρυσᾶς βασιλείας δέκα, αἷς προσκείσεται ἀσπίς,
44 [καθάπερ καὶ ἐπὶ πασῶν] | τῶν ἀσπιδοειδῶν βασι-
λειῶν τῶν ἐπὶ τῶν ἄλλων ναῶν· ἔσται δ᾽ αὐτῶν ἐν τῷ
μέσῳ ἡ καλουμένη βασιλεία Ψχέντ, ἣν περιθέμενος
εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἐν Μέμφ[ει ἱερὸν ὅπως ἐν αὐτῷ συν]|-
45 τελεσθῇ τὰ νομιζόμενα τῇ παραλήψει τῆς βασιλείας·
ἐπιθεῖναι δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ περὶ τὰς βασιλείας τετρα-
γώνου κατὰ τὸ προειρημένον βασίλειον φυλακτήρια
46 χρ[υσᾶ δέκα, οἷς ἐγγραφθήσεται ὅ]|τι ἐστὶν τοῦ
βασιλέως τοῦ ἐπιφανῆ ποιήσαντος τήν τε ἄνω χώραν

καὶ τὴν κάτω· καὶ ἐπεὶ τὴν τρια[κ]άδα τοῦ Μεσορῆ,
ἐν ᾗ τὰ γενέθλια τοῦ βασιλέως ἄγεται, ὁμοίως δὲ καὶ
47 [τὴν ἑπτακαιδεκάτην τοῦ Μεχείρ], | ἐν ᾗ παρέλαβεν τὴν
βασιλείαν παρ[ὰ] τοῦ πατρός, ἐπωνύμους νενομίκασιν ἐν
τοῖς ἱεροῖς, αἳ δὴ πολλῶν ἀγαθῶν ἀρχηγοὶ [π]ᾶσίν εἰσιν,
ἄγειν τὰς ἡμέρας ταύτας ἑορτ[ὴν καὶ πανήγυριν ἐν τοῖς
48 κατὰ τὴν Αἴ]|γυπτον ἱεροῖς κατὰ μῆνα, καὶ συντελεῖν
ἐν αὐτοῖς θυσίας καὶ σπονδὰς καὶ τἄλλα τὰ νομιζό-
μενα καθὰ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πανηγύρεσιν, τάς τε γι-
49 νομένας προθέ[σεις - - - - - - - - - - - - πα]|ρεχομέ-
νοις ἐν τοῖς ἱεροῖς· ἄγειν δὲ ἑορτὴν καὶ πανήγυριν τῷ
αἰωνοβίῳ καὶ ἠγαπημένῳ ὑπὸ τοῦ Φθᾶ βασιλεῖ Πτο-
λεμαίῳ θεῷ Ἐπιφανεῖ καὶ Εὐχαρίστῳ κατ᾽ ἐνι[αυτὸν
50 ἐν τοῖς ἱεροῖς τοῖς κατὰ τὴν] | χώραν ἀπὸ τῆς νου-
μηνίας τοῦ Θωῦθ ἐφ᾽ ἡμέρας πέντε, ἐν αἷς καὶ στε-
φανηφορήσουσιν συντελοῦντες θυσίας καὶ σπονδὰς καὶ
τἄλλα τὰ καθήκοντα, προσαγορε[ύεσθαι δὲ τοὺς ἱερεῖς
51 τῶν ἄλλων θεῶν] | καὶ τοῦ θεοῦ Ἐπιφανοῦς Εὐχα-
ρίστου ἱερεῖς [π]ρὸς τοῖς ἄλλοις ὀνόμασιν τῶν θεῶν ὧν
ἱερατεύουσι, καὶ καταχωρίσαι εἰς πάντας τοὺς χρημα-
τισμοὺς καὶ εἰς τοὺς ἄ[λλους - - - - - - - - - - - -
52 - - τὴν] | ἱερατείαν αὐτοῦ· ἐξεῖναι δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις
ἰδιώταις ἄγειν τὴν ἑορτὴν καὶ τὸν προειρημένον ναὸν
ἱδρύεσθαι καὶ ἔχειν παρ᾽ αὐτοῖς συντελο[ῦντας τὰ νό-
53 μιμα ἐν ἑορταῖς ταῖς τε κατὰ μῆνα καὶ τ|αῖ]ς κατ᾽
ἐνιαυτόν, ὅπως γνώριμον ᾖ, διότι οἱ ἐν Αἰγύπτῳ αὔ-
ξουσι καὶ τιμῶσι τὸν θεὸν Ἐπιφανῆ Εὐχάριστον βα-
σιλέα καθάπερ νόμιμόν ἐστ[ιν αὐτοῖς· τὸ δὲ ψήφισμα
54 τοῦτο ἀναγράψαι εἰς στή|λας σ]τερεοῦ λίθου τοῖς τε
ἱεροῖς καὶ ἐγχωρίοις καὶ Ἑλληνικοῖς γράμμασιν καὶ
στῆσαι ἐν ἑκάστῳ τῶν τε πρώτων καὶ δευτέρων [καὶ
τρίτων ἱερῶν πρὸς τῇ τοῦ αἰωνοβίου βασιλέως εἰκόνι.

Est hoc celebre decretum sacerdotum datum ad celebrandum diem eponymum regis Epiphanis, quo die is octo annis ante a patre regnum accepit. Fuit dies xvii. mensis Mechir s. xxviii. mensis Martii a. a. Chr. 204. quo die mortuus est Philopator. Alter dies eponymus Epiphanis est xxx. mensis Mesori, i. e. viii. mensis Octobris, quo die a. a. Chr. 209. natus est. Itaque regnum suscepit sextum annum aetatis agens. Quippe regnabat sub tutoribus. Eratque tum, quum scribebatur hoc decretum, die xviii. mensis Mechir a. ix. i. e. xxvii. mensis Martii a. a. Chr. 196. annos xii. menses vi. natus (vide Letronn. Recueil cet. I. p. 265 sq.) unde vs. 1. *νέος* audit. Iam quum dies xvii. m. Mechir d. xxvi. m. Martii a. a. Chr. 196. incidat in aequinoctium vernum, inde colligebatur inaugurationem regum ex more circa hoc fere aequinoctium solitam esse celebrari. Cui opinioni iure refragatur Letronnius docens (Revue de philol. de litt. et d'hist. Vol. I. N. 1. 1845. p. 8 sq.) primum hanc congruentiam prorsus fortuitam esse, quippe quum dies eponymus Epiphanis sit dies, quo mortuus sit Philopator, idemque dies xvii. m. Mechir aliis annis etiam ante aequinoctium vernum cadat; deinde diem decreto sacerdotum celebratum xvii. Mechir s. xxvi. m. Martii a. 196. non esse diem, quo regis *ἀνακλητήρια* s. *ἐνθρονισμὸς* (Polyb. XVIII, 38, 3. XXVIII, 10, 8. Diod. Sic. XXIII, 13.) celebrarentur, sed diem eponymum suscepti regni (*τῆς παραλήψεως τῆς βασιλείας*). Hinc in principio regem appellari *νέον*, utpote nondum iustam aetatem adeptum; quo vocabulo non appellatus fuisset, si de inauguratione sermo esset, quippe qua constaret regem ad aetatem iustam pervenisse. Ac revera nihil in decreto de inauguratione refertur. Nec quidquam obstat mentio diadematis Pschent (vs. 44.) quo ornatus rex dicitur in templum venisse. Nam quum inde ab anno quo mortuus pater est, successor rex censeatur, consentaneum est celebrandis sollemnibus ei etiam regis attributa competere. Praeterea Letronnius monet *ἀνακλητήρια* Epiphanis eodem die xvii. m. Mechir anni insequentis acta videri; quo anno quum rex iuvenis certe annum xiv. aetatis attingeret, Polybius (XVIII, 38, 3.) de Epiphane haec sollemnia celebrante dicere poterat: *οὐδέπω μὲν τῆς ἡλικίας κατεπειγομένης*. Ad diem eponymum celebrandum dicuntur Memphin convenisse, non omnes sacerdotes totius Aegypti, sed legati tantum omnium ordinum sacerdotalium, ut bene annotavit Letronnius (p. 267.). De singulis sacerdotibus vide Introd. p. 305. *a. b.* Memphin autem convenerunt sacerdotes illi, ut in sedem primariam deorum Aegyptiorum, in qua reges ex vetere more soliti sunt inaugurari. Hanc in rem Letronnius citavit Schol. Germanici p. 71. ed. Buhle. Hieronym. in Daniel. p. 1128. ed. Par. Diodor. fragm. lib. xxxii. p. 83. T. X. Bip. De templo Memphidis, quod in titulo nostro nominatur solum *τὸ ἐν Μέμφει ἱερόν*, vide Introd. p. 304. *b.*

Inter exaggerata epitheta et elogia regis Ptolemaei est *κυρίου τριακονταετηρίδων, καθάπερ ὁ Ἥφαιστος ὁ μέγας, βασιλέως, καθάπερ ὁ Ἥλιος μέγας βασιλεύς, τῶν τε ἄνω καὶ τῶν κάτω χωρῶν*, in quibus quum alia obscurius dicta sunt, tum quid significent *τριακονταετηρίδες* non liquet. Virorum doctorum de hac re opiniones congessit Drumannus l. c. p. 45 sqq. quibus addi possunt quae composuit Biot, Recherches sur l'année vague des Égyptiens (Mém. de l'Acad. des Inscr. 1831.) p. 128 sqq. Silvestre de Sacy iudice intelligendae sunt periodi, quae planetas in certam quandam coniunctionem conducant (conf. Ameilhon p. 28.). Addo verba Letronnii: „Cette période est peut-être celle de la révolution de Saturne, que les anciens ont évaluée en nombre rond à 30 ans (vide de l'origine du zodiaque grec, p. 33.); elle aurait été ce que fut la dodécaétéride, ou révolution de douze ans, celle de Jupiter, chez les Chaldéens. Selon Champollion le texte égyptien porte *Seigneur des trente années de* - - puis un signe dont le sens lui est inconnu. Quand le signe cessera de l'être, peut-être à quoi nous en tenir sur ce point si obscur." Interim in proclivi est agnoscere acumen verborum, *κύριος τριακονταετηρίδων* —, *βασιλεὺς τῶν τε ἄνω καὶ τῶν κάτω χωρῶν* —. Nam ut hic celebratur terrarum dominus, sic illic eius in ordinem temporum expromitur potentia. Genitivum *τῶν τε ἄνω καὶ τῶν κάτω χωρῶν* qui ad Solem refert Letronnius regem putat esse superiorum et inferiorum regionum mundi, quemadmodum in obelisco Hermapionis Sol vocetur *μέγας δεσπότης οὐρανοῦ*. Statuit is ita, quod, si ad *βασιλέως* referretur

et Aegyptus superior et inferior intelligeretur, dictum esset potius τῆς τε ἄνω καὶ τῆς κάτω χώρας, ut est vs. 46. Nos quidem non moratur numerus; et concinnior videtur esse oratio, si hunc genitivum ad βασιλέως rettuleris. Quamquam etiam Letronnii ratio habet quo se tueatur. Praeterea Ptolemaeus non solum in praescriptis vss. 4. 8. sed etiam in ipso decreto vss. 9. 37. 49. audit ἠγαπημένος ὑπὸ τοῦ Φθᾶ. Hoc numen cum Hephaesto vulgo componi solet (Jablonski Panth. Aegypt. I. p. 46. cf. Introd. p. 304. b.). In designatione temporis post annum regni primum nominatur sacerdos Alexandri M. et regum Ptolemaeorum, deinde ἀθλοφόρος, κανηφόρος, ἱέρεια reginarum Berenices Euergetidis, Arsinoes Φιλάδελφου et Arsinoes Φιλοπάτορος (vide Introd. p. 307. a.). Memorabile autem, quod his in praescriptis nulla mentio fit cultus peculiaris Ptolemaei Soteris eiusque uxoris Berenices, quae Ptolemaide et sacerdotem et canephorum habuit. Sacerdos regum Ptolemaeorum idem aliquando epistolographus regis Euergetae II. fuit (vide Introd. p. 307. b.). Decreti forma universa Graeca est; neque tamen inde colligas contextum Graecum prius compositum fuisse; nam et eos qui Graeca composuerunt et eos qui Aegyptiaca, suum utrosque ordinem, suas formulas secutos esse consentaneum est. Verum collatis verbis Graecis et Aegyptiis plurima Letronnius deprehendit indicia, quibus effici posse videtur contextum Graecum primum esse confectum, ex quo deinceps demoticus et hieroglypha concinnata sint. Quod mirum videbitur reputantibus ea quae contra monuit Rosellinus. Ex his indiciis imprimis memorabile est quod vs. 39. in textu Aegyptio Champollione interprete est: „selon la coutume des Égyptiens"; pro quo auctores Aegyptii dixissent τὸν καθ᾽ ἡμᾶς τρόπον vel simile, nisi vertissent verba Graeca. Similiter interpres Graecus vs. 50. vix usus esset vocabulo νουμηνία pro primo die mensis, si vertisset exemplum Aegyptium. In aliis locis animadvertimus Aegyptiaca minus accurate composita esse in exponendis sententiis, ita ut haec ipsa pro prototypo haberi vix queant. Verba vs. 12. ταῖς ἑαυτοῦ δυνάμεσι πάσαις (*omnibus viribus suis*) Champollione interprete in Aegyptio reddita sunt: *„qui sont dans toute son attribution royale, c'est-à-dire, dans tout son royaume"*, quemadmodum interpretes Aegyptii reddiderunt vss. 9. 10. τοὺς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν τασσομένους. Unde sequitur eos non recte intellexisse quid valerent verba ταῖς ἑαυτοῦ δυνάμεσι πάσαις. In verbis vs. 26. καθάπερ Ἑρμῆς καὶ Ὧρος interpretes Aegyptii ordine inverso dederunt secundum Champollionem: „comme Horus et Hermès", quod falsum esse ex appositionibus apparet. Quamquam id quidem videri potest peccavisse quadratarius. De aliis indiciis interpretationis minus accuratae cf. Letronn. ad vss. 17. 18. 36. qui ad vs. 46. cumulum addidit ostendens evinci posse praeterea secundam confectam interpretationem demoticam, tertiam hieroglyphicam, contra quam ordo est inscriptionis in lapide exaratae, in quo, ut par erat, prima posita est interpretatio hieroglyphica, secunda demotica, tertius contextus Graecus, quo ordine etiam exponenda indicitur inscriptio vs. 54. Nec minus probabilis sententia est Letronnii suspicantis titulum Graecum una cum reliquis litteris demoticis et hieroglyphis ab homine Aegyptio incisum esse. Inde facilius menda scripturae explicari possunt ut vs. 6. ΕΙΞΠΟΡΕΥΟΜΕΝΟΙ, vs. 23. ΧΟΝΟΥ, vs. 37. ΦΙΛΙΠΑΤΟΡΩΝ, vs. 35. ΙΞΡΩΝ, vs. 46. ΤΡΙΑΝΑΔΑΤΟΥΤΟΥ et quae sunt alia generis eiusdem. Videamus de singulis. Vs. 11. τὰ ἱερὰ sunt res sacrae in universum. De templis sermo est vs. 33. 34. Vs. 12. ὁ λαὸς populus est; οἱ ἄλλοι πάντες sunt militares, πραγματικοὶ et sacerdotes; similiter vs. 13. τὸ πλῆθος et vs. 52. οἱ ἰδιῶται opponuntur sacerdotibus. In quo Letronnius apposite affert usum Polybii, qui (IV, 52, 7.) τοὺς λαοὺς opponit τοῖς πολεμικοῖς σώμασιν. Vs. 13. τὰ βασιλικὰ ὀφειλήματα sunt τὰ ὀφειλόμενα τῷ βασιλικῷ ταμείῳ. Eadem locutione usus est Polyb. XXV, 5, 3. quem locum attulit Letronnius, qui deinceps recte construit τῷ πλήθει ἀφῆκεν. Vs. 14. οἱ ἐν ταῖς φυλακαῖς ἀπηγμένοι καὶ οἱ ἐν αἰτίαις ὄντες videntur esse ii imprimis qui quum aerario regio pecunias deberent nec solverent partim in carcerem dati sunt (cf. Edict. Tib. Alex.) partim in ius vocati litibusque distenti. Ita primus Letronnius interpretatur. Vs. 15. Ἀπόμοιραι sunt certae portiones redituum ex vineis et paradisis aliisque possessionibus deorum. Ex quo sequitur Ptolemaeos ex praediis templorum primarios reditus sibi vindicasse, portionem iis reliquisse. Vs. 16. τὸ τελεστικὸν Letronnio est arca, in quam certam summam pendere tenebantur sacerdotes creandi (οἱ μέλλοντες τελεσθῆναι ἱερεῖς). Rex Ptolemaeus Epiphanes imposuit iis eam summam, quam pendebant regnante Philopatore ἕως τοῦ πρώτου ἔτους i. e. usque ad finem primi anni sacerdotii eorum (cf. vs. 29. ἕως τοῦ ὀγδόου ἔτους, usque ad finem octavi anni). Inde sequitur eam summam sub tutoribus Epiphanis auctam fuisse. Vs. 17. τὰ ἱερὰ ἔθνη classes sunt sacerdotum, ut recte Letronnius. Hae classes ante Epiphanem quotannis legatos mittebant Alexandriam ad tractandas res sacras (cf. Introd. p. 307. b.). Hoc eas officio nunc exsolvit Epiphanes. Quod deinceps legitur τὴν σύλληψιν τῶν εἰς τὴν ναυτείαν μὴ ποιεῖσθαι, est μὴ συλλαμβάνεσθαι τῶν ναυτικῶν. Iubet rex sacerdotes immunes esse in rebus maritimis s. nauticis (conf. Introd. p. 297. a.). Vs. 18. confectionem βυσσίνων ὀθονίων templis competiisse iam Heerenius coniecit (Über die Politik cet. V. p. 368.). Ὀθόνια βύσσινα, quibus Aegyptii usi sunt ad mumias involvendas, sunt panni lintei auctore Herodoto II, 76. De his Letronnius ablegat ad Comptes rendus de l'Acad. des Sciences an. 1837. p. 739 sqq. Conf. ad vss. 29. 30. Pro erioxylo bysson habet Rosellinus (cf. Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1843. p. 44 sq.). Vs. 19. Ἑρμῆς ὁ μέγας καὶ μέγας. Etiam in Aegyptiaco signum vocis μέγας bis repetitum est, id quod Champollion (Gramm. Ég. p. 331.) habet pro superlativo μέγιστος, qui superlativus alias in hieroglyphis repraesentatur eodem signo ter repetito (id. ib. p. 332.). Atque etiam Her-

mes in litteris Aegyptiis aliquando *μέγας καὶ μέγας καὶ μέγας* audit, notante Letronnio. Nostro loco quivis exspectaverit *ὁ τρισμέγιστος* vel *ὁ τρὶς μέγιστος*. Verum bene monuit Letronnius hoc epithetum recentioris usus esse, ut non cognitum habuerit scriptor Graecus. Nam quum in lingua Graeca praesertim poetica satis frequentia sint adiectiva cum vocula *τρὶς* composita, ut *τρισάθλιος* (vel potius *τρὶς ἄθλιος*), *τρὶς κακοδαίμων*, *τρὶς μάκαρ* (*τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις* ap. Hom.), *τριπάλαιος*, *τριπόθητος* cet. quae superlativorum vim habent, adiectivorum superlativo gradu cum *τρὶς* compositorum vix alia exempla reperiuntur quam *τρισμέγιστος* et *τρισέχθιστος* (hoc ap. Phrynich. in Bekkeri Anecd. Gr. I, 65, 12.). Et epitheti quidem *τρισμέγιστος* sive *τρὶς μέγιστος* usus utique satis recens videtur. Antiquissimum exemplum ex edicto Tiberii Alexandri vs. 5. enotavit Letronnius (ubi tamen incerta lectio), citans ex recentioribus Nicetam Eugenianum V, 280. ed. Boiss. et Constantinum Manassem Chronic. p. 25. Ut epithetum Mercurii habetur in fragmento Sanchuniathonis commenticio ap. Euseb. Praep. Ev. I. p. 36. D. in epistola quae fertur Manethonis ad Ptol. Philadelphum scripta non ante III. saeculum p. Chr. ap. Syncell. Chronic. p. 40. ed. Par. ex qua aetate sunt etiam scripta plurima quae feruntur nomine Hermae, in quibus obvium epithetum *τρισμέγιστος*; denique Letronnius citat Lactant. de falsa relig. I, 6. p. 42. ed. Walch. Ex his colligi potest epithetum hoc sero usu receptum esse, certe aetate decreti Rosettani nondum innotuisse. Itaque scriptor Graecus h. l. usum Aegyptiacum imitatus est, spreto fortasse non sine ratione quadam superlativo *ὁ μέγιστος*. Vs. 20. *ἐν τοῖς κατὰ τὴν ταραχὴν καιροῖς*. Turbas has in Aegypto superiori excitatas esse et ad primum annum regni Epiphanis pertinere ex magno papyro Taurinensi I. p. 5. p. 27 sq. demonstravit Letronnius. Ad easdem turbas referenda verba sunt vs. 28. ex quibus colligitur, Epiphanem, posteaquam plurimis ex iis qui tum exsilio multati sunt, veniam dedisset, in auctores rebellionis animadvertisse tum demum quum celebraretur dies eius eponymus. Tribus vel quattuor annis post has turbas sedatas bellum ab Antiocho imminebat Aegypto. Nam subacta a Scopa imperatore Aegyptio Iudaea a. 200. (Polyb. ap. Ioseph. Ant. Iud. XII, 3, 3.) anno insequenti Antiochus devicto Scopa ad Panium et recuperata Syria minitatur se arma in Aegyptum laturum. Hos casus tangunt verba vss. 20. 21. ex quibus apparet hostes non aggressos esse Aegyptum nisi ex longinquo. Hac occasione circa a. 202. rebelles Aegyptii videntur convenisse Lycopolin, urbem nomi Busiritici, quae aliquot annis post expulsis magistratibus munita sedes fuit rebellionis. Hanc igitur urbem Epiphanes anno octavo regni sui (a. Chr. 197.) expugnasse dicitur vss. 23-26. Difficultatem chronologicam quam moverunt viri docti collatis verbis inscriptionis nostrae cum Polybio, sustulit Champollion Annal. Lagid. II. p. 105 sqq. Quod dicitur vs. 26. *ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τήν τε πόλιν κατὰ κράτος εἷλεν*, rectissime Letronnius ita interpretatur, ut dicat expugnationem evenisse paulo post munimenta exstructa ad reprimendam inundationem Nili (vs. 25.), quae inundatio oppugnantem coegerat ab incepto paulum desistere. Annotant interpretes huius inscriptionis reticuisse sacerdotes facinus quod rex recuperata Lycopoli admisit minus honorificum, memoriae proditum illud a Polybio XXIII, 16. Ceterum ultus esse dicitur impios, ut Hermes et Horus olim in iisdem regionibus (i. e. circa Delta) ulti sint rebelles; quod referendum videtur ad fabulam ore populi Aegyptii celebratam (vid. Letronnius p. 291.). Vs. 27. Letronnius scripsit *τούς [τ'] ἀφηγησαμένους*. Res narrata refertur ad turbas primo anno regni Epiphanis exortas de quibus vide ad vs. 20. Hanc ob rem praetulimus *τοὺς [δ'] ἀφηγησαμένους*, quo clarius dirimeretur sententia ab iis, quae in praecedente enunciatione exposita sunt. Ceterum verbum *ἐνοχλήσαντας* debetur Letronnio. Vs. 29. *ὄντα εἰς σίτου τε καὶ ἀργυρίου πλῆθος οὐκ ὀλίγον* vix recto talo stat. Ni fallor, post *ἀργυρίου* excidit *λόγον*. Cf. Vol. II. n. 2058. princ. Quamquam si construxeris *ὄντα εἰς πλῆθος οὐκ ὀλίγον*, afferri potest exemplum ex Plat. Critia p. 119. A. *Πλῆθος οὐκ ὀλίγον* habes etiam vss. 25. 34. In sequentibus vss. 29. 30. dicitur rex remisisse *τὰς τιμὰς τῶν μὴ συντετελεσμένων εἰς τὸ βασιλικὸν βυσσίνων ὀθονίων καὶ τῶν συντετελεσμένων τὰ πρὸς τὸν δειγματισμὸν διάφορα ἕως τῶν αὐτῶν χρόνων* (i. e. *ἕως τοῦ ὀγδόου ἔτους*, vide ad vs. 16.). Igitur non solum quantitatem *ὀθονίων* in fiscum conficiendorum remisit (vss. 17. 18.); remisit etiam pretia *ὀθονίων τῶν μὴ συντετελεσμένων* ante nonum annum, et quae in aestimandis pannis debebant ii qui confecerunt (*τὰ πρὸς τὸν δειγματισμὸν διάφορα*, conf. Drumann. p. 181. 182.). Vss. 30. *ἀρτάβην* mensuram esse solidorum, *κεράμιον* liquidorum constat (conf. Boeckh. Disquis. metrol. p. 16. 242 sq.). *Ἄρουρα* autem iugerum est centum cubitorum Aegyptiorum (vide Herodot. II, 168. conf. Journal. des Sav. 1828. p. 486.). Supplementum *ἀποτεταγμένης* dedit Letronnius. Idem notavit dictionem negligentiorem *καὶ τῆς ἀμπελ. ὁμοίως τὸ κεράμιον τῇ ἀρούρᾳ* pro *καὶ τοῦ κεραμίου τῇ ἀρούρᾳ τῆς ἀμπελίτιδος γῆς*. Sed non intelligenda est praepositio *κατὰ* ad *τὸ κεράμιον*. Verbum *ἀπέλυσε* h. l. duplicem constructionem habet: *ἀπέλυσε τὰ ἱερὰ τῆς — ἀρτάβης καὶ ἀπέλυσε* (i. e. *ἀφῆκε*, cf. vs. 18.) *τὸ κεράμιον*. Vs. 31. Apis et Mnevis tauri sunt in animalibus maxime venerandis Aegyptiorum (cf. Introd. p. 304. *a*.). Vs. 34. extr. supplementum est Porsoni. Vs. 35. *προσπυνθανόμενός τε τὰ τῶν ἱερῶν τιμιώτατα ἀνενεοῦτο* cet. Interpretationem Ameilhoni et Drumanni, qui de rebus pretiosissimis in templis repositis cogitarunt, merito repudiavit Letronnius, qui unice probat sententiam quam verbis tribuit Heynius vertens: *templa praecipuo honore habita*. Verum tum scribendum erat *τῶν ἱερῶν τὰ τιμιώτατα* vel *τὰ τιμιώτατα τῶν ἱερῶν*, quale exemplum est quod attulit Letronnius e Xenophonte *τῶν ἵππων οἱ εὐφυέστατοι*. Ut nunc collocata vocabula sunt, aliud significare non possunt nisi *praecipuos honores templorum, praecipua quae ad honores templorum perti-*

nent. Huic sententiae etiam unice aptum videtur προςπυνθανόμενος. Nam templa praecipuo honore habita nota esse debebant Epiphani. Accedit quod Champollione interprete contextus Aegyptius habet, licet minus exacte, *honores templorum*, et quod τὰ τίμια vox propria in his rebus, ut vs. 33. habes τὰ τίμια τῶν ἱερῶν. Vs. 36. extr. Porsonus explevit τ[ίμια τελεῖν]; Letronnius τ[ίμια πάντα]. Ego praetuli τ[ίμια συντελέσαι], quo maior vis accedit enuntiationi secundariae: ὁμοίως δὲ καὶ — ἐπαύξειν μεγάλως. Neve putes vim prioris enuntiationis frangi verbo adiecto. Nam Epiphanes auctor est incrementi honorum, quibus maiores eius fruuntur. Vs. 39. nota dictionem διδοὺς αὐτῷ ὅπλον νικητικόν, non ὁ διδοὺς cet. ex quo ita accipienda est: repraesentabitur ὁ κυριώτατος θεὸς porrigens s. praebens ei ὅπλον νικητικόν. De qua re Letronnius conferri iubet Champollion. Monum. de l'Ég. et de la Nubie pl. L. ubi repraesentatur deus regi falcem porrigens. Probabiliter idem ad victoriam Epiphanis de rebellibus reportatam alludi statuit. Ὅπλον autem istud scutum bene vertit Wilkinsonus (Manners and customs cet. T.V. p. 273.). Ibid. extr. bene Porsonus [τὸν ἐπιχώριον] τρόπον. Sed quum in textu Aegyptio Champollione interprete feratur diserte: „selon la coutume des Égyptiens", cum Letronnio dedimus τὸν τῶν Αἰγυπτίων τρόπον, addito altero articulo. Vs. 40. τρὶς τῆς ἡμέρας. Drumann. p. 208. apte comparat Plut. Is. et Osir. p. 372. καὶ μὴν ἡμέρας ἑκάστης τριχῶς ἐπιθυμιῶσι τῷ ἡλίῳ. Notabile παρατιθέναι αὐταῖς ἱερὸν κόσμον, apponere imaginibus sacras vestes, quae dictio quadrat ad anaglypha (cf. Letronn. Matériaux pour servir à l'hist. du Christ. cet. p. 68.). In fine huius versus coniicias ἐν [ταῖς μεγάλαις πα]νηγύρεσιν, ut est vs. 42. verum Champollione interprete in textu Aegyptio est: „aux panégyries du pays". Unde praetulimus ἐν [ταῖς κατὰ τὴν χώραν πα]νηγύρεσιν, cf. vs. 36. Letronnius, qui praeter nostram lectionem proposuit etiam ἐν [ταῖς κατ' Αἴγυπτον et ἐν [ταῖς ἐγχωρίαις πα]νηγ. in ordinem verborum recepit ἐν [ταῖς ἐν Αἰγύπτῳ πα]νηγύρεσιν. Vs. 41. ξόανα statuae ligneae minoris moduli sunt, *simulacra brevia quae portabantur in lecticis*, ut ait Servius (ad Aen. VI. vs. 58.). Sedentis statuam significari ex signo hieroglyphico demonstravit Champollion (vide Letronn. p. 302. not. 77.). Talis statua imponebatur aediculae portatili (ναῷ). Hic igitur praecipiunt sacerdotes ut ornetur rex Epiphanes cet. Post ναὸν quod sequitur χρ - - - - facile restitui potest et restituit Porsonus χρ[υσοῦν ἐν ἑκάστῳ τῶν] ἱερῶν; quod Letronnius ad ξόανον et ναὸν simul referens χρυσᾶ scribendum putat: quae hoc certe loco nimis poetica est dictio. Etiam ξόανον videtur sane inauratum esse (cf. Clem. Alex. Strom. V, 7, 44. p. 671. Pott.). Sed χρυσοῦν vel sic ad utrumque substantivum referri potest. Χρυσοῦς h. l. est i. q. κατάχρυσος, κατακεχρυσωμένος; quippe ναοὶ illi erant ξύλινοι κατακεχρυσωμένοι, ut refert Herodotus II, 63. Vs. 42. ἐξοδεία et ἐξοδεύειν de sacra pompa dicitur in qua circumferuntur effigies deorum. Apte Letronnius confert Diod. Sic. I, 67. et Claudian. de IV. cons. Honor. vs. 570 sq. Verbum συνεξοδεύειν in fine huius versus proposuit etiam Porsonus. Vs. 43. ad vocem εὔσημος intellige ὁ ναός, quod habet integrum contextus Aegyptius (vide Champollion Gramm. Égypt. p. 429. 4.). Huic regis aediculae imponi iubetur decem βασιλείας aureas, i. e. insignia dominationis regum Aegyptiorum, quorum numerus sollemnis notante Letronnio referri videtur ad decem regna, Aegyptum, Libyam, Syriam, Phoenicen, Cyprum, Lyciam, Cariam, Cycladas, Arabiam, Aethiopiam (cf. Introd. I. p. 282. *b*.). Quae regna etsi non omnia cadunt in dominationem Epiphanis, tamen videntur in monumentis publicis retenta esse ex more maiorum. Ad illustrandas βασιλείας, quibus nunc ornatur regis aedicula, Letronnius usus est loco Diod. Sic. I, 48. ubi memoratur statua reginae gerentis τρεῖς βασιλείας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, proponens simul exemplum imaginis Sesostridis, cuius caput similiter triplici ornamento exstructum cernitur in Rosellini Monum. dell' Egitto cet. Monum. Reali pl. XVI. n. 3. Videndum, ne elogium κυρίου βασιλειῶν vs. 1. referendum sit ad haec ipsa insignia, quibus regnorum significatur possessio. Ante βασιλείας addendus serpens uraeus (ἀσπίς), de quo Letronnius conferri iubet Iacobs. ad Aelian. H. A. VI, 38. Leemans ad Horap. p. 118 sq. Quod ornamentum non in omnes cadere βασιλείας, ex iis quae sequuntur patet. In quam rem Letronnius confert Descript. de l'Égypte, Ant. I. pl. XVI. n. 6. 7. 17. In fine huius versus quod supplementum est debetur Porsono. Pro quo supplemento quod coniecit Lenormant, id iure repudiavit Letronnius. Vs. 44. insigne regni dictum *Pschent* exposuit Champollion. Gramm. Ég. p. 76. Fuit ornamentum quoddam capitis (εἶδος κυνῆς, cf. Herodot. II, 151. 162.), quo uti solebant reges in obeundis sollemnibus. Supplementum in fine huius versus dedit Letronnius. Minus recte legebat Porsonus εἰς τὸ ἐν Μέμφει Ἀπιεῖον ὅπως συντελεσθῇ; male Villoisonus εἰς τὸ ἐν Μέμφει βασίλειον ὅπως συντελεσθῇ. Vs. 45. τὸ περὶ τὰς βασιλείας τετράγωνον est quadratum tabulae cui impositae sunt αἱ δέκα βασιλεῖαι. Huic quadrato nunc iubetur affigi φυλακτήρια χρ[υσᾶ δέκα, ut restituit Letronnius secutus textum demoticum, in quo teste Champollione idem habetur signum numeri decem. Videtur huius rei indicium esse etiam in vocabulis κατὰ τὸ προειρημένον βασίλειον, quae ad totum complexum τῶν βασιλειῶν referenda esse vidit Drumannus p. 242. 243. In textu demotico ibi repeti nomen Pschent, in hieroglyphis ornamentum idem auctor est Champollion. Valent autem verba κατὰ τὸ προειρημένον proprie „in regione τῶν βασιλειῶν", ita ut unumquodque φυλακτήριον pertineat ad unamquamque βασιλείαν. Igitur φυλακτήρια illa, quae fere sunt περίαπτα (*amulettes*), aureis laminis inscripta finge tibi in lateribus quadrati posita esse. Rem delineatione planiorem fecit Letronnius p. 317. Vocabula βασιλεία et φυλακτήριον tangit Münter. Observatt. ex marm. Gr. sacrarum specimen, Hafniae 1814. p. 9. 27. In fine huius versus Porsonus scripsit ἐν οἷς γεγράψεται διό]τι, Letronnius οἷς ἐγγραφθήσεται ὅ]τι. Praestat fortasse οἷς ἐγγραφθήσεται διό]τι, recepto διότι spatii causa

(cf. vs. 53.). Vs. 46. luditur in nomine Epiphanis. In fine lacunam explevit Letronnius ita ut scriberet *τὴν τοῦ Μεχεὶρ ἑπτακαιδεκάτην* ex textu demotico, ubi id notavit esse Champollion. Transposuimus vocabula, quod *τὴν τοῦ Μεχεὶρ ἑπτακαιδεκάτην* inusitatum est. Vs. 47. dies eponymi sunt quovis mense dies illi, qui respondent diei natali regis et diei quo regiam dignitatem suscepit (vide Letronnius Rech. sur l'Ég. p. 168. 383. Revue de philol. I, 1. p. 3 sq. conf. Vol. II. ad n. 3068. *A.*) Crebro redit formula *παρέλαβε τὴν βασιλείαν παρὰ τοῦ πατρός*, vss. 1. 8. 47. cui rei honorifici aliquid inesse bene iudicavit Letronnius. Nam quum monarchia Aegypti hereditaria sit in descendentes utriusque sexus, regi potest etiam alius succedere ac filius. Supplementum in fine versus dedit Porsonus, nisi quod omisit articulum *τήν*, quem reposuit Letronnius. Vs. 48. in interpretanda formula *κατὰ μῆνα* laborarunt Heynius et Drumannus, merito reprehensi a Letronnio. Dies XXX mensis Mesori et dies XVII mensis Mechir celebrabantur ut eponymi regis. Definitur nunc dies XVII et XXX uniuscuiusque mensis, ut qui hominibus fons sit bonorum, pro festis celebrandos esse in templis Aegypti. In fine huius versus lacunam Heynius explevit *προθέ[σεις σὺν ἄλλοις τοῖς πα]ρεχομένοις* —; Porsonus: *προθέ[σεις διδόναι τοῖς ἱερεῦσι πα]ρεχομένοις* —; Angli in Account of the Ros. stone p. 20. *προθε[σμίας ἑορτὰς μετὰ θυσιῶν καὶ σπονδῶν πα]ρεχομένοις* —; quorum nihil satisfacit. Locum intactum reliquit Letronnius, praesertim quum etiam in contextu Aegyptiaco sensus non sit apertus. *Προθέσεις* i. e. oblationes verum puto. Coniicias: *τάς τε γινομένας προθέ[σεις θύειν πρὸς τοῖς ἄλλοις τοῖς πα]ρεχομένοις ἐν τοῖς ἱεροῖς.* Vss. 49. 50. Praeter festos dies omni mense celebrandos in honorem Epiphanis indicuntur sollemnia maiora quotannis obeunda per quinque dies initio capto a primo die mensis Thoyth. De *στεφανηφορίᾳ*, quae h. l. praecipitur (cf. n. 4717.), apte Letronnius comparat locum Hellanici ap. Athen. XV. p. 680. B. monens id moris ex aetate resedisse Ptolemaeis anteriore. In fine vs. 49. Heynius coniecit: *κατ' ἐνι[αυτὸν κατὰ τὴν] χώραν*, quae non respondent spatio lacunae; melius Porsonus *κατ' ἐνι[αυτὸν κατὰ τήν τε ἄνω καὶ τὴν κάτω] χώραν.* Sed non addicit contextus Aegyptiacus, qui teste Champollione praebet: „*dans les temples de l'Égypte entière*". Itaque cum Letronnio dedimus *κατ' ἐνι[αυτὸν ἐν τοῖς ἱεροῖς τοῖς κατὰ τὴν] χώραν.* In fine vs. 50. lacunam expleverunt Heynius: *προσαγορε[ύειν δὲ τῶν θεῶν Φιλοπατόρων τὰ ὀνόματα]*; Porsonus: *προσαγορε[ύειν δὲ τοὺς ἱερεῖς τοῦ τε αἰωνοβίου]*; melius Letronnius: *προσαγορε[ύεσθαι δὲ τοὺς ἱερεῖς τῶν ἄλλων θεῶν]*, quam restitutionem recepimus. Vs. 51. extr. ubi ultima littera potest esse A vel Δ vel Λ, Porsonus scribebat *καὶ εἰς τοὺς δ[ειγματισμοὺς τοὺς ἀνήκοντας εἰς τὴν] ἱερατείαν αὐτοῦ*, quae verba sensu cassa merito repudiarunt viri docti. Hasius proposuit: *καὶ εἰς τοὺς δ[ημοτικοὺς καταλόγους* .... quam lectionem festinantius recepit Lenormant. Letronnius, qui primus docuit *τὴν ἱερατείαν* obiectum esse verbi *καταχωρίσαι*, scripsit interim *καὶ εἰς τοὺς ἄ[λλους - - - - τὴν] ἱερατείαν αὐτοῦ.* Certe *ἄλλους* aptum est post iteratum *εἰς τούς*. Exspectatur tale quiddam: *εἰς τοὺς ἄ[λλους τοὺς ἱερατικοὺς δογματισμοὺς τὴν] ἱερατείαν αὐτοῦ.* Vs. 52. extr. Champollion. Gramm. Eg. p. 314. exposuit in hieroglyphis ibi designari: „*célébrer ces fêtes, chaque mois, chaque année*", unde Letronnius lacunam explevit: *συντελοῦ[σι τὰ νόμιμα ἐν ἑορταῖς ταῖς τε κατὰ μῆνα καὶ τα]ῖς κατ' ἐνιαυτόν*, in quo eum secuti sumus, nisi quod scripsimus cum Porsono *συντελοῦ[ντας*. Ceterum ex potestate concessa privatis, ut haberent domi aediculam regis, Letronnius bene coniicit in Aegypto hoc vulgo vetitum fuisse et Platonem (Legg. X, 909. 910.), fortasse morem Aegyptiorum secutum, idem hoc lege cautum voluisse. Lin. 53. in lacuna Porsonus: *ἔστιν· [τὸ δὲ ψήφισμα τοῦτο ἀναγράψαι εἰς στήλην μέλ|ανος]*, in quo *μέλανος* nihili est; Letronnius: *ἔστ[ιν· τὸ δὲ ψήφισμα τοῦτο ἀναγράψαι ἐπὶ στήλην ἐκ | σ]τερεοῦ* ratus in principio vs. 54. lapidem natura detritum fuisse, ut etiam linea fuerit reductior. Quod non puto verum esse. Itaque ratione habita spatii scripsi: *ἔστ[ιν αὐτοῖς· τὸ δὲ ψήφισμα τοῦτο ἀναγράψαι εἰς στή|λας σ]τερεοῦ* cet. Vocem *αὐτοῖς* non supervacaneam duco, pluralem *στήλας* necessariam; quippe plura exempla scribenda indicuntur. Vs. 54. lacunam Porsonus explebat: *ἐν ἑκάστῳ τῶν τε πρώτων καὶ τῶν δευτέρω[ν καὶ τῶν τρίτων ἱερῶ*, in quo certe addendum fuit *θεῶν*, ut dicit Herodotus II, 145. coll. Plutarch. de malig. Herod. p. 857. T. IX. p. 403. Reisk. Quomodo lacuna explenda sit, docet hieroglyphorum ratio, quae Champollione interprete (Gramm. Ég. p. 239.) ita se habent: „*dans les temples du premier, second, troisième ordres, où sera l'image en pied du roi*" cet. vel ut est in manuscripto: „*auprès l'image sacrée du roi vivant pour toujours*". Sequuntur praeter nomen regis elogia eius, ut *ἠγαπημένου ὑπὸ τοῦ Φθᾶ*, quae omisisse videtur scriptor Graecus. Nam vs. 54. qui est ultimus in Graecis, non capit tantum quantum opus est ad exprimenda elogia illa. Itaque Letronnius, singulis pensitatis statuit scribendum esse: *ἐν ἑκάστῳ τῶν τε πρώτων καὶ δευτέρω[ν καὶ τρίτων ἱερῶν πρὸς τῇ τοῦ αἰωνοβίου βασιλέως εἰκόνι.* Haec recepimus; quamquam possis etiam scribere *παρὰ τὴν τοῦ αἰωνοβίου βασιλέως εἰκόνα* (cf. Elem. epigr. Gr. p. 315.).

4697. *b.*

In oppido Damiette, quod veterem *Tamiathin* (Steph. Byz. v. Ταμίαθις) fuisse statuit Champollion II. p. 138. 359. 372. Quodsi ita est, duae urbes cognomines fuisse videntur; nam Tamiathis sedes episcopi in vetere notitia Graeca Arcadiae i. e. Heptanomidis provinciis tribuitur. Edidit Visc. Valentia Itin. Iud. cet. Lond. 1809. Vol. III. p. 419. Apographum Le Gentil et Févre delineavit Jomardus Descript. Aegypt. Antt. T. V. tab. 56. n. 27.

ΗΒοΥΛΗΚΑΙοΔΗΜοϹ
ΛοΥΚΙοΝΠοΠΙΛΛΙοΝΒΑΛΒοΝ
ΠΡΕϹΒΕΥΤΗΝΤΙΒΕΡΙοΥ
ΚΛΑΥΔΙοΥΚΑΙϹΑΡοϹ
ϹΕΒΑϹΤοΥΓΕΡΜΑΝΙΚοΥ
ΤοΝΠΑΤΡΩΝΑΤΗϹΠοΛΕΩϹ

Vs. 6. extr. Valent. ΠΟΛΕΟΣ.

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Λούκιον Ποπίλλιον Βάλβον, πρεσβευτὴν Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ, τὸν πάτρωνα τῆς πόλεως.

Ex praescriptis *ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος* apparet populum, unde titulus, re publica uti ad morem Graecorum constituta, quemadmodum Ptolemais fuit a Sotere et Antinoe ab Hadriano condita (cf. n. 4679. 4705.). L. Balbus, quem una cum M. Iunio Silano consulem fuisse refert Plinius H. N. II, 89. num idem noster sit L. Popillius Balbus, eo minus apparet, quod illo loco plurima ad chronologiam confusa esse videntur. Verisimile non est eundem esse, si rem a Plinio narratam rettuleris ad a. u. c. 771. (cf. Ross Peripl. insul. 1. p. 89 sq.) reputesque tum L. Norbanum Balbum consulem fuisse. Nec magis quidquam eviceris posito a. u. c. 799. quo quum Valerius Asiaticus II., M. Iunius Silanus consules fuerint, L. Balbus in locum prioris possit suffectus videri. Sed, ut illa mittam, ex legato ipso colligi potest lapidem aliunde advectum in Aegyptum esse, siquidem praefecto Aegypti nullus ab Imperatoribus legatus concessus est.

4697. *c.*

In ruderibus urbis veteris *Saidis* prope Se 'l Hajar; ed. Van Egmond et Heymann Itin. Vol. II. p. 112. Lond. 1759. ed. Batav. T. II. p. 110. Hinc Clarkius Itin. P. II. S. II. p. 213. et Hamiltonus Aegypt. p. 404. repetierunt.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙϹΑΡΑ
ΜΑΡΚΟΝΑΥΡΗΛΙΟΝΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ
ϹΕΒΑϹΤΟΝΑΡΜΗΝΙΑΚΟΝΜΗΔΙΚΟΝ
ΠΑΡΘΙΚΟΝΜΕΓΙϹΤΟΝ
ΗΠΟΛΙϹΤΟΝΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

Vs. 1. Egm. et Heym. ΚΑΙΞΑΡΑ.

Αὐτοκράτορα Καίσαρα Μάρκον Αὐρήλιον Ἀντωνεῖνον Σεβαστὸν Ἀρμ[ε]νιακόν, Μηδικόν, Παρθικόν, [ἀρχιερέα] μέγιστον, ἡ πόλις τὸν εὐεργέτην.

Nota collocationem *Μηδικόν, Παρθικόν*, quum vulgo audiat *Παρθικός, Μηδικός*, quae collocatio fere constanter obtinet in nummis. Cf. n. 4704.

SECTIO SECUNDA.

AEGYPTUS MEDIA.

VICINIA MEMPHIDIS, ACORIS, HERMOPOLIS MAGNA, ANTINOE.

4698.

In oppido Kairo in lapide, quem repperit Jomard. Ex huius apographo edidit Champollion-Figeac Annal. des Lagid. T. II. p. 407. Inde repetiit et illustravit Letronnius Recherches pour servir à l'hist. de l'Ég. p. 313 - 316. Extat de Jomardi delineatione in Descript. Aegypt. Antiq. T. V. tab. 56. n. 22.

ΒΑΣΙΛΕΑΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝΘΕΟΝΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΘΕΩΝΕΠΙΦΑΝΩΝΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣΑΕΤΟΥ
ΤΩΝΠΡΟΤΩΝΦΙΛΩΝΟΕΠΙΣΤΑΤΗΣΚΑΙ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΤΩΝΚΑΤΟΙΚΩΝΙΠΠΕΩΝ

Vs. 3. Champ. ΟΕΠΙΣΤΑΤΗΣ; Jom. in Descr. Aegypt. l. c. ΟΕΟΙΣΤΑΤΗΣ.

Βασιλέα Πτολεμαῖον θεὸν Εὐεργέτην θεῶν Ἐπιφανῶν Ἀπολλόδωρος Ἀέτου τῶν πρ[ώ]των φίλων, ὁ ἐπιστάτης καὶ γραμματεὺς τῶν κατοίκων ἱππέων.

Pertinet ad Ptolemaeum Euergetam II. De locutione *τῶν φίλων, τῶν πρώτων φίλων* vide Introd. p. 289. *b.* De *ἐπιστάτῃ καὶ γραμματεῖ* vide Introd. p. 289. *a.* Aetus pater Apollodori videtur esse ex posteris Aeti, quem a. p. Chr. 196. sacerdotem Alexandri et regum Ptolemaeorum fuisse docet n. 4697. *Οἱ κάτοικοι ἱππεῖς* cf. Introd. p. 287. *b.*

4699.

Ad oppidum Gizeh s. Dschiseh, in loco ubi olim fuit necropolis *Memphidis* veteris sitae tres sunt celebres pyramides dictae Cheopis, Cephrenis, Mycerini. Ad has pyramides pertinet inscriptio metrica, quam ex scholio Graeco MS. Cod. Par. desumptam edidit Osannus Syll. p. 413. n. XXIV. Scholion hoc est: *πυραμίδες δὲ οἰκοδομήματα ἐν Αἰγύπτῳ, ἅπερ ᾠκοδομήθη εἰς μνήμην τῶν χώραν* (sic), *ὡς μαρτυρεῖ τὸ ἐν αὐταῖς ἐπίγραμμα οὕτως ἔχον· μνήματα καὶ φρηνός τε καὶ ἀντιθέου μυκέρνου καὶ χέοπος κατιδὼν μάξιμος ἠγασάμην*, quod epigramma Osannus recte legit ita:

Μνήματα Κεφρῆνός τε καὶ ἀντιθέου Μυκερίνου
καὶ Χέοπος κατιδὼν Μάξιμος ἠγασάμην.

Ante pyramidem Cephrenis ingens est Androsphinx, quem antea opertum luci reddidit Caviglia. Androsphingem hunc, qui leonem iacentem repraesentat imposito capite humano, descripsit et laudavit saeculo XII. Abdallatif (ed. Silv. de Sacy p. 180.). Huius Androsphingis in vicinia repertus lapis est, qui nunc in museo Britannico asservatur. Inscriptio primum edita est in Quarterly Review T. XIX. p. 413. N. 38. 1819. cum interpret. Angl. Tractavit Letronnius Journ. des Sav. 1821. p. 179 sqq. et adhibito Leakii plenissimo apographo in libro: Recherches pour servir à l'hist. de l'Ég. p. 588-410. Descripsit in museo Britannico etiam O. Müller, cuius habeo apographum.

ΑΓΑΘΗΤΥΧΗΙ
ΕΠΕΙΝΕΡΩΝΚΛΑΥΔΙΟϹΚΑΙϹΑΡϹΕΒΑϹΤΟϹ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟϹΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΟΑΓΑΘΟϹΔΑΙΜΩΝΤΗϹ
ΟΙΚΟΥΜΕΝΗϹϹΥΝΑΠΑϹΙΝΟΙϹΕΥΕΡΓΕΤΗϹΕΝΑΓΑ
ΘΟΙϹΤΗΝΑΙΓΥΠΤΟΝΤΗΝΕΝΑΡΓΕϹΤΑΤΗΝΠΡΟΝΟΙ
ΑΝΠΟΙΗϹΑΜΕΝΟϹΕΠΕΜΨΕΝΗΜΕΙΝΤΙΒΕΡΙΟΝΚΛΑΥΔΙ
ΟΝΒΑΛΒΙΛΛΟΝΗΓΕΜΟΝΑΔΙΑΔΕΤΑϹΤΟΥΤΟΥΧ...
ΡΙΤΑϹΚΑΙΕΥΕΡΓΕϹΙΑϹΠΛΗΜΥΡΟΥϹΑΠΑϹΙΝΑΓΑΘΟΙϹΗ
ΑΙΓΥΠΤΟϹΤΑϹΤΟΥΝΕΙΛΟΥΔΩΡΕΑϹΕΠΑΥΞΟΜΕ
ΝΑϹΚΑΤΕΤΟϹΘΕΩΡΟΥϹΑΝΥΝΜΑΛΛΟΝΑΠΕΛΑΥ
ϹΕΤΗϹΔΙΚΑΙΑϹΑΝΑΒΑϹΕΩϹΤΟΥΘΕΟΥΕΔΟΞΕ
ΤΟΙϹΑΠΟΚΩΜΗϹΒΟΥϹΕΙΡΕΩϹΤΟΥΛΗΤΟΓ......
ΤΟΥΠΑΡΟΙΚΟΥϹΙΤΑΙϹΠΥΡΑΜΙϹΙΚΑΙΤΟΙϹΕΝΑΥΤ.....
ΚΑΤΑΓΕΙΝΟΜΕΝΟΙϹΤΟΠΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥϹΙΚΑΙΚΩ
ΜΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥϹΙΨΗ....ΑϹΘΑΙΚΑΙ...ΓΑΘΕΙΝΑΙ......
ϹΤΗΛΗΝΛΙΘΙΝΗΝΠΑΡΑ . . . ΠΑ . . . . ΟΙΘ . . .
. . ΑΡΜΑΧΕΙΕΚΤΩΝΕΝΚΕΧΑΡΑ . . ΕΝ . . Α . . . .
. . . . ΝΟΝΤΗΜ . . ΟΙΑΥΤΟ . . . ΥΕΡΓΕϹΙΑΝ
ΕΞΩΝΕΥΜΕ . . . . Ι . ΟϹΟΛΗΝΤΗ
ΑΙΓΥΠΤΟΝΚΑΛΟΚΑ . . . .
ΖΕΙΓΑΡΤΑϹΙϹΟΘΕΟΥϹΑΥΤΟ . . . ΑΝΟ . . . ϹΤΗΛΕΙ
ΛΩΜΕΝΑϹΤΟΙϹΙΕΡΟΙϹΓΡΑΜΜΑϹΙΝΑΙΩΝΙΜΝΗΜΟ
ΝΕΥΕϹΘ . . . . . . ΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΟϹΓΑΡΗΜΩ .
ΕΙϹΤΟΝΝΟΜΟΝΚΑΙΠΡΟϹΚΥΝΗϹΑϹΤΟΝΗΛΙΟΝ
ΑΡΜ . ΔΙΝΕΠΟΠΤΗΝΚΑΙϹΩΤΗΡΑΤΗΙΤΕΤΩΝΠΥΙ . .
Ι . . . ΝΜΕΓ . . ΕΙΟΤΗΤΙΚΑΙΥΠΕΡΦΥΙΑΤΕΡΦΘΕΙϹ . . . . .
Ο . . . ΑΜΕΝΟϹΤ . . ΠΛΕΙϹΤΗϹΥ . Ν . ΟΥΔΙΑΤΟΜΗΚΟϹ
ΤΟΥ . . . ΝΟϹΠΕ . . . . ΕΟΝ . . . . . ΜΑΤΑΠΡΩΤΟϹ
. . . . ΕΟΝL . . . . ΘΗΡΑΙ
. . . . Ο . . . . ΑϹΤΗΝ
. . . . ΧΕΝ . . . . ΝΟΥ
. . . . ΤΗΝ
. . . . ΛΕΙ
. . . .
. . . . ΚΛΑΥΔ . . . .
. . . . ΟΝ . . . .

Fundus lectionis est apographum Leakianum, quod exhibeo hinc inde correctum ex reliquis duobus. Vs. 2. ΝΞΡΩΝ est in primo apographo; Leak. ibi lacunam habet, item Müll. qui de industria deletum nomen notat. Vs. 6. init. Quart. Rev. habet ΠΟΙΗϹΑΜΕΝΟϹΕ . . . ΕΝΗΜΕΙΝ, Leak. ΠΟΙΙΙϹΑ . ΕΝΟϹϹ . . . . ΥΕΝΕΜΕΙΝ, Müll. quod dedi; qua lectione confirmatur supplementum a Letronnio in ordinem verborum receptum. In fine Quart. Rev. et Müll. ΚΛΑΥΔ, Leak. ΚΛΑΥΔΙ, quae composui. Vs. 7. extr. Leak. ΔΙΑΔΕ . ΣΤΟΥΤΟΥ, Müll. ΔΙΑΖLΙΓΤΟΥΤΟΥ, Quart. Rev. quod dedi. Vs. 8. extr. Leak. pro Η punctum posuit. Vs. 10. extr. Leak. Müll. ΑΠΕΛΑΥ, Quart. Rev. ΑΠΕΛΛΥ. Vs. 12. extr. Quart. Rev. ΛΗΤΟΓ . . . . ., Müll. ΛΗΤΟ . . . ., Leak. ΛΗΤΟ. Vs. 13. extr. Leak. ΤΟΙϹ . . . ΥΤ, Müll. ΤΟΙϹ - ΙΜΥΤ . ., Quart. Rev. quod dedi. Vs. 15. Leak. Υ . . . ΑϹΘΑΙΚ . . . ΑΘΕΙΝΑΙ, Müll. ΨΗ . . ΑϹΘΑΙ Κ . . . ΑΘΕ . ΝΑΙ . ., Quart. Rev. ΨΗ . . . . ΑϹΘΑΙΚΑΙ . . . ΓΑΘΕΙΝΑΙ . . . . Vs. 16. Quart. Rev. post primum ΠΑ nihil habet; Müll. ΠΑΡΖ . . . ΠΑ et nihil praeterea; unde addidi Α. Vs. 17. Quart. Rev. . . . ΑΡ ΜΑΧΕΙΕΚΤΩΝΕΙ . . . . ΚΕΧΑΡ . . . ., Müll. . . . Ρ ΜΑΧΕΙΕΚΤΩΝΕ . ΚΕΧΑΙ . . . . . Ν . . . . Vs. 18. Quart. Rev. ΟΝΤΗ . . . . Ο . . Ε . ., Müll. ΝΟΜΤΗΝ . . . ΙΑΥΤΟ . . . . ΥΕΡΓΕϹΙΑΝ. Vs. 19. Quart. Rev. nihil nisi ΕΞΩΝΕ; Müll. post lacunam addit ΧΡ . . ΟϹΟΛΗΝΤΗ; unde addidi ultimum Η. Vs. 21. Quart. Rev. ΙϹΟΘΕΟΥΕΑΥΤΟ . . . . ϹΤΗΛΕΙ, Müll. ΙϹΟΘΕΟΥϹΑΥΤΟ . . ΑΝ . . . . . . ΕΤΗΛΕΙ; unde addidi Α ante ΝΟ. Vs. 22. init. Quart. Rev. ΔΩΜΕ ΝΑϹ, Müll. ΔΩΜΕΝ . Ϲ; ibid. in fine Quart. Rev. ΑΙΩΝΜΝΗΜΟ, Leak. ΔΙΩΝΙΜΝΗΜΟ notatis prima, tertia, quinta syllabis ut incertis; Müll. ΑΙΩΝΙ

ΜΝΗΜΟ. Vs. 23. Quart. Rev. post lacunam ΕΘΙΑΓΕ ΝΟΜΕΝΟϹΓΑΡΗΜѠΝ . . . . ., Müll. ΑΓΕΝΟ . . ΝΟϹ ΓΑΡΗΜ . . Vs. 24. extr. Quart. Rev. ΗΛΙΟ . . . . Vs. 25. init. Quart. Rev. . . . . . ΙΝΕΠΟΠΤ cet., Müll. Α . . . ΝΜΕΓΟΠΤ cet.; in fine Leak. Τ . . ΕΤѠΝΠΥ, Müll. ΤΗΙΙ ΤѠΝΠΥ . . ., Quart. Rev. quod dedi. Vs. 26. init. Leak. ΜΕΙ . . ., Müll. ΜΕΓ . .; deinde Quart. Rev. ΥΠΕΡΘΥΓΑ, Leak. ΥΠΕΡΟΥΓΑ, Müll. ΥΠΕΡΦΥΙΑ. Vs. 27. Τ addidi ex Quart. Rev. et Müll. Π ex Quart. Rev.; deinde Quart. Rev. Χ . . . . ΟΥ ΔΙΑΤΟΜΗΚΟ . . . ., Müll. ΥΡ . . ΟΥΔΙΑΤΟΜΗΚΟϹ; unde addidi in fine Ϲ. Vs. 28. med. Leak. Müll. ΟΝ, Quart. Rev. ΕΟΝ . et in fine Leak. . ΡѠΤΟϹ, Quart. Rev. ΠΡѠΤΟϹ, in quo vocabulo desinit apographum primum in Quart. Rev. Vs. 29. Ο addidi ex Müll. Vs. 30. ΧΕΝ addidi ex Müll. qui in fine habet ΠΟΥ. Vss. 34. 35. 36. omisit Müll.

Ἀγαθῇ τύχῃ.

Ἐπεὶ [Νέρων] Κλαύδιος Καῖσαρ Σεβαστὸς Γερμανικὸς Αὐτοκράτωρ, ὁ ἀγαθὸς δαίμων τῆς οἰκουμένης, σὺν ἅπασιν οἷς εὐεργέτησεν ἀγαθοῖς τὴν Αἴγυπτον τὴν ἐναργεστάτην πρόνοιαν ποιησάμενος ἔπεμψεν ἡμεῖν Τιβέριον Κλαύδιον Βάλβιλλον ἡγεμόνα, διὰ δὲ τὰς τούτου χ[ά]ριτας καὶ εὐεργεσίας πλημμυροῦσα πᾶσιν ἀγαθοῖς ἡ Αἴγυπτος τὰς τοῦ Νείλου δωρεὰς ἐπαυξομένας κατ᾽ ἔτος θεωροῦσα νῦν μᾶλλον ἀπέλαυσε τῆς δικαίας ἀναβάσεως τοῦ θεοῦ, ἔδοξε τοῖς ἀπὸ κώμης Βουσείρεως τοῦ Λητο[πολεί]του παροικοῦσι ταῖς πυραμίσι καὶ τοῖς ἐν αὐτ[ῇ] καταγεινομένοις τοπογραμματεῦσι καὶ κωμογραμματεῦσι ψη[φίσ]ασθαι καὶ [ἀν]αθεῖναι στήλην λιθίνην παρὰ [τῷ] πα - - - - - - - αρμάχει, ἐκ τῶν ἐνκεχαρα[γμ]έν[ων δηλοῦσαν εἰς τὸν πάντα χρό]νον τὴμ [πρ]ὸ[ς] αὐτο[ὺς ε]ὐεργεσίαν, ἐξ ὧν εὐμε[νῶς ἐχορ]ήγησεν ἡ πρ]ὸς ὅλην τὴ[ν] Αἴγυπτον καλοκἀ[γαθία αὐτοῦ. ἁρμό]ζει γὰρ τὰς ἰσοθέους αὐτο[ῦ δι]ανο[ίας ἐν] στήλῃ [δεδη]λωμένας τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν αἰῶνι μνημονεύεσθ[αι παντί.] παραγενόμενος γὰρ ἡμῶ[ν] εἰς τὸν νομὸν καὶ προσκυνήσας τὸν Ἥλιον [τὸν π]αρ᾽ [ἡμε]ῖν ἐπόπτην καὶ σωτῆρα τῇ τε τῶν πυ[ραμ]ί[δω]ν μεγ[αλ]ειότητι καὶ ὑπερφυΐᾳ τερφθεὶς [καὶ π]ο[ιησ]άμενος τ[ὴν] πλείστη[ν σπουδὴν] διὰ τὸ μῆκος τοῦ [χρό]νο[υ] πε[ρὶ τῶν θ]ε[ῶ]ν [τὰ ὀνό]ματα πρῶτος - - - -

Est decretum Busiritarum in honorem praefecti. Vicus Busiris, qui nunc nomo Letopolitico tribuitur, fuit prope pyramides (vs. 13. conf. Plin. H. N. XXXV, 16.). Positus est titulus non ita multo post a. u. c. 809. p. Chr. 56. quo anno Claudius Balbillus Aegyptum provinciam sortitus est, cuius laudes extolluntur vss. 8. 9. 10. 11. (conf. Introd. p. 311. *a.*). Una cum hoc decreto etiam inscriptionem hieroglyphicam in honorem praefecti positam fuisse vss. 21-23. docent (cf. ad n. 4717.). De hieroglyphis etiam post Traianum adhibitis conf. Introd. p. 308. In singulis pauca sufficiunt. Vs. 3. *ἀγαθὸς δαίμων* audit Nero etiam in nummis Alexandriae cusis (conf. Letronn. p. 184.). Vs. 11. de iusta inundatione Nili vide Introd. p. 318. *a. b.* Vs. 12. *Λητοπολείτου* recte dedit iam editor primus in Quart. Rev. Idem *νομὸς* a Letopoli dictus intelligendus est vs. 24. Vs. 14. de *κωμογραμματεῦσι* et *τοπογραμματεῦσι* vide Introd. p. 293. *b.* et p. 319. *b.* Vs. 15. supplementa sunt Letronnii. Vs. 16. in *παρὰ* etc. necessario locus indicatus fuit, ubi columna ponenda dicitur. Nomen divinitatis latere videtur in litteris residuis vs. 17. ΑΡΜΑΧΕΙ, quas esse in lapide quum consensus apographorum tum Leakius diserte testatur Letronnio. Atque ante ΑΡΜΑΧΕΙ Leakius sibi visus est vidisse litteram ad formam Φ proxime accedentem. Idem nomen videtur redire n. 4961. Vs. 18. *τὴν πρὸς αὐτοὺς εὐεργεσίαν* dedit etiam Letronnius, qui addi vult *αὐτοῦ*. Vss. 19. 20. restitutio Letronnii *ἐξ ὧν εὐμέ[νειαν Νέρωνος καὶ τὴν πρ]ὸς ὅλην τ[ὴν] Αἴγυπτον καλοκἀ[γαθίαν πάντες γνωρίσωσι* — vera esse vix potest. Probabile solum est *τὴν πρ]ὸς ὅλην τὴ[ν] Αἴγυπτον καλοκἀ[γαθίαν*, quae ego non ad Imperatorem sed ad praefectum referenda puto. Quae dedimus supplementa, non minus incerta sunt illa quidem, sed probabiliora tamen. In seqq. Letronnius scripsit: *δογματί]ζει γὰρ τὰς ἰσοθέους αὐτο[ῦ ἐπι]νο[ίας ἐν] στήλει [δεδη]λωμένας τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν αἰῶνι μνημονεύεσθ[αι παντί.* Haec recepimus, nisi quod scripsimus *ἁρμόζει* et *δι]ανο[ίας*, ad quam vocem deducit Mülleri apographum. Vs. 23. extr. Letronnius addidit *φροντίσας*, nescio qua de causa. Vs. 24. extr. Letronnius scripsit *τῶν π]αρ᾽ ἡμῖν*, minus recte. Idem statuit *Ἡλίου* templum fuisse in vico Busiri, nec dubitat, quae in vicinia Androsphingis a Belzono detecta sunt vasti templi rudera, ea ad ipsum illud referre Solis templum. Vss. 25. 26. rectissime restituisse Letronnium nunc ex Mülleri apographo apparet. Vs. 26. extr. et 27. init. Letronnius dedit *καὶ πρ]ο[νοησ]άμενος [τῆς π]λείστης* haud dubie falso. Coniicias *καὶ π]ο[ιησ]άμενος τ[ὴν] πλείστη[ν σπουδήν]*. Vs. 28. extr. idem putat inesse *διατάγματα πρῶτος*. Vss. 35. 36. contineri videtur designatio temporis, quam exempli causa ita concinnavit Letronnius:

 L. ΔΕΥΤΕΡΟΥΝΕΡѠΝΟϹ]ΚΛΑΥΔ[ΙΟΥΚΑΙϹΑΡΟϹϹΕΒΑϹ
ΤΟΥΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥΑΥΤ]ΟΚ[ΡΑΤΟΡΟϹ sequitur mensis, dies.

4700.

Ibidem, in ungui Androsphingis (vide ad n. 4699.), characteribus profundis; repperit Caviglia. Edita est inscriptio in Quarterly Review N. 38. Lond. Jan. 1819. p. 411. cum tabula (p. 14.) locum Androsphingis designante, ubi reperta inscriptio, et cum Dr. Youngii restitutione et interpret. Latina (p. 412.). Ex Quarterly Rev. repetiit Welcker. Syll. epigr. n. 170. p. 220. ed. alt. Lapis nunc fractus asservatur in museo regio Parisiis, unde accuratissime delineavit de Clarac. Inscr. du musée royale du Louvre tab. LVII. 496. A. n. 866. Citat Letronnius Journ. des Sav. 1830. p. 505. Ceterum in digitis pedis huius Androsphingis detectae sunt formulae quaedam sollemnes dedicatoriae ad Harpocratem, Mercurium, Martem directae. In pede altero variae inscriptae sunt inscriptiones Graecae, quarum una incipit a voce *τὸ προσκύνημα* et desinit nomine Aurorae, altera continet nomen mensis *Παχών*.

ϹΟΝΔΕΜΑϹΕΚΙΙΑΓΛΟΝΤΕΥΞΑΝΘΕΟΙΑΙΕΝΕΟΝΤΕϹ
ΘΕΙϹΑΜΕΝΟΙΧѠRΗϹΠΥΡΙΔΑΜΑΖΟΜΕΝΗϹ
ΕϹΜΕϹΟΝΕΥΘΥΝΑΝΤΕϹΑΡΟΥΡΑΙΟΙΟΤΡΑΠΕΖΗϹ
ΙΝΗϹΟΥΠΕΤΡΑΙΗϹ†ΑΜΜΟΝΑΠѠϹΑΜΕΝΟΙ
ΓΕΙΤΟΝΑΠΥΡΑΜΙΔѠΝΤΟΙΗΝΘΕϹΑΝΕΙϹΟΡΑΑϹΘΑΙ
ΟΥΤΗΝΟΙΔΙΠΟΔΑΟBROTOKTONONѠϹΕΠΙΘΗΒΑΙΕ
ΤΗΔΕΘΕΑΛΗΤΟΙΠΡΟϹΠΟΛΟΝΑΓ ΝΟΤΑΤΗΝ
ΤΙΥΕΠΙΤΗΡΟΥϹΑΝΠΕΠΟΘΗΜΕΝΟΝΕϹΘΛΟΝΟϹΕΙΡΙΝ
ΓΑΙΗϹΑΙΓΥΠΤΟΙΟϹΕΒΑϹΜΙΟΝΗΓ ΗΤΗΡΑ
ΟΥΡΑΝΙΟΝΜΕΓΑΝΙΤΟΜΙΜΙΙΙΙΙ.....
ΕΙΚΕΛΟΝΗΦΑΙϹΤѠΙΙ.....Ι..ΤΟΙ ΙΝΙΟ\V
ΕΙϹΟΤΑΝѠΚΕΜΟΚϹΙ·ΜΟΙΛΛΙΝΟΙΜΙVΙ
ϹϹΓΑΙΑΝΦΗΥΡѠ.ΟΛΙ....ΝΙΙΙ...
ΑΡΡΙΑΝΟϹ

Apographum in Quart. Rev. repraesentatum negligentius factum est. Dedi Claraci exemplum, additis nonnullis litteris ex illo apographo. In varietate lectionis referenda non est quod tempus teramus. Vs. 2. extr. Quart. Rev. ΠΥΡΙΔΥΑΜΛΖΟΜΕΝΗϹ. Vs. 8. init. ductus ΤΙΥ addidi ex Quart. Rev. Vss. 10-13. mutili sunt ap. Clarac. Addidi igitur ex Quart. Rev. vs. 10. qui sequuntur ductus post ΜΕΓΑΝ; vs. 11. qui sequuntur post ΗΦΑΙϹΤѠΙ. Vs. 12. Clarac. ΕΙϹΟΤΑΝѠΙ, Quart. Rev. . . ϹΙϹΟΤΑΝΟΚЄΜΟΚϹΙ. ΜΟΙΛΛΙΝΟΙΜΙΙVΙ. Vs. 13. Clarac. ϹϹΓΛΙΑΝΦ, Quart. Rev. . . ΓΑΙΑΝΙϹΗΥΡѠ. ΟΛΙ. . . . ΝΙΙΙ. . .

Σὸν δέμας ἐκ[π]αγλον τεῦξαν θεοὶ αἰὲν ἐόντες
φεισάμενοι χώρης πυρίδ' ἀμαζομένης,
ἐς μέσον εὐθύναντες ἀρουραίοιο τραπέζης,
νήσου πετραίης ψάμμον ἀπωσάμενοι.
γείτονα πυραμίδων τοίην θέσαν εἰσοράασθαι,
οὐ τὴν Οἰδιπόδαο βροτοκτόνον, ὡς ἐπὶ Θήβαι[ς,
τῇ δὲ θεᾷ Λητοῖ πρόσπολον ἁγνοτάτην,
τὴν] ἐπιτηροῦσαν πεποθημένον ἐσθλὸν Ὄσειριν,
γαίης Αἰγύπτοιο σεβάσμιον ἡγητῆρα,
οὐράνιον, μέγαν - - - - - - -
εἴκελον Ἡφαίστῳ - - - - - - -
εἰσόϑ' - - - - - - - - - -
ἐς γαῖαν - - - - - - - - -
Ἀῤῥιανός.

Versus in secundo ungui pedis Androsphingis scripsit Arrianus, fortasse notus ille rerum auctor. Plurima recte legit Youngius licet malo apographo usus, nisi quod vs. 2. scripsit πύριδα μαζομένης, quod Graecum non est, et vs. 8. init. εὖ μάλα τηροῦσαν cet. Minus successit eidem vss. 10-13. restituere, quos ita legebat:

οὐράνιον. μέγαν αὐτομέδοντα [θεοῖσιν ὅμαιμον,]
εἴκελον Ἡφαίστῳ, μεγαλήτορα, [θυμολέοντα,]
[ἄλκιμον ἐν πολέμῳ καὶ ἐράσμιον ἐν πολιήταις]
γαῖαν ἀθυρῶσθαι [πάσαις θαλίαισι κέλοντα.]

quae nugis similiora sunt. Vs. 2. locus difficilis est. Ni fallor, celebratur Aegyptus ut πυροφόρος, πολύπυρος. In hymno Isidis ap. Ross. Inscr. inedd. Fasc. II. n. 92. A. vs. 45. vocatur ἄρουρα πυρνοτόκος. Huc coniicias respicere verba πυρίδ' ἀμαζομένης, quae satis mira sunt, ita ut πυρὶς sit pro voce πυρός, ἀμάζεσθαι autem sit ἀμᾶσθαι vel ἀμαλλεύειν, ad quam sententiam deducunt verba eiusdem hymni vss. 3. 4. ἀμαλλοτόκοισί τε Μέμφις γαθομένα πεδίοισιν. Vs. 3. ἀρουραῖος τράπεζα de campo dictum videtur, ut τράπεζα est etiam area anaglyphis ornata. Fortasse planum quadratum intelligendum est, in quo positus Androsphinx moenibus cinctus (vide n. 4701.). Regio autem illa arenosa fuit (Herodot. II, 8. Diodor. I, 63.); unde in seqq. dicitur νήσου πετραίης ψάμμον ἀπωσάμενοι. Iam pyramides, a quibus proxime abest Androsphinx, ad nomum Letopoliten pertinebant, ut docet n. 4699. Nomus hic dictus est a metropoli Λητοῦς πόλει (conf. Steph. Byz. v. Λητοῦς πόλις). Unde ingeniose Arrianus Sphingem dicit θεᾷ Λητοῖ πρόσπολον ἁγνοτάτην. Notatum est etiam ab aliis Sphingem illam habere quandam cum cultu Latonae necessitudinem. Et Walpol. quidem (Travels p. 603.) coniicit templum Latonae, quod memorat Stephanus, e regione Androsphingis huius et quidem inter pedes eius anteriores medium fuisse exstructum. Certe rudera parvi templi inter pedes Androsphingis exstructi nota sunt ex delineatione a Saltio facta (vide Young. Hieroglyphics Vol. II. tab. 80.).

4701.

Apud Androsphingem ante pyramidem Cephrenis (vide lemma ad n. 4700.); inscriptionem repperit Caviglia. Edita est in Quarterly Review N. 38. Jan. 1819. T. XIX. p. 414 sq. cum interpret. Anglica. Hinc petiit Letronnius Recherch. pour servir à l'hist. de l'Ég. p. 242. Rursus ed. Long Egypt. Antiquities, Lond. 1836. T. II. p. 381. et denuo tractavit Letronnius Recueil des inscr. Gr. et Lat. d'Ég. T. I. p. 226. n. XXIII. Habeo etiam ex schedis Mülleri, qui transcripsit in museo Britannico.

[*Textum vide pag. seq.*]

Litterae Є, C, Ε, Ϲ videntur in lapide promiscue positae esse. Vs. 1. Letronnius expressit ΑΓΑ ΘΗΙΤΥΧΗΙ.

Ἀγαθῇ τύχῃ. Ἔτους ϛ Ἀντωνείνου καὶ Οὐήρου τῶν κυρίων Αὐτοκρατόρων, ἡγε[μονε]ύοντος Φλ. Τιτιανοῦ, ἐπιστρατηγοῦντος Λουκκηΐου Ὀφελλιανοῦ, στρατηγοῦντος τοῦ νομοῦ Θέωνος, ἀποκατέστησεν τὰ τίχη (i. e. τείχη) ἐπ' ἀγαθῷ. Παχὼν ιε.

Dies XV. mensis Pachon anni VI. Marci Aurelii et Veri respondet diei X. mensis Maii anni p. Chr.

ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ
Lϛ ΑΝΤωΝΕΙΝΟΥ
ΚΑΙΟΥΗΡΟΥΤωΝ
ΚΥΡΙωΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡωΝ
ΗΓΕ.....ΥΟΝΤΟCΦΛ
ΤΙΤΙΑΝΟΥΕΠΙCΤΡΑΤΗΓΟΥΝ
ΤΟCΛΟΥΚΚΗΙΟΥΟΦΕΛΛΙΑΝΥ̊
CΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟCΤΟΥΝΟ
ΜΟΥΘΕωΝΟCΑΠΟ
ΚΑΤΕCΤΗCΕΝΤΑΤΙ
ΧΗΕΠΑΓΑΘωΙ
ΠΑΧωΝΙΕ̅

166. Praefectus Aegypti est Fl. Titianus (vide Introd. p. 312. *b.*). Vss. 9. 10. insolentius dictum est ἀποκατέστησεν, quum exspectaveris ἀποκατεστάθη; nisi coniicias in alia parte muri nomen inscriptum fuisse eius qui restituit. Τὰ τείχη, quae memorantur, videntur inclusisse Androsphingem. Atque horum quoque vestigia detexit Caviglia. Epistrategus est regionis Deltanae (vide Introd. p. 315.), si nomus est Letopolites (conf. n. 4699.).

4702.

In lapide Minutoliano inter Abusir (*Busirin*) et *Memphin* reperto, qui naufragio periit. Plurima in latiore parte lapidis desunt; quae infra sunt, in plintho perscripta erant; litterae optimae aetatis; ex schedis Boeckhii edidit Droysen Mus. Rhenan. III, 4. p. 538. et Letronnius Recueil des inscr. Gr. et Lat. d'Ég. T. I. p. 409. n. XXXIV.

ΟΔΟΜΑΙΣΤΑΝΟΝΘΕΟΝΙΔΡΥΣΑΝΤΟ
ΛΥΣΙΚΡΙΤΟΣΑΘΗΝΑΙ | ΣΩΣΙΚΛΗΣΑΘΗΝΑΓ
ΑΝΔΡΟ.ΑΡΙΣΝΙΣΥΡΙ | ΔΗΜΗΤΡΙΟΣΑΘΗΝΑΙΟ
ΜΝΑΣΙΓΕΝΗΣΒΟΙΩΤ | ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΑΣΚΟΡΙ
ΕΠΙΤΕΛΗΣΚΥΡΑΝΑ | ΠΥΟΟΔΩΡΟΣΑΘΗΝΑΙ
ΣΤΡΑΤΩΝΚΑRΥΑΝΔ | ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣΑΟΗΝ

ΚΑΙΤ.ΙΝΤΡΑ - - ΑΝ.ΑΝΕΘΕ
ΣΑΝΑΜΥRΤΑΙΟΣΡΟΔΙΟΣ

- - - - - - -
- - *οδομαῖς Τᾶνον θεὸν ἱδρύσαντο·*
Λυσίκριτος Ἀθηναῖ(ος), Σωσικ[λ]ῆς Ἀθηνα[ῖ](ος),
Ἀνδρό[χ]αρις Νισύρι(ος), Δημήτριος Ἀθηναῖο[ς],
Μνασιγένης Βοιωτ(ός), Ἀπολλωνίδας Κορί(νθιος),
5 Ἐπιτέλης Κυρανα(ῖος), Πυ[θ]όδωρος Ἀθηναῖ(ος),
Στράτων Καρυανδ(εύς), Ἀριστόβουλος Ἀ[θ]ην(αῖος).

- - *καὶ τ[ὴ]ν τρά[πεζ]α[ν] ἀνέθεσαν Ἀμυρταῖος Ῥόδιος* -
- - - -

Fragmentum inscriptionum Graecarum in Aegypto repertarum facile vetustissimum. Nam ex litterarum forma nominibusque colligi potest pertinere ad tempora Chabriae Atheniensis, cuius nota in Aegyptum expeditio circa a. a. Chr. 360. Ad eundem Chabriam referendum videtur castellum inter Gerrha et Pelusium situm nomine Χαβρίου χάραξ (Strab. XVII, 760.). Et huic aetati titulum Boeckhius non dubitavit tribuere. Itaque homines ex copiis Chabriae ad Memphin agentibus, a numine quodam Aegyptio, ut putabant, egregie adiuti grati animi causa monumentum posuerunt. Dei nomen non notum est. Droysenius provocabat ad formas ΤΑΝΟΥΣ et ΤΑΝΕΥΤ in papyris Aegyptiacis obvias (pap. Berol. 39. Schow p. 62.). Letronnius ΟΔΟΜΑΙΣΤΑΝΟΣ integrum nomen censebat (vide Jahrb. für wissensch. Kritik, 1843. p. 749.). Primam lineam ex versu superesse vidit Buttmannus. Nam supra et infra et fortasse etiam in latere quod adspectanti est a manu sinistra plurima videntur periisse. Exempli causa scribi potest ita:

[Ἀντ' εὐεργεσίας πολέμου φίλοι ἀενάοισιν
οἵδε πρὸς οἰκ]οδομαῖς Τᾶνον θεὸν ἱδρύσαντο.

Si οἰκοδομαῖς, quibus Pyramides statuo intelligi (conf. n. 4700.), verum est, exemplum hoc est vetusti usus vocis οἰκοδομή p. οἰκοδόμημα. Habes tamen etiam in tab. Heracl. I, 160. ἐπιοικοδομά ex quarto ante Chr. saeculo. Alii, quorum est Amyrtaeus Rhodius, tabulam libationis dedicarunt ad idem monumentum pertinentem. Tabulam eius generis esse, ex quo est n. 4836., coniecit Letronnius (cf. Vol. I. n. 1570. et Vol. III. n. 5553.). Idem nomen hominis Rhodii a rege Aegypti Amyrtaeo docta disputatione repetit, quam redarguunt ea, quae Boeckhius composuit in libello de Manethone p. 361 sq.

4703.

In loco Sakkarah prope *Memphin*, qui est in parietinis necropolis veteris, in sepulcro; repperit Comes de Laborde, cuius ex schedis edidit Raoul-Rochette Monum. inedd. antiq. figuratae Gr. Etr. Rom. Vol. I. p. 113. Tractavit Welcker Append. ad Syll. epigr. p. 69.

ΓΝΩΘΙ ΜΕΤΕΥCΕΒΕΕCCΙ.
ΑΦΡΟΝΑΔΩΡΙΔΑΚΕΙCΘΑΙ
ΑΝΤΑΡΕΤΗCΙΕΡΟΝΧΩΡΟΝ
ΑΝΕΥΡΟΜΕΝΗΝ
5 ΟΥΓΑΡΑΠΑCΙΝΟΜΩCΘΑΝΑΤΟϚ
.ΑΡΥCΑΛΛΟΤΙCΕCΘΛΟΝ
..ΤΟCΚΑΙΘΑΝΑΤΟΥΚΟΥΦΟΝ
ΑΠΕCΧΕΤΕΛΟC

Γνῶθι μετ᾽ εὐσεβέεσσι [σ]α[ό]φρονα Δωρίδα κεῖσθαι
ἀντ᾽ ἀρετῆς ἱερὸν χῶρον ἀνευρομένην.
οὐ γὰρ ἅπασιν ὁμῶς θάνατο[ς β]αρύς· ἀλλ᾽ ὅτις ἐσθλό[ς],
[οὗ]τος καὶ θανάτου κοῦφον ἀπέσχε τέλος.

Vs. 1. 2. Roch. scripsit [εὔ]φρονα, Welck. [ἀταλ]άφρονα. Reliqua legerat etiam Welckerus ut nos.

4703. *b.*

In regione Fayoum, prope veterem *Arsinoën*, ubi Jomard (Descr. Aegypt. Antt. T. V. tab. 56. n. 21.) fragmentum transcripsit hoc:

ΙL ΙG ΛΙ ΜΟΥΘΙ Α

L ιε, [Φαρ]μουθὶ α.

est Labyrinthus. Ibi ex lapide granite ad angulum occidentalem pyramidis El-Ahouara fragmentum aliud transcripsit N. L'Hôte, quod edidit Letronnius Recueil des inscr. Gr. et Lat. cet. T. I. p. 381. n. XXIX.

ΛΡΣΣΗΣΚΛΗΟ
ΦΙ7Ο7 ΤΟΡΟC
Η... ...ΝΗΙ

Ὑπὲρ βασι]λ[ί]σσης Κλ[ε]ο[πάτρας
θεᾶς] Φι[λ]ο[μή]τορος, [τῆς βασιλέως
ἀδελφῆς καὶ γυ]ν[α]ι[κὸς
- - - - - - - -

Restituit Letronnius, qui monuit lapidem videri ad aram pertinuisse numini cuidam illius regionis positam.

4703. *c.*

In vico Tehneh, qui est in ruderibus urbis veteris *Acoris*, inscriptio rupi incisa super introitum specus; edidit N. L'Hôte Lettres écrites d'Égypte p. 36. 154. cum interpret. Letronnii. Hinc repetiit et illustravit Letronnius Journ. des Sav. Sept. 1840. p. 524. et Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Ég. T. I. p. 377 sqq. (conf. tab. XV. n. 2.). Citavit Wilkinsonus in opere Manners and customs cet. T. III. p. 400. qui idem apographum communicavit cum Letronnio non diversum ab eo, quod dedit L'Hôte.

ΥΠΕΡΒΑΣΙΛΕΩΣΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ
ΘΕΟΥΕΠΙΦΑΝΟΥΕΜΕΓΑΛΟΥΕΥΧΑΡΙΣΤΟΥ
ΑΚΩΡΙΣΕΡΩΕΩΣΙΣΙΔΙΜΩΧΙΑΔΙΣΩΤΕΙΡΑΙ

Vs. 3. apographa consentiunt in forma ΕΡΕΕΩΣ, sed Lepsius in litteris ex Aegypto missis docet in lapide esse ΕΡΩΕΩΣ. Idem testatur veram esse lectionem ΜΩΧΙΑΔΙ.

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου θεοῦ Ἐπιφανοῦ[ς], Μεγάλου, Εὐχαρίστου, Ἄκωρις Ἐρωέως Ἴσιδι Μωχιάδι σωτείρᾳ.

Ptolemaeus Epiphanes nunc Μέγας audit; cuius rei hoc primum exemplum est. Nam aliter se habet βασιλεὺς μέγας Πτολεμαῖος de Euergeta in monumento Adulitano n. 5127. *a.* Non addita mentio coniugis regis. Hinc Letronnius colligit titulum ante positum fuisse quam Ptolemaeus uxorem duxisset. Specus dedicatum est Isidi, quae vocatur Μωχιὰς σώτειρα. Λοχιάδι dedit Letronnius, qui de forma λοχιὰς pro λοχία s. λοχεία docte disseruit. Attulit praeterea nomen feminae LOCHIAS ex inscriptione Latina apud Clarac. Inscr. tab. XXII. ut Isis Dianae epithetis gaudere videatur (cf. Elem. epigr. Gr. p. 333.). At lectionem confirmatam etiam a Lepsio non ausus sum mutare. ΑΚΩΡΙΣ notum nomen regis est Aegypti, teste Theopompo ap. Phot. cod. LXXVI. p. 120. b. (cf. Wichers Theopomp. fragm. p. 80. 81.), qui Diodoro est Ἄκορις (XV, 2.), Manethoni secundum Africanum, Eusebium, Syncellum (Chronogr. p. 76. a. p. 257. a.) Ἄχωρις. Fuisse etiam nomen dei, cui Acoritani urbis nomen acceptum rettulerint, Letronnius monuit usus amuleto Aegyptiaco edito a Wilkinsono l. c. T. IV. p. 232. quod ille repetiit l. c. tab. XV. n. 3. Huius dei nomen nunc gerit is, qui titulum posuit, congruum idem nomini urbis. Patris nomen Letronnio ΕΡΙΕΥΣ videbatur esse quod frequens nomen apud Aegyptios fuisse docent papyri (vide pap. Taurin. Part. I. p. 26. 30. Part. II. p. 25. 46. 53 cet.). Sed potest etiam Ἐρωεὺς forma fuisse usu sancita.

4703. *d.*

Ibidem, in latere utroque figurae femineae rupi insculptae magnitudine naturali; transcripserunt Jomard Descr. Aegypt. Antt. T. V tab. 56. n. 20. et N. L'Hôte Lettres écrites d'Ég. p. 40.

ΓΡΑΜΜΑΤΑΑΧΡΗΜΑΤΙCΤΟCΕCCΗ

Jomard ΓΡΑΜΜΜΑΤΑ. Vox ἀχρημάτιστος nota ex Plutarch. Quaest. Rom. T. VII. p. 108. ed. Reisk. ubi ἡμέρα ἀχρημάτιστος (a verbo χρηματίζειν) est dies quo res magni momenti non aguntur. Nunc ἀχρη-

μάτιστος videtur significare eum, qui est sine responso dei, ut χρηματισθεὶς (p. χρησμοδοτηθεὶς n. 4539.) est, cui editum oraculum est, n. 4331. Mire tamen dictum est γράμματα ἀχρημάτιστος ἔσσῃ, quod et ipsum oraculo similius est.

4704.

In ruderibus *Hermopolis magnae* (hodie locus vocatur Ashmouneyn), in basi humi prostrata quattuor lapidibus composita, circiter 8 pedes lata, 12 pedes alta; tota inscriptio duodecim versibus constat. Initium (vss. 1-3.) edidit Jomard Descr. Aeg. Ant. T. II. p. 6. (cf. T. V. tab. 56. n. 17.) Paulo plura transcripsit Nestor L'Hôte, cuius ex schedis edidit Letronnius Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Ég. T. I. p. 437 sqq. n. XLVI. Dedimus utrumque apographum.

Jomard:

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΥΠΕΡΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡωΝΚΑΙCΑΡωΝ
ΜΑΡΚΟΥΑΥΡΗΛΙΟΥΑΝΤωΝΙΝΟΥ

N. L'Hôte:

<table>
<tr><td colspan="2">ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΠΕΡΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡωΝΚΑΙCΑΡωΝ I
ΚΟΥΑΥΡΗΛΙΟΥΑΝΤωΝΙΝΟΥ I</td></tr>
<tr><td>
ΝΙΑΚωΝΜΗΔΙΚω
ΙΚωΝCΑΡ ΤΙ
ΥΔΙΑΜΟΝΗ</td><td>CΕΒΑC I
ΝΠΑΡΘΙΚωΝ I
ΚωΝΜΕΓΙCΤωΝ I
ΚΑΙΤΟΥCΥΜΠΑΝΤΟC</td></tr>
<tr><td colspan="2">- - - - - - - - - ΚΤΟΥΜΗΙΟΥΜΑΓΝΟΥ
- - - - - - - - - ΕΠΙCΤΡΑΤΗΓΟΥΝΙC
- - - - - - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - - - - - -</td></tr>
</table>

Vs. 4. init. de industria deletus est.

Ἀγαθῇ τύχῃ.
Ὑπὲρ Αὐτοκρατόρων Καισάρων
Μάρκου Αὐρηλίου Ἀντωνίνου [κα]ὶ
M. Αὐρηλίου Κομμόδου,] Σεβασ[τῶν,
Ἀρμε]νιακῶν, Μηδικῶν, Παρθικῶν,
Γερμαν]ικῶν, Σαρ[μα]τικῶν, μεγίστων,
αἰωνίο]υ διαμον[ῆς] καὶ τοῦ σύμπαντος
αὐτῶν οἴκου, ἐπὶ T. Πα]κτουμηΐου Μάγνου
ἐπάρχου Αἰγύπτου,] ἐπιστρατηγοῦν[τος
τοῦ δεῖνος - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - -

Vs. 4. init. Commodum, non Getam esse, cuius nomina deleta sunt, patet ex titulis Ἀρμενιακῶν, Μηδικῶν, Παρθικῶν, quibus vulgo Marcus Aurelius et L. Verus ornantur in monumentis publicis, deinde ex titulis Γερμανικῶν, Σαρματικῶν, qui tribuuntur M. Aurelio et Commodo, illi inde ab a. u. c. 925. et 927. huic inde ab a. u. c. 929. (vide Eckhel. D. N. T. VII. p. 59. 62. 104. conf. Vol. I. n. 1319.) Iam Commodus Αὐτοκράτωρ et Σεβαστὸς audit. Itaque titulus positus est inter annos p. Chr. 177-180. a. u. c. 930-933. Memorabile notante Letronnio quod quum in nummis M. Aurelii elogia: *Armeniacus*, *Parthicus*, *Medicus* usque ad obitum L. Veri sensim evanescant neque in inscriptionibus post a. 172. positis vulgo redeant, sed pro iis *Germanicus* et *Sarmaticus*, in titulo n. 4704. omnia illa elogia coacervata habentur. Hinc patet in inscriptionibus monumentorum normam paulo liberiorem observatam esse quam in nummis. Similis ratio est tituli Latini ap. Orell. n. 863. quem contulit Letronnius. De collocatione Μηδικῶν Παρθικῶν cf. n. 4697. *c.* De nomine Commodi ex monumentis eradendo vide Lamprid. Commod. c. 17 sqq. cf. Vol. I. n. 1625. Vol. III. n. 4683. De causa autem, cur non ubique obtemperatum sit decreto senatus, bene monuit Letronnius l. c. p. 442. Ceterum hoc fragmentum etiam eo insigne est, quod novum nobis praefectum Aegypti suppeditat Pactumeium Magnum, qui monente Coelestino Cavedono in litteris ad Academiam Borussicam datis a. p. Chr. 183. (Marinus Fratr. Arv. p. 400.) consul suffectus fuit (conf. Introd. p. 313. *a.*); Letronnius minus recte Marcium Mevium Magnum exsculpsit. Vss. 10. 11. 12. Letronnius de coniectura ita explevit: οἱ ἀπὸ τῆς μητροπόλεως καὶ τοῦ νομοῦ Ἑρμῇ θεῷ μεγίστῳ καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς L - - - quae sane quandam speciem probabilitatis habent. Cf. n. 4715. 4716.

4705.

In loco Ansine, in ruderibus *Antinoes* urbis Graecae ab Hadriano conditae, in basi duarum columnarum ordinis Corinthii, quarum altera servatur satis integra. Mutilam inscriptionem dederunt Montfaucon. Ant. Expl. Suppl. T. III. p. 150. qui habuit ex Patris du Bernat S. I. de missionibus Tomo secundo p. 247.; Murator. p. MXXV. 2. cum Bimardi interpret. et not.; Pocock. Descr. Or. T. I. p. 279. n. 7. (conf. Leichius ap. Pocock. Inscr. Ant. p. 87.) Plenius edidit Hamilton Aegypt. p. 282.; Jomard in descriptione Antinoes p. 22. Descript. Aeg. Antiq. T. II. (conf. T. V. tab. 56. n. 18. 19.), qui transcripsit ex utraque basi;

Vidua Inscr. ant. tab. XVII. (cf. p. 17 sqq.) Ex Hamiltono octo priores lineas petiit Walpol. Travels p. 589. n. 54. Tractavit Letronnius Rech. sur l'Ég. p. 280 sqq. (conf. Journ. des Sav. Jan. 1827. p. 21 sq.)

Α Γ Α Θ Η Ι Τ Υ Χ Η Ι
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΚΑΙΣΑΡΙΜΑΡΚΩΙΑΥΡΗΛΙΩΙ
ΣΕΟΥΗΡΩΙΑΛΕΞΑΝΔΡΩΙΕΥϹΕΒΕΙΕΥΤΥΧΕΙ
ΣΕΒΑΣΤΩΙ - - - - - - - - - - - ΙΣΕΒΑΣΤΗΙ
ΜΗΤΡΙΑΥΤΟΥΚΑΙ   ΝΑΗΤΤΗΤΩΝ
ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΩΝ   ΗΣΚΑΙΑΙΩΝΙΟΥ
ΔΙΑΜΟΝΗΣΑΥΤΩΝΚ   ΜΠΑΝΤΟΣΑΥΤΩΝΟΙΚΟΥ
ΕΠΙΜΗΟΥΙΟΥΟΝΩΡ   ΥΕΠΑΡΧΟΥΑΙΓΥΠΤΟΥ
ΕΠΙΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣΘΕΟΥ....ΙΙ.ΒΙΟΥ....ΗΛΙΑΝΟ
ΑΝΤΙΝΟΕΩΝΝΕΩΝΕΛΛΗΝΩΝΙ   Η
ΠΡΥΤΑΝΕΥΟΝΤΟΣΑΥΡΗΛΙΟΥΩΡΙΓΕΝ
. ΥΚΑΙΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΒΟΥΛΕΥΤΟΥΓΥΜΝ
ΕΠΙΤΩΝΣΤΕΜΜΑΤΩΝΚΑΙΩΣΧΡΗΜΑΤ
ΟΥΛΗΣΑΘΗΝΑΙΔΟΣ   L Ι Α //   Τ....

In media basi cavum est excisum, quod non notavit Vidua. Varietas lectionis potissima haec est. Vs. 3. Jom. ex altera basi ΑΛΕΞΑΝΔΡΙ, ex altera ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΙ, Vid. ΑΛΕΞΑΝΔΡW, reliqui ΑΛΕ ΞΑΝΔΡΩΙ. Vs. 4. init. Jom. ΣΕΒΑΣΤ et ΣΕΒΑΣΤΙ, Hamilt. Vid. ΣΕΒΑΣΤΩΙ; deinde in fine Hamilt. ΣΕΒΑΣΤΗΙ, Vid. ΙΣΕΒΑΣΤΗ, quae composui. Vs. 5. ΚΑΙ habet Jom. ex altera basi, Vid. nonnisi Ι primum ductum litterae Κ, Hamilt. et Jom. ex altera basi nihil; deinde Hamilt. ΛΗΤΤΗΤΩΝ, Jom. ΙΑ ΗΤΤΗΤΩΝ et ΙΑΙΙΤΤΗΤΩΝ, Vid. ΝΑΗΤΤΗΤΩΝ. Vs. 7. Κ et Μ ante ΠΑΝΤΟΣ solus habet Hamilt. Vs. 8. ΟΝΩΡ habent Hamilt. Jom. ex altera basi, Vid. ΟΝΩΙ; deinde Vid. ΑΡΧ..ΥΑΙΓΥΠΤΟ.., Jom. ΕΠΑΡΧΟΥΑΙΓΥΠΤΟΥ et ˥ΑΡΧΟΥ cet., Hamilt. ΥΕΠΑΡΧΟΥ cet. Vs. 9. Hamilt. - - ΙΙΑΙΗΙΟΥΝΙΟ ΘΕΟΥ. ΙΙΒΙΟΥ.... ΗΛΙΑΝΟ, Vid. ΕΠΙΣΤΡΑ ΤΗΓΟΥΝΤΟΣ et nihil praeterea in eo versu; Jom. ex altera basi Ι ΙΙ ΙΑ ΗΟΙΝΙϹ ΙΛΙ, Vs. 4-9. omittit Poc. Vs. 10. init. Α omittit Vid., ΑΝ omittit Hamilt. Poc.; in fine ductus Ι accessit ex Jom. Η ex Vid. Vs. 11. extr. ΩΡΙΓΕΝ omittit Poc. Vs. 12. extr. Hamilt. ΣΥΜΝ, Jom. ΕΥΜΝ et ΓΥΜΝ; Poc. omittit ΒΟΥΛϵΥΤΟΥΓΥΜΝ. Vs. 13. extr. Hamilt. ΧΡΗΜΑΣΙ, Poc. Mur. Jom. ex altera basi et Vid. ΧΡΗΜΑ, Jom. ex altera basi ΧΡΗΜΑΤ; Poc. ΕΤΕΜ ΜΑΤΩΧΡΗΜΑ. Vs. 14. init. Hamilt. Jom. ex altera basi .ΟΥΛΗΣ, Vid. et Jom. ex altera basi ϽΥΛΗΣ; ibid. extr. Hamilt. LΙΔΙΙΤ, Jom. ex altera basi LΙΛ//Τ, ex altera LΙΑ//Τ, Vid. LΙΔ//Τ.

Ἀγαθῇ τύχῃ.

Αὐτοκράτορι Καίσαρι Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Σεουήρῳ Ἀλεξάνδρῳ Εὐσεβεῖ Εὐτυχεῖ Σεβαστῷ [καὶ Ἰουλίᾳ Μαμαίᾳ] Σεβαστῇ μητρὶ αὐτοῦ καὶ [τῶ]ν ἀηττήτων στρατοπέδων [ὑπὲρ νίκ]ης καὶ αἰωνίου διαμονῆς αὐτῶν κ[αὶ τοῦ σύ]μπαντος αὐτῶν οἴκου, ἐπὶ Μηουίου Ὀνωρ[ιανο]ῦ ἐπάρχου Αἰγύπτου, ἐπιστρατηγοῦντος [Σ]εου[ήρου Οὐ]ιβίου [Αὐρ]ηλιανο[ῦ], Ἀντινοέων νέων Ἑλλήνων [ἡ βουλ]ή, πρυτανεύοντος Αὐρηλίου Ὠριγέν[ους το]ῦ καὶ Ἀπολλωνίου, βουλευτοῦ, γυμν[ασιάρχου καὶ] ἐπὶ τῶν στεμμάτων καὶ ὡς χρηματ[ίζει, φ]υλῆς Ἀθηναΐδος. Ἔτους ια, Τ[υβὶ - -

Civitas Antinoe ab Hadriano Imperatore (Pausan. VIII, 9, 7. Stephan. Byz. v. *Ἀντινόεια*. Chronic. Paschal. ad Olymp. 225.) condita in honorem Antinoi tota Graeca fuit. Hinc *ἡ βουλὴ ἡ Ἀντινοέων νέων Ἑλλήνων* (conf. n. 4679.); hinc prytanis magistratus eponymus. Ita etiam in praescriptis locus nullus erat *στρατηγοῦ*, i. e. nomarchae (vide Introd. p. 317. *a.*). Epistrategus autem Heptanomidis est, siquidem regio, in qua sita urbs, Heptanomidi tribuebatur teste Ptolemaeo (conf. Introd. p. 284. *b.*). Praefectus Aegypti Maevius Honorianus aliunde non notus est (cf. Introd. p. 313. *b.*). Huius igitur civitatis senatus Imperatori Alexandro Severo statuas posuit ad celebrandam victoriam de Persis reportatam. Tituli restitutionem fere occupavit Letronnius ex apographis Hamiltoni et Jomardi. Partem dedicatoriam (vss. 1-7.) etiam ante Letronnium bene legerat Walpolius. In designatione temporis constituenda rem diremit Jomardi apographum, qui ex altera basi LΙΑ//·Τ. Virgulae sunt signum distinctionis. Formula *ὑπὲρ νίκης* docet Imperatorem tum profectum in expeditionem esse. Anno p. Chr. 232. Alexander belligerabat cum Persis. In eum annum incidit annus imperii Alexandri XI. Mensem Tybi recte restituit Vidua, quem nunc sequitur Letronnius (Journ. des Sav. l. c.). Hic mensis quum respondeat Romanorum Decembri et Ianuario, statuae positae sunt exeunte anno 232. vel ineunte 233. Vs. 13. munus *τοῦ ἐπὶ τῶν στεμμάτων* Letronnius comparat cum *τῷ ἐπὶ τοῦ στεφάνου* inscriptionis Vol. II. n. 3151. De formula *καὶ ὡς χρηματίζει* dictum est ad n. 4680. Vs. 14. ante *φυλῆς* Letronnius male inserit articulum *τῆς*. Minus recte idem vs. 10. articulum Η initio versus vel in fine versus praecedentis interiisse arbitratur.

4706.

In loco Beni-Hassan, ubi antiquitus *Speos Artemidos*; edidit Gau tab. x. n. 19.

ΑΠΑΓϹΝΟΥΤΕΠΑΤGΖω⌒ΕϹ
ΑΠ∾ϠΕΛΕΝΝ∾Π∾ΒΕϹϨ
ΑΝΤΡΕϹΠ ΦΙΑΕΠΠΟϹ~

Quid subsit huic titulo, non exputo. Litterae sunt similiores iis inscriptionibus, quas mere Christianas ex Aegypto reportatas habemus. In fine coniiciat aliquis esse Φίλεππος p. Φίλιππος.

SECTIO TERTIA.

AEGYPTUS SUPERIOR S. THEBAIS.

LYCOPOLIS, CROCODILOPOLIS, ANTAEOPOLIS, MONS CLAUDIANUS, PANOPOLIS, ABYDUS, TENTYRA, APOLLONOPOLIS PARVA, THEBAE, LATOPOLIS, ELITHYA, APOLLONOPOLIS MAGNA, BERENICE, SILSILIS, OMBI, SYENE, ELEPHANTINE, INSULA BACCHI, PHILAE.

4707.

Lycopoli, hodie Siut; lapis anaglyphis ornatus asservatur Parisiis in museo regio; unde edidit Comte de Clarac Inscr. du Musée Royale du Louvre, 1832. tab. 61. 427. A. (n. 863.)

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟϹΕΡΜΟΓΕΝ
ΟΥϹΓΥΜΝΑϹΙΑΡΧΗϹΑϹ
ΚΑΙΑΓΟΡΑΝΟΜΗϹΑϹΚΑΙ
ΑΡΧΙΕΡΕΥϹΓΕΝΟΜΕΝΟϹ
ΚΑΙΙΕΡΟΠΟΙΟϹΓΕΝΟΜΕΝΟϹ
ΟΜΟΙΩϹΤΗϹΛΥΚΩΝΠΟΛ
ΕΩϹΚΑΙΤΑϹΑΛΛΑϹΑΡΧΑϹ
ΔΙΗΛΘΕΝ
L I ΦΑΡΜΟΥΘΙ Κ̄

Litterae E et P has fere formas habent: E, P.

Ἀπολλώνιος Ἑρμογένους γυμνασιαρχήσας καὶ ἀγορανομήσας καὶ ἀρχιέρευς γενόμενος καὶ ἱεροποιὸς γενόμενος, ὁμοίως τῆς Λύκων πόλεως καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς διῆλθεν.
Ἔτους ῑ, Φαρμουθὶ κ̄.

Annus designatus est ex epocha haud dubie regnantis (n. 4710.).

4708.

Titulo n. 4707. subiunximus sequentes tres, qui ubi reperti sint, non constat. Quamquam titulus n. 4708. fortasse Abydo tribuendus. Lapides asservantur Parisiis in museo regio; unde edidit Comte de Clarac Inscr. du Musée Royale du Louvre, 1832. tab. 60. 481. A. C. B. Primum hunc n. 4708. tractarunt Welckerus in Mus. Rhen. a se et Naekio edito a. 1. 1832. fasc. II. p. 293 sq. et G. Hermannus Opusc. Vol. V. p. 204 sqq.

ΗΠΑΤΡΙϹΜΕΝΜΟΙΕϹΤΙΛΥΚΩΝΠΟΛΙϹΕΙΜΙΔΑΠΟΛΛ....
ΕΝΦΑΡΙΗΙΓΑΙΗΙΘΥΜΟΝΑΠΟΦΘΙΜΕΝΟϹ
ΝΗΠΙΟϹΗΡΠΑϹΘΗΝΔΕΚΚΑΙΔΕΚΑΤΟΥΕΝΙΑΥΤΟΥ
ΕΚΤΟΝΔΩΡΟϹΥΝΗϹΜΗΝΑΠΑΡΕΡΧΟΜΕΝΟϹ
ΝΥΝΔΑΒΥΔΗΝΑΙΟΥΤΟΝΟϹΕΙΡΙΔΟϹΑΜΦΙΠΟΛΕΥΩ
ΘΩΚΟΝΚΑΙΦΘΙΜΕΝΩΝΟΥΚΕΠΑΤΗϹΑΔΩΜΟΥϹ
ΑΘΑΝΑΤΩΝΚΑΙΤΕΚΝΑΜΕΜΟΡΜΕΝΟΝΟΙΥΟΝΕΠΕΓ
ΑΛΑΟΙΚΕΙΜΑΚΑΡΩΝΗΛΥϹΙΟΝΠΕΔΙΟΝ
ΕΝΘΑΜΑΠΑΙϹΙΘΕΩΝΑΕΙ ΩΝΚΥΛΛΗΝΙΟϹΕΡΜΗϹ
ΗΔΡΥϹΕΚΑΙΛΗΘΗϹΟΥΚΕΠΙΟΝΛΙΒΑΔΑ

Ἡ πατρὶς μὲν μοὖστι Λύκων πόλις· εἰμὶ δ' Ἀπολλ[ᾶς
ἐν Φαρίῃ γαίῃ θυμὸν ἀποφθίμενος
νήπιος· ἡρπάσθην δ' ἑκκαιδεκάτου ἐνιαυτοῦ
ἕκτον [ἀ]ωροσύνῃ μῆνα παρερχόμενος.
νῦν δ' Ἀβυδηναίου τὸν Ὀσείριδος ἀμφιπολεύω
θῶκον καὶ φθιμένων οὐκ ἐπάτησα δ[ό]μους·
ἀθανάτων καὶ τέκνα μεμορμένον οἷ[τ]ον ἔπε[ισιν,
ἀλ[λ'] οἰκεῖ μακάρων Ἠλύσιον πεδίον·
ἔνθ' ἅμα παισὶ θεῶν [μ' ἀγαγ]ὼν Κυλλήνιος Ἑρμῆς
[ἵ]δρυσε καὶ Λήθης οὐκ ἔπιον λιβάδα.

Puer Lycopoli oriundus, in insula Pharo defunctus, Abydi sepultus videtur. Pharus insula teste Strabone (XVII, 792.) desolata est a Divo Caesare. Noli tamen inde colligere titulum Caesaris aetate superiorem esse. Nomen pueri a Welckero propositum Ἀπολλ[ᾶς] recepit etiam Hermannus. Ille scripserat Ἀπολλ[ώνιος]. Keilius Anal. epigr. et onom. p. 95. coniecit Ἀπόλλ[ων]. Articulum initio versus primi positum repudiavit Welckerus (cf. n. 4709.) ob id reprehensus ab Hermanno, qui dedit: ἡ πατρὶς μὲν μοὖστι. Mirum, quod puer decimi sexti anni mensem sextum egres-

sus νήπιον se dicit fuisse quum moreretur. Hinc Hermannus audacius scripsit vs. 3. ἑκκαιδεκάτῃ, et vs. 4. κουροσύνης, quorum neutrum ne aptum quidem. Nam neque si νήπιος sex mensium est, quadrat κουροσύνη, et posito ἑκκαιδεκάτῃ, quid fiat voce ἐνιαυτοῦ, non apertum est. Νήπιος h. l. videtur eo sensu dictum esse, quo habes ap. Hom. Il. XXII, 445. Vs. 4. sumo ἀωροσύνην nomen esse ab ἄωρος factum. Vs. 5. Abydus urbs fuit olim post Thebas maxima et cultu Osiridis maxime insignis (Strab. XVII, 813. 814.), unde Ὄσειρις Ἀβυδηναῖος. Ad explicationem huius versus apprime facit Plutarch. Isid. et Osir. p. 359. (Reisk. T. VII. p. 416.) ἔν τε Ἀβύδῳ τοὺς εὐδαίμονας τῶν Αἰγυπτίων καὶ δυνατοὺς μάλιστα θάπτεσθαι φιλοτιμουμένους ὁμοτάφους εἶναι τοῦ σώματος Ὀσίριδος. Cf. Ad. Schmidt Forsch. auf d. Geb. d. Alterth. I. p. 66. Vs. 7. extr. Welckerus scripsit οἶ[κ]ον ἐπε[λθεῖν, Hermannus οἶ[τ]ον ἐπ[ισπεῖν. Puto in fine tempus finitum fuisse, quod aptius insequentibus ἀλλ' οἰκεῖ cet. Itaque coniunge μεμορμένον οἶ[τ]ον. Vs. 9. μ' ἀγαγὼν debetur Hermanno. Et potest sane AE esse ME, ut ductus I alterum crus sit litterae A. Vs. 10. init. Hermannus dedit ἥδρ[α]σε ratus mensuram vitiosam esse in ἵδρυσε, quod scripserat Welckerus. Sed auctor carminis corripuit etiam vocabuli Ἀβυδηναίου secundam syllabam. Neque ἵδρυσα correpta littera υ caret exemplis.

4709.

Haud dubie ex eodem loco, ex quo n. 4708. Edidit Comte de Clarac Inscr. du Musée Royale du Louvre, 1832. tab. 60. 481. C. n. 848. Citavit Letronnius Journ. des Sav. Aug. 1830. p. 503.

ΠΑΤΡΙϹΜΕΝΜΟΙΕϹΤΙΛΥ
ΚΩΝΠΟΛΙϹΕΙΜΙΔΕΛΗΜΩΝ
ΕΙΚΟϹΙΚΑΙΕΝΙΚΗΡΑΚΑΤΑ
ΖΒΕϹΘΕΙϹΕΝΙΑΥΤΩΙ
ΦΟΙΒΟΥΚΑΙΜΟΥϹΩΝΟΘΕ
ΡΑ+ΠΑΝΤΩΝΥΜΟϹΗΜΗΝ

Litterae E et P has fere formas habent: E, P.

Πατρὶς μέν μοί ἐστι Λύκων πόλις, εἰμὶ δ' Ἑλήμων
εἴκοσι καὶ ἑνὶ κῆρα κατα[σ]βεσθεὶς ἐνιαυτῷ·
Φοίβου καὶ Μουσῶν ὁ θέραψ παντώνυμος ἥμην.

Z in voce ΚΑΤΑΖΒΕϹΘΕΙϹ ex pinguiori quadam pronuntiatione natum videtur.

4710.

Haud dubie ex eodem loco, ex quo n. 4708. 4709. Edidit Comte de Clarac Inscr. du Musée Royale du Louvre, 1832. tab. 60. 481. B. n. 853.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟϹ ΕΡΩΤΟϹΤΟΥΕΡΩ
ΓΟϹΜΗΤΡΟϹΑΡΙϹΤΙΟΥΛΕΓΟΜΕΝΟϹΟΤΟΥ
ΕΡΩϹ+ΑΛΥΚΟΠΟΛΕΙΤΗϹΑΘΡΟϹΕΤΕΛΕΥ
ΤΗϹΕΝΤΩΙΕΒΔΟΜΩΙΕΤΙΜΗΝΙΠΑΧΩΝ
ΚΑΕΤΩΝΛΔΜΗΝΩΝΕΗΜΕΡΩΝΙΕΚΥΡΙ
ΕϹΑΡΑΠΙΔΟϹΑΥΤΩΙΤΗΝΚΑΤΕΞΟΥϹΙΑΝ
ΚΑΤΑΤΩΝΕΚΘΡΩΝΑΥΤΟΥ

Litterae E et P has fere formas habent: Є, P.

Ἀπολλώνιος Ἔρωτος τοῦ Ἔρω[τ]ος, μητρὸς Ἀριστίου, λεγόμενος ὁ τοῦ Ἔρωτ(ος) Λυκοπολείτης, ἀθρός, ἐτελεύτησεν τῷ ἑβδόμῳ ἔτ[ε]ι, μηνὶ Παχὼν κα, ἐτῶν λδ, μηνῶν ε, ἡμερῶν ιε. Κύριε Σάραπι, δὸς αὐτῷ τὴν κατεξουσίαν κατὰ τῶν ἐ[χ]θρῶν αὐτοῦ.

Designatur tempus ex epocha imperantis. Ἀθρὸς est ἀδρός. Haec vox addita in memoriam revocat χαρακτηρισμοὺς hominum in papyris Aegyptiis obvios. In fine nota vocabulum κατεξουσία; κατεξουσιάζειν dicitur in N. T.

4711.

In oppido Athribi s. Athripé s. Atribé, quod Graeci vocarunt *Crocodilopolin*, e regione Panopolis in altera Nili ripa, in templi epistylio humi iacente; titulum transcripsit Gardner Wilkinsonus, edidit Letronnius Recueil des inscr. cet. T. I. p. 228 sqq. (cf. tab. VI. c.) De templo disserit Wilkinsonus Manners and customs cet. T. IV. p. 265.

ΚΑΙϹΑΡΟϹϹΕΒΑϹΤΟΥ(ʟcıı|ᶜΙΑΥΤΟΚΙΑΙᶜᶜUΛΚΑ‹Ι|ΙΙ|ᶜΙΛΙΑΛϹϹΒΑ
ΚΑΙΤΟΥ‹ ΙΚΟΥΑΥΤΩΝ(·)ΡΙΦΙΔΙΘΕΑΠΕΓΙϹΤΗΙΕΠΙΗΓΕΜΟΝ(ΙϹΓΛΟΥΓΛΛΕΙ
ΑΠᴗΛΛΩΝΙΟΥΠΡΟϹΤΑΤΗΙΘΡΙΦΙΔοϹ LЄ\ΤΙΒΕΡΙοΥΚΑΙϹΑΡοϹΙϹΒΑϹΤοΥΦΑΜΕΝ–

Ὑπὲρ Τιβερίου] Καίσαρος Σεβαστοῦ, [θεοῦ υἱοῦ], Αὐτο[κρ]ά[τ]ο[ρ]ο[ς] κα[ὶ ὑπὲρ] Ἰ[ου]λί[ας] Σ[ε]βα[στῆς, νέας Ἴσιδος, μητρὸς αὐτοῦ] καὶ το[ῦ ο]ἴκου αὐτῶν Θρίφιδι θεᾷ [μ]εγίστῃ ἐπὶ ἡγεμόν[ο]ς Γ[αΐ]ου Γ[α]λε[ρίου τὸ πρόναον ὁ δεῖνα] Ἀπολλωνίου προστάτη[ς] Θρίφιδος. L Θ Τιβερίου Καίσα[ρ]ος Σ[ε]βαστοῦ Φαμεν[ὼθ --

Restituit Letronnius. Θεοῦ υἱοῦ nunc dictum est pro vulgari θεοῦ Σεβαστοῦ υἱοῦ, quemadmodum Vol. II. n. 2087. et in nummis aliquoties (Eckhel. D. N. T. VI. p. 188. 189. 190. 194.). Annus Tiberii designatur IX. (p. Chr. 21.). Itaque quum in Tentyriticis titulis, qui ad annos XIX–XXIII. (p. Chr. 32–36.) pertinent, elogium ei tribuatur νέου Σεβαστοῦ, probabile videtur, eo anno, quo positus est titulus n. 4711. nondum elogio illo ornatum fuisse Tiberium. Iulia mater Tiberii in Aegypto aptissime νέα Ἶσις audit, epitheto Cleopatrae (Plut. Anton. 54. fin.). Fuerunt duae urbes nomine Athribis, altera haec quam Graeci Crocodilopolin nuncuparunt, altera in Aegypto inferiore, cuius nomus Ἀθριβίτης memoratur ab Herod. II, 166. et Strab. XVII. p. 802. (conf. Introd. p. 283. *b.* et p. 316. *a.*) Nomen urbis a numinis Θρίφιδος cultu repetendum est. Primitiva forma Aegyptiaca nominis Athribis fuit *Atribe* (Silvestre de Sacy trad. d'Ab-

dallatif, p. 700.). Formas Atripe, Atripi, Atribi Letronnius ex libris manu scriptis enotavit. Hinc, si analogiam sequaris linguae Graecae, deae nomen proprie aut ΤΡΙΒΙΣ, ΤΡΙΦΙΣ, aut ΘΡΙΠΙΣ fuit. Formam ΤΡΙΦΙΣ habes, n. 4714. Alterius formae ΘΡΙΠΙΣ usum demonstrat nomen templi eiusdem numinis ΘΡΙΠΙΕΙΟΝ, quod ex titulo sepulcrali attulit Letronnius p. 112. Bene idem monet nomen ΤΡΙΦΙΟΔΩΡΟΣ revocandum esse ad divinitatem Aegyptiacam; Graecos, qui ubique sectarentur ὑπόνοιαν, scripsisse ΤΡΥΦΙΟΔΩΡΟΣ quasi a voce ΤΡΥΦΗ compositum nomen esset. Opus dedicatum Letronnius primum coniecerat fuisse πρόπυλον. Verum quum ex litteris a Wilkinsono missis comperisset epistylium, cui titulus inscriptus est, ad πρόπυλον pertinere non posse, necessario dedit τὸ πρόναον (cf. n. 4712.). Ceterum quo minus simplicem hanc dedicationem esse arbitremur, obstat cultus vetustus Triphidis, quam consentaneum est multis ante Tiberium saeculis et templum et pronaon habuisse. Caium Galerium, quem memorat Plin. H. N. XIX. Prooem. 3., praefectum Aegypti fuisse anno IX. Imp. Tiberii a. u. c. 774. p. Chr. 21. titulus docet. Vide Introd. p. 310. *b.*

4712.

Antaeopoli, prope vicum Gaco-Kebir s. Qaou el-Kebir, in epistylio pronai templi, inscriptio in sex particulas fracta, quas *a. b. c. d. e. f.* signavimus. Harum particularum *b.* et *f.* ante annum 1819. suo loco adhuc fuerunt, *c. d. e.* humo obrutae paulatim repertae sunt; et particula *c.* quidem rursus media discissa in duas partes est, quarum utraque binas lineas continet. Particulas *b. e. f.* edidit Pocock. Descr. Orient. T. I. p. 276. n. 3. Particulae *b.* et *f.* editae sunt in Descript. de l'Ég. Ant. Tabb. Vol. IV. tab. 39. 40. Particulas *b. e. f.* cum fragmine inferiore particulae *c.* transcripsit et edidit Jomard in Descript. de l'Ég. T. V. Antt. tab. 56. n. 14. Plenius, repertis particula *d.* et fragmine superiore particulae *c.*, edidit Hamilton. Aegypt. p. 268. Tractarunt Jomard Descr. Antaeop. in Descr. de l'Égypte p. 18. Champollion-Figeac Annal. des Lagides, T. II. p. 119. 160. (App. p. 405. n. v.); Walpol. Travels T. II. p. 592. n. 58. Letronnius Journ. des Sav. Mart. 1821. p. 181 sq. et accuratissime Recherches sur l'Ég. p. 42 sqq. et Recueil des inscr. Gr. et Lat. d'Ég. T. I. p. 24 sq. n. IV. et p. 210. n. XX.

a. *b.* *c.* *d.* *e.* *f.*

ΣΠΤΟΛΕΜΑ ΣΠΤΟΛΕΜ ΑΙΟΥΚΑΙΚΛΕΟ ΠΑΤΡΑΣΘΕΩΝΕΠΙΦΑΝΩΝΚ ΕΥΧΑΡΙΣΤΩΝ
ΙΛΙΣΣΑΚΛ ΕΟΠΑΤΡΑ ΗΤΟΥΒΑΣΙΛ ΕΩΣΑΔΕΛΦΗΘΕΟΙΦΙΛ ΜΗΤΟΡΕΣ
ΑΟΝΑΝΤΑΙΩ ΚΑΙΤΟΙΣΣΥΝΝΑ ΙΣΘΕΟΙΣΑΥΤΟ ΚΡΑΤΟΡΕΣΚΑΙΣΑΡΕΣΑΥΡΗ ΟΙΑΝΤΩΝΙΝΟΣ
ΕΣΣΕΒΑΣΤΟ ... ΕΝΕΩΣΑΝΤ ΤΗΝΣΤΕΓΑ.. ΤΡΙΔΑΕΤΟΥΣΤΕΤΑΡΤΟ ΑΝΙΘ

Dedi Hamiltoni apographum, recepta vs. 3. extr. littera Ο ante ΙΑΝΤΩΝΙΝΟΣ ex Poc. et Jom. Lacunae vss. 1. 2. in iuncturis fragminum relictae, ubi litterae desunt nullae, ut ΚΛ || ΕΟΠΑΤΡΑ || ΗΤΟΥ ΒΑΣΙΛ || ΕΩΣ cet. inde explicari debent, quod qui inscripserunt titulos, evitarint vitia lapidis vel vetustate corrosi vel, id quod probabilius, excisis quibusdam ornamentis hinc inde laesi. Quippe titulus hic teste Jomardo in ipsa area hieroglyphorum positus fuit. Vs. 4. init. Ε primum, et ultimum hoc in versu Α omittunt Poc. Jom. Ceterum ap. Jom. ut particula *c.*, ita etiam *e.* magis mutila est.

Βασιλεὺ]ς Πτολεμα[ῖο]ς Πτολεμαίου καὶ Κλεοπάτρας, ϑεῶν Ἐπιφανῶν κ[αὶ] Εὐχαρίστων, [καὶ βασ]ίλισσα Κλεοπάτρα, ἡ τοῦ βασιλέως ἀδελφή, ϑεοὶ Φιλ[ο]μήτορες [τὸ πρόν]αον Ἀνταίῳ καὶ τοῖς συννά[ο]ις ϑεοῖς.

Αὐτοκράτορες Καίσαρες Αὐρή[λ]οι Ἀντωνῖνος [καὶ Οὐῆρο]ς Σεβαστο[ὶ ἀν]ενεώσαντ[ο] τὴν στέγα[σ]τρίδα, ἔτους τετάρτο[υ, Π]α[ῦ]νὶ ϑ.

Prior titulus Ptolemaei Philometoris eiusque uxoris positus fuit olim in coronide pronai. Haec posthac quum repararetur ab Antoninis, vetus inscriptio in epistylium translata est addito titulo novo (vide infra).

Utrumque titulum restituit Letronnius, nonnulla etiam Walpolius et Jomardus recte legerant, in aliis longe aberrantes a vero. Extrema, in quibus vel maxime lapsus est Jomardus, ne nunc quidem dubitatione carent. Nam ibi quod Letronnius ἔτους τετάρτου Παϋνὶ ϑ dedit, nemo facile spondebit mensis designationem veram esse. Minoris momenti est lacuna inter τετάρτου et nomen mensis, quam Letronnius aliquando voce Σεβαστῶν explevit, nunc relinquit vacuam. Nomen ΠΑΥΝΙ, ΠΑΙΝΙ, ΠΑΟΙΝΙ promiscue scribitur in titulis. Sed quum Α ex uno apographo innotuerit, hoc etiam male lectum esse potest pro Ω, ut fuerit ΠΑΧΩΝΙΘ. Certius est vs. 3. init. τὸ πρόν]αον, quod dedit etiam Walpolius. Pro eo Jomardus inductus apographo suo legebat τὸ πρόπυ]λον. De neutro τὸ πρόναον conf. n. 4716.

Vetus inscriptio primum posita est inter annos a. Chr. 165 - 146. Templum, cuius pronaon Ptolemaeus Philometor et eius uxor condiderunt, fuit Antaei, numinis Aegyptiaci, quod etiam nomi metropoli nomen dedit. Nomen Antaei a Graecis factum videtur ad similitudinem nominis Aegyptiaci. Hoc nomen ignotum est. Post Jablonski (Panth. Aeg. II, 7, 15.) Letronnius proposuit *Entes*. Similiter G. Wilkinsonus (Manners and customs of the anc. Eg. T. IV. p. 140.) statuit nomen *Ombte*. Antaei religio mox coniungebatur cum fabulis Herculis Aegyptiaci et Osiridis (Diod. Sic. I, 17.). Huius pronai partem vetustate laborantem restitui iusserunt Imperatores M. Aurelius et L. Verus idque factum anno quarto imperii sui testantur titulo novo. Incidit igitur haec instauratio in a. p. Chr. 164. et huius anni d. 9. Payni s. d. 2. mensis Iunii positus titulus videtur. Pars refecta dicitur στεγαστρίς, quam Walpolius interpretatus est *tectum*. Letronnius primum hanc et ipse interpretationem secutus posthac deseruit argumento petito ex loco naturaque tituli utriusque. Quippe utrumque titulum, ut nunc est, simul positum esse

in epistylio, notante Jomardo, et dispositio versuum et litterarum ratio docet. Iam quum tales inscriptiones Ptolemaeorum temporibus fere constanter in coronide templorum poni sint solitae, nihil aliud Letronnio videntur reparavisse Romani, nisi ipsam coronidem; quae restituta quum longiorem inscriptionem non caperet, veterem titulum loco suo motum una cum novo in epistylio posuerunt. Unde sane videtur colligi posse quod collegit Letronnius, *στεγαστρίδα* vocabulum esse architectonices proprium et significare *coronidem*, quam Herodotus II, 155. *παρωροφίδα* vocat. De singulis rationibus ablegamus ad ipsum huius explicationis auctorem (Recueil cet. p. 211-215.).

4712. *b*.

In columna sepulcrali anaglyphis ornata, quae ubi reperta sit non constat. Videtur tamen in nomo *Antaeopolitico* ad portum quendam posita fuisse. Lapis nunc asservatur in museo regio Parisino, unde edidit Comte de Clarac. Inscr. grecq. et rom. du musée royal du Louvre tab. 58. 441. A. n. 856. Anaglyphis repraesentantur quinque personae manibus sublatis invocantes Osirin et Anubin. „Le haut de la stèle est orné du globe ailé, accompagné des serpens Uraeus et de deux chacals couchés, animaux consacrés à Anubis, l'une des divinités infernales et funèbres des Égyptiens."

ΑΝΤΙΛΑΡΟΥΚΥΡΙЄϹΑΡΑΠΙΒΗϹΙϹ
ΠΡЄϹΒΥΤЄΡΟϹΚΑΙΒΗϹΙϹΝЄѠΤЄ
ΡΟϹΑΜΦΟΤЄΡΟΙϹЄΝΤѠϹΥΤΟϹ
ΚΥΒЄΡΝΗΤΟΥΑΓΟΓΤΟΛЄΜΑΙΔΟϹ
ΚΑΙΒΗϹΙϹΚΑΡΒΑϹΑΔЄΛΦΟϹΤΗϹ
ΜΗΤΡΟϹΑΥΤѠΝЄϹΦΑΓΜЄΝΟΙЄΝΟΡ
ΜѠΠΟΥΧЄѠϹΤΟΥΑΝΤΑΙΟΓΟΛЄΙ
ΤοΥΝΟΜΟΥΚΑΙΤΟΠΛΥΝΑΥΤѠΝЄΝΠЄ
ΠΡΗΚΑΝ

Littera Ρ hanc fere formam habet: Ր.

Ἀντίλα[β]οῦ, κύριε Σάραπι. Βῆσις πρεσβύτερος καὶ Βῆσις νεώτερος, ἀμφότεροι Σεντω[ο]ῦτος κυβερνήτου ἀπὸ Πτολεμαΐδος, καὶ Βῆσις Κάρβας, ἀδελφὸς τῆς μητρὸς αὐτῶν, ἐσφαγμένοι ἐν ὅρμῳ Πούχεως τοῦ Ἀνταιοπολείτου νομοῦ· καὶ τὸ πλῦ[ο]ν αὐτῶν ἐνπέπρηκαν.

Duo fratres mare ingressuri una cum avunculo suo in portu Puchis trucidati sunt a piratis opinor. Itaque his propinqui, haud dubie eo in portu, stelam posuerunt, factum hoc simpliciter titulo annuntiantes, addito in fine etiam navem eorum ab interfectoribus esse combustam. Ceterum satis rudis forma est tituli huius. Πλῦον scriptum est pro *πλοῖον*.

4713.

Ad montem Djebel-Dokhan, e regione portus Myos Hormi, circa XXV mil. geogr. a mari rubro, ubi aetate Romana fuit celebris *λιθοτομία πορφυρῖτις*, unde *mons Porphyrites* appellatur Ptolemaeo Geogr. p. 104. Merc. parietinae sunt oppidi antiqui sive stationis Romanae, quarum in vicinia quum alia rudera visuntur aedificiorum, tum templum opere Ionico inchoatum. Huius templi in epistylio titulus est inscriptus, quem ex schedis Gardner Wilkinsoni edidit Letronnius Recueil des inscr. Grecq. et et Lat. de l'Ég. T. I. p. 153. n. XVII. Lapicidinae porphyreticae Claudio Imp. coeptae sunt exerceri. Hinc universus tractus montium, quorum est Djebel-Dokhan, proprie ille mons porphyrites, et Djebel-Fateereh, ubi lapicidinae inprimis graniticae, MONS CLAVDIANVS appellabatur, ut docent inscriptiones (cf. Introd. p. 320. *b*.). Locum accurate descripsit Gardner Wilkinsonus Journal of the Roy. Geogr. Soc. of Lond. T. II. p. 42 sq. unde hausit Letronn. l. c. p. 147 sq. Notitiam huius tituli ex Revue encycl. T. XXI. p. 458. habuit Labus di un' epigrafe latina cet. p. 105 sq.

ΥΠΕΡΣωΤΗΡΙΑΣΚΑΙΑΙωΝΙοΥΝΙΚΗΣΤοΥΚΥΡΙοΥΗΜωΝΑΥΤοΚΡΑΤοΡοΣΚΑΙΣΑΡοΣΤΡΑΙΑΝοΥΑΔΡΙΑΝοΥ
ΣΕΒΑΣΤοΥΚΑΙΤΟΥΠΑΝΤοΣΑΥΤοΥοΙΚοΥ ΔΙΙΗΛΙωΙΜΕΓΑΛωΙΣΑΡΑΠΙΔΙΚΑΙΤοΙΣΣΥΝΝΑοΙΣΘΕοΙΣΤοΝΝΑοΝΚΑΙ ΤΑΠΕΡΙΤοΝΝΑοΝ
ΕΠΑΦΡΟΔΙΤοΣΚΑΙΣΑΡοΣΣΙΓΗΡΙΑΝοΣΕΠΙΡΑΜΜΙωΙΜΑΡΤΙΑΛΙΕΠΑΡΧωΙΑΙΓΥΠΤοΥΜΑΡΚοΥοΥΛΠΙοΥΧΡΗΣΙΜοΥΕΠΙΤΡοΠΕΥΟΝ
ΤΟΣΤωΝΜΕΤΑΛΛωΝΕΠΙ·Ρ·ΠΡΟΚοΥΛΗΙΑΝΟΥ

Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ αἰωνίου νίκης τοῦ κυρίου ἡμῶν Αὐτοκράτορος Καίσαρος Τραϊανοῦ Ἀδριανοῦ Σεβαστοῦ καὶ τοῦ παντὸς αὐτοῦ οἴκου Διῒ Ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς τὸν ναὸν καὶ τὰ περὶ τὸν ναὸν Ἐπαφρόδιτος Καίσαρος Σιγηριανός, ἐπὶ Ῥαμμίῳ Μαρτιάλι ἐπάρχῳ Αἰγύπτου· Μάρκου Οὐλπίου Χρησίμου ἐπιτροπεύοντος τῶν μετάλλων· ἐπὶ Ῥ(ούφοι) Προκουληΐανου :- - - -

Supparem titulum habes n. 4713. *f.* nisi quod ille disertior, hic brevior est. De singulis vide ad n. 4713. *f.*

4713. *b*.

Ibidem, in ara rotunda quam Gardner Wilkinsonus repperit in alveo torrentis prope parietinas eiusdem stationis Romanae; ex schedis G. Wilkinsoni edidit Letronnius Recueil des inscr. cet. T. I. p. 433. n. XLIV.

. . ЄΟ . . ΑΝѠΚΑΑΙΟΙѠΒΤΙϹ

ЄΙϹΙΔΙΜΥΡΙѠ
ΝΥΜѠ ΦΑΝ
ΙΟϹ ϹЄΥΗΡΟ
Ϲ ⳩ ΑΝЄΘΗΚЄ: :
ΙΚΒΑΔΡЄΙΑΝΟΥΤΟΥΚΥΡΙΟΥϹΙΒ//V

Εἴσιδι μυριωνύμῳ Φάνιος Σεύηρος χιλίαρχος ἀνέθηκε[ν· L] κβ Ἀδρειανοῦ τοῦ κυρίου Σ[ε]β[αστοῦ.

Annus XXII. Hadriani ex computo Aegyptiorum incidit inter d. 29. m. Augusti anni 137. et d. 10. m. Iulii a. 138. Tribunus est cohortis in statione agentis. Cf. n. 4713. *d. e.* Isis *μυριώνυμος* audit ut in inscriptionibus Nubiensibus (n. 5120.) titulisque Latinis ap. Orell. n. 1876. 1877. (cf. Plutarch. de Is. et Osir. p. 372.) alias dicta *πολυώνυμος* ut Vol. II. n. 3724.

(cf. Iacobsii Anthol. T. III. p. 298. et Paralip. T. XIII. p. 799.) Quae litterae leguntur in plano superiore arae . . ЄΟ . . ΑΝѠΚΑΑΙΟΙѠΒΤΙϹ, iis videndum ne subsit ΤΡΑΙ]ΑΝѠ[ΙΔ]Α[ΚΙΚ]Ѡ[Ι - - ut sit ἐν ὑδρεύματι Τραϊανῷ Δακικῷ, quod nomen stationis est alterius; vide n. 4713. *c.*

4713. *c.*

Ad montem Djebel-Fateereh e regione portus Philoterae, ubi aetate Romana lapicidinae inprimis Syeniticae fuerunt, parietinae sunt oppidi veteris sive stationis Romanae: mons olim Claudianus vocabatur; inscriptio in ara lapidis granitis posita ad introitum templi, tribus inscripta lateribus, nunc fracta; edita est Revue encyclop. T. XXI. p. 458. unde Latinam inscriptionem repetiit Labus di un' epigrafe latina p. 100-102. 1826. ex schedis G. Wilkinsoni edidit Letronnius Recueil des inscr. cet. T. I. p. 420 sqq. n. XXXIX. Arae forma repraesentatur ibid. tab. XV. n. 4.

ΥΔΡЄΥΜΑЄΥΤΥΧЄϹΤΑΤΟΝ
ΤΡΑΙΑΝΟΝΔΑΚΙΚΟΝ

AN · XII · IMP NERVA · TPAIANO
CAESARE AVG GERMANICO
DACICO
PER · SVLPICIVM · SIMIVM
PRAEF · AEG

FONS FELICISSIMVS
TPAIANVS DACICVS

in plintho:
ΚΗϹѠΝΙΟΥ

in plintho:
ΜΑΛΛΙΤΗϹ

in plintho:
ΛΜΜѠΝΙϹ

Stationis Romanae sitae ad montem Djebel-Fateereh, qui pertinet ad montem Claudianum (vide ad n. 4713. *f.*), nomen prodit titulus hic. Fuit Ὕδρευμα εὐτυχέστατον Τραϊανὸν Δακικόν, *Fons felicissimus Traianus Dacicus*, vulgo haud dubie dictum simpliciter Ὕδρευμα Τραϊανόν (Fons Traianus), ad exemplum aliorum huius tractus locorum, quae Ὑδρεύματα vocabantur, ut in via Copto Berenicen ducente fuerunt Καινὸν ὕδρευμα, παλαιὸν ὕδρευμα. Conf. Itiner. veter. p. 171. 172. Salmas. Exercit. Plin. p. 834. 1. Similiter hac voce (ὕδρευμα) utitur Ptolem. Geogr. I, 10. Sunt nimirum mansiones fonte insignes, oppositae mansionibus illis, quae alia aquationis ratione utebantur. Ceterum mansio haec una est ex iis, quae in via Copto ad portum Myos Hormon ducente sitae fuerunt. Fons ipse nondum repertus est. Epitheton εὐτυχέστατον (felicissimus) aut praestantiam aquae aut pretium fontis in hoc deserto reperti extollit. Posita est haec ara a. XII. Imp. Traiani a Sulpicio Simio praefecto Aegypti (vide Introd. p. 312. *a.*), circiter novem annis ante templum ab Epaphrodito inchoatum (vide ad n. 4713. 4713. *f.*). Qua occasione ara posita sit, non liquet. Letronnius coniicit positam in memoriam stationis conditae. Ex quo lapicidinae graniticae huius regionis coeptae fuerint exerceri, a. XII. Imp. Traiani, a. p. Chr. 109. Huic coniecturae favet quidem id quod Letronnius demonstravit p. 196. 197. Traianum in restituendo atque excolendo canali utriusque maris operam curamque posuisse, sed obest legio XXII. in titulo sequente memorata. Tribus lateribus in plintho haud dubie artifex professus est nomina sua: [Ἄ]μμωνις Κησωνίου Μαλλίτης. Ἄμμωνις est i. q. Ἀμμώνιος contractione frequentissima; Κησώνιος i. q. Καισώνιος; Μαλλίτης forma peculiaris videtur p. Μαλλώτης a Mallo urbe Ciliciae.

4713. *d.*

Ibidem, in ipsis lapicidinis stationis Ὑδρεύματος Τραϊανοῦ, fragmentum; ex schedis G. Wilkinsoni edidit Letronnius l. c. p. 426. n. XL.

ЄΠΙΟΥΑΛΟΥЄΝΝΙѠΙ
ΠΡЄΙϹΚѠΙ ⳩ ΛЄΓЄ ΚΒ
ΔΙΑΗΡΑΚΛЄΙΔΟΥΑΡΧΙΤЄΚ

Ἐπὶ Οὐα(λερίῳ) Λου(κίῳ) Ἐννίῳ Πρείσκῳ χ(ιλιάρχῳ) λεγε(ῶνος) κβ, διὰ Ἡρακλείδου ἀρχιτέκ[τονος - - - -

Chiliarchus hic, cuius auspiciis et auctoritate opus aliquod dedicatum est, tribunus fuit cohortis in statione agentis, quae nunc adscripta est legioni XXII. Legionem XXII. in Aegypto egisse imperantibus Nerone et Domitiano, ex inscriptionibus in statua Memnonis positis constat. Egisse ibi etiam Traiano imperante verisimile fit ex hoc ipso titulo. Sed quod statuit Letronnius in subsidium vocato titulo ap. Murator. T. I. p. CDLXXXVIII. 3. „Romae, ex schedis Farnesiis":

ЄΠΙΛΟΥΠѠΙЄΠΑΡΧѠΙ
ΑΙΓΥΠΤΟΥΔΙΑΗΡΑΚΛЄΙΔΟΥ
ΑΡΧΙΤЄΚΤΟΝΟϹ

titulum nostrum n. 4713. *d.* sub finem Traiani Imp. positum esse, parum credibile est. Nam quum illo tempore sublata videatur mentio legionis XXII. (vide Introd. p. 314. *a.*), tum nihil nos cogit Lupum inscriptionis istius pro M. Rutilio Lupo habere, qui praefectus Aegypti fuit a. XVIII. et XIX. Traiani Imp. (vide Introd. p. 312. *a.*). Potest esse etiam Tib. Iulius Lupus, qui praefectus Aegypti fuit imperante Vespasiano (vide Introd. p. 311. *b.*). Igitur titulum ante a. IX. Traiani Imp. positum esse statuemus (cf. ad n. 4713. *c.* et Introd. p. 314. *a.*). De formula ἐπὶ τῷ δεῖνι cf. n. 4713. *e. f.*

4713. *e*.

Ibidem, in ara lapidis granitis ravi affabre facta; ex schedis G. Wilkinsoni edidit Letronnius Recueil des inscr. cet. T. I. p. 427. n. XLI.

ΔΙΙΗΛΙΩΙΜΕΓΑΛΩΙ
CΑΡΑΠΙΔΙ

ΥΠЄΡΤΗCΤΟΥΚΥΡΙΟΥ
ΚΑΙCΑΡΟCΤΡΑΙΑΝΟΥ
ΤΥΧΗCЄΠΙЄΝΚΟΛΠΙΩ
ЄΠΙΤΡΟΠΩΚΑΙΚΟΥΙΝΤΩ
ΑΚΚΙΩΟΠΤΑΤΩ*ΑΠΟΛΛΩ
ΝΙΟCΑΜΜΩΝΙΟΥΑΛЄ
ΞΑΝΔΡЄΥCΑΡΧΙΤЄΤΩΝ
ΑΝЄΘΗΚЄΝΥΠЄΡΤΗCCΩΤΗ
ΡΙΑCΑΥΤΟΥΠΑΝΤΩΝЄΡΓΩΝ

Vss. 1. 2. in zophoro et litteris maioribus scripti sunt.

Διῒ Ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι ὑπὲρ τῆς τοῦ κυρίου Καίσαρος Τραϊανοῦ τύχης ἐπὶ Ἐνκολπίῳ ἐπιτρόπῳ καὶ Κουΐντῳ Ἀκκίῳ Ὀπτάτῳ χ(ιλιάρχῳ) Ἀπολλώνιος Ἀμμωνίου Ἀλεξανδρεὺς ἀρχιτέκτων ἀνέθηκεν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας αὑτοῦ πάντων ἔργων.

Aram dedicavit Apollonius architectus nomine vel auspiciis procuratoris metallorum et tribuni cohortis in statione agentis. Conf. n. 4713. *d. f.* Quo tempore positus titulus sit, accuratius definiri non potest. Illud certum, si statio Ὕδρευμα Τραϊανὸν condita sit a. XII. Imp. Traiani (cf. ad n. 4713. *c.*), inter annos p. Chr. 109-117. positum esse. Verba vss. 10. 11. ὑπὲρ τῆς σωτηρίας αὑτοῦ πάντων ἔργων Letronnius ita accipit, ut architectus ea de suo addidisse censendus sit, qui dedicata ara nomine aliorum simul pro se suisque operibus vota fecerit. Unde scripsit αὑτοῦ. Non obsum. Quamquam videri potest architectus primum ex praescripto dedisse ὑπὲρ τῆς — τύχης, deinde de suo addidisse ὑπὲρ τῆς σωτηρίας αὑτοῦ cet. quo declararet etiam sua ipsius vota pro Imperatore. Ceterum nec commode exposuit sententiam suam et melius dixit Epaphroditus ὑπὲρ τῆς — ἐπιτυχίας n. 4713. *f.* De duplici formula ὑπὲρ — ὑπὲρ - - conf. n. 4714. *c.*

4713. *f*.

Ibidem, in statione, cui nomen Ὕδρευμα Τραϊανὸν Δακικόν, quum alia multa visuntur rudera aedificiorum, tum templum opere Corinthiaco inchoatum, cuius in epistylio est haec inscriptio; eam ex schedis G. Wilkinsoni edidit Letronnius Recueil des inscr. cet. T. I. p. 153. n. XVI. Locum descripsit G. Wilkinsonus Journ. of the Roy. Geogr. Soc. of Lond. T. II. p. 53. unde hausit Letronnius l. c. p. 149 sq.

[*Textum vide pag. seq.*]

Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ αἰωνίου νίκης Αὐτοκράτορος Καίσαρος Τραϊανοῦ Ἀδριανοῦ Σεβαστοῦ καὶ τοῦ σύνπαντος αὐτοῦ οἴκου καὶ τῆς τῶν ὑπὸ αὐτοῦ ἐπιταγέντων ἔργων ἐπιτυχίας Διῒ Ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς τὸν ναὸν καὶ τὰ περὶ τὸν ναὸν πάντα Ἐπαφρόδειτος δοῦλος Σειγηριανός, μισθωτὴς τῶν μετάλλων, κατ[ε]σκεύασεν ἐπὶ Ῥαμμίῳ Μαρτιάλι ἐπάρχῳ Αἰγύπτου· ἐπιτρόπου τῶν μετάλλων Χρησίμου Σεβαστοῦ ἀπελευθέρου, ὄντος πρὸς τοῖς τοῦ Κλαυδιανοῦ ἔργοις Ἀουΐτου χιλιάρχου σπείρης πρώτης Φλαουΐας Κιλίκων ἱππικῆς· [L] β̅ Αὐτοκράτορος Καίσαρος Τραϊανοῦ Ἀδριανοῦ Σ(εβαστοῦ), Φαρμουθὶ κ̅η̅.

De hoc titulo et de consimili n. 4713. quae dici possunt, Letronnius occupavit omnia. Uterque titulus eodem fere tempore positus videtur. N. 4713. *f.* designatur annus II. Imp. Hadriani, mensis Pharmuthi d. XXVIII. quae designatio ex calendario Aegyptiorum respondet d. XXIII. mensis Aprilis anni p. Chr. 118. Hadrianus capessit imperium, turbatis undique provinciis et partim rebellantibus. Hinc formula vs. 1. ὑπὲρ σωτηρίας καὶ αἰωνίου νίκης. Additur καὶ τῆς τῶν ὑπὸ αὐτοῦ ἐπιταγέντων ἔργων ἐπιτυχίας, in quo vox ἔργα de quibusvis operibus accipienda est, non de lapicidinis solum. Cf. n. 4713. *e.* Templa Sarapidi exstruxit Epaphroditus redemptor lapicidinarum non de suo, sed nomine Rhammii Martialis praefecti Aegypti. De formula ἐπὶ τῷ δεῖνι cf. n. 4713. *d. e.* 4843. Epaphroditus in altero titulo n. 4713. *f.* audit δοῦλος Σειγηριανός, in altero n. 4713. Καίσαρος Σιγηριανός, ut in altero intelligendum sit Καίσαρος, in altero δοῦλος. Ellipsis, qua vox δοῦλος intelligenda est, certe in titulis Latinis non ita rara; conf. Orell. n. 2852. 2853. Altera, qua Καίσαρος, ferri posse videtur. Nam publicanus, qualis est qui lapicidinas habet, si se δοῦλον praedicat, Καίσαρος δοῦλον innuit, nihil ultra. Hic igitur servus Caesaris cognomen habet Σιγηριανός, quod nomen recte a Σιγήρῳ repetit Letronnius. Σίγηρος est *Tacitus* Latinis. Sigerus quidam s. Sigerius Epaphroditi haud dubie nutricius fuit. Coniecit Letronnius Sigerium Caesaris libertum, qui fuit inter percussores Domitiani (Dio Cass. LXVII, 15. Martial. Epigr. IV, 78. Tertullian. in Apolog. c. 35. p. 300. Hav.), hunc ipsum Epaphroditi nostri nutricium fuisse. Addicunt tempora; res tamen dubia est. Incipiente imperio Hadriani praefectum Aegypti fuisse Rhammium Martialem hi tituli docent. Q. Rhammius Martialis praef. leg. fuit a. XIV. Imp. Traiani, a. p. Chr. 111. (vide Gruter. p. CXXVII. 5.), qui quin idem sit noster Rhammius Martialis, non est cur dubitemus. Hic igitur extremo imperio Traiani successisse videtur ei, qui anno XIX. Imp. Traiani praefectus Aegypti fuit, Marcio Turboni (Ael. Spart. in Adrian. 7.). Sed tribus annis et decem mensibus post dedicata templa montis Claudiani T. Haterius Nepos Aegypto praefuit, quippe qui ad Memnonem se accessisse a. VI. Imp. Hadriani, mensis Mechir d. 8. (i. e. ex calendario Aegyptiorum anno V. eiusdem principis, d. 19. mensis Febr.) posito titulo testetur (cf. Letronnius Mém. sur la stat. Memn. p. 134.). Iam vero hic ex quo tempore sortitus accesserit ad Me-

ΥΠΕΡϹΩΤΗΡΙΑϹΚΑΙΑΙΩΝΙοΥΝΙΚΗϹΑΥΤοΚΡΑΤοΡοϹΚΑΙϹΑΡοϹΤΡΑΙΑΝοΥΑΔΡΙΑΝοΥϹΕΒΑϹΤοΥΚΑΙΤοΥϹΥΝΠΑΝΤοϹΑΥΤοΥΟΙΚοΥ
ΚΑΙΤΗϹΤΩΝΥΠΟΑΥΤοΥΕΠΙΤΑΓΕΝΤΩΝΕΡΓΩΝΕΠΙΤΥΧΙΑϹ
ΔΙΗΛΙΩΙΜΕΓΑΛΩΙϹΑΡΑΠΙΔΙΚΑΙΤοΙϹϹΥΝΝΑοΙϹΘΕοΙϹΤοΝΝΑΟΝΚΑΙΤΑΠΕΡΙΤοΝΝΑοΝΠΑΝΤΑ
ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤοϹΔοΥΛοϹϹΕΙΓΗΡΙΑΝοϹΜΙϹΘΩΤΗϹΤΩΝΜΕΤΑΛΛΩΝΚΑΤΑϹΚΕΥΑϹΕΝ
ΕΠΙΡΑΜΜΙΩΙΜΑΡΤΙΑΛΙΕΠΑΡΧΩΙΑΙΓΥΠΤοΥ ∽ ΕΠΙΤΡοΠοΥΤΩΝΜΕΤΑΛΛΩΝΧΡΗϹΙΜΟΥϹΕΒΑϹΤοΥΑΠΕΛΕΥΘΕΡοΥ
ΟΝΤΟϹΕΠΡοϹΤοΙϹΤοΥΚΛΑΥΔΙΑΝοΥΕΡΓοΙϹΑοΥΙΤοΥ ☧ ϹΠΕΙΡΗϹΠΡΩΤΗϹΦΛΑοΥΙΑϹΚΙΛΙΚΩΝΙΠΠΙΚΗϹ
Β̄ΑΥΤοΚΡΑΤοΡοϹΚΑΙϹΑΡοϹΤΡΑΙΑΝοΥΑΔΡΙΑΝοΥ ∽ S ∽ ΦΑΡΜοΥΘΙ Κ̄Η̄

mnonem, nescimus. Itaque satis brevis fuerit Rhammii Martialis magistratus (cf. Introd. p. 312. *a.*). Iam quum diserte referatur templa illa, quibus inscripti sunt n. 4713. et 4713. *f.*, inchoata esse, non absoluta, ea res nunc facile explicari potest. Letronnius dicit: „*Dans son empressement à exécuter l'ordre de son chef, Épaphrodite avait entrepris les deux temples à la fois; il en faisait marcher de front la bâtisse: il ne comptait pas que la mort de l'empereur viendrait si tôt déranger les projets de Martialis; et, dans sa confiance de mettre à fin l'oeuvre commencée, il avait déjà préparé l'architrave de la façade et inscrit d'avance la dédicace qui devait transmettre à la postérité son nom avec celui du gouverneur.*" Procurator metallorum M. Ulpius Chresimus, ut est n. 4713. Caesaris libertus audit, haud dubie Traiani, cuius praenomina gerit. Praeter procuratorem metallorum addita est etiam auctoritas tribuni cohortis, quae tum in monte Claudiano agebat. De cohortibus cf. Introd. p. 313. *b.* 314. *b.* Egisse Traiano Imp. in his stationibus etiam cohortes legionibus adscriptas docet titulus Latinus statim afferendus et n. 4713. *d.* Tribunus igitur Avitus praepositus tum fuit operibus in monte Claudiano. Ad Κλαυδιανοῦ intellige ὄρους. Nomen hoc montis luculentius demonstrat inscriptio arae ibidem repertae in aedificio quodam, ex schedis G. Wilkinsoni a Letronnio edita n. XLII.

ANNIVS · RVFVS 7 LEG X̄V̄
APOLLINARIS · PRAEPOSITVS
AB · OPTIMO · TRAIANO
OPERI · MARMORVM · MONTI
CLAVDIANO · V · S · I · A ·

hoc est: *votum solvit lubenti animo.* Nomen a Claudio Imp. monti inditum demonstravit Letronnius p. 141 sq. 168 sq. collato loco Pliniano (H. N. XXXVI, 7. §. 57. Sill. 11.): „*Statuas porphyrite Claudio Caesari procurator eius in urbem ex Aegypto advexit Vitrasius Pollio, non admodum probata novitate. Nemo certe postea imitatus est.*" Titulus n. 4713. in fine mutilus est. Rufus Proculeianus ibi tribunus est cohortis et praepositus operi marmorum in monte Claudiano. Iam etsi eodem tempore inscripti sunt tituli n. 4713. et n. 4713. *f.* tamen alius tribunus n. 4713. *f.* alius n. 4713. apparet. Inde colligi potest, aliam in utraque statione cohortem egisse, vel eiusdem cohortis quum omni semestri alius esset tribunus (Plin. Epist. IV, 4, 2. Iuv. Sat. VII, 89. interpret.), alterutrum titulum sex mensibus post alterum inscriptum esse. Nihil autem obstat quo minus utrique stationi propriam cohortem datam esse credamus, quum altera ab altera L - LV. mil. geogr. distet (cf. Introd. p. 321. *a.*).

4714.

Panopoli s. Chemmi, hodie Achmim, inter rudera templi ex coniectura Champollionis (Lettres écrites d'Ég. p. 88.) regnante Ptolemaeo Philopatore exstructi, in epistylio, alto octo pedes, longo octodecim, crasso tres. Lapis hieroglyphis ornatus est, quae aetatem eam produnt qua hieroglypha pronai Pselci exstructi facta sunt. Edidit Pocock. Descr. Or. T. I. p. 277. n. 4. Hamilton Aegypt. p. 263. Ex delineatione Jomardi edita est in Descr. Aegypt. Antt. Vol. V. tab. 56. n. 13. Ex delineatione Wilkinsoni edidit Young. Hieroglyph. Vol. II. tab. 45. Nuper transcripsit Nestor L'Hôte Lettres écrites d'Ég. p. 155. ex cuius apographo ibid. tractavit Letronnius p. 156 sqq. Aliquot litteras dedit Granger Voyage cet. p. 85. Citat Bruce Travels T. I. Append.

p. CCLXXIV. ed. Murray. Tractarunt Walpol. Mem. II. p. 592. Letronnius Journ. des Sav. 1821. Mart. p. 182. inprimis Rech. sur l'Ég. p. 194 sqq. (cf. p. 471.) et Recueil des inscr. Gr. et Lat. d'Ég. T. I. p. 103 sqq. n. XIII. (cf. tab. VI. b. f.)

◡POCKAICAPOCTPAIANOYCЄBACTOYΓЄPMANIKOYΔAKIKOY
KAITOYΠANTOCAYTOYOIKOYΠANIΘЄΞΞIMЄΓICTΞΞI
TIBЄPIOCKΛAYΔIOCTIBЄPIOYKΛAYΔIOYNЄPΞΣNOCYIOCKOYIPINAAΠOΛΛINAPIC
TΞΞNKЄXЄIΛIAPXHKOTΞΞNK ICTPIΞΞIΔOCKAIΠANOCΘЄΞΞNMЄΓICTΞΞN
ЄΠI ΠI.I.CYY ◡ II ЄΠAPXOYAIΓYΠTOYHPΞATOTOЄPΓON
CYNЄTЄΛЄCΘHΔЄ
ĪB AYTOKPATOPOCKAICAPOCTPAIANOYCЄBACTOYΓЄPMANIKOYΔAKIKOY ΠAXΞΞNĪЄ

Dedi optimum apographum Wilkinsoni, in quod apographum sero incidit Letronnius, qui praeterea aliud Wilkinsoni exemplum dedit tab. VI. f. Omitto Jomardi apographum, quod cum exemplo Pocockiano ut plurimum consentit. Vs. 1. init. post lacunam Poc. OICЄKAICAKI..., Ham. IOCKAIC..., Wilk. ◡IOC KAIC—, L'Hôt. IOOKAIC...; deinde post aliam maiorem lacunam Ham. ANOYCЄBACTOYΓЄPMA NIKOY..KIKOY..., L'Hôt. \NCICCIΛCI...CI MANIKOY ΛKIKO, ex quibus paucas tantum litteras habet Pocockius. Vs. 2. init. Poc. lacunam notat ante KAIT cet. male; deinde in hoc versu Wilkins. dederat Λ pro A; post MЄΓICTΞΞI (Wilk. MЄ ΓIЄTΞΞI) lacunam notat Ham. male. Vs. 3. med. post lacunam L'Hôt. ΞΣNOCYIOCKOYIIIINΛ (Wilk. KOYIPINΛ). Vs. 4. init. ante TΞΣN lacunam notant Poc. Ham.; deinde post KOTΞΣN Grang. addit K, quod recepi; post lacunam Poc. ıICTPIαIЄ ΔOCICAI cet., Ham. ICTPIΞΣIΔOCKAI cet., L'Hôt. ICTPIΞ|ΣIΔOCKAI cet., sicut Wilk. Nota formam litterae Φ. In fine Ham. addit IO. Vs. 5. Poc. - - - - - CYIIC....T[C]..II - - - - et nihil amplius, Ham. ....ЄΠIΠ....IOY (sequitur lacuna) APXO (sequitur lacuna) HPΞATOЄPΓON, L'Hôte in hoc versu nihil habet nisi IΛIXOYΛ MYΓΠT(IIIPΞATOTOЄPΓ(.........., nomina eparchi de industria deleta referens. Vs. 6. Poc. CYNЄTЄΛЄCOIIΔC, Ham. CYNЄTЄΛЄCAN ΔO, L'Hôt. CYNЄTЄΛЄCΘHΛC (Wilk. pro ΘH habet ON). Ceterum ante has litteras lacunae signum addit Pocockius, Hamiltonus et ex L'Hôte Letronnius etiam post. Sed neque ante nec post eas excidit quidquam. Nam versus huius tituli ad symmetriam quandam dispositi sunt. Conf. Ross. Inscr. inedd. Fasc. II. n. 153. *b*. Vs. 7. init. Poc. ĪIB (quod est L ĪB) et deinde AYTOKPATOPOCKAICAPOC NЄPOYATPAIANOYCЄBACTOYΓЄPMANIKOY nihil amplius; Hamilt. inter TOPOC et OY lacunam notat, in fine autem habet ΔAKIKOYYΠAPXΞΣN TOC; L'Hôte nihil in hoc versu nisi OYCЄBAC TOYΓЄPMANIKOY, utrimque lacuna notata. Vocem NЄPOYA neque vs. 7. neque vs. 1. locum habere litteris ad Letronnium datis testatur Wilkinsonus. In exemplo a Letronnio dato tab. VI. f. ultima leguntur ΠAXΞΞNĪΘ. Formam litterae Ω vulgo apographa repraesentant ΞΣ.

Ὑπὲρ Αὐτοκράτο]ρος Καίσαρος Τραϊανοῦ Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ Δακικοῦ καὶ τοῦ παντὸς αὐτοῦ οἴκου Πανὶ θεῷ μεγίστῳ Τιβέριος Κλαύδιος Τιβερίου Κλαυδίου Νέρωνος υἱὸς Κουϊρίνᾳ Ἀπολλινάρις, τῶν κεχειλιαρχηκότων κ[αὶ προστάτη]ς Τρίφιδος καὶ Πανὸς θεῶν μεγίστων.
5 *Ἐπὶ - - - - - - - - - - - - ἐπάρχου Αἰγύπτου ἤρξατο τὸ ἔργον, συνετελέσθη δὲ (ἔτους) ιβ Αὐτοκράτορος Καίσαρος Τραϊανοῦ Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ Δακικοῦ, Παχὼν ιε.*

Aliter Letronnius, qui spatia vss. 4. 5. 6. utrimque relicta explevit festinantius, usus apographis Pocockii, Hamiltoni, quae sane deducere in eum errorem potuerunt. Idem tamen vs. 7. extr. ex lectione Hamiltoni YΠAPXΞΣNTOC egregie exsculpsit ΠA XΞΣNIЄ; quae coniectura confirmatur Wilkinsoni apographo. Opus ab Apollinario Pani exstructum non indicatum est. Potest tamen *πρόπυλον* esse; quae Letronnii sententia est. Sed probare non possumus confidentiam eius vss. 4. extr. et 5. init. TOΠPOΠYΛON reponentis, etsi lectio Hamiltoni vs. 4. extr. invitare ad talem coniecturam videatur. Nec magis quidquam deesse videtur vs. 4. init. quum nihil obstet quo minus quadratarium ibi putemus paulum aberrasse a symmetria versuum ceterorum. Accedit quod *τῶν κεχειλιαρχηκότων* melius dictum est quam *ἀπὸ τῶν κεχειλιαρχηκότων*. Inscriptio quum longior sit nec locum invenerit in coronide, ubi tales

tituli inscribi vel aetate Tiberii solebant, in epistylio posita est. In quam rem Letronnius confert titulum n. 4948. (cf. n. 4712.) Nomen deae ΤΡΙΦΙΔΟΣ confirmatur titulo n. 4711. ubi vide quae annotavimus. Hanc deam titulus noster docet etiam in urbe Panis (Chemmis) cultam fuisse, non solum in duabus urbibus Aegypti cognominibus (vide n. 4711.). Ante id nomen in lacuna κ[αὶ προστάτη]ς vel κ[αὶ ἐπιστάτη]ς interiisse pridem coniecerat Letronnius. Illud confirmat titulus n. 4711. Fuit igitur Apollinaris προστάτης τοῦ ἱεροῦ vel ἐπιστάτης τῶν προσόδων τοῦ ἱεροῦ (vide Introd. p. 305. b.). Quod Letronnius putat Claudium Apollinarium potuisse esse filium Claudii Apollinaris qui praefuit classi Misenensi a. p. Chr. 69. (Tacit. Hist. III, 57. 76. 77.) non videmus quomodo id conciliari possit cum extremis litteris nominis patris in lapide residuis, etiamsi de syllaba punctis delineata a Wilkinsono dubites. Subscriptus est annus XII. Imp. Traiani, dies 15. mensis Pachon, i. e. a. p. Chr. 109, dies 10. mensis Maii. Iam anno XII. Traiani praefectum Aegypti fuisse Sulpicium Simium docet titulus n. 4713. c. Hinc Letronnius, qui neglexit formam tituli etiam vss. 5. 6. utrimque nonnulla excidisse ratus, in lacuna fidenter ἐπὶ [Λευκίου Σουλπικίου Σιμίου] reposuit. Rationes singulas percensere Letronnii supervacaneum iudicamus, postquam compertum est Apollinarium in fine tituli simpliciter addidisse quando inchoatum opus esset, quando absolutum. Ἤρξατο τὸ ἔργον est fere ἤρξατο τὸ ἔργον γιγνόμενον, *inchoatum est opus.* Hoc ut ita accipiamus, facit quod in versu sequenti sequitur συνετελέσθη δέ, quae unice vera lectio est. Inchoatum est autem opus Apollinarii ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἐπάρχου Αἰγύπτου, absolutum a. XII. Imp. Traiani cet. Igitur inter opus faciendum aliquot anni effluxerunt. Iam quattuor annis ante a. 109. praefectus Aegypti fuit C. Vibius Maximus, ut docet titulus Memnoni colosso inscriptus (vide Introd. p. 311. b.). Videndum igitur ne hic fuerit praefectus, sub quo inchoatum opus est Apollinarii. Et ΓΑΙΟΥ quidem coniicias latere in ductibus apographi Wilkinsoniani. Structura verborum nihil habet quod offendat; nec quidquam cogit ut verbis ἤρξατο τὸ ἔργον novam sententiam censeamus incipere. Quaerere autem, cur auctor ad priorem epocham indicandam usus sit praefecto Aegypti, non anno Imperatoris, id vero hominis est nimium curiosi.

4714. *b.*

In hypogeo prope vicum Hamalyeh, duobus miliariis a castello Soagghie Africum versus super portam; edidit Nestor L'Hôte Lettres écrites d'Égypte p. 126.

ΕΡΜΙΟΥΤΟΥΑΡΧΙΒΙΟΥΟΤΑΦΟΣ

Ἑρμίου τοῦ Ἀρχιβίου ὁ τάφος.

4714. *c.*

In parietinis *Abydi* in stela; transcripsit Nestor L'Hôte Lettres écrites d'Ég. p. 156. 161. ubi tractavit Letronnius. Idem repetiit Recueil des inscr. cet. T. I. p. 450. n. XLIX. (cf. tab. VI. g.)

ΥΠΕΡΤΥΧΗΣϹΕΒΑϹΤ..ΝΑΦΡΟΔΙΤΗΘΕΑ
ΜΕΓΙϹΤΗΑΠΟΛΛϹ......ΑΤΡΟϹΑΠΟΤΕΛ
..ΡΩΝΑΝΥΚΟΔΟΜΗϹ..ΤΟΤΙΧΟϹΥΠΕΡΤ..

Ὑπὲρ τύχης Σεβαστ[ῶν] Ἀφροδίτῃ θεᾷ μεγίστῃ Ἀπολλ[ώνιος ἰ]ατρὸς ἀπὸ Τε[ντύ]ρων ἀνυκοδόμησ[ε] τὸ τῖχος ὑπὲρ τ - -

Restituit Letronnius. Titulus non superior est aetate M. Aurelii et L. Veri et, ut videtur, longe inferior. Apollonius medicus Tentyrites Veneri deae primariae patriae suae (cf. n. 4715.) reparavit murum, haud dubie pro salute suorum vel aliorum (ὑπὲρ τ - -), quos ope Veneris curaverat. De duplici formula ὑπὲρ — τύχης, ὑπὲρ τῶν καὶ τῶν conf. n. 4713. e. et 4716. c. Vs. 3. ἀνυκοδόμησε i. e. ἀνοικοδόμησε (pro ἀνῳκοδόμησε), frequenti mutatione diphthongi ΟΙ. Similiter τῖχος p. τεῖχος ex pronunciatione recentiore.

4715.

Tentyris, hodie Denderah, supra portam muri templum cingentis in utroque latere coronidis; in templo repraesentatus est zodiacus, ut n. 4831. conf. n. 4823. Edidit Denon Itin. Aegypt. editionis minoris T. II. p. 212. Hamilton Aegypt. p. 207. Ex Jomardi delineatione edita est in Descript. Aeg. Antt. T. V. tab. 56. n. 11. 12. Tractarunt Sam. Henley in Mag. encycl. VI. p. 544 sqq. Champollion-Figeac Lettre sur l'inscription grecque du temple de Denderah, Grenoble 1806. Letronnius Journ. des Sav. Jul. 1821. p. 302 sqq. conf. p. 451 sqq. Recherches sur l'Ég. p. 155-171. Recueil des inscr. Gr. et Lat. d'Ég. T. I. p. 80 sqq. n. IX. (conf. tab. V. f.)

[*Textum vide pag. seq.*]

Auctores descriptionis loci Denderah p. 50. et Hamiltonus fere perfectum praestiterunt apographum, ut nihil opus sit in varietate lectionis enarranda tempus consumere. Jomard, qui ex utroque latere transcripsit titulum, alterum exemplum mutilum praebet. In utroque versus tres absolvunt titulum; in altero vocula ΚΑΙ vs. 2. init. in finem versus primi reiecta comparet.

Ὑπὲρ Αὐτοκράτορος Καίσαρος, θεοῦ υἱοῦ, Διὸς Ἐλευθερίου, Σεβαστοῦ, ἐπὶ Ποπλίου Ὀκταυΐου ἡγεμόνος καὶ

ΥΠΕΡΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣΚΑΙΣΑΡΟΣΘΕΟΥΥΙΟΥΔΙΟΣΕΛΕΥΘΕΡΙΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥΕΠΙΠΟΠΛΙΟΥΟΚΤΑΥΙΟΥΗΓΕΜΟΝΟΣ
ΚΑΙΜΑΡΚΟΥΚΛΩΔΙΟΥΠΟΣΤΟΜΟΥΕΠΙΣΤΡΑΤΗΓΟΥΤΡΥΦΩΝΟΣΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣΟΙΑΠΟΤΗΣΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ
ΚΑΙΤΟΥΝΟΜΟΥΤΟΠΡΟΠΥΛΟΝΙΣΙΔΙΘΕΑΙΜΕΓΙΣΤΗΙΚΑΙΤΟΙΣΣΥΝΝΑΟΙΣΘΕΟΙΣΕΤΟΥΣΛΑΚΑΙΣΑΡΟΣΘΩΥΘΣΕΒΑΣΤΗΙ

Μάρκου Κλωδίου Ποστόμου ἐπιστρατήγου, Τρύφωνος στρατηγοῦντος, οἱ ἀπὸ τῆς μητροπόλεως καὶ τοῦ νομοῦ τὸ πρόπυλον Ἴσιδι θεᾷ μεγίστῃ καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς ἔτους λα Καίσαρος, Θωὺθ Σεβαστῇ.

Imperator est Augustus, qui nunc Ζεὺς Ἐλευθέριος audit (cf. titulum n. 4923.); quo elogio ornatur etiam Antoninus (vide Vol. I. n. 350. 1313. 1314.). Alabadensibus Augustus videtur Ἀπόλλων Ἐλευθέριος dictus esse (vide Vol. II. n. 1903. *f.* in Add. p. 1122.). Hamiltoni sententiam de alio Imperatore cogitantis quum usus titulorum in honorem Augusti positorum refellit, tum temporis quae subscripta est designatio. Annus Imperatoris est XXXI., qui et ipse unice Augusto convenit. Annus hic incidit in primum annum epochae Christianae. In fine additum est Θωὺθ Σεβαστῇ, *die Augusta mensis Thoyth*, ut pluribus recte interpretatus est Letronnius (cf. ad n. 4957.). Dies haec est ἐπώνυμος (cf. n. 4697. ad vs. 47.) et, ut Letronnius probabiliter exposuit, ipsa natalis Augusti, siquidem dies IX. Kal. Oct. quo natus est Augustus, respondet diei XXVI. mensis Thoyth (diei XXIII. m. Septembris) ex calendario Alexandrino fixo. Nam ex calendario vago dies natalis Augusti incideret in diem II. mensis Phaophi. Quippe annos Augusti computabant Aegyptii non ex primo die mensis Augusti, sed ex die XXIX. mensis eiusdem, qui est dies I. mensis Thoth anni 30. ante Chr. (conf. Introd. p. 309. *a.*) Sequitur annum XXXI. Caesaris incepisse die XXIX. mensis Augusti anni I. epochae Christianae. Igitur dies XXIII. mensis Septembris eiusdem anni est dies Augusta tituli nostri, qua propylon dedicarunt Tentyritae. Templum Isidis Tentyrorum memorat Strabo XVII, 815. ubi dicit pone templum Veneris esse, cuius cultus praecipuus apud Tentyritas (cf. n. 4716.). Praefecti Aegypti imperante Augusto nondum omnes innotuerunt. Quae inde ab Aelio Gallo (a. a. Chr. 20.) usque ad Aemilium Rectum (incipiente Tiberio) lacuna praefectorum est relicta, eius partem complet Publ. Octavius (cf. Introd. p. 310. *a.*).

4716.

Tentyris, hodie Denderah, in magno templi pronao, in coronide; verba aliquot edidit Murator. T. I. p. CCXXIV. 1. cum Lat. interpr. missu Bimardi; plenius edidit Hamilton Aegypt. p. 206. Jollois et Devilliers in Descript. de l'Ég. Antiq. descr. T. II. p. 57. et ex Gavii schedis Niebuhr. Inscr. Nub. p. 13. Praeterea Gau ipse Itin. Nub. tab. 1. Tractavit Letronnius Journ. des Sav. Mart. 1821. p. 175 sq. conf. p. 451 sqq. Recherches sur l'Ég. p. 172-193. qui habuit etiam ex schedis Gavii, et Recueil des inscr. Gr. et Lat. d'Ég. T. I. p. 87 sqq. (conf. tab. v. g.)

[*Textum vide pag. seq.*]

Apographum dedimus ex Hamiltono et Gavio compositum. Hamilt. ubique C, Gav. Ϲ. Vs. 1. extr. quae post ϹΕΒΑϹΤΟΥΥΙΟΥΕ sequuntur, Gavius refert scalpro deleta esse, ita tamen, ut lumine benigno ductus aliqui et characteres etiam nunc legi possint (vid. Wilkinsonus Topogr. of Theb. p. 404.); id quod testantur apographa Hamilt. et Joll. et Devill. Gavius ibi lacunam notavit divinans tamen legendum videri ΑΟΥΙΛΙΟΥΦΛΑΚΚΟΥΗΓΕΜΟΝΟϹ, Joll. et Dev. habent ΕΠΙΛΥ.. ΟΥΦΑΛΙΚΟΥ et post ΛΥ quattuor litteras deesse coniiciunt potius quam sciunt; Hamilt. habet quod dedi. Nulla igitur causa est cur nomina

ΥΠΕΡΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹΤΙΒΕΡΙΟΥΚΑΙϹΑΡΟϹΝΕΟΥϹΕΒΑϹΤΟΥΘΕΟΥϹΕΒΑϹΤΟΥΥΙΟΥΕΠΙΛΥ....ΜΟΠΛ.ΟΥΦΑΛΙΚΟΥ..
..........ΑΙΙΙV'......ΙΟΥ . . . . . . /ϹΑΡΑΠΙΩΝΟϹΤΡΥΧΑΜΒΟΥϹΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟϹΟΙΑΠΟΤΗϹΜΗΤΡΟ
ΠΟΛΕΩϹΚΑΙΤΟΥΝΟΜΟΥΤΟΠΡΟΝΑΟΝΑΦΡΟΔΙΤΗΙΘΕΑΙΜΕΓΙϹΤΗΙΚΑΙΤΟΙϹϹΥΝΝΑΟΙϹΘΕΟΙϹ . . . ΓΤΙΡ ....

Ὑπὲρ Αὐτοκράτορος Τιβερίου Καίσαρος, νέου Σεβαστοῦ, Θεοῦ Σεβαστοῦ υἱοῦ, ἐπὶ Αὐ[κίου Ἀ]ο[υι]λ[λ]ίου Φ[λάκ]κου [ἡγεμόνος καὶ] Α[ὔλου Φωλμίου Κρίσπ]ου [ἐπιστρατήγου,] Σαραπίωνος Τρυχάμβου στρατηγοῦντος, οἱ ἀπὸ τῆς μητροπόλεως καὶ τοῦ νομοῦ τὸ πρόναον Ἀφροδίτῃ, Θεᾷ μεγίστῃ, καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς. [L - Τιβερ]ίου Καίσα[ρος - - -

praefecti invidia erasa esse cum Niebuhrio putemus, qui et ipse de Flacco cogitavit. Letronnius in Add. varias lectiones afferens ex apographo Wilkinsoni dicit vs. 1. esse ΕΠΙΑΟΥΙΛΛΙΟΥ, non ΑΥΙΛΛΙΟΥ. Ex quo coniicias in apographo Wilkinsoni spatium, quod Hamiltonus explevit ductibus ΑΥ.....ΜΟΠΛ.ΟΥ, sola voce ΑΟΥΙΛΛΙΟΥ expleri. Vs. 2. ante ϹΑΡΑ ΠΙΩΝΟϹ notatur lacuna; in ea lacuna Hamiltonus litteras praebet C..O infra OPOC lineae superioris positas; Gav. ductus eos habet, quos dedimus. G. Wilkinsonus (l. c. p. 404.) ibi exsculpsit epistrategi nomina: *Aulus Folmius Crispus* et diserte in apographo quod communicavit cum Letronnio ΚΑΙΑΥ ΛΟΥΦΩΛΜΙΟΥΚΡΙϹΠΟΥ. Nomen ϹΑΡΑΠΙΩΝΟϹ ap. Hamilt. infra ΟϹΝΕΟΥϹΕΒΑϹ superioris lineae positum est, ap. Gav. infra ΤΟΥΘΕΟΥϹΕΒ, haud dubie rectius; nam vs. 2. init. spatium requiritur idoneum recipiendis litteris circiter xxxviii. Ibid. post ϹΑΡΑΠΙΩΝΟϹ Hamilt. ΤΡΥΚΑΜΒΟΥ, Gav., Joll. et Dev. ΤΡΥΧΑΜΒΟΥ. Ibid. extr. O omittit Gav. habet Hamilt. Vs. 3. init. Joll. et Dev. ΤΟΝΠΡΟΝΑΟΝ, quod videtur coniecturae deberi; Gav. ΤΟΠΡΟΝΛ I, Wilk. ΤΟΠΡΟΝΑΟΝ. Deinde Gav. ap. Nieb. ΑΦΡΟ ΔΕΙΤΗ, ipse edidit ΑΦΡΓΛΓΤΗΙ. Post ΘΕΟΙϹ (Gav. ΘΕΟϹ) teste Hamiltono desunt litterae xvii-xviii., Gav. ap. Nieb. ibi habet ....CIP...., ipse edidit ....Γ.ˑΡ.Γ.........., quibus ductibus notante Letronnio subesse videtur ΤΙ]ΒΕΡΙ[ΟΥ, quod confirmavit apographum Wilkinsoni, in quo teste Letronnio ....ΙΓΙΟΥΚΑΙϹΑ....

Avillius Flaccus est celeber ille inimicus Iudaeorum, contra quem Philo libellum composuit. Novimus ex Philone Flaccum Aegypto praefuisse annos sex, quinque Tiberio imperante, unum incipiente Caligula (cf. Introd. p. 310. *b.*). Ex quo apparet praefuisse eum Aegypto annis p. Chr. 32 - 37. qui sunt anni Tiberii xix - xxiii. vel secundum Aegyptiacam computandi rationem anni xx - xxiv. Hinc in designatione temporis (vs. 3. extr.) potest scriptum fuisse $\overline{\text{K}}$ vel $\overline{\text{KA}}$ vel $\overline{\text{KB}}$ vel $\overline{\text{K}\Gamma}$ vel $\overline{\text{K}\Delta}$. Praenomen Flacci de coniectura dedimus. Apud Philonem solum *Avillius Flaccus* (Ἀουίλλιος Φλάκκος) vocatur. Tiberius hoc in titulo νέος Σεβαστός, *alter Augustus*, audit, quod elogium notante Letronnio ad apotheosin Augusti referendum videtur. Certe Σεβαστός, praeposita voce νέος, pro dei nomine censetur. Datum hoc elogium Tiberio haud dubie ob beneficia collata in Aegyptum (conf. Letronnius Recueil cet. p. 91 sq.). Idem elogium postea tulit etiam Nero quinto imperii anno in nummo quodam (vide Mionnet Catal. VI. p. 66. n. 181.), et Faustina νέα Σεβαστή vocata est (vide Eckhel. D. N. T. VII. p. 81.). Vs. 2. Σαραπίωνος Τρυχάμβου videtur esse pro Σαραπίωνος τοῦ καὶ Τρυχάμβου. Vs. 3. neutrum τὸ πρόναον habes etiam alibi, ut in titulo Andrio Vol. II. Add. p. 1067. n. 2349. *d.* et huius Vol. n. 4401. 4711. 4955. Post anni imperii designationem sequebatur mensis et dies. Hunc restitutum ivit Letronnius ad exemplum tituli n. 4715. Quippe Tentyritas, quemadmodum ad dedicandum propylum templi Isidis diem natalem elegerunt Augusti, etiam hac in dedicatione suspicatur adoptasse diem natalem Tiberii. Iam Tiberius natus est die xvii. mensis Novembris, qui respondet diei xxi. mensis Athyr in calendario Alexandrino fixo. Itaque Letronnius proposuit:

[L - ΤΙΒΕΡ]ΙΟΥΚΑΙϹΑ[ΡΟϹΑΘΥΡΚΑ]

Templum hoc Veneris, cuius pronaos exornatus est imperante Tiberio, una cum templo Isidis tituli n. 4715. memorat Strabo XVII, 815. qui idem auctor est Veneris cultum praecipuum fuisse apud Tentyritas. Nempe numen Aegyptiacum est Athor, cuius templum erat (cf. Champollion Lettres écrites d'Ég. p. 92.). Eam deam pro Venere habuerunt Graeci. Docuit praeterea Champollio (Gramm. Ég. p. 158.) nomen urbis hieroglyphicum esse „*demeure d'Athor*",

et Wilkinsonus (Manners and customs cet. T. IV. p. 390.) annotavit nomen vulgare *Tentyra* ex nomine Aegyptiaco *Teinathor* s. *Tinatyr* i. e. „*demeure d'Athor*" corruptum esse.

4716. *b.*

Tentyris, hodie Denderah, in plano summo coronidis pronai; transcripsit Caillaud; tractavit Letronnius Recueil des inscr. cet. T. I. p. 97 sq.

ΕΙΛΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣΤ
ΙΒΕΡΙΟΥΑΙΣΑΜΙΡΟΣΝΟΥΣ
ΕΒΑΣΤΟΥΟΥΣΕΟΥΣΣRΑΣΤΟΥΟ
ΣΟΥΕΒΑΣΤΟΥ

Ἐ[πὶ Α]ὐτοκράτορος Τιβερίου [Κ]αίσαρος, ν[έ]ου Σεβαστοῦ, [Θ]εοῦ Σ[εβ]αστοῦ [υἱ]οῦ, [Σ]εβαστοῦ - - -

Nihil deesse videtur nisi designatio anni et mensis. Ex loco, ubi incisus titulus est, Letronnius recte videtur colligere architectos eum privatim scripsisse nulla publica auctoritate, et satis quidem festinanter. Hinc explicamus etiam illud *Σεβαστοῦ* in fine appositum, quo non opus erat post elogium *νέου Σεβαστοῦ* (cf. n. 4716.). Transcribenti vero ut alia, ita etiam vs. 2. litterae ΜΙ imputandae sunt et vs. 3. syllaba ΟΥ repetita ex litteris praecedentibus.

4716. *c.*

In columna Aegyptiaca, alta o^m,717 = 2′ 2″ 6‴ larga o^m,365 = 1′ 1″ 6‴ quam *Tentyris* repertam refert Letronnius ad Nestor L'Hôte Lettres écrites d'Ég. p. 162. Asservatur nunc in museo regio Parisino, unde edidit Comes de Clarac Inscr. Gr. et Rom. du musée royale du Louvre tab. 61. 500. A. n. 864. Apographum ex Aegypto misit Champollion-Figeac, de quo vide Bullet. Feruss. part. philol. Vol. V. p. 388. Infra scripta sunt quaedam lingua demotica. Tractavit Letronnius Recueil des inscr. Gr. et Lat. d'Ég. T. I. p. 98 sqq. n. XII. (conf. tab. XIII. n. 7.)

ΥΠΕΡΑΥΤοΚΡΑΤΟΡΟΣ
ΙΚΑΙΣΑΡΟΣΤΡΑΙΑΝΟΥΣΕ
ΒΑΣΤΟΥΝΕΩΤΕΡΑ
ΘΕΑΜΕΓΙΣΤΗΙΙΣΙΔΩ
ΡΑΜΕΓιΣΤοΥΑΠοΤΕΝΤΥ
ΡΩΝΚΑΤΕΣΚΕΔΥΑΣΕΝΕΚ
ΤοΥΙΔΙοΥΤοΦΡΕοΡΚΑΙΤο
ΠΕΡΙΒΩΛοΝΥΠΕΡΑΤΗcΚΑΙ
ΥΠΕΡΑΡΤΒΩΤοΣΑΝΕΡΚΑΙ
ΤΩΝΤΕΚΝΩΝΤοΠΡοΣΚΥ
ΝΗΜΑΑΠΟΛΛΩΝΙοΥΑ
ΔΕΛΦοΣΑΥΤΗΣ
ⲔΑ ΑΥΤοΚΡΑΤοΡοΣ
ΝΕΡΟΥΑΚΑΙΣΑΡΟΣΤ..Λ.
ΤΡΑΙΑΝοΥcΕΒΑΣΤοΥ
. . . . . . ΠΑΥΝΙ Η
ΚΑΙΠοΛΛΑΔΑΠΑΝΗΣΑΣΙcΤο
ΙΕΡοΝΤΗΣΝΕΩΤΕΡΑΣΗΙΙΣΙΔΩΡΑ
ΕΥΣΕΒΙΑΣΧΑΡΙΝΔΙΑΩΡοΥΛΑΒΥ
ΤοΣΦΡοΝΤΙΣΤοΥΙΕΡοΥΑΦΡοΔΙ
ΤΗΣΘΕΑΣΝΕΩΤΕΡΑΣΕΦΡοΝΤΙΣΕ
ΤοΥΙΕΡοΥΚΑΙΤοΥΦΡΗΤοΣΚΑΙΤΩΝ
ΛΥΠΩΝΕΡΓΩΝΕΥΣΕΒΙΑΣΧΑΡΙΝ

Ὑπὲρ Αὐτοκράτορος Καίσαρος Τραϊανοῦ Σεβαστοῦ Νεωτέρᾳ Θεᾷ μεγίστῃ Ἰσιδώρα Μεγίστου ἀπὸ Τεντύρων κατεσκεύασεν ἐκ τοῦ ἰδίου τὸ φρέορ καὶ τὸ περίβωλον, ὑπὲρ αὑτῆς καὶ ὑπὲρ Ἀρτβῶτος ἀνὲρ καὶ τῶν τέκνων.

Τὸ προσκύνημα Ἀπολλωνίου ἀδελφὸς αὐτῆς.

L ᾱ Αὐτοκράτορος Νερούα Καίσαρος Τραϊανοῦ Σεβαστοῦ - - - Παῦνὶ η̄.

Καὶ πολλὰ δαπανήσασ' ἰς τὸ ἱερὸν τῆς Νεωτέρας ἡ Ἰσιδώρα εὐσεβίας χάριν διὰ Ὥρου Λάβυτος φροντιστοῦ ἱεροῦ Ἀφροδίτης Θεᾶς νεωτέρας ἐφρόντιςε τοῦ ἱεροῦ καὶ τοῦ φρητὸς καὶ τῶν λυπῶν ἔργων εὐσεβίας χάριν.

Titulus pessime conceptus est ex a. I. Imp. Traiani, d. VIII. m. Payni, i. e. a. p. Chr. 98. d. 2. m. Iunii. *Ἀφροδίτη Θεὰ νεωτέρα* s. *νέα Ἀφροδίτη* est Plotina Traiani Imp. uxor sollemni adulatione. Huic Tentyris in vicinia templi *Ἀφροδίτης Θεᾶς μεγίστης* (vide n. 4716.) parvum templum eo nomine dicatum est. De formula *νεωτέρα Θεὰ* conf. Vol. I. n. 435. Bene annotat Letronnius dici *νέα Ἶσις*, *νέα Δημήτηρ* cet. et *Θεὰ νεωτέρα* (non *νέα*). Sic Cleopatra, *νέα Ἶσις* (Plut. Anton. 54. fin.), in nummis *Θεὰ νεωτέρα* audit. Templum huius *νεωτέρας Θεᾶς* curabat Orus Labytis filius ut *φροντιστής*, i. e. *ἐπιστάτης τῶν προσόδων τοῦ ἱεροῦ* (cf. Introd. p. 305. *b.*). Ad hoc templum Isidora Megisti Tentyritae filia *φρέαρ* et *περίβολον* condidit suis impensis. *Τὸ περίβολον* (*ὁ περίβολος*) h. l. videtur significare lapideum ambitum circa puteum, quod hodie in Graecia appellant *φρεώχειλον*. Ita interpretatus est etiam Letronnius. Quamquam in hoc titulo non obero si quis de muro circa templum ducto intelligi maluerit. Isidorae maritus Aegyptius est, qui haud dubie ipse insculpsit titulum vitiis scatentem, et eum quidem, ut videtur, non eodem tempore universum. Quippe titulus primarius est vss. 1-10. Sequitur *τὸ προσκύνημα* Apollonii Isidorae fratris et designatio temporis (vss. 10-16.). Aliquanto post quoniam femina locuples saepe multa impenderat ad sarta tecta aedis tuenda, visum est adiicere reliqua (vss. 17-23.), ex quibus pateret eam optime de templo meruisse. De duplici formula *ὑπὲρ αὐτοκράτορος—ὑπὲρ τῶν καὶ τῶν* cf. n. 4714. *c.* Ut mittam orthographiam pravam (*φρέορ*, *τὸ περίβωλον* cet.), notabile est *ἀνὲρ* p. *ἀνδρός*, et *ἀδελφὸς* p. *ἀδελφοῦ*, quae indicio sunt hominem Graecum haec non scripsisse. Vs. 14. extr. quid subsit ductibus residuis, non exputo. Vs. 16. init. ubi lacuna notata est, fortasse fuit ΜΗΝοΣ.

4716. *d.*

Copti; transcripsit Rifaud; edidit Letronnius Mém. sur la statue voc. de Memnon, p. 156.

ΑΝΤΙΛΑΝΤΟCΤΟΥΗΛΙΟΥΗΚΟΥCΑΜЄΝΤΗΝΦѠΝΗΝΚΑΙΤΗΝCΑΠΝΚΑ
ΤΟΥΜЄ∞ΝΟCΛΥ8

Ἀν[α]τ[ε]ίλαντος τοῦ ἡλίου ἠκούσαμεν τὴν φωνὴν καὶ τὴν σά[λ]π[ι]νκα τοῦ Μέ[μνο]νος λ[ίθου.

Conf. inscriptiones n. 4719 sqq. CΑΛΠΙΝΚΑ haud dubie in lapide est p. CΑΛΠΙΝΓΑ.

4716. *e.*

Apollonopoli parva, hodie Kus, in coronide; edidit Paul. Lucas Itin. T. III. p. 2. Murator. T. I. p. CXI. 8. cum Lat. interpret. Pocock. Descr. Or. T. I. p. 277. n. 5. Denon Itin. Aeg. p. 187. et tab. 80. Jollois et Devilliers in Descript. Aegypt. Antt. Descr. T. II. p. 67. Jomard Descr. Aeg. Antt. Vol. IV. tab. 1. n. 1. et Vol. V. tab. 56. n. 10. Champollion-Figeac Annal. des Lagides T. II. p. 158 sq. App. D. n. III. et p. 405. n. 3. Hamilton Aegypt. p. 178. Vidua Inscr. tab. XVIII. 1. (conf. p. 19.), Wilkinsonus in Youngii Hieroglyphics Vol. II. tab. 45. Tractarunt Van Vaassen in schedis, Leichius in Novis emendationibus Graec. inscr. Murator. ex quibus excerpsit Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 8. s. 1. p. 87. Bouherius Epist. ad Hagenbuch. p. 100. et Stosch Ant. Thyat. p. 166. qui petierunt exemplum Pocockiano ut plurimum consentiens ex Nouv. Biblioth. (Haye) T. XV. p. 288. Hagenbuch Epist. ad Bouher. p. 353. unde Pocock. l. c. p. 89. Christoph. Saxius in Actis Trai. T. II. p. 171. Zoega de obel. IV. c. 2. p. 543.; Parquoi ap. Denon Itin. Aeg. ed. min. T. III. p. 135. Walpol. Travels II. p. 594. qui petiit ex Hamiltono; Letronnius Journ. des Sav. 1821. p. 593 sq. 1823. p. 553. 1827. p. 22. Recherches sur l'Ég. p. 95 sqq. et Recueil des inscr. cet. T. I. p. 49 sqq. n. VIII. (conf. tab. V. b.) Citarunt praeterea Montfauc. Ant. expl. Suppl. T. II. tab. 5. Chishull. Ant. Asiat. p. 88. Paciaud Monum. Pelop. T. II. p. 73.

ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΚΛΕΟΠΑΤΡΑΚΑΙΒΑΣΙΛΕΥΣΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣΘΕΟΙΜΕΓΑΛΟΙΦΙΛΟΜΗΤΟΡΕΣ
[ΚΑΙΣΩΤΗΡ]ΕΣΚΑΙΤΑΤΕΚΝΑΑΡΩΗΡΕΙΘΕΩΙΜΕΓΙΣΤΩΙΚΑΙΤΟΙΣΣΥΝΝΑΟΙΣΘΕΟΙΣ

Dedi Viduae apographum, nisi quod vs. 2. pro ΑΡΟΗΡΕΙ scripsi ΑΡΩΗΡΕΙ. Vs. 1. Ham. omittit ΜΕΓΑΛΟΙ. Vs. 2. init. Luc. Ham. ΕΥΣΕΒΕΙΣ, Poc. [ΕΥΣΕΒΕΙΣ]Ο⁻⁻; Jom. Joll. et Devill. - - - - - Ρ.Σ; Denon lacunam notat; Vidua in lapide vidit - - - - - Ι°ΕΣ, ex quo visa confirmari coniectura Letronnii ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΕΣ proponentis. ΡΕΣ viderat quodammodo etiam Pocockius. Addicit etiam Wilkinsoni apographum, in quo ⁻ΙΙ°ΡΕΣ. Lacuna ap. Wilkins. notata non capit plus duas litteras; maior est in apogr. Joll. et Devill. et aliis. Videtur autem vs. 2. paulo reductior fuisse versu priore. Deinde post ΤΕΚΝΑ Poc. [ΑΡΩΗΒΕΙ]ΘΕΩΙ cet., Ham. Α...... ΡΕΙΘΕΩΙ cet., Wilkins. ΑΡΟΗΡΕΙΘΕΟΙ; Champ. ap. Letr. Recueil tab. V. d. habet: ΛΟΟΙΙ°ΡΙΘΕ cet.; Denon, Jom. ΗΛΙΩΙΘΕΟΙ et ΗΛΙΩΙΘΕΩΙ manifesto de coniectura.

Βασίλισσα Κλεοπάτρα καὶ βασιλεὺς Πτολεμαῖος θεοὶ μεγάλοι Φιλομήτορες [καὶ Σωτῆρ]ες καὶ τέκνα Ἀρωήρει θεῷ μεγίστῳ καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς.

Priorum interpretum coniecturas referre supervacaneum, postquam Letronnius et Vidua integrum restituerunt titulum. Cleopatra est vidua Euergetae II., Ptolemaeus alteruter filiorum, aut Soter II. aut Alexander I. a matre in societatem regni receptus. Hinc prior Cleopatra nominatur, posterior Ptolemaeus, prorsus ut in papyro Anastasii. In eandem sententiam quam explicuit Letronnius Journ. des Sav. 1821. p. 463. not. 2. disputavit etiam Champollion-Figeac Éclaircissements historiques sur le papyrus grec connu sous le nom de contrat de Ptolémais 1821. Alexander I. in illo papyro φιλομήτωρ καὶ σωτὴρ audit. Nomen Philometoris Alexander suscepit a matre, quae cognomentum habuit ab Euergeta II. (vid. Letronnius Rech. p. 101. Recueil p. 62 sqq. conf. Introd. p. 287. *a.*). Nomen Soteris Alexandro accessit a fratre, cui successerat in administrando regno. Igitur uterque dum regnabant, φιλομήτορες καὶ σωτῆρες audiebant. Inde Letronnius nostro in titulo restituit ΚΑΙΣΩΤΗΡΕΣ, quae coniectura ex parte confirmatur ductibus in lapide residuis. Iam ut distinguerentur hi Ptolemaei, in Alexandro addebatur ὁ ἐπικαλούμενος Ἀλέξανδρος, ut est in papyro Anastasii. Hinc sequitur nostro in titulo Soterem II. intelligendum esse, non Alexandrum. Itaque titulus pertinet ad tempus quo Cleopatra una cum filio maiore Sotere II. regnavit, a. a. Chr. 117-107. Memorantur etiam τὰ τέκνα Ptolemaei, non uxor eius. Nempe Soter II. quum in societatem regni reciperetur, liberos habuit ex Cleopatra sorore, quam mox dimittere a matre aemula iussus est. Videtur igitur titulus positus esse circa a. 117 et 115. (cf. Introd. p. 287. *a.*) Templum, cuius propylon exstrui iusserunt Cleopatra et filius, dedicatum erat Aroeri, quo nomine Aegyptii eum deum vocitabant quem Graeci habuerunt Apollinem (vide Plutarch. Is. et Os. p. 355. ed. Reisk. T. VII. p. 402.) Apud Plutarchum est Ἀρούηρις. ΑΡΩΗΡΕΙ, quo deducit etiam lectio Pocockii et Champollionis legerunt Walpolius et Hamiltonus, recte. Quamquam alias etiam ΑΡΟΗΡΕΙ videri potest exaratum fuisse. Cf. n. 4860. ubi additur ΑΠΟΛΛΩΝΙ. Hoc additamentum superfluum fuisse in titulo Apollonopoli posito bene annotat Letronnius Recueil p. 50. Ceterum ex anaglyphis quae Champollion ex templi parte posteriore enotavit (Lettres écrites d'Ég. p. 93.) probabile fit etiam Alexandrum I. operi a fratre inchoato animum adiecisse.

4717.

Cippus *Thebanus*, nunc Taurinensis, e lapide granite, altus metr. 1,12, latus olim 0,65, nunc tertia vel sexta parte mutilus, litteris inscripta demoticis et Graecis; edidit Amadeus Peyron, Illustrazione di una stele greca del R. museo Egizio di Torino, in Actis Acad. Taurinensis T. XXXIV. litteris minusculis. De hoc lapide idem dixit in Actis Acad. Taurinensis T. XXIX. a. 1824. Forma litterarum dicitur esse eadem quae comparet in lapide Rosettano (n. 4697.).

- - - - - - - ΑΤΡΑΣΘΕ[ΑΣ]ΦΙΛΟΠΑΤΟΡ[ΟΣΚΑΙΠ]ΤΟΛΕΜΑΙΟΥΤΟΥΚΑΙΚΑ[Ι]ΣΑΡΟΣ[Θ]ΕΟΥΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣΦΙΛΟΜΗ
- - - - - - - ΕΜΙΣΙΩΥ . . ΦΑΜΕΝΩΘ - - [ΕΔΟ]ΞΕΤΟΙΣΑΠΟΔΙΟΣΠΟΛΕΩΣΤΗ[ΣΜΕΓΑΛΗΣΙ]ΕΡΕΥΣΙΤΟ[Υ]
- - - - - - ΝΡΑΣΩΝΘΗΡΚΑΙΤΟΙΣΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΙΣΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΠΑΣΙΕΠΕΙΔΗΚΑ[ΛΛ]ΙΜΑΧΟΣΟΣΥΓΓΕΝ[Η]Σ
- - - - - ΙΤΩΝΠΡΟΣΟΔΩΝΤΟΥΠΕΡΙΘΗΒΑΣ[Κ]Α[ΙΓΥ]ΜΝΑΣΙΑΡΧΟΣΚΑΙΙΠ[ΠΑΡ]ΧΗΣΚΑΙΠΡΟΤΕΡΟΝΠΑΡ - -
- - - - ΚΑΙΠΟΙΚΙΛΩΝΠΕΡΙΣΤΑΣΕΩΝΚΑΤΕΦΘΑΡΜΕΝΗΝΤΗΝΠΟΛΙΝΕΘΑΛΨΕ . . . . ΟΝΙΚΩΣ - - - - - -
- - - - ΝΤΗΙΠΑΣΗΙΕΙΡΗΝΗΙΤΑΤΕΤΩΝΜΕΓΙΣΤΩΝΚΑΙΠΑΤΡΩΙΩΝΘΕΩ[ΝΙ]Ε[Ρ]ΑΕΥΣΕΒΩΣΕΕΣΥΠ - - - -
- - - - - - ΚΑΙΚΑΘΟΛΟΥΠΑΝΤΑΣ . . . . . ΗΣΑΜΕΝΟΣ - - - - - - - - - - - - - - - -
- - - - - Δ[ΑΙ]ΜΟΝΙΑΝΠΑΝΤΑΗ[ΓΑΓ]ΕΝΑΛΗΘΕΙΑΝ . . ΕΝ . . . ΔΙΚΑΙΩΣ - - - - - - - - - - -
- - - - - - ΑΙΔΕΚΑΙΤΟΙΣΚΑΤΕΥΕ[ΡΓΕΣ]ΙΑ[Ν] -
- - - - ΚΑΙ[Τ]ΗΣΣΙΤΟΔΕΙΑΣΕΚΤΗ . . . ΝΟΜ - - - - - - - - - - - - - - - - - -
- - - ΟΥΣΜΕΓΑΛΟΨΥΧΩΣΕΑΥ[ΤΟ]ΝΑΥΤΟΚΛΗ[ΤΟΝ]ΕΠΙΤΗΙΕΚΑΣΤΟΥΤΩΝΕΝΤΟΠΙΩΝ. . . . . ΦΕΡΕΠΟΝΗΣΑΣ
- - - - ΟΙΚΕΙΑΣΠΑΤΡΙΔΟΣΚΑΙΤΕΚΝΩΝΓΝΗΣΙΩΝΣΥΝΤΗΙΤΩΝΘΕΩΝΕΥΜΕΝΕΙΑΙΑΝΕΝΛΙΠΕΙΣΜΕΝΔΙΗΝΕΚΩΣ
- - - ΟΝΠΑΝΤΑΣΠΑΝΤΩΝΕΤΗΡΗΣΕΝΑΝΕΠΑ . . . . ΤΟΥΣΔΕΤΗΣΠΕΡΙΣΤΑΣΕΩΣΕΞΗΣΠΑΡΕΣΧΕΝΕΥ - - - -
- - - - - - ΟΥΣΗΣΔΕΤΗΝΟΥΣΑΝΣΙΤΟΔΕΙΑΝΚΑΙΕΝΤΩΙΕΝΕΣΤΩΤΙΕΤΕΙΣΚΛΗΡΟΤΕΡΑΣΚΑΙ - - - - - - -
- - - ΝΕΜΙΑΙΜΙΑ . . . . ΚΑΙΠΟΛΥΜΑΛΛΟΝΩΣΟΥΔΕΠΩΠΟΤΕΤΟΥΔΕΙΝΟΥΚΑΘΟΛΗΝΕΠ - - - - ΝΤΟΣ
- - - - - - ΩΣΘΕΤΗΣΠΟΛΕΩΣΚΡΙΝΟΜΕΝΗΣΚΑΙΟΥΘΕΝΟΣΟΥΔΕΜΙΑΝΙΔΙΑΝ . . . ΠΡΟΣ - - - - - - - - -
- ΑΠΑΝΤΩΝΔΕΔΙΑΤΗΝΑΠΟΡΙΑΝΛΕ[ΛΙΠ]ΟΨΥ[Χ]ΗΚΟΤΩΝΚΑΙΣΥΝΕΓΓΥΣΕΚΑ[ΣΤΟΥ]ΠΑ[Ρ]ΑΙΤ[ΟΥ]Ν - - -
- - ΜΒΑΝΟΝΤΟΣΕΠΙΚΑΛΕΣΑΜΕΝΟΣΤΟΝΚΑΙΤΟΤΕΣΥΜΠΑΡΑΣΤΑΝΤΑΑΥΤΩΙΜΕΓΙΣΤΟΝΘΕΟΝ
- - ΗΡΚΑΙΕΥΓΕΝΩΣΜΟΝΟΣΥΠΟΣΤΑΣΤΟΒΑΡΟΣΠΑΛΙΝΩΣΠΕΡΛΑΜΠΡΟΣΑΣΤΗΡΚΑΙΔΑΙΜΩΝΑΓΑΘ[ΟΣ]
- - - ΝΕΠΕΛΑΜΨΕΤΟΝΓΑΡΕΑΥΤΟΥΒΙΟΝΟΛΟΣΧ[ΕΡ]ΩΣΑΝ[Ε]ΘΕΤΟΤΟΙΣΧΡΗΣΘΑΙΒΟΥΛΟΜΕΝΟΙΣΕ - - -
- - - ΤΟΙΣΚΑΤΟΙΚΟΥΣΙΤΟΝΠΕΡΙΘΗΒΑΣΚΑΙΔΙΑΘΡΕΨΑΣΚΑΙΣΩΣΑΣΠΑΝΤΑΣΣΥΝΓΥΝΑΙΞΙΚΑΙΤΕΚΝΟΙΣΚΑ . . .
- - - - - ΠΑΛΩΝΧΕΙΜΩΝΩΝΕΙΣΕΥΔΙΝΟΥΣΛΙΜΕΝΑΣΗΓΑΓΕΝΤΟΔΕΠΑΝΤΩΝΠΡΩΤΟΝΚΑΙΜΕΓΙΣΤΟΝ . . . .
- - - - - - ΝΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝΤΩΝΕΙΣΤΟΘΕΙΟΝΑΝΑΠΕΜΠΟΜΕΝΩΝΠΑΝΤΩΝΩΣΕΝ . . ΕΑ . . . . ΕΥΣΕΒΩΣΚΑΙΑ[ΓΡ]ΥΠΝΩΣ
- - - - - - - - ΡΟΝΤΙΣΕΝΩΣΤΕΑΦΟΛΟΥΟΠΑΤΗΡΤΟΥΠΑΤΡΟΣΑΥΤΟΥΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥΤΟΥΣΥ[ΝΓ]Ε[ΝΟΥ]ΣΚΑΙΕΠΙΣΤΟΛΟ[ΓΡΑΦΟΥ]
- - - - - - - - ΗΘΗΝΑΙΤΑΣΤΩΝΚΥΡΙΩΝΘΕΩΝΚΩΜΑΣΙΑΣΚΑΙΠΑΝΗΓΥΡΕΙΣΕΥΜΑΛΛΟΣ[ΙΩ]Σ - - - - -
- - - - - - - - - ΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥΕΣΘΑΙΜΕΝΑΥΤΟΝΣΩΤΗΡΑΤΗΣΠΟΛΕΩΣΗΕΣΤΙΝ - - - - - - -
- - - - - - - - - ΕΣΤΟΣΙΚΑΤΑΤΗΙΓΕΝΕΣΙΩΙΗΜΕΡΑΙΕΝΕΠΙΣΗΜΟΙΣΤΟΠΟΙΣΤΟΥΙ[ΕΡ]ΟΥ[ΤΟΥΜΕΓΙΣΤΟΥΘΕΟΥ]ΑΜΟΝΡΑΣ[ΩΝΘΗΡ]
- - - - - - - - - ΜΕΝΤΟΥΣΙΕΡΕΙΣΕΚΣΚΛΗΡΟΥΛΙΘΟΥΔΥ . . . . . ΤΗΝΠΟΜ . . . . . ΜΕΝ . . . . . . ΗΝΔΕ . . . . . Ι . . . . ΟΛ . . ΟΝ
- - - - - - - - - ΠΩΝΥΜΟΝΤΗΝΑΥΤΗΝΗΜΕΡΑΝΚΑΙΘΥΕΙΝΤΟΙΣΚΥΡΙΟΙΣΘΕΟΙΣΚΑΙΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΕΙΝΚΑΙΕΥ - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - ΤΟΔΕΨΗΦΙΣΜΑΑΝΑΓΡΑΨΑΙΕΠΙΣΤΗΛΗΝΛΙΘΙΝΗΝΤΟΙΣΤΕ[ΕΛ]ΛΗΝΙΚΟΙΣΚΑΙΕΓ[Χ]Ω[ΡΙ]ΟΙΣ[ΓΡΑ]ΜΜΑ[Σ]Ι
- - - - - - - - - - - ΤΗΣΚΡΗΠΙΔΟΣΤΟΥΑΥΤΟΥΙΕΡΟΥΘ[Η]ΝΑΙΔΗΜΟΣ . . . . ΕΤΕΥΧΕΝΑΥΤΟΣΤΗΣΠΑΡ[Α] . . Υ . Ξ . . . . .
- - - - - - - - - - - ΠΩΣΕΙΣΤΟΝΑΙΩΝΑΑΙΕΙΜΝΗΣ . . . . ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΙ

Βασιλευόντων Κλεοπ]άτρας Θε[ᾶς] Φιλοπάτορ[ος καὶ Π]τολεμαίου τοῦ καὶ Κα[ί]σαρος [Θ]εοῦ Φιλοπάτορος Φιλομή-
τορος L ῑ τοῦ καὶ β̄, Ἀρτ]εμισίου -- Φαμενὼθ -- [ἔδο]ξε· τοῖς ἀπὸ Διοσπόλεως τῆ[ς μεγάλης ἱ]ερεῦσι το[ῦ
μεγίστου θεοῦ Ἀμο]νρασωνθὴρ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι· ἐπειδὴ Κα[λλ]ίμαχος ὁ συγγεν[ὴ]ς
καὶ ἐπιστάτης καὶ ἐπ]ὶ τῶν προσόδων τοῦ περὶ Θήβας [κ]α[ὶ γυ]μνασίαρχος καὶ ἱπ[πάρ]χης καὶ πρότερον παρ[αγενό-
μενος ὑπὸ χαλεπῶν] καὶ ποικίλων περιστάσεων κατεφθαρμένην τὴν πόλιν ἔθαλψε[ν εὐγνωμ]ονικῶς [ἀποκατα-
στήσας αὐτὴν ἐ]ν τῇ πάσῃ εἰρήνῃ, τά τε τῶν μεγίστων καὶ πατρῴων θεῶ[ν ἱ]ε[ρ]ὰ εὐσεβῶς ἐ[ξ] ὑπ[ερκρεμαμ-
ένων κινδύνων σώσας] καὶ καθόλου πάντας .....ησάμενος - - - - - - - -
- - - - εἰς] δ[αι]μονίαν πάντα ἤ[γαγ]εν ἀλήθειαν ..εν... δικαίως - - - - -
- - - - - - αι δὲ καὶ τοῖς κατ᾽ εὐε[ργεσ]ία[ν - - - - - - - - -
- - - - - καὶ [τ]ῆς σιτοδείας ἐκ τῆ[ς] - - - νομ - - - - - - -
- - - - ἐπιδ]οὺς μεγαλοψύχως ἑαυ[τὸ]ν αὐτόκλη[τον] ἐπὶ τῇ ἑκάστου τῶν ἐντοπίων [σωτηρίᾳ εἰσέ]φερε· πονήσας
δὲ ὑπὲρ αὐτῶν ὡς ὑπὲρ] οἰκείας πατρίδος καὶ τέκνων γνησίων σὺν τῇ τῶν θεῶν εὐμενείᾳ ἀνενλιπεῖς μὲν διηνεκῶς
παρὰ τοῦτον τὸν χρόν]ον πάντας πάντων ἐτήρησεν, ἀνεπα[ισθή]τους δὲ τῆς περιστάσεως ἐξῆς παρέσχεν εὐ[εργετῶν
κατὰ δύναμιν· καταλαβ]ούσης δὲ τὴν οὖσαν σιτόδειαν καὶ ἐν τῷ ἐνεστῶτι ἔτει σκληροτέρας καὶ [μείζονος συμφορᾶς
- - - - - - - - καὶ πολὺ μᾶλλον, ὡς οὐδεπώποτε τοῦ δεινοῦ καθ᾽ ὅλην ἐπ[ίτασιν βαρύνα]ντος
τὴν χώραν ἔμπρο]σθε, τῆς πόλεως κρινομένης καὶ οὐθενὸς οὐδεμίαν ἰδίαν [βοήθειαν] προσ[ενεγκεῖν δυνα-
μένου], ἁπάντων δὲ διὰ τὴν ἀπορίαν λε[λειπ]οψυ[χ]ηκότων καὶ σύνεγγυς ἑκά[στου] πα[ρ]αιτ[ουμένου καὶ οὐθενὸς
συλλα]μβάνοντος, ἐπικαλεσάμενος τὸν καὶ τότε συμπαραστάντα αὐτῷ μέγιστον θεὸν [Ἀμον-
ρασωνθ]ὴρ καὶ εὐγενῶς μόνος ὑποστὰς τὸ βάρος πάλιν ὥσπερ λαμπρὸς ἀστὴρ καὶ δαίμων ἀγαθ[ὸς τοῖς ἀπελ-
πίζουσι]ν ἐπέλαμψε. τον γὰρ ἑαυτοῦ βίον ὁλοσχ[ερ]ῶς ἀν[έ]θετο τοῖς χρῆσθαι βουλομένοις, ἐ[πιφανέστατα δὲ
ἐβοήθησεν] τοῖς κατοικοῦσι τὸν περὶ Θήβας, καὶ διαθρέψας καὶ σώσας πάντας σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις κα[τὰ δυ-
ναμιν ὡς ἐξ ἀντι]πάλων χειμώνων εἰς εὐδινοὺς λιμένας ἤγαγεν· τὸ δὲ πάντων πρῶτον καὶ μέγιστον, [πολλῶν καὶ ἄλλ-
ων ποιούμενος τὴ]ν ἐπιμέλειαν, τῶν εἰς τὸ θεῖον ἀναπεμπομένων πάντων, ὡς ἐν [καιρῷ γίνοιτο], εὐσεβῶς καὶ ἀ[γρ]ύπνως
παρὰ τὸν χρόνον τοῦτον ἐφ]ρόντισεν, ὥστε, ἀφ᾽ ὅ[τ]ου ὁ πατὴρ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Καλλιμάχου τοῦ συ[νγ]ε[νοῦ]ς καὶ
ἐπιστολο[γράφου
μετήλλαξε? διηνεκῶς πο]ηθῆναι τὰς τῶν κυρίων θεῶν κωμασίας καὶ πανηγύρεις εὖ μάλα ὁσ[ίω]ς - - - -
- - δι᾽ ἃ δὴ δεδόχθαι ἀ]γαθῇ τύχῃ προσαγορεύεσθαι μὲν αὐτὸν σωτῆρα τῆς πόλεως, ἥ ἐστιν [τοῦ μεγίστου θεοῦ
Ἀμονρασωνθήρ,
ἀναθεῖναι δὲ αὐτοῦ χρυσᾶς εἰκόνας] κατὰ τὴ[ν] γενέ[θλιον] ἡμέραν ἐν ἐπισήμοις τόποις τοῦ ἱ[ερ]οῦ [τοῦ μεγίστου
θεοῦ] Ἀμονρασ[ωνθήρ,
στῆσαι δὲ καὶ ἀνδριάντας, ἕνα] μὲν τοὺς ἱερεῖς ἐκ σκληροῦ λίθου, δύ[ο δὲ τὴν ἄλλ]ην πό[λιν] - - - μεν - - - -
[τ]ὴν δὲ [ἡμέραν ἑορτά]ζ[ειν εἰς τ]ὸ λ[οιπ]ὸν
ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ νομίζειν ἐ]πώνυμον τὴν αὐτὴν ἡμέραν καὶ θύειν τοῖς κυρίοις θεοῖς καὶ στεφανηφορεῖν καὶ [σ]υ[ν-
τελεῖν ἐν τοῖς
ἱεροῖς τἄλλα τὰ νομιζόμενα.] τὸ δὲ ψήφισμα ἀναγράψαι ἐπὶ στήλην λιθίνην τοῖς τε [Ἑλ]ληνικοῖς καὶ ἐγ[χ]ω[ρί]οις
[γρά]μμα[σ]ι,
τὴν δὲ στήλην ἐπὶ] τῆς κρηπῖδος τοῦ αὐτοῦ ἱεροῦ θ[εῖ]ναι δημοσ[ίᾳ, καθότι τ]έτευχεν αὐτὸς τῆς παρ[ὰ το]ῦ [θεοῦ δυ-
νάμεως εἰς σωτηρίαν, ὅ]πως εἰς τὸν αἰῶνα ἀείμνησ[τοι ὦσιν αἱ παρ᾽ αὐτοῦ] εὐεργεσίαι.

Est decretum sacerdotum Diospoleos magnae datum in honorem Callimachi supremis tum muneribus fungentis. Datum autem est decretum regnante Cleopatra celeberrima una cum filio Caesarione, de quorum cognomentis vide Introd. p. 287. *a*. Narrat Dio Cassius (XLVII, 31.) ad a. u. c. 712. a. Chr. 42. qui undecimus est regni Cleopatrae, Caesarionem a matre in societatem regni adscitum esse, quod tamen factum esse duobus annis ante probabiliter statuit Letronnius Journ. des Sav. 1842. p. 717. Iam quum Cleopatra anno regni decimo sexto ab Antonio titulo reginae regum decoraretur, Peyronus statuit inscriptionem nostram inter a. 42 et 37. positam esse. Idem aetatem decreti definiri etiam accuratius posse existimavit. Nam fames et calamitas publica, qua grassante Callimachus dicitur optime meruisse de Thebis atque universo nomo, Aegyptum vastavit a. u. c. 711. a. Chr. 43. Quippe in eum annum incidit quod refert Appianus Bell. civ. IV, 61. ἡ βασιλὶς Κασσίῳ μὲν προὔφερε λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμὸν ἐνοχλοῦντα τότε Αἰγύπτῳ. Hinc Peyronus colligit decretum datum esse anno Cleopatrae duodecimo vel decimo tertio (a. Chr. 41 vel 40.). Ex quo proposuit vs. 2. init. L ιγ̄, τοῦ καὶ δ̄. Verum ratione habita vs. 14. haud scio an paulo aliter statuendum sit. Nam verba ἐν τῷ ἐνεστῶτι ἔτει videntur ad ipsum annum, quo datum decretum est, referenda esse. Unde si calamitas Aegypti incidit in nonum annum Cleopatrae s. a. Chr. 44., coniicias honores Callimachi decretos esse statim post pestilentiam, quae famem insecuta videtur a. Chr. 43., decimo Cleopatrae anno exeunte et secundo Caesarionis. Utcunque statueris, titulum inter d. 3. mensis Septembris a. a. Chr. 45. et d. 1. mensis Septembris a. a. Chr. 37. positum esse recte iudicat Letronnius Journ. des Sav. 1842. p. 717.

Vss. 1-4. restituit Peyronus. Etiam vs. 18 extr. et 19 init. restituit nomen Ἀμονρασωνθήρ. Et quae in textu maiusculis expresso uncis inclusa sunt, supplementa sunt Peyroni omnia. Nomen Ἀμονρασωνθὴρ notum fuit etiam ex antigrapho Greyano lin. 29. Erat hic deus tutelaris Thebarum, alias dictus Ammon. Callimachus συγγενὴς τοῦ βασιλέως est (vide

Introd. p. 290. Ἐπιστάτης καὶ ἐπὶ τῶν προσόδων τοῦ περὶ Θήβας, quod vs. 4. init. dedit Peyronus, habetur etiam in papyris Taurin. n. I. et n. VIII. conf. Introd. p. 292. *b.* 293. *a.* Pater Callimachi fuit Callimachus συγγενὴς καὶ ἐπιστολογράφος (vide Introd. p. 307. *b.* p. 308. *a.*), ut docet vs. 24. ad quem versum quod dicit Peyronus τοῦ πατρὸς τοῦ συγγενοῦς καὶ ἐπιστολογράφου ita coniungenda esse, ut αὐτοῦ Καλλιμάχου ad Callimachum hoc decreto honoratum redeat, egregie fallitur. Restitui non omnia possunt. Tentavi quantum fieri posse videbatur. Vss. 5-9. respiciunt tempora iniqua rei publicae, quibus opem tulit plurimam Callimachus. Vss. 10-22. exponitur calamitas nova, qua grassante is inprimis bene meruit de populo Thebaeorum. Fuit caritas annonae, fames, pestilentia. Vs. 18. τὸν καὶ τότε συμπαραστάντα cet. pertinet ad tempora vss. 5-9. exposita. Vss. 22. 23. Letronnius Recueil cet. I. p. 300. coniicit ποιησάμενος τὴν πᾶσα]ν ἐπιμέλειαν cet. Incommoda est mentio avi Callimachi vs. 24. Ultima aperta sunt, etsi verba singula certa via in integrum restitui nequeunt. De vss. 28. 29. cf. n. 4697. vss. 46-50. Ceterum hic cippus inscriptus fuit etiam demoticis litteris, quae praecedunt inscriptionem Graecam, sed primum nominantur litterae Graecae vs. 30., quod causam reconditiorem vix habet. Absunt hieroglypha, quia, ut bene monuit Letronnius Recueil des inscr. Gr. cet. T. I. p. 329. auctores decreti non solum sacerdotes sunt sed etiam cives et magistratus civiles, neque argumentum ad religionem pertinet sed ad honorem hominis civilis. Hinc coniicias singulare quiddam subesse titulo n. 4699. qui quum ab hominibus privatis positus sit, videtur instructus fuisse etiam hieroglyphis.

4718.

Thebis, in loco Karnak; in corpore alterius Sphingum, quae positae sunt ad introitum palatii. De loco vide Descr. Aeg. Antt. (Descr. de Karnak Sect. VIII. cap. 9.) Inscriptio ex delineatione Jomardi edita in Descr. Aeg. Antt. T. V. tab. 55. n. 22.

ΑΒΑϹΚΑΝΤΟϹ ΨΑΩ

Ἀβάσκαντος Ψάω.

Posterius nomen Aegyptiacum videtur, fortasse matris Abascanti.

4719.

In colosso septentrionali, quem Graeci Memnonem, Aegyptii Amenophin appellabant, statua non uno nomine insigni, multae sunt inscriptiones votivae et Graecae et Latinae, in utroque crure binis columnis dispositae; nonnullae sunt in pede, paucae in basi statuae. De ea statua quum disputavit Jablonskius De Memnone Graeco et Aegyptiaco huiusque celeberrima in Thebaide statua Syntagm. III. 1756. quae auxit et correxit Langlès in Comm. inserta in Magas. encycl. 1796. P. III. p. 185 sqq. tum egregie meritus est Letronnius edita commentatione: La statue vocale de Memnon, considerée dans ses rapports avec l'Égypte et la Grèce, Par. 1833. 4. postquam tractavit inscriptiones Memnonis Transact. of the royal Society of Litt. Vol. II. P. I. 1832. In repraesentandis inscriptionibus huius statuae ordinem a Letronnio praescriptum secuti sumus. Primam hanc edidit Letronnius in Comment. p. 129. n. IV. ex schedis Saltii.

ΟϹΚΛΑΥΔΙΟϹΗΡ	Τιβέρι]ος Κλαύδιος Ἡρ[ακλε-
ΟΥϹΑΜЄΜΝΟΝ	ίδης ἤκ]ουσα Μέμνον[ος σὺν
ΑΧΙΛΛЄΙΚΑΙ	- - - Ἀχιλλεῖ καὶ - - -
ΩΡΑϹ·Α̅·L·Η̅ΑΥΙΟ	- - - ὥρας α̅. ἔτους η̅ Αὐ[τοκρά-
ϹΚΑΙϹΑΡΟϹΟΥЄϹΠΑϹΙ	τορο]ς Καίσαρος Οὐεσπασ[ιανοῦ
ΔϹΤΟΥΜΗΝΙ	Σεβα]στοῦ, μηνὶ - - -
ΜΝΗΜЄΝΟϹ	- με]μνημένος - - - -
ΚΑΙΔΙΟΝΥϹ	- - - καὶ Διονυσ[ίου -
ΥΤΩΝ	- - - α]ὐτῶν.

Titulus incisus est a. p. Chr. 77. Nomen Graecum Ἡρακλείδης exempli causa dedi. Letronnius scripserat Ἥρων, non immemor posse etiam esse Ἡράκλειος, Ἡρόδοτος, Ἡρόδωρος, alia. De formula in προσκυνήμασι sollemni μεμνημένος, ἐμνήσθη cf. Elem. epigr. Graec. p. 336.

4720.

In Memnonis crure dextero; edidit Hamilton Aegypt. p. 173. Jollois et Devilliers (inter Antt. Descr. T. I.) Descr. Theb. p. 109. (conf. Descr. Aeg. Antt. Vol. V. tab. 55. n. 32.) ex schedis Girardi, sed vitiose. Tractavit Letronnius in Journ. des Sav. 1831. m. Iunii et Comment. de statua vocali Memnonis p. 132 sq. n. IX. qui habuit etiam ex schedis Saltii. Infeliciter Graeca tractaverat antea Iacobs Abhandl. üb. Gegenst. d. Alterth. (Vermischte Schriften T. III.) p. 126 sq.

[*Textum vide pag. seq.*]

Apographum est Hamiltoni, hinc inde correctum ex reliquis. Hamilt. male vss. 8-10. divellit a parte priore, ut ex uno duos titulos efficiat. Vs. 2. extr. Girard. GERMANIC.XIIII.C, Salt. GERMANIKϚ.XVII. Vs. 3. init. Salt. ΤΡΕΤΡΟΝΙVS cet., ibid. extr. Gir. PRAFFC. Vs. 4. Salt. MEMNON L M. Vs. 5. Gir. HONORAT. Vs. 7. Hamilt. ΦΘΕΓΛΟΜΤΟΙΔΑ, Gir. ΦΘΕΓΣΛΟΜΟΙΔΑ et in fine ΚΑ˙ΗΘΛΙ. Vs. 8. init. Hamilt. MEMNONOC. Vss. 8. 9. omisit Gir. Vs. 9. Hamilt. TITOATTIOMVSA(PRAE)COMIS, Salt. T. ΑΤΠΟPRAEϚCOH II.

IMP·DOMITIANO
CAESARE AVG. GERMANIC XVII
T.PETRONIVSSECVNDVSPRAEG.
AVDITMEMNONEMHORAĪPRIDVSMART
ETHONORAVITEVMVERSIBVSGRAECIS
INFRASCRIPTIS
ΦΘЄΓΞΑΟΛΑΤΟΙΔΑϹΟΝΓΑΡΜЄΡΟϹωΔЄΚΑΘΗΤΑΙ
ΜЄΜΝωΝΑΚΤЄΙϹΙΝΒΑΛΛΟΜЄΝΟϹΠΥΡΙΝΑΙϹ
CVRANTET·ATTIOMVSAPRAEϚCOHII
THEBAEOR

Imp. Domitiano Caesare Aug. Germanic[o C.] XVII. T. Petronius Secundus Pr. Aeg. audit Memnonem hora I. pr(idie) Idus Mart(ias) et honoravit eum versibus Graecis infra scriptis.

Φθέγξαο Λατοΐδα — σὸν γὰρ μέρος ὧδε κάθηται —
Μέμνων, ἀκτεῖσιν βαλλόμενος πυρίναις.

Curante T. Attio Musa prae[f.] coh. II. Thebaeorum.

Titulus incisus est d. XIV. mensis Martii a. p. Chr. 95. In Graecis incommoda est parenthetica enuntiatio σὸν γὰρ μέρος cet. ante vocativum posita. Verba σὸν μέρος pertinere ad fractum colossum monuit Letronnius, qui de verbo κάθηται bene comparat locum Pausaniae I, 42, 2. ubi de eadem statua καὶ νῦν ὁπόσον ἐκ κεφαλῆς ἐς μέσον σῶμά ἐστιν ἀπεῤῥιμμένον, τὸ δὲ λοιπὸν κάθηται.

4721.

In Memnonis crure sinistro, infra n. 4758.; edidit Pocock. Descr. Or. T. I. p. 105. Repetiit Leichius Carm. sep. (ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 8. s. 3. p. 94.) Tractarunt Iacobs Abhandl. cet. p. 152 sq. et Letronnius l. c. n. XII. p. 135. qui habuit etiam ex schedis Saltii.

ΦΟΥΝЄΙϹΟΥΛΑΝΟϹЄΝΘΑΔЄ ΡЄΙϹΙΟϹ
ϹΤΡΑΤΗΓΟϹЄΡΜωΝΘΟΙϹΤЄ ΛΑΤωΝΠΑΤΡΗϹ
ΑΓωΝΔΑΜΑΡΤΑΦΟΥΛΒΙΑΝΑΙ ΤΟЄΝ
ϹΟΥΜЄΜΝΟΝΗΧΗϹΑΝΤΟϹΗΛ ΜΗΤΗΡ
ΗϹΗΧΥΘЄΙϹΑϹΟΝΔЄΜΑϹΑΠϹ ΦЄΙ·
ΘΥϹΑϹΔЄΚΑΙϹΠЄΙϹΑϹΤЄΚΑΡΤ
ΤΟΥΤΑΥΤΟϹΗΥΤΥϹЄΝЄΙϹϹЄΙ
ΛΑΛΟΝΜЄΝΑΡΓωΠΑΙϹЄω
ΛΑΛΟΝΔЄΦΗΓΟΝΤΗΝΔΙΟ
ϹЄΔΑΥΤΟΝΟϹϹΟΙϹΜΟΥΝΟΝЄΔΙ
ωϹΑΥΤΟϹΗΧЄΙϹΚΑΙΒΟΗΝΤΙΝ
ΤΟΥΤΟΝΔЄϹΟΙΧΑΡΑΞЄΤΟΝϹΤΙΧΟ
ΟϹЄΙΠЄΤΑΥΤωΦΙΛΤΑΤΟϹΤ

Vs. 1. Poc. ..!ΟΥΝϹΙϹΟΥΛΑΝΟϹ ЄΝΘΑΔЄ ει ϹΙΟϹ, Salt. ΦΟΥΝЄΙϹΟΥΛΑΝΟϹЄΝΘΑϹЄ ΡЄΙϹ ΤΟϹ. Vs. 2. init. Poc. ϹΤΡΑΤΗϹΟϹ, deinde ΞΡ ΜωΝΘΙϹΤΗΛΑΤωΝΠΑΤΡΗ, Salt. quod dedi. Vs. 3. init. Poc. ΛΤωΝ, Salt. ΑΓωΝ; dein Poc. ΡΟΥΛΒΙΑΝΑΙ ΘЄΝ, Salt. ΦΟΥΛΒΙΑ ΤΟЄΝ, quae composui. Ceterum Poc. finem vss. 2. 3. tituli n. 4733. versibus insertum ita exhibet:

ΛΑΤωΝΙΙΑΤΡΗϹ
ΟЄΝ

Vs. 4. Poc. ϹΗΛΛΝΟΝ, ubi Salt. ΜЄΜΝΟΝ, dein Poc. pro Χ habet Υ. Post ΑΝΤΟϹ Poc. ΗΛ ΜΗ ΤΗΡ, Salt. Ν ΜΗΤΗΡ. Vs. 5. extr. Poc. ΑΠϹ ΦЄΙ, Salt. ΑΠ ΦЄΙ. Vs. 6. Poc. ΟΥϹΑϹΔЄ ΚΑΙϹΠЄΙϹΛϹ cet., Salt. ΘΥϹΑϹΔЄΚΑΙϹΙΤЄΙϹΑϹ cet. quae composui. Vs. 7. extr. Poc. ϹЄΝΘЄΙϹϹЄ, appicto ex tit. Lat. nomine CAIVS, Salt. ϹЄΝЄΙϹϹЄΙ. Vs. 8. omittit Poc. Vs. 9. extr. Poc. ΤΗΛΙΔΙΟ. Vs. 10. init. Poc. ϹЄΑΛΥΤΟΝ, Salt. quod dedi. Vs. 11. init. Poc. ωϹΑΥΤЄΗΧ cet., Salt. quod dedi. Vs. 12. Poc. ΔϹϹΟΙΧΑΡΑΣϹΤΟΝϹΤΙΧΟ, Salt. ΔЄϹΟΙΧΑΡΑΞЄ ΤΟΝϹΤΙΧϹ, quae composui. Vs. 13. Poc. ΟϹϹΙΠЄ ΤΑΥΤωΦΙΛΤΑΤΟΤ, Salt. quod dedi.

Φουνεισουλανὸς ἐνθαδε[ὶ Χα]ρείσιος,
στρατηγὸς Ἑρμώνθι[ό]ς τε [καὶ] Λάτων πάτρης,
ἄγων δάμαρτα Φουλβίαν ἀ[κήκ]οεν
σοῦ, Μέμνον, ἠχήσαντος, ἡ[νίχ᾽ ἡ] μήτηρ
ἡ σὴ χυθεῖσα σὸν δέμας ἀπ[ορρῇ στέ]φει.
θύσας δὲ καὶ σπείσας τε κάρτ[α τ᾽ ἔνθεος
τοῦτ᾽ αὐτὸς ἤϋτησεν εἰς σέ[θεν κλέος·
„Λάλον μὲν Ἀργὼ παῖς ἐῶ[ν ἐγὼ ᾽κλυον·
λάλον δὲ φηγὸν τὴν Διὸ[ς Δωδωναίου·
σὲ δ᾽ αὐτὸν ὅσσοις μοῦνον ἐδ[ράκην ἐμοῖς,
ὡς αὐτὸς ἠχεῖς καὶ βοήν τιν᾽ [ἐκφέρεις."
Τοῦτον δέ σοι ᾽χάραξε τὸν στίχο[ν, χαίρειν
ὃς εἶπε[ς] αὐτῷ φίλτατός τ᾽ [ἐδείκνυσο.

Plurima supplementa sunt Letronnii. Discessimus ab eo in paucis. Quamquam non multo certiora nostra iudicamus. Restitutio difficilis est vel propterea quod versus sunt vitiosi. Vs. 1. non offendit

correpta littera ΟΥ in nomine Φουνεισουλανός, apteque Letronnius comparat alia nomina, in quibus *u* breve est, ut Κάτοῦλος (conf. n. 4745.). De homine eiusque dignitate vide n. 4722. unde etiam aetas tituli cognosci potest. Vs. 2. Ἑρμώνθιος inter pronuntiandum trisyllabum est. De Λάτων πάτρῃ conf. ad n. 4722. Vs. 4. Letronnius scripsit ἡνίκ᾽ ἄν, quod ad sensum minus quadrat; quippe sermo est de Memnone semel audito. Ceterum cave versum hunc σκάζοντα sublatum eas. Σκάζοντα habes etiam vs. 9. Tertium intuli ipse vs. 12. Verborum poetica sententia est: Memnon sonum emittit tinctus lacrimis matris Aurorae filii mortem deflentis. Letronnius conferri iubet Ovid. Metam. XIII, 621. et Servium ad Aen. I, 493. Describit igitur Charisius sonum Memnonis πρὸ τῆς πρώτης ὥρας editum (conf. n. 4722.). Vs. 6. Letronnius dedit κάρτ[α φιλοθέως. Particula τε post σπείσας posita requirere videtur tale quiddam: καὶ κάρτα ἔνθεος γενόμενος. Vs. 7. Letronnius legit εἰς σεῖο κλέος. Vs. 8. nota sunt epitheta Argus λάλος, εὔλαλος, πολυήγορος ex Orph. Argon. 264. 487. 707. cf. Bergk in Zeitschrift für Alterth. 1841. p. 92. In fine Letronnius scripsit ἐγώ ᾽μαθον, proponens etiam ἐγώ ᾽κλυον, quod praetuli, ut in quo magis exprimatur sententia „*fando audire*". Vs. 9. pro Δωδωναίου Letronnius in Correct. Transact. Suppl. p. 34. proposuit etiam Πελασγικοῦ. Vs. 10. Letronnius ἔδ[ρακον ἐμοῖς. Consuluimus poetae scribendo quod etiam Letronnius attulit in Addendis. Vs. 12. extr. Letronnius dedit τὸν στίχο[ν εὐσεβής. Mihi non dubium, quin auctor χαίρειν dixerit nihil reveritus choliambum (cf. vss. 4. 9.). Vs. 13. Letronnius in fine ἠσπάζεο, coll. verbis tituli similis n. 4740. νῦν ὡς συνήθεις καὶ φίλους ἠσπάζετο. Sed nolui hanc formam inferre trimetris.

4722.

In Memnone; edidit Letronnius l. c. n. XII. p. 135. ex schedis Saltii.

ΛΟΥΚΙΟϹΦΟΥΝЄΙϹΟΥΛΑΝΟϹ
ΧΑΡЄΙϹΤΟϹϹΤΡΑΤΗΓΟϹЄΡΜѠΝ
ΘЄΙΤΟΥ ΛΑΤΟΠΟΛЄΙΤΟϹΗΚΟΥ
ϹΑΜЄΜΝΟΝΟϹΔΙϹΠΡΙΝΠΡѠ–
ΤΗϹѠΡΑϹΚΑΙΠΡѠΤΗϹΥΝ
ΤΗΓΥΝΑΙΚΙΜΟΥΦΟΥΛΒΙΑ
ΘѠΘΗ̅ LΖ̅ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΤΟΥ

Λούκιος Φουνεισουλανὸς Χαρείσ[ι]ος, στρατηγὸς Ἑρμωνθείτου [καὶ] Λατοπολείτο[υ], ἤκουσα Μέμνονος δίς, πρὶν πρώτης ὥρας καὶ πρώτῃ, σὺν τῇ γυναικί μου Φουλβίᾳ, Θὼθ η̄, ἔτους ζ̄ Ἀδριανοῦ τοῦ [κυρίου.

Funisulanus Charisius quum primum πρὸ πρώτης ὥρας Memnonem audisset cum coniuge sua, titulum metricum insculpsit n. 4721. Mox iterum audivit τῇ πρώτῃ ὥρᾳ, id quod memoriae prodidit hoc titulo inciso, in quo simul prioris auditionis mentionem facit. Iterum accessit die VI. mensis Septembris a. Chr. 122. Unde patet, titulum n. 4721. eiusdem temporis esse paucis diebus fortasse antiquiorem (cf. tit. Lat. ap. Letronnium l. c. p. 187.). Iam unus strategus interdum duobus simul nomis praefuit. Hinc coniicias etiam Charisium nostrum strategum fuisse Ἑρμωνθείτου [καὶ] Λατοπολείτο[υ] (conf. Introd. p. 316. *b.* et p. 317. *a.*). Hoc qui animadvertit Letronnius, obesse ratus dictionem Λάτων πάτρης tituli n. 4721. statuit Charisium Latopoli oriundum esse. Hinc et in titulo n. 4721. scripsit [κἀκ] Λάτων πάτρης et titulo n. 4722. restituit Λατοπολεί-τ[η]ς. Nos quidem non moratur dictio Λάτων πάτρης (pro Λάτων πόλεως), quippe qua fingas repraesentari notionem nomi luculentius. Et Λάτων πόλις poetice etiam Λάτων πάτρη vocari potest. Sed quod suadet ut Charisium censeamus fuisse strategum utriusque nomi, videtur collocatio esse verborum in titulo n. 4721. Certe insolentius dictum est id quod vult Letronnius: στρατηγὸς Ἑρμώνθιός τε κἀκ Λάτων πάτρης. Particula τε videtur indicare nomen quod sequitur urbis pariter atque Ἑρμώνθιος pendere ex voce στρατηγός.

4723.

In Memnonis crure dextero; edidit Pocockius Descr. Or. T. I. p. 104. aeri incisam. Ex hac inscriptione nonnulla (vss. 4. 7. 8. 9.) deprompta sunt in Jolloisii et Devilliersii Descr. Theb. (Descr. Aeg. Antt. T. II.) p. 199. Versum 8. cum parte vs. 9. dedit Jomard in Descr. Aeg. T. V. tab. 55. n. 36. Disputavit de ea Jablonskius l. c. Leichius in Carm. sep. (ap. Poc. Inscr. ant. P. I. p. 81.) Tractavit Iacobs Abhandl. cet. p. 148 sqq. melius Letronnius l. c. n. XIV. p. 142 sqq. qui habuit etiam ex schedis Saltii.

ΚЄΝΕΡϹΤΡΑΤΗΓΟϹЄΝΘΑΔЄΙΠΑΡΗΝ
ΜЄΜΝΟΝΟϹΟΥΧΟΠѠϹΑΚΟΥϹЄΤΑΙ
ЄΝΚΟΝЄΙΓΑΡΑΥΤΗΤΗΤѠΝΧѠΜΙΤѠΝ
ΠΑΡΗΝΘЄѠΡΟϹΚΑΙΠΡΟϹΚΥΝΗϹ^ѠΛΙαλ
ΜЄΜΝѠΝЄΠΙΓΝΟΥϹΟΥΔЄΝЄΞЄΦΘЄΓϹΑΤΟ
ΚЄΛЄΡΔЄΑΠΗЄΙЄΦΑΠΑΛΙΝΠ·ΡΗΝ
ΜЄϹΑϹΔΙΑϹΤΗϹΑϹΗΜЄΡΑϹΔΥΟ
ΗΚΟΥϹЄΝЄΛΘѠΝΤΟΥΘЄΟΥΤΟΝΗΧΟΝ
LΣ̅ ΑΔΡΙΑΝΟΥΚΑΙϹΑΡΟϹΤοΥΚΥΡΙοΥЄΠΙΦ=ѠΡα·Π̅Ι̅

Apographum est Saltii. Ex vitioso exemplo Pocockii haec tantum annoto: vs. 1. init. habet ΚЄΛЄΙ; vs. 2. ΟΠΙΟϹ (pro ΟΠѠϹ); vs. 3. ЄΝΚΟΝЄΙΠΑΡΑΥΤΗΙΑΤѠΝΧѠΜΑΤѠΝ; vs. 4. init. ΠΡΗ̅Ν et deinde

ΠΡΟCΚΥΝΗCΗΝ, nihil amplius; vs. 6. init. ΚΕΛΕΙ et deinde CΦΑΠΑΙΝΠΙΙΟΝ. Vs. 8. ΤΟΥ omittit Jomard. Vs. 9. primus ductus ap. Jom. est Λ, non L, male; post ΚΥΡΙΟΥ Poc. habet ΕΠΩΩΝΟ, Jom. ΗΜΩΝ.

Κέλερ στρατηγὸς ἐνθαδεὶ παρῆν
Μέμνονος οὐχ ὅπως ἀκούσεται·
ἐγκονεῖ γὰρ ἀϋτῇ τῇ τῶν [κ]ωμ[η]τῶν.
παρῆν θεωρὸς καὶ προσκυνήσω[ν ἅμα.
Μέμνων ἐπιγνοὺς οὐδὲν ἐξεφθέγ[ξ]ατο.
Κέλερ δ' ἀπήει, ἐφ' ἃ πάλιν παρῆν.
μέσας διαστήσας ἡμέρας δύο
ἤκουσεν ἐλθὼν τοῦ θεοῦ τὸν ἦχον.
ἔτους ζ̄ Ἀδριανοῦ Καίσαρος τοῦ κυρίου,
Ἐπὶφ ζ̄, ὥρα ΙῙ.

Celer quum Romanus sit, Letronnio videtur *ἐπιστράτηγος* fuisse; nam strategi nomorum solent esse homines Graeci (vide Introd. p. 316. *b*.). Verum opinor dixisset *ἐπιστράτηγος*, si fuisset; quae vox notante etiam Letronnio paulum sublevasset versum, quem voluit facere auctor. Fuit *στρατηγός*, neque opus videtur ut eum Romanum fuisse statuamus. Potuit habere agnomen Romanum, quod, quum Graecum nomen versui aptare nescisset, pro illo immisit suis trimetris. Nam hominem imperitum trimetros pangere voluisse manifestum est. Sensum horum *ἀμέτρων* versuum recte indicavit Letronnius. Celer quum officii sui causa devenisset ad locum Memnonis, sonum non audivit. Abiit igitur ad negotia sua capessenda. Interiectis duobus diebus accedit rursus et audit Memnonem. Dicit autem primum se accessisse, non ut sonum audiret Memnonis, sed ut audiret vocem *τῶν κωμητῶν*, ludens in vocabulo *ἀϋτή*; quod etiam versui secundo adhibere debuit (*Μέμνονος ἀϋτῆς οὐχ ὅπως ἀκούσεται*). Sic lusus appareret magis. *Στρατηγὸς* praefectus fuit administrationi rerum civilium, et Thebae tum *κωμηδὸν* habitabantur. Hinc *ἐγκονεῖ γὰρ ἀϋτῇ τῇ τῶν κωμητῶν*, in quo dativus minime offendit. De *κονεῖν* et *ἐγκονεῖν* Letronnius confert Iacobs. Anthol. Palat. II. p. 791. Confectis demum negotiis suis accessit *προσκυνήσων*. Sed Memnon quum vidisset Celerem non dedita opera adiisse venerandi sui causa (*ἐπιγνούς*), sonum non edidit. Audiit Celer Memnonem hora II. die I. mensis Iulii a. p. Chr. 124. Ductus extremi ΙῙ si veri sunt, numerales sunt Latinae pro Β̄. Vs. 4. extr. Letronnius legebat *προσκυνήσω[ν] λίαν*. Sed ΛΙ videtur esse Ν. In Addendis Letronnius proposuit *προσκυνήσειν*, ad quam lectionem deducere videretur Pocockii ΠΡΟCΚΥΝΗCΗΝ. Immo composita lectione Pocockii et Saltii optime prodibit *προσκυνήσων*; quod quin verum sit, non est cur dubitemus.

4724.

In Memnonis crure dextero supra n. 4750.; edidit Pocock. Descr. Orient. T. I. p. 104. aeri incisam. Inde a vs. 4. Hamiltonus Aeg. p. 173. quam partem (vss. 5-9.) mutilam etiam Jollois et Devilliers l. c. p. 110. protulerunt ex Pocockio et falso interpretati sunt p. 96. Hanc partem tractavit Letronnius in Mém. sur le tomb. d'Osymand. p. 26 sq. Journ. des Sav. 1822. p. 540 sq. Rech. sur l'Égypte p. 352 sqq. Totam repetierunt et tractarunt Leichius l. c. (ap. Poc. Inscr. ant. P. I. c. 9. p. 93.), Letronnius Journ. des Sav. 1831. m. Junii et in Comm. de statua voc. Memn. n. XV. p. 145 sq. hic ex schedis Saltii.

CΕΒΟΝΟCCΟΥΑΠΙC
ΕΠΑΡΧΟCCΠΕΙΡΗ
ΛΕΓΕΩΝΟCΕΠ
ΚΟΥΝΤΙΩ/
ΝΕΩΚΟΡΟCΤΟΥΜΕ
CΑΡΑΠΙΔΟCΤΩΝ
CΕΙΤΟΥΜΕΝΩΝΑΤΕΛ
ΜΕΜΝΟΝΟCΩΡΑC
L ζ̄ ΑΔΡΙΑΝΟΥ

Vs. 1. Poc. CΕΡΟΝΟCΥCΟΥΑΤΗ; vs. 3. extr. idem CΓ. . . . . Vs. 4. Poc. ΚΟΥΝΤΙ . . . ., Hamilt. lacunam notat. Vs. 5. extr. Poc. Hamilt. ΤΟ. Vs. 6. extr. Poc. Hamilt. Τ. Vs. 7. Poc. CΕΙΤΟΥΜΕ ΜΝΟΝΑ, Ham. CΕΙΤΟΥΜΕΝΩΝΑΤ. Vs. 8. omittit Pocockius; Hamilt. in fine ΩΡΑ. Vs. 9. Poc. ΣΑ ΡΙΑΝΟ, Hamilt. . ΑΔΡΙΑΝΟ.

Σέ(ξτος) Βόνος Σουάπις ἔπαρχος σπείρη[ς -] λεγεῶνος - - - [καὶ] Κο[ί]ντι[ος] - - - νεωκόρος το[ῦ μεγάλου] Σαράπιδος, τ[ῶν ἐν Μουσείῳ] σειτουμένων ἀτ[ελῶν, ἠκούσαμεν] Μέμνονος, ὥρα[ς -] ἔτους [ζ̄] Ἀδριανοῦ [Καίσαρος.

Vs. 1. Letronnius legit *Σέ(ξτος) Βόνος Σουάβις*. *Σουάπις* certe pro *Σουάβις* est. Legionem XXII. Letronnius putat esse, cuius crebra in his titulis mentio (cf. Wiener de legione XXII. p. 141.). Incertum tamen, quod inde a Traiano Imp. legioni XXII. substituta est legio II. Traiana (vide Introd. p. 314. *a*.). Vss. 6. 7. egregie restituit Letronnius ex Inscr. athlet. ap. Falconerium n. IV. p. 97. ubi *νεωκόρος τοῦ μεγάλου Σαράπιδος καὶ τῶν ἐν Μουσείῳ σιτουμένων ἀτελῶν φιλοσόφων*. De his vide Falcon. p. 109 sq. (cf. n. 4748.). De neocoris Serapidis Letronnius ablegat ad Firmicum Maternum III, 7. IV, 7. Titulus videtur esse ex a. p. Chr. 124.

4725.

In Memnonis crure sinistro; edidit Pocock. Descr. Orient. T. I. p. 105. aeri incisam. Is priores tres versus ab epigrammate avulsos pro diverso titulo habuit. Utrumque restituebat Leichius (ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. p. 82.). Tractarunt Jablonskius Syntagm. p. 93. (ex quo priores tres versus repetierunt Jollois et Devilliers Descr. Theb. in Descr. Aeg. Ant. Descr. T. I. p. 111.), Iacobs Abhandl. cet. p. 55. et p. 131 sqq. Anthol. Palat. Append. n. 394. Letronnius Journ. des Sav. 1831. m. Iunii, accuratius in Comment. de stat. voc. Memnonis n. XIX. p. 150 sqq. ex schedis Saltii. Leichii malam interpretationem vs. 1. reiecit iam Eckhelius Doctr. Num. VI. p. 521. Ex recensione nostra edidit Ahrens de Graec. ling. dialect. T. II. p. 578.

ΙΟΥΛΙΑC ΒΑΛΛΙΛΛΗC
ΟΤЄ ΗΚΟΥCЄ ΤΟΥ ΜЄΜΝΟC
Ο CЄΒΑCΤΟC ΑΔΡΙΑΝΟC
ΜЄΜΝΟΝΑΠΥΝΘΑΝΟΜΑΝΑΙΓΥΠΤΙΟΝΑΛΙΩΑΥΓΑΙ
ΑΙΘΟΜЄΝΟΝΦΩΝΗΝΘΗΒΑΙΧΩΠΥΛΙΘΩ
ΑΔΡΙΑΝΟΝΔЄCΙΔΩΝΤΟΝΠΑΜΒΑCΙΛΗΑΠΡΙΝΑΥΓΑC
ΑЄΛΙΩΧΑΙΡΗΝЄΙΠЄΓΟΙΩcΔΥΝΟΤΟΝ
ΤΙΑΝΔΟΤΤЄΛΑΩΝΛЄΥΚΟΙCΙΔΙΑΙΘЄΡΟCΙΠΠΟΙC
..ICΚΙΑΙΩΡΑΩΝΔЄΥΤЄΡΟΝΗΧЄΜЄΤΡΟΝ
ΩCΧΑΛΚΟΙΟΤΥΠЄΝΤΟCΙΗΜЄΜΝΩΝΠΑΛΙΝΑΥΔΑΝ
ΟΞΥΤΟΝΟΝΧΑΙΡΩΚ ΑΙΤΡΙΤΟΝΑΥΟΝΙΗ
ΚοΙΡΑΝΟCΑΔΡΙΑΝΟC ΑΙCΔΑCΠΑCCΑΤΟΚΑΥΤΟC
ΜЄΜΝΟΝΑΚΑΝC ΛΛΚΑΜΙ·ЄΝΟΙCΙΤΟΝΟΙC
ΓΡΟΠΠΑΤΑCΑΜΑΙΝC ΤΑΤΟCЄΥΙΔЄΚΩCCЄCΑΚΟΥCЄ
ΔΗΛΟΝΠΑΙCΙΔЄΓЄ ΤΩCΓЄΦΙΛΙCΙΘЄΟΙ

Fundus lectionis est apographum Saltii. Pocockius vs. 2. ΙΟΥΛΙЄΩΝΟΣ, ubi Salt. ΤΟΥΜЄΜΝΟC. Vs. 4. Poc. ΛΙCΥΠΠΟΝΑΛΙΩΛΥCΔΙ. Vs. 5. Poc. ΛΙΠΟΜЄΜΝΩΩΝΗΝ pro ΑΙΘΟΜЄΝΟΝΦΩΝΗΝ. Vs. 6. extr. Poc. ΑΥCΑC. Vs. 7. init. Poc. ΑC ΝΩΧΑΙΡΗΝЄΙΠЄΡΟΙΩCΛΥΝΟΤΟΝ. Vs. 8. Poc. ΤΙΡΑΝΔΟΤΤЄΛΑΩΝ cet., Salt. ΤΠΑΝΔΟΤΥЄΛΑΩΝ cet. quae composui. Vs. 9. Poc. ¯Ι..ΙCΚΙΑΙ ΩΡΑΩΝΔЄΠЄΡΟΝΗΧΛЄΤΡΟΝ. Vs. 10. Poc. ΩC ΧΑΜΒΟΛΟΤΥΠЄΗΤ'ΟΙΗΜЄΜЄΜΝΩΝΠΑΝΗΑΥΔΑΗ. Vs. 11. Poc. ΟΔΥΤΟΝΟΝΜΙΡΩ..ΥΤΡΙΤΟΝ ΑΔΟΝΙΗ. Vs. 12. Poc. ΑΔΡΙΑΝΟC - - ΑΙCΔΑΙC ΓΟCΑΡΟΚΑΥΤΟC, Salt. ΑΔΡΙΑΝΟΤ...ΛΙCΔΑ CΠΑCCΑΤΟΚΑΥΤΟΙ, quae composui. Vs. 13. post ΜЄΜΝΟΝΑ Poc. ΚΑΝC - - - - ΛΙΚΛΛ - - ΜΟΥ ΙΙΟΥΟΙC, Salt. ΚΑΝC........Λ/ΚΑΜΙ.ЄΝΟΙCΙΤΟΝΟΙC, quae composui. Vs. 14. Poc. CΚΑΟC, ubi Salt. ЄΚΩC. Vs. 15. Poc. ΙЄ, ubi Salt. ΓЄ.

Ἰουλίας Βαλ[β]ίλλης, ὅτε ἤκουσε τοῦ Μέμνο[νο]ς ὁ Σεβαστὸς Ἀδριανός.

Μέμνονα πυνθανόμαν Αἰγύπτιον, ἀλίω αὔγᾳ
αἰθόμενον φώνην Θηβαΐ[κ]ω ᾽πὺ λίθω.
Ἀδρίανον δ᾽ ἐσίδων τὸν παμβασίληα πρὶν αὔγας
ἀελίω χαίρην εἶπέ ϝοι ὡς δύνοτον.
Τί[τ]αν δ᾽ ὄττ᾽ ἐλάων λεύκοισι δι᾽ αἴθερος ἵπποις
ἐν] σκίᾳ ὠράων δεύτερον ἦχε μέτρον,
ὡς χάλκοια τύπεντο[ς] ἴη Μέμνων πάλιν αὔδαν,
ὀξύτονον· χαίρω[ν κ]αὶ τρίτον ἄ[χ]ον ἴη.
κοίρανος Ἀδρίανος [τοσάκ]ις δ᾽ ἀσπάσσατο καὔτος
Μέμνονα, [Β]α[λβίλλα δ᾽ ἄρ] κ[ά]μεν οἶσι [π]όνοις
γρόππατα σαμαίν[ον]τά τ᾽ ὄσ᾽ εὔιδε κὤσσ᾽ ἐσάκουσε·
δῆλον παῖσι δ᾽ ἔγε[ν]τ᾽ ὥς ϝε φίλ[ε]ισι Θέοι.

In restituendis his versibus nihil fere nobis reliqui fecit Letronnius. Nomen poetriae Βαλβίλλης certum est (vide n. 4727 sqq.); neque est cur exagitemus Wilkinsonum legentem Βαλλίλλα (vide Transact. of the Roy. Soc. of Litt. Vol. II. P. II. 1834. p. 454.), cuius pridem explosa a Letronnio sententia est (vide Mem. de l'Acad. des Inscr. T. X. 1833. p. 773.). Haec Balbilla e comitatu Sabinae Augustae fuit, et in versibus Graecis faciendis illa satis versata, sed mirum quantum laeta dialecto Aeolica. Hinc explicandae sunt formae ex reconditiore Aeolismo petitae (cf. n. 4727.). Vs. 2. vocula ΠΥ multum torsit interpretes praesertim quum firmata sit lectio titulo n. 4727. Varia tentavit Letronnius, donec acquiesceret in eo, ut πὺ ad morem Aeolensium audacius dictum putaret pro τί. Verum huic opinioni obstare videtur usus Aeolensium, quos constat τ in vocula τίς non mutasse in π (vide Ahrens de Graec. ling. dial. I. p. 41.). Nobis visa est esse praepositio ἀπὺ (ἀπό, vide Ahrens l. c. p. 83.), quae forma vel ex titulis Aeolicis notissima est. Coniecit etiam Letronnius ᾽πὸ λίθω, sed repudiavit coniecturam ut minus probabilem. Vs. 7. collocatio particulae γε (γ᾽ οἱ) per hyperbaton explicanda esset pro: εἶπέν οἱ ὥς γε δυνατόν (quantum quidem fieri potest, ut sono illo exprimatur χαίρειν). Verum poetria digamma quod vocant Aeolicum intulit; quam coniecturam nescio an confirmet vs. 15. ubi ob sententiam ὥς ϝε φίλεισι Θέοι probabilius videtur quam ὥς γ᾽ ἑ cet. De forma δύνοτον vide Ahrens l. c. T. II. p. 582. Ceterum sonum Memnon edidisse dicitur πρὶν αὔγας ἀλίω, quod est n. 4722. πρὶν πρώτης ὥρας. Nec subscribo sententiae Letronnii qui poetriae hoc effatum pro licentia poetica habet (cf. n. 4726.). Vs. 8. de λευκοῖς ἵπποις quos locos attulit Iacobs Anthol. T. XIII. p. 827. iis addit Letronnius Schol. ad Soph. Aiac. vs. 697. Theocr. Idyll. XIII, 11. Boeckh. ad Pind. Olymp. VI, 95. In verbis ὄττ᾽ reprehenditur ab Ahrensio l. c. p. 581. Vs. 9. ἐν σκιᾷ ὠράων nunc dictum pro σκιοθήρῳ s. ὡρολογίῳ. Forma ἦχε p. εἶχε Dorica est (vide Ahrens l. c. p. 90.). Eam Balbilla habet etiam n. 4727. Vs. 10. ὡς χάλκοιο τύπεντος in memoriam revocat χαλκεῖον Δωδωναῖον, quod in proverbium abiit (vide Zenob. VI, 5.). Vs. 13. Letronnius scripsit κα[ὶ Βαλβίλ]λα κάμεν οἶσι πόνοις, in quo κάμεν (ἔκαμεν) verum videtur; quo sensu et Theocritus Idyll. XXVI, 5. adhibuit verbum et hodie usurpatur a Graecis. Sed non puto Balbillam nomine suo incisionem pentametri obscurasse. In litteris ΚΑΝ dispicio ΒΑΛ, et ΛΛ vel ut Poc. habet ΛΙ potest esse ΑΡ. Quamquam incommoda syllaba ultima nominis producta. Vs. 14. γρόππατα Aeolice sunt γράμματα (cf. n. 4730.), quod exemplum addendum ap. Ahrens l. c. T. I. p. 68. Ceterum in his extremis versibus nota tenuem pro aspirata. Formam εὔιδε in litteris ad me datis Ahrens comparat cum simili εὐάλωκε

(cf. eius Dial. Gr. ling. T. I. p. 36.). Vs. 15. παῖσι Aeolice pro πᾶσι (vide Ahrens de Graec. ling. dial. I. p. 70.), quae forma extat etiam in titulo Lesbio Vol. II. n. 2188. ΦΙΛΙϹΙ in lapide esse docent apographa, Balbilla scribere voluit ΦΙΛΕΙϹΙ, a verbo φίλημι (vide Ahrens l. c. p. 139.). Titulus positus est a. p. Chr. 130. quo anno Thebas adiit Hadrianus (cf. n. 4727.).

4726.

In Memnonis pede sinistro supra n. 4727.; edidit Pocock. Descript. Orient. I. p. 105. aeri incisam. Tractarunt Jablonskius l. c. Leichius (ap. Pocock. Inscr. ant. p. 84.) et ex Jablonskio in duas particulas divulsam Auctores Descr. Theb. in Aeg. Antt. T. I. p. 114. Iacobs Abhandl. über Gegenstände d. Alterth. p. 139. Letronnius de stat. voc. Memnon. n. xx. p. 160. qui habuit etiam ex schedis Saltii.

ΦΛΑΟΥΙΑΝΟϹ
ΦΙΛΙΠΠΟϹ
ЄΚΛΥΟΝΜЄ
ΜΝΟΝΟϹΤΟΥΘЄΙΟΤΑΤΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹΑΔΡΙΑΝΟ
ΑΚΟΥΟΝΤΟϹЄΝΤΟϹ
ωΡΑϹ Β ΔΙϹ

Vs. 1. init. Poc. ΛΦΛΑ cet. Vs. 5. Poc. ΑΥΤΟΚΡΛ ΤΟΡΟϹΑΔΡΙΑΝΟ, Salt. ΛΥΤΟΚΡΑΤΟϹΑΔΡΙΑΝ. Vs. 6. extr. Poc. ЄΠΤΟϹ. Vs. 7. Poc. ΟΡΑ - - - Β Α . . Ι Ϲ. Mitto commenta auctorum Descr. Theb. qui tres extremos versus pro diverso titulo exhibent male mulcatos.

Φλαουϊανὸς Φίλιππος ἔκλυον Μέμνονος τοῦ θειοτάτου,
Αὐτοκράτορος Ἀδριανο[ῦ] ἀκούοντος ἐντὸς ὥρας β̄ δίς.

Horam hanc secundam, qua Memnonem bis audit Hadrianus, descripsit Balbilla n. 4725. vss. 8. 9. Quippe Philippus nondum aderat, quum primo sono Memnon salutaret Hadrianum. Θειοτάτου pertinet ad Memnonem (cf. n. 4732. 4736.).

4727.

In Memnonis pede sinistro infra n. 4726.; edidit Pocock. Descr. Or. I. p. 105. aeri incisam, Hamilton Aegypt. p. 174. Tractarunt Leichius (ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. p. 84.), Dorvillius (ibid. p. 91.), Zoega Num. Aegypt. p. 94. (447), Jablonskius de Memn. p. 92. Langlès in Voyage de Norden T. II. p. 227. Holsten. in Comment. epigr. in eius Epistolis ed. Boissonade p. 449. Schow Chart. papyr. Velitr. p. 84. Iacobs Abhandl. cet. p. 136. Anthol. Palat. Append. n. 392. Champollion-Figeac Annales des Lagides T. I. p. 413 sqq. Walpol. Mem. p. 468. Letronnius Journ. des Sav. 1831. m. Iunii et Comment. de stat. voc. Memnon. n. xxi. p. 161 sqq. qui habuit etiam ex schedis Saltii. Citavit Heeren Ideen cet. V. p. 313. Welcker Syll. epigr. p. 252. ed. alt. Ex Dorvill. petierunt Auctores Descr. Theb. in Descr. Aeg. Antt. T. I. p. 114. Ex recensione nostra edidit Ahrens de Gr. ling. dial. T. II. p. 578.

ΕΚΛΥΟΝΑΥΔΗϹΑΝΤΟϹΕΓωΠΥΛΙΘωΒΑΛΒΙΛΛΑ
ΦωΝΑΤΑϹΘΕΙΑΣΜΕΜΝΟΝΟΣΗΦΑΜΕΝωΘ
ΗΛΘΟΝΥΜΟΙΔΕΡΑΤΑΙΒΑΣΙΛΗΙΔΙΤΥΙΔΕΣΑΒΙΝΝΑ
ωΡΑϹΔΕΠΡωΤΑΣΑΛΙΟΣΗΧΕΔΡΟΜΟΣ
ΚΟΙΡΑΝωΙΑΔΡΙΑΝωΠΕΜΠΤωΔΕΚΟΤωΔΕ
ΝΙΑΥΤωΑΔΕΧΕΣΚΕΔΑΘΥΡΕΙΚΟϹΙ
ΚΑΙΠЄϹΥΡΑΕΙΚΟΣΤωΠΕΜΠΤω
ΔΑꟺΑΤΙΜΗΝΟϹΑΘΥΡ

Formae Σ et Ϲ promiscue. Poc. vs. 1. extr. ΠΥ ΛΙΘШBALBΤΝΙ; vs. 2. extr. ΜΕΜΝΟΣΗΦΑΜΕШΘ; vs. 3. extr. ΣΑΒΙΝΑ; vs. 4. ΤΑΕΛΛΙΟΣΗΧΧΕΔΡΟ ΜΟΣ; vs. 5. extr. ΔERATШΔΕ; vs. 8. ΔΑΛΛΛΠλΗ ΝΟϹΛΟΥΡ.

Ἔκλυον αὐδήσαντος ἔγω ᾽πὺ λίθω Βάλβιλλα
φώνα[ς] τᾶς θείας Μέμνονος ἢ Φαμένωθ.
ἦλθον ὔμοι δ᾽ ἐράτᾳ βασιλήϊδι τυῖδε Σαβίννᾳ·
ὤρας δὲ πρώτας Ἄλιος ἦχε δρόμος,
κοιράνω Ἀδριάνω πέμπτῳ δεκότῳ [τ᾽] ἐνιαυτῷ·
[φῶτ]α δ᾽ ἔχεσκε[ν] Ἄθυρ εἴκοσι καὶ πέσυρα.
—εἰκόστῳ πέμπτῳ δ᾽ ἄματι μῆνος Ἄθυρ.—

De Balbilla vide n. 4725. Aliud hoc est specimen poeticum mulieris dialecti Aeolicae studiosissimae. Sabina Augusta audivit Memnonem diebus xxiv et xxv. mensis Athyr, anno Imperatoris xv., sive diebus xx et xxi. mensis Novembris a. p. Chr. 130. Bis eam audivisse docet n. 4728. Igitur Balbillam altero die addidisse versum ultimum negligentius cum priore coniunctum rectissime censuit Letronnius. Mitto coniecturas virorum doctorum, qui ante Letronnium hos versus interpretati sunt. Hic titulus docet Hadrianum sub finem mensis Athyr s. Novembris a. p. Chr. 130. venisse Thebas. Proditur hic nomen Aegyptiacum statuae Memnonis Φαμενώθ, pro quo dicitur n. 4731. Ἀμενώθ, omisso praefixo Phi, et n. 4805. Ἀμενώθης (cf. pap. Taur. VIII. IX. XII. XIV.), siquidem etiam in monumentis Aegyptiis ubique audit *Amenoph*, *Amenoth'ph*, *Amenoftes*, vel *Phamenoph*. Φαμένωφα appellat Pausan. I, 42. Sed Graeca nominis forma est Ἀμένωφις (vide Langlès sur la stat. de Memn. in Mag. encycl. 1796. P. III. p. 205. 206.) quae paullum variatur in libris ut in Chronico Paschali dicitur Ἀμμενόφις, apud Syncell. p. 72. 151. Ἀμενῶφθις. De ᾽πὺ vs. 1. cf. ad n. 4725. Pro αὐδήσαντος exspectes αὐδάσαντος (cf. n. 4730.). Vs. 3. formae sunt Aeolicae ὑμοῖ s. ὔμοι p. ὁμοῦ et τυῖδε i. e. ἐνθάδε (vide Ahrens l. c. p. 81. 154 sq.). Vs. 4. de ἦχε cf. ad n. 4725. Deinde δρόμος scripsisse poetria videtur ex more Cretensium pro δρόμως i. e. δρόμους. Vs. 5. δεκότῳ Aeolice pro δεκάτῳ (vide Ahrens T. II. p. 582.). Vs. 6. init. φῶτα dedit iam Dorvillius, quem sequi-

tur Iacobs. Forma πέσυρα bona est pro vulgato πέσσυρα (vide Ahrens l. c. p. 40. inpr. p. 79.). Vs. 7. exspectes τ' pro δ', quemadmodum vs. 5. ubi etiam priores interpretes mutarunt lectionem.

4728.

In Memnone, ni fallor, in crure sinistro; edidit Letronnius Journ. des Sav. 1831. m. Iunii et l. c. n. xxii. p. 165. ex schedis Saltii.

ƷΕΙΝΑCΕΒΑCΤΗ
ƆΚΡΑΤΟΡΟCΚΑΙCΑΡΟC
'ƆΥΕΝΤΟCωΡΑC
ΓΔΙCΗΚΟΥCЄ

Σαβ]εῖνα Σεβαστή, [Αὐτο]κράτορος Καίσαρος [Σεβαστ]οῦ, ἐντὸς ὥρας [ᾱ τοῦ Μέμνονος] δὶς ἤκουσε.

Quod Balbilla n. 4727. narrat versibus, Sabina Augusta titulo peculiari insculpi iussit. Prima hora bis audivit Memnonem, diebus xxiv et xxv. mensis Athyr. Igitur hic titulus incisus est eodem die, quo Balbilla ultimum versum addidit tituli n. 4727. h. e. die xxv. mensis Athyr sive die xxi. mensis Novembris a. p. Chr. 130. Hinc simul apparet Augustam aliis diebus atque Hadrianum adiisse Memnonem. Utrique affuit Balbilla. Videtur tamen Hadrianus, quum Thebis commoraretur, saepius accessisse ad Memnonem, licet semel tantum id indicari iusserit titulo simplicissimo:

ΙΜΡΕRΑΤ·ΑΙ
RΙΑΝΟC

(*Imperat(or) A[d]rianos*), quae a Graeco homine insculpta esse praesente Imperatore coniecit Letronnius (l. c. p. 149.). Deest in nostro titulo ΓΥΝΗ; cuius rei exempla quaedam ex nummis idem attulit doctissimus interpres.

4729.

In statua Memnonis; edidit Letronnius Journ. des Sav. 1831. m. Iunii et l. c. n. xxiii. p. 167 sqq. ex schedis Saltii. Ex recensione nostra ed. Ahrens de Gr. ling. dial. T. II. p. 579.

ΟΤЄ ΤΗΠΡωΤΗΗΜЄΡΑΟΥΚΑ
ΚΟΥCΑΜЄΝΤΟΥΜЄΜΝΟΝΟC
ΧΟΙCΔΟΝΜΕΝ.....ΜΕΜΝΟΝΟC.........
ωCΠΛΛΙΝΑΚΜΟΤΡΙΟCΟΑΞΙΝΝΑΑΝΟC.
. ΠΡΗЄΙΓΑΡCЄ ΛΤΑΜΟΡΦΑΒΑCΙΛΗΙΔΟC..ΜΙC
ЄΧΘΟΙCΑΙΟ..ΥΤΑΙΘΗ....ΙΛΥΟΝΙΗ
ΜΗΚΑΙΤΟΙΒΑCΙΛЄΥCΚΟΤCC . ΝΥΔΛΡΟΝΝΤΟΑ
ΤΗΝCЄΜΑΙΑΝΚΑΤЄΧΗC ΚΟΥΡΙΔΙCΛΟΧΟΝ
ΚωΜЄΜΝωΙΤΡЄCCΑΙCΜЄΓΑΛωΜЄΝΟΙC ΑΟΙΝ
ЄΙΞΑΗΙΝΑCΑΥΔΑCΛΔΟΤΟΙCΗΧΑΡΗ

Ὅτε τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ οὐκ ἀκούσαμεν τοῦ Μέμνονος.
Χ[Θ]ίσδον μὲν [φώνην τῶ] Μέμν[ο]νος [οὐκ ἐθέλοντος,
ὡς π[ά]λιν ἀ[λλ]ότριος - - - - - -
ἤπ]ειγ' ἆρ σέ[μν]α [μ]όρφα βασιλήϊδος, [αἰ] μ[ὴ
ἔ[λ]θοίσα [γ' α]ὔτα θή[ϊον ἄχ]ον ἴῃ·
μὴ καί ϝοι βασίλευς κοτ[έσῃ, ὅ] νυ δ[ᾶ]ρον [ὄ]ν[ί]α
τ[ὰ]ν σέμ[ν]αν κατέχ[ει] κουριδί[αν ἄ]λοχον.
κὼ Μέμνων τρέσσαις μεγάλω [μόμφαν β]ασί[ληος
ἔξα[π]ίνας αὔδασ'· [ἁ] δ' ὀ[ί]οισ' [ἐ]χάρη.

Inciderunt hoc epigramma homines, qui quum primo quo accesserant die non audissent Memnonem, postridie eum iterum inviserunt, eo ipso die quo primum audit Sabina Augusta. Ex universa indole epigrammatis colligas fuisse Balbillam, quae composuit, cuius sunt etiam tituli n. 4725. 4727. 4730. Quod si ita est, sane cum Letronnio fieri coniectura potest praescriptis vss. 1. 2. significari comitatum Augustae eique primo die non tam facilem se praestitisse Memnonem quam insequentibus diebus (vide n. 4727.). Utut est, titulus pertinet ad diem eum, quo primum Memnonem audivit Augusta; ut Balbilla in eundem diem et n. 4727. et n. 4729. fecisse videatur. Vss. 3. 4. olim exempli causa explevimus *χ[θ]ίσδον μὲν [τύχομεν] τῶ Μέμν[ο]νος [ἐκπείραντες] ὡς π[ά]λιν ἀ[λλ]οτρί[ω]ς [β]άξιν [ἀναινομένω*, in quo *βάξιν* coniectura est Letronnii. Ahrensius hos versus ita restituebat: *Χθίσδον μὲν [φώνην τῶ] Μέμνονος [οὐκ ἐθέλοντος], ὡς πάλιν ἀλλοτρίως βάξιν ἔμελλεν ἴην.* Sed in pentametro exspectantur potius haec: *ὡς πάλιν ἀλλότριος παῖσιν ἔδοξε νόος.* Vs. 5. Letronnius legebat: *πρήθει γὰρ σε[μν]ὰ μορφὰ βασιληΐδος [ἄμ]μι[ν]*, dicens *πρήθει* dictum esse pro *πρήθῃ*, quod non intelligo. Certa sunt vocabula *σεμνὰ μορφά* (conf. *δέμας Ἀγαμέμνονος* ap. Euripid.). Initio versus Ahrensius proposuit: *ἤπειγ' ἆρ* cet. Vs. 6. bene legit Letronnius, qui tamen pro γ' dedit τ'. *Ἄχον ἴῃ* habes n. 4725. Vox *θήϊον* si vera est docet auctorem paulum excidisse severiore Aeolismo. *Ἐλθοίσα* debetur Ahrensio. Vss. 7. 8. Letronnius: *μὴ καὶ τοῖ βασιλεὺς κοτέ[ῃ καὶ] δαρὸν [ἀ]νία? | τὴν σεμνὰν κατέχῃ κουριδί[αν ἄ]λοχον*, quae, ut par fuit, paulo aliter constituimus. In his auctor scripsit FOI (conf. ad n. 4725. vs. 7.); ὅ est ὅτι. Ahrensius proposuit *κότῃ ὡς πάνυ δᾶρον ὀνία*, quae lectio paulo recedit a ductibus superstitibus. Vs. 8. *κωριδίαν* exspectari monuit Ahrensius. Vs. 9. Letronnius dedit — *μεγάλως μένος [αἰὲν ἀνάκτων?*. *Μεγάλω — βασίληος* certum videtur. Ahrensius dedit *μεγάλω μᾶνιν βασίληος*. Sed est aut *μέμψιν* aut *μόμφαν*. Vs. 10. *ἀδύ, θίοις τ' ἐχάρη* restituit Letronnius, ratus auctorem formam adoptasse ex dialectis

reconditiorem (ϑίοις). Sed idem auctor (Balbilla) etiam n. 4725. dixit ϑέοι. Verborum vis sane in summam adulationem verteret: Memnon reformidat regum vituperium; itaque sonum edidit ac simul ostendit se laetari praesentia deorum qualis est Augusta. Sed non credo auctorem id sibi indulsisse, quippe qui n. 4725. dixerit ὤς ϝε φίλεισι ϑέοι (Hadrianum). Quod in Addendis tentavit Letronnius ὃ τοῖς ἐχάρη, vix stare potest. Nos primum dedimus ἇδυ, φίλοις τ᾽ ἐχάρη; recepimus tamen lectionem a Boeckhio propositam ἃ δ᾽ ὄϊοισ᾽ ἐχάρη· in qua ὀΐειν est ἀΐειν, etsi Sappho ἀΐοισα dicere videtur.

4730.

In Memnonis crure sinistro infra n. 4745. Priores duos versus edidit Pocock. Descr. Orient. T. I. p. 105. aeri incisos; repetiit Leichius l. c. (ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 9. p. 93. n. 12.); totum edidit Letronnius Journ. des Sav. 1831. m. Iunii et l. c. n. XXIV. p. 171. ex schedis Saltii. Ex recensione nostra edidit Ahrens de Gr. ling. dialect. T. II. p. 579 sq.

ΧΑΙΡΕΚΑΙΑΥΔΑϹΑΙϹΠΡοΦΙ . . . .
ΤΑΝ . . . .
ΓΑωϹϹΑΝΜΕΝΤΟΙΤΑΛΕΞ. . . . .
ΚΑΜΒΥϹΑΙϹΑΘΕΟϹΤΟΝΜΟΥΤωϲ . . . . .
ΔωΚΕΝΤΟΙΠΟΙΝΑΝΤωϹωΙοΙΚ . . . .
ΤΟΝΗΛΑϹΑΠΙΝΚΑΙΤΟΝ . . . .
ΑΔΛΕϮωΟΥΔΟΚΙΜωΜΙϹΕΘΕΝΤΟ. . . . . . .
ΨΥΧΑΝΔΑΘΑΝΑΤΑΝΛΟΙΤΙΟΙϹωϹΙ . . . . .
ΕΥϹΕΒΕϹΓΑΡΕΜΟΙΓΟΝΕΤΑΙϹΕ. . . . .
ΒΑΛΒΙΛΛΟϹΤΟϹΟΦΟϹΚΑΝΤΙΟΧΟϹ . . . .
ΒΑΛΒΙΛΛΟϹΓΕΝΕΤΑΙϹΜΑΤΡΟϹΒΑϹΙΛΗΙΔΟϹΚΑΛΙ
Τ( )ΠΑΤΕΡΟϹΔΕΠΑΤΗΡΑΝΤΙΟΧΟϹΒΑϹΙΛΕΥϹ
ΚΗΝωΝΕΚΓΕΝΕΑϹΚΑΤωΛΟΧΟΝΑΙΜΑΤΟΚΑΛΟ
ΒΑΛΒΙΛΛΑϹΔΕΜΕΘΕΝΓΡΟΙΤΤΑΤΑΔΕΥΟΟΤΕ

Pocockius vs. 1. ΧΑΙΡΕΚΛΑΥΔΙϹΑΙϹΠΙω, vs. 2. ΤΑΝ ΛΧΟ.

Χαῖρε καὶ αὐδάσαις πρόφ[ρων, ταλαπείριε Μέμνον,
τὰν [πρόσϑεν μόρφαν πόλλ᾽ ἀποδυρόμενος.
γ[λ]ῶσσαν μέντοι ἀλεξ[ίκακον τήρην ἐπέοικεν·
Καμβύσαις [δ᾽] ἄϑεος τόν μο[ι ἔ]ωσ[ε λόγον.
δῶκέν τοι ποίναν τῶ σῶ [ὐβρίσματος ἦδ᾽ ὤν
τὸν [Μ]ή[ν]ας Ἄπιν καὶ τὸν [Ὄσειριν ἔδρα.
ἀ[λ]λ᾽ ἔ[γ]ω οὐ δοκίμωμι σέϑεν [τό γε κάλον ὄλεσϑαι·
ψύχαν δ᾽ ἀϑανάταν [λ]οῖ[πον ἔ]σωσ[ε δέμας.
Εὐσεβέ[ε]ς γάρ ἔμοι γ[έ]νεταί σέ [ποτ᾽ ἀσπάσδοντο
Βάλβιλλός τ᾽ ὁ σοφὸς κἀντίοχος [προπάτωρ,
Βάλβιλλος γενέταις μᾶτρος βασιλήϊδος [Ἄ]κ[μας,
τῶ πάτερος δὲ πάτηρ Ἀντίοχος βασίλευς.
κήνων ἐκ γενέας κἄ[γ]ω λόχον αἶμ[α] τὸ κάλο[ν.
Βαλβίλλας δ᾽ ἔμεϑεν γρό[ππα]τα [λ]εύ[σε]τε [δή.

Balbilla, quae titulis n. 4725. 4727. 4729. domum Augustam potius quum Memnonem celebravit, hoc titulo sese deo commendatam voluit. Supplementa nostra non omnia certa esse non est quod moneam. Initio tamen iudico me sententiam poetriae assecutum esse. Tangit fabulam de statua Memnonis per Cambysen fracta (conf. n. 4741.); quam fabulam aetate Hadriani invaluisse demonstravit Letronnius l. c. p. 23 sqq. Obscuriora sunt quae sequuntur vs. 6. Interim rettuli ad Apidem vulneratum a Cambyse (vide Herodot. III, 27 sqq.), quem εἴδωλον τῆς Ὀσίριδος ψυχῆς dicit Plutarch. de Isid. et Osir. T. VII. p. 416. Reisk. cf. Letronn. Recueil des Inscr. T. I. p. 297. Ad. Schmidt Forsch. auf d. Geb. d. Alterth. T. I. p. 56. Τὸν Μήνας Ἄπιν dedi, quia Apis Lunae sacratus est (vide Jablonski Panth. Aeg. T. II. p. 181 sqq.). Vs. 7. sententiarum nexus apertus est. „Non puto quidquam tibi ademptum infortunio isto; nam anima immortalis vivit in corpore tuo residuo. Pia sum erga te, et pii fuerunt etiam maiores mei." Restitutionem vss. 9 - 14. occupavit Letronnius, nisi quod vs. 10. de meo dedi προπάτωρ et repudiavi quod vs. 11. Letronnius tentavit γένετ᾽ ἐκ. Ex maioribus suis poetria nominat patrem Balbillum et avum Antiochum. Balbillus, ni fallor, notus est ille Tib. Claud. Balbillus praefectus Aegypti imperante Nerone (vide n. 4699.). Originem autem ducit a stirpe regia. Reginae matris nomen Ἀκμᾶς ingeniose adstruxit Letronnius ex Ioseph. Bell. Iud. I, 52, 6. coll. Noldio de Herod. p. 145. 146. Avus eius Antiochus rex fuit unus ex regibus Commagenes. Iam vide mihi sortem Balbilli Romani. Vidit etiam Letronnius rem confici non posse nisi per filios extra legitimum connubium ortos. Quippe omnia eo deducunt ut Antiochum III. regem intelligendum esse statuamus. Ei natus filius spurius videtur fratrique eius item filia spuria; ille Antiochus vocatus, haec Acme. Ex horum connubio prodiit puer nescio quo nomine dictus, qui deinceps adoptatus ab homine Romano Balbillo ex familia Claudia Claudius Balbillus vocitatus est. Hic igitur in Aegyptum missus a Nerone, quum alias antiquitates perlustravit (vide n. 4699.), tum etiam Memnonem adiit una cum patre Antiocho, quem Balbilla rectissime προπάτορα dicere potuit. In singulis haec annotamus. Vs. 2. quae tentavi, in iis ob oculos habui Homericum illud ἀποδύρεσϑαι πατρίδα γαῖαν. Vs. 4. nota formam Καμβύσαις p. Καμβύσης, ut vs. 11. γενέταις p. γενέτης, quae fidem faciunt auctoritati grammatici cuiusdam Ὀρέσταις Aeolicum dicentis (vide Ahrens de Gr. ling. dial. p. 96 sq.) licet etiam nunc renitente Ahrensio T. II. p. 581. Etsi non multum

tribuo coniecturae meae, tamen a collocatione verborum *τόν μοι* defendi potest tum aliis locis poeticis tum Plat. Phaedr. p. 257. a. Vs. 7. de forma *δοκίμωμι* cf. Ahrens de Gr. ling. dial. p. 136. Vs. 13. *ἔλοχον* poetria *αἰολίζουσα* dixit pro *ἔλαχον*; vide Ahrens T. II. p. 582. Vs. 14. *γρόππατα* p. *γράμματα* adhibuit etiam n. 4725. Ceterum de industria reliqui *τ᾽* vs. 10. (cf. n. 4725.) et *λεύσετε* vs. 14. pro *λεύσσετε*.

4731.

In Memnonis crure sinistro, infra n. 4725.; edidit Pocock. Descr. Or. T. I. p. 105. aeri incisam, qui duos priores versus pro diverso titulo habuit. Tractarunt Leichius (ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. p. 83.); Iacobs Abhandl. cet. p. 143. Anthol. Palat. App. n. 393. Letronn. Journ. des Sav. 1831. m. Iun. et in Comment. de stat. voc. Memnon. n. XXV. p. 176 sq. qui habuit etiam ex schedis Saltii. Ex recensione nostra ed. Ahrens de Gr. ling. dial. T. II. p. 580.

7 OTECYNTHCCEBACTHCABEINH
IEΓENOMHNΠAPATΩMEMNONI
AYΩCKAIΓEPAPΩMEMNONΠAITIΘΩNOIO
ΘHBAACΘACCΩNANTAΔIOCΠOΛIOC
HAMENΩΘBACIΛEYAIΓYΠTIETΩCENEΠOICIN
IPHECMYΘΩNTΩNΠAΛAΩNIΔPIEC

Vs. 1. extr. Poc. CAICINH. Vs. 3. init. Poc. AYTOIC, Salt. AYΩC; deinde post MEMNON Poc. habet HAΠIOΩNOIO. Vs. 4. Poc. OΠBAACOAC CMNMITANOCΠOΛIOC. Vs. 5. Poc. HΔMENΩ ΘEAEIΛE′AIΓYΠTIE cet., Salt. HAMENΩΘBACI AEYΛIΓYΠTIE, quae composui. Vs. 6. Poc. omittit TΩN, dein habet ΠAΛΩN. ΔPIEC.

Ὅτε σὺν τῇ Σεβαστῇ Σαβείνῃ ἐγενόμην παρὰ τῷ Μέμνονι.

Αὔως καὶ γεράρω, Μέμνον, πάϊ Τιθώνοιο,
Θηβάας θάσσων ἄντα Δίος πόλιος,
ἢ Ἀμένωθ, βασίλευ Αἰγύπτιε, τὼς ἐνέποισιν
ἴρηες μύθων τῶν παλάων ἴδριες.

Nomen auctoris, cuius versus Balbillae (n. 4725. 4727. 4729. 4730.) doctrinam redolent, fortasse initio interiit. Fuit una cum Sabina Augusta apud Memnonem, aut die XXIV. aut XXV. mensis Athyr (n. 4727. 4728.). Hinc novum indicium, Hadrianum aliis diebus atque Augustam accessisse ad Memnonem (conf. n. 4727.). Doctus auctor Memnonem etiam proprio nomine appellat *Ἀμενώθ*, regem Aegypti. Nam statua Graecis tantum Memnon fuit Tithoni et Aurorae filius, Aegyptiis erat Amenoth, Phamenoth, Amenoph'th (cf. ad n. 4727.). Ahrensii emendatio vs. 3. *Αὔως* (p. *Ἠοῦς*) lectione Saltii comprobata est. Vs. 2. situm statuae indicat e regione Thebarum. In dialecto nota formas Aeolicas *Θηβάας* p. *Θηβαίας* et *παλάων* p. *παλαιῶν* (vide Ahrens de Gr. ling. dial. T. I. p. 100.).

4732.

In Memnonis crure sinistro; edidit Pocock. Descr. Or. T. I. p. 105. aeri incisam; Hamilton Aegypt. p. 174. Repetierunt Auctores Descr. Theb. (Delile) in Descr. Aeg. Antt. T. I. p. 112. Jomard in Descr. Aeg. Antt. Vol. V. tab. 55. n. 37. Tractavit Leichius (ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. p. 83.); Letronnius de stat. voc. Memnon. n. XXVI. p. 178 sq. qui habuit etiam ex schedis Saltii.

APTEMIΔΩPOCΠTOΛEMAIOYBACIΛIKOC
ΓPAMMATEYCEPMΩNΘEITOYKAIΛATOΠO
ΛEITOYHKOYCAMEMNONOCTOYΘEIOTA
TOYMETAKAITHCCYNBIOYAPCINOHCKAI
TΩNTEKNΩNAIΛOYPIΩNOCTOYKAIKO
ΔPATOYKAIΠTOΛEMAIOYETEI ΙΕ ΑΔΡΙΑΝΟΥ
KAICAPOCTOYKYPIOYXOIAK–

Vs. 2. init. Poc. PIΛΛIΔTEOYC, reliqui ΓPAMMATEYC; in fine Letr. KAΛATOΠO incuria operarum, Salt. KAIΛATOΠO, Poc. KΛIΛΛTOΠO, Del. Jom. KAIΛATOΠO. Vs. 3. init. Poc. ΛEIΠOY, Del. ΛEΠOY, reliqui ΛEITOY; in fine Poc. Hamilt. Del. OCIOTA, Jom. OEIΩTA, Salt. ΘEIOTA. Vs. 4. Poc. TOYMETAXAΠCCCYNBIOYAPOINO HCKAI, reliqui quod dedi, nisi quod Jom. MEΓA p. META, Del. et Jom. CYMBIOY p. CYNBIOY. Vs. 5. ubi Salt. AIΔOYPIΩNOC, Poc. ΛIΛOYPIΩ NOC, Del. AΛAOYPIΩNOC, Jom. ΛIMYPIΩNOC. Vs. 6. ap. Letr. TE p. ΙΕ est vitium operarum.

Ἀρτεμίδωρος Πτολεμαίου, βασιλικὸς γραμματεὺς Ἑρμωνθείτου καὶ Λατοπολείτου, ἤκουσα Μέμνονος τοῦ θειοτάτου μετὰ καὶ τῆς συνβίου Ἀρσινόης καὶ τῶν τέκνων Αἰλουρίωνος τοῦ καὶ Κοδράτου καὶ Πτολεμαίου· ἔτει ιε Ἀδριανοῦ Καίσαρος τοῦ κυρίου, Χοιάκ.

Videmus duobus nomis coniunctis unum *γραμματέα* impositum, quemadmodum iisdem his nomis unus *στρατηγὸς* impositus est n. 4721. 4722. 4736. Videntur etiam *οἱ γραμματεῖς* Graeci fuisse homines, non secus atque *οἱ στρατηγοί*. Memnon *θειότατος* audit ut n. 4726. 4736. Nomen *Αἰλουρίων* Letronnius bene notat deberi cultui Aegyptiaco bestiarum. Annus subscriptus est XV. Imperatoris Hadriani (p. Chr. 130.), mensis Choeac, qui quum incipiat die XXVII vel XXVIII. mensis Novembris, patet Artemidorum paucis diebus post Sabinam Augustam adiisse Memnonem (vide n. 4727.). Diem mensis non indicavit auctor, id quod probabile reddit titulus n. 4733. qui sub n. 4732. positus erat.

4733.

In Memnonis crure sinistro, sub n. 4732.; edidit Pocock. Descr. Or. T. I. p. 105. aeri incisam, interpositis inter vss. 3. 4. ultimis litteris vss. 2. 3. tituli n. 4721. quod factum incuria operarum videtur. Tractarunt Leichius (ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. p. 83.) et Letronnius de stat. voc. Memn. n. XXVII. p. 180. qui habuit etiam ex schedis Saltii.

ΚΟΙΝΤΟCΑΠΟΛΛΙΑΝΟCΒΟΗΘΟC
ΟΜΟΙωCΗΚΟΥCΑΜΕΤΑΤωΝΠΡΟΤΕ
ΓΡΑΜΜΕΝωΝΤωΑΥΤωΕΤΕΙΜΗΝΙ
ΤωΑΥΤω

Vs. 1. Poc. ΑΠΟΛΜΙΑΝΟC; idem vs. 2. extr. ΤωΗΠΡΤΗ, vs. 4. extr. ΑΥΤωΙΙ. Reliqua eius menda non annoto.

Κόϊντος Ἀπολλιανὸς Βόηθος ὁμοίως ἤκουσα μετὰ τῶν προ[γ]εγραμμένων τῷ αὐτῷ ἔτει, μηνὶ τῷ αὐτῷ.

Titulus sub n. 4732. incisus est. Hinc τῷ αὐτῷ ἔτει, μηνὶ τῷ αὐτῷ. Quae notatio simul indicio est Artemidorum non indicasse diem mensis, quod si fecisset, Boethus noster addidisset καὶ ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ.

4734.

In Memnonis crure sinistro, supra titulum n. 4732.; edidit Pocock. Descr. Or. T. I. p. 105. aeri incisam; Auctores Descr. Theb. in Descr. Aeg. l. c. p. 112. Jomard in Descr. Aeg. Antt. Vol. V. tab. 55. n. 40. Tractavit Leichius (ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. p. 83.), Letronnius de stat. voc. Memn. n. XXVIII. p. 181. qui habuit etiam ex schedis Saltii.

ΓΑΙΟCΙΟΥΛΙΟCΔΙΟΝΥCΙΟC
ΑΡΧΙΔΙΚΑCΤΗCΘΕωΝΟC
ΑΡΧΙΔΙΚΑCΤΟΥΥΟCΚΑΙ
ΠΑΤΗΡΗΚΟΥCΑΜΕΜΝΟ
5 ΝΟϹωΡΑCΠΡωΤΗC

Vs. 1. Poc. ΓΑΙΟΣΙΟΥΛΙΟΣΔΙΟΝCΥΟΣ, Auct. Descr. Theb. ΓΑΙΟCΙΟΥΛΙΟCΔΙΟΝΥCΙΟC, item Jom. nisi quod Σ et ΔΙΟΝΥCΙΟΣ, Salt. CΑΙΟC ΙΟΥΛΛΟCΔΙΟΝΥCΙΟC. In reliquis versibus Pocock. habet constanter Σ, Jom. promiscue Σ et C, Salt. et Auctores Descr. Theb. semper C. Vs. 4. extr. Salt. ΜΕΜΝΟΙ. Vs. 5. Poc. ωΛC.

Γάϊος Ἰούλιος Διονύσιος ἀρχιδικαστής, Θέωνος ἀρχιδικαστοῦ ὑὸς καὶ πατήρ, ἤκουσα Μέμνονος ὥρας πρώτης.

Dionysius ἀρχιδικαστής fuit filius Theonis ἀρχιδικαστοῦ, et idem pater alius Theonis item ἀρχιδικαστοῦ, magistratu, ut videtur, hereditario. Aetas tituli ex eius collocatione diiudicari potest. Positus quum sit infra n. 4731. et supra n. 4733. ad ultimos dies mensis Novembris a. p. Chr. 130. pertinet. Ceterum ἀρχιδικαστής redit n. 4755.

4735.

In Memnonis crure sinistro; edidit Pocock. Descr. Or. T. I. p. 105. aeri incisam. Tractavit Letronnius l. c. n. XXX. p. 183 sq. qui habuit etiam ex schedis Saltii.

ΜΑΡΚΙΟCΕΡΜΟΓΕΝΗCΕΚΛΥΟΝΜΕΓΑΦωΝΗ
CΑΝΤΟCΜΕΜΝΟΝΟCΑΝΤϹ'......
ΔΑC...ΑΟΝΤΟC

Vs. 1. Poc. CΙΜΟΤΕΗCΟΥΛΥΟΝ; in fine Salt. habet ΦωΝΗC. Vs. 2. init. Poc. Salt. CΑΝΤΟC; deinde Poc. ΜΟΙΝωΚΕΛΝΤΑωΛΛΕΝ ΜΟΝΑC ΕΙC. Vide manum Pocockii: pro ΜΕΜΝΟΝΟC scripsit ΜΟΙΝωΚΕ, pro ΑΝΤϹ' quod habet Saltius, dedit ΛΝΤΑω; deinde repetiisse videtur ΜΕΜΝΟΝΟC male mulcatum, et huius rursus ultimam syllabam transformatam in ΕΙC, nisi haec extrema ex alio titulo casu delata sunt in hunc nostrum. Vs. 3. Poc. ΛΔΟΜΑΟΝΤΟC.

Μάρκιος Ἑρμογένης ἔκλυον μέγα φωνήσαντος
Μέμνονος, ἀντ[έλλουσαν ἑὴν γενέτειραν ἰδ]όντος.

Letronnius collato versu Dionysii Perieg. 250. Μέμνων ἀντέλλουσαν ἑὴν ἀσπάζεται Ἠῶ, scripsit ἀντέ[λλουσαν μητέρ' ἑὴν τι]μῶντος, ipse tamen condemnans verba male sonantia. Tentavit alia non felicius. Vs. 3. init. ductibus ΔΑC utrum subsit ΑΝΕ necne, intutum dicere. Interim exempli causa explevi sententiam. Marcius Hermogenes qui fuerit, docere videtur titulus Latinus, quem ex schedis Saltii una cum hoc Graeco Letronnius edidit l. c. n. XXIX. p. 182.:

QMARCIVSHERMOGENESPRAEFELISSISAVGIVEXAVDITMEMNONEM
HORAISNONISMARTIISSERVIANOIIIETVARᵒCᵒS

Q. Marcius Hermogenes praef. [cla]ssis Aug. I[V.] exaudit Memnonem hora I. Nonis Martiis, Serviano III. et Varo cos.

Sic Hermogenes videtur Memnonem versibus celebrasse, quemadmodum Petronius Secundus Praef. Aegypti n. 4720. Quod si ita est, Hermogenes fuit praefectus classis Augustae IV. (de qua vide Introd. p. 313. b. sq.) et titulum posuit die VII. mensis Martii anni p. Chr. 134.

4736.

In Memnone; edidit Hamilton Aegypt. p. 173. Hinc citavit Letronnius Rech. sur l'Ég. p. 269. et tractavit accuratius Journ. des Sav. 1831. m. Iunii et in Comment. de stat. voc. Memn. n. XXXIII. p. 188 sqq. ex schedis Saltii.

ΧΑΙΡΗΜωΝοΚΑ. . . . .
ϹΤΡΑΤΗΓΟϹΕΡ. . . . .
ΛΑΤΟΠΟΛΕΓ. . . . .
ΤΟΥΘΕΙΟΤΑ‾ . . . .
ϹΥΝΤΗΑΔΕΛΦΗ. . .
L ΙΘ ΑΔΡΙΑΝΟΥ. . . . .
ΜΗΝΟϹΑΔΡΙΑΝ. .

Vs. 2. Hamilt. post ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ nihil habet praeterea neque indicavit lacunam. Vs. 3. Hamilt. ΛΑΤΟΠΟΛΕΟϹ nec quidquam praeterea. Vs. 4. Salt. ΤΟΥΘΕΙΟΤΑ. . . . ., Hamilt. ΤΟΥΘΕΙΟΤΑ‾. Vs. 5. Salt. ΑΔΕΛΦ. . . ., Hamilt. ΑΔΕΛΦΗ nec praeterea lacunam signavit. Vss. 6. 7. solus habet Salt.

Χαιρήμων ὁ κα[ὶ - - - - -], στρατηγὸς Ἑρ[μωνθείτου καὶ] Λατοπολε[ίτου, ἤκουσα] τοῦ θειοτά[του Μέμνονος] σὺν τῇ ἀδελφῇ [μου - - -], ἔτους ιθ Ἀδριανοῦ [τοῦ κυρίου], μηνὸς Ἀδριαν[οῦ - -

Titulus memorabilis ob mensem *Ἀδριανόν*, quem in honorem Imperatoris diutius apud se degentis introduxerunt Thebaei. Huius mensis ratio praeclare illustratur papyro astrologico, quem in museo regio Parisino Letronnius repperit. Est hic papyrus, ni fallor, idem, quem a Saltio in catacombis Thebarum repertum edidit Young Hierogl. Vol. II. tab. 52. In eo papyro habetur designatio haec: L ι *Ἀντωνείνου Καίσαρος τοῦ κυρίου, μηνὸς Ἀδριανοῦ η, κατὰ δὲ τοὺς ἀρχαίους Τυβὶ ιη*. Iam ut *κατ' Ἀλεξανδρεῖς* in talibus notationibus significat calendarium anni fixi, ita formula *κατὰ τοὺς ἀρχαίους* vel *κατ' Αἰγυπτίους* indicat calendarium quod antehac erat in usu et vulgo vagum vocatur (cf. Ideler Enchir. Chronol. I. p. 150.). Et huius quidem calendarii vagi, servati a chronologis atque astronomis et astrologis, diu etiam in vita civili usum obtinuisse inscriptiones quaedam Nubienses docent n. 4987. 5020. Inquirendum igitur cum Letronnio in primum diem mensis *Ἀδριανοῦ*. Anno x. Antonini (a. p. Chr. 147-148.) dies I. mensis Thoth vagi cadit in diem XVII. mensis Iulii, dies I. mensis Tybi vagi in diem IV. mensis Novembris. Iam quum ex designatione papyri illius dies VIII. mensis Hadriani sit XVIII. mensis Tybi vagi, dies I. mensis Hadriani respondet diei X. mensis Tybi vagi, qui incidit in diem XXVII. mensis Athyr fixi sive XXIII. mensis Novembris. Ex his apparet mensem Hadrianum non respondere mensi Aegyptio neque anni vagi neque anni fixi. Itaque mensis Hadrianus non substitutus est mensi Aegyptio ita ut apud Romanos Iulius Quintili, Augustus Sextili. Fuit igitur mensis, ut ita dicam, imaginarius, qui incipiebat die XXVII. mensis Athyr et terminabatur die XXVII. mensis Choeac, vel ut dicamus quod res est, fuerunt triginta dies *ἐπώνυμοι* Imperatoris, quorum initium ex decreto Thebaeorum incidit in diem XXVII. mensis Athyr. Causa haud dubie posita est in sollemnitate quadam acta in honorem Imperatoris, qui paucis ante diebus Thebas advenerat (cf. n. 4727.). Sed mensis Hadrianus nemo dubitabit quin proprius sit Thebaeis, qui eo instituto diu usi videntur, recteque colligit Letronnius papyrum illum astrologicum, in quo mentio Hadriani mensis, Thebis esse oriundum. Ex his sequitur titulum nostrum inter diem XXIII. mensis Novembris et diem XXII. mensis Decembris a. p. Chr. 134. positum esse. Chaeremon duorum nomorum simul strategus fuit, Hermonthitici et Latopolitici, quemadmodum de coniectura nostra Charisius (n. 4721. 4722.) duodecim fere annis ante (conf. Introduct. p. 316. *b*.). *Γραμματέα* utriusque nomi habes n. 4732. qui incidit fere in tempora Chaeremonis. Vss. 3. 4. Letronnius maluit scribere *Μέμνονος τοῦ θειοτάτου ἤκουσα*, quia *Μέμνονος τοῦ θειοτάτου* habetur n. 4726. 4732. Scripsissemus etiam nos ita, si licuisset verbum transponere (*ἤκουσα Μέμνονος τοῦ θειοτάτου*) quod quum ob spatia intutum sit, praetuli quam dedi collocationem. Vs. 5. aut nomen sororis additum fuit aut *ὥρας* -, vel utrumque.

4737.

In Memnonis crure; edidit Letronnius de stat. voc. Memn. n. XXXV. p. 192. ex schedis Saltii.

L . . ΑΔΡΙΑΝοΥ
. . . ΚΥΡΙοΥ
. . . . ΠΙωΝ
. . . . . ˎΝΒΑ
. . . . ΚΟϹΤΙ

Ἔτους - Ἀδριανοῦ [τοῦ] κυρίου [Σαρα]πίων - - - [ὁ καὶ] - - - ν, βα[σιλι]κὸς [γραμματεὺς - - - ἤκουσα Μέμνονος cet.

Vs. 4. Letronnius dedit *ὁ καὶ Ἥρω]ν*. Videtur tamen nomen Aegyptiacum desiderari. Satis probabilis Letronnii coniectura est *βασιλικὸς γραμματεὺς* (cf. n. 4732.), post quod haud dubie sequebatur nomus, cuius *γραμματεὺς* erat Sarapion.

4738.

In latere meridionali basis Memnonis; ediderunt Jollois et Devilliers in Descr. Theb. in Descr. Aeg. Antt. T. I. p. 106. ex schedis Girardi (cf. tab. 22. n. 6.) et graphio delineatam diligentissime in eiusdem operis Vol. V. tab. 55. n. 38. Apographum prius minus accuratum tractavit Boissonad. in Comment. epigr. ad calcem Epistolarum Holstenii p. 445 sqq. Iacobs Abhandl. cet. p. 123. Welcker Syll. epigr. n. 200. p. 251. ed. alt. Letronnius Journ. des Sav. 1831. p. 574. accuratissime in Comment. de stat. voc. Memn. n. XXXVI. p. 192 sqq. qui habuit etiam ex schedis Saltii.

[*Textum vide pag. seq.*]

Fundus lectionis est apographum Saltii. Prius Girardi apographum de industria missum facio. Alterius lectiones affero. Vs. 1. Gir. ΡΟΔΟ ⏑⏑ ΔΑΚΤΥΛΟϹ. Videtur lapicida bis incidisse syllabam

ΘΗΚЄCЄΦѠΝΗЄΝΤΑΘЄΑΡΟΔΟΔΟΔΑΚΤΥΛΟCΗѠC
CΗΜΗΤЄΙΡΚΛΥΤЄΜЄΜΝΟΝЄЄΑΔΟΜЄΝѠ𐆖ΟΙ ΑΚΟΥCΑΙ
CΗCΦѠΝΗC ΛΥΚΑΒΑΝΤΙΠЄΡΙΚΛΥΤΟΥΑΝΤѠΝЄΙΝΟΥ
'ΔЄΚΑΤѠΚΑ ΜΗΝΙΠΑΧѠΝΤΡΙCΚΑΙΔЄΚΑЄΧΟΝΤΙ
ΤΑΔΙC ΔΑΙΜΟΝΤЄΤЄCЄΚΛVΟΝΑΥΔΗCΑΝΤΟC
ΝΗCΙ ı ı ΚΑΛΛЄΑΡЄΙΘΡΑΛΤΙѠΝΤΟC
ΑΝΤΟΛΙΗCΒΑCΙΛΗΑCЄΘΗΚЄΚΡΟΝЄΙѠΝ
ΝΠЄΤΡΟΥΦѠΝΗΝΔΑΠΟΠЄΤΡΟΥЄΙΗ
ЄΤ(ЄΜЄΛΔΟCΑΜΟΙΒΑΔΙCЄΝΘ/
ΗΑΛΟΧѠΡΟΥΦΙΛΑΗΚΑΙΤЄΚЄЄCCΙ
ЄΥΤΥΧѠ
ΦΙΛΑΗ ΙΙΔΟΝΓЄΙΝΙΑ

ΔΟ; in fine Salt. ЄѠC, Gir. ΗѠC, quod recepi. Vs. 3. init. pro ΗCΛ Gir. lacunam habet; deinde idem ΠЄΡΙΚΑΥΤΟΥ. Vs. 4. init. Gir. ΡΚΑΤѠΚΑ ΜЄΝΙΠΑΧѠΚΤΡΙC cet., Salt. 'ΔЄΚΑΤѠΡ Α ΜΗ ΝΙΠΑΧѠΝΤΡΙC cet. quae composui. Vs. 5. Gir. ΤΑΔΙCΠΔΑΜΟΝΤЄCЄΚΛΧΟΝ cet., Salt. ΤΛΔΙC ΔΑΙΜΟΝΤЄΤЄCЄΚΛVΟΝ cet. Vs. 6. Gir. habet solum ΚΑΛΛЄΑΡЄΙΘЄΑΛΙΠѠΝΤΟC, unde composui lectionem Saltii, qui ibi habet ΚΛΛΛЄΑΡЄΙΟ ΡΛΛΤΙѠΝΤΟC. Ultima haec vox legenda erat ΛΙ ΠΟΝΤΟC, altero crure litterae Π latente in primo ductu litterae Ѡ. Vs. 7. Gir. ΟΛΙΗCΒΑCΙΑΝΑЄΑ ΘΗΚЄΚΠΟΝЄ, Salt. ΑΝΤΟΛΗCΒΑCΙΛΗΛCЄΘΗ ΚЄΚΡΟΝЄΙѠΝ, quae composui. Vs. 8. Gir. solum ΟΥΦѠΝΗΝΔΑΠΟΠЄΤЄΟΤЄ, unde dedi ΑΠΟ, pro quo Salt ΛΠΟ. Vs. 9. Gir. solum ΟЄΑΜΟΙΒΑ ΔΙCЄΝ. Vs. 10. Gir. ΑΛΟΧѠЄΟΥ - - - - - - - - CЄ. Hinc scripsi ΑΛΟΧѠ pro ΛΛΟΧѠ, quod habet Salt. Vs. 12. quae supersunt solus habet Salt. Ceterum Girardi apographum inde a vs. 4. initio relinquit spatia necessaria supplendis versibus, id quod desideratur in apographo Saltiano. Igitur hac in re Girardianum exemplum secuti sumus.

Θῆκέ σε φωνήεντα θεὰ ῥοδοδάκτυλος Ἠώς,
σῇ μήτειρ, κλυτὲ Μέμνον, ἐε[λ]δομένῳ μοι ἀκοῦσαι
σῆς φωνῆς· λυκάβαντι περικλυτοῦ Ἀντωνείνου
δω]δεκάτῳ κα[ὶ] μηνὶ Παχὼν τρισκαίδεκ᾽ ἔχοντι
ἤμα]τα δίς, δαῖμον, τε[ῦ] ἐσέκλυον αὐδήσαντος
ἠελίου λίμ]νης [περι]καλλέα ῥεῖθρα λ[ιπό]ντος.
τὸν πάλαι ἀ]ντολίης βασιλῆά σε θῆκε Κρονείων
οἰκουρὸ]ν πέτρου, φωνὴν δ᾽ ἀπὸ πέτρου ἕ[ηκας.
ταῦτα δ᾽] ἔ[γραψε Γ]έμελ[λ]ος, ἀμοιβαδὶς ἐνθ[άδ᾽ ἀνελθὼν
σὺν κεδν]ῇ ἀλόχῳ Ῥουφίλ[λ]ῃ καὶ τεκέεσσι.
Εὐτυχῶ[ς.
Σὺν Ῥου]φίλ[λ]ῃ - - - - - - Σὺν Λ]ονγείν[ῃ - -

Supplementa vss. 4. 5. 6. 9. 10. Letronnio debentur. Auctor ex locutionibus Homericis (conf. Odyss. II, 4. Il. XIX, 407. Odyss. XII, 438. Il. XVI, 76. Odyss. III, 1.), quas memoria suppeditabat, epigramma composuit paulo verbosius. Videtur saepius visisse Memnonem; quod coniicio ex litteris residuis vs. 12. ubi indicare videtur, quo die una cum uxore Rufilla, quo die cum liberis affuerit. Hinc vs. 9. vox *ἀμοιβαδίς*. In epigrammate memorat eum diem, quo ei bis audita est vox Memnonia, diem XIII. mensis Pachon anni XI vel XII. Imperatoris Antonini (d. VIII. mensis Maii a. p. Chr. 149 vel 150.). Quippe vs. 4. init. legi potest etiam *ἐν]δεκάτῳ*. Improbabile est *τῷ] δεκάτῳ*. Recte Letronnius interpunxit post *φωνῆς*, in Addendis etiam aliam distinctionem admittens. Vss. 7. 8. idem ausus est scribere:

Ζεὺς πάλαι] ἀντολίης βασιλῆά σε θῆκε Κρονείων·
ἀλλὰ σὺ νῦ]ν πετροῖ, φωνὴν δ᾽ ἀπὸ πέτρου ἐφίης.

In quo plura insunt indigna tanto viro. Quod putavit inesse in his versibus expressam quandam comparationem status praeteriti et praesentis, verum est quodammodo; sed *Κρονίων* auctor exhibetur vel maxime status praesentis. Scribendum *τὸν πάλαι* vel *τὸν πρίν γ᾽ ἀντολίης βασιλῆά σε* (qui quondam fuisti cet.). *βασιλεὺς ἑῷος* Memnon audit n. 4741. Deinde vs. 8. init. secunda syllaba vocis *πέτρου* utroque apographo firmatur; etiam Є in fine certum est. Sed *ἐφίης* dici non potest p. *ἀφίης*, quod in Addendis cognovit Letronnius. Forma *ἕηκας* unice vera est. Sententia haec est: *Iuppiter tibi assignavit habitandum saxum, et statim incepisti vocem edere e saxo, id quod iam facis semper.* Hinc iam apparet, quid sibi velit particula *δὲ* post *φωνήν*, quae secundum Letronnii rationem explicari non potest. Vs. 10. Letronnius scripsit *σύν τε φίλῃ*, proponens tamen ipse *σὺν κεδνῇ*. In formis moneo vs. 2. *μήτειρ* (pro *μήτηρ*) lapicidae male pronuntianti deberi (cf. Visconti ad Herodis Triop. p. 62.).

4739.

In Memnonis crure sinistro summo, supra titulum n. 4725.; edidit Pocock. Descr. Or. T. I. p. 105. aeri incisam. Inde petiit Hamilton Aegypt. p. 174. Tractarunt Jablonskius Synt. p. 110. Leichius l. c. (ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. p. 82.), Iacobs Abhandl. cet. p. 56. et p. 144. Male auctores Descr. Theb. in Descr. Aeg. Antt. T. I. p. 111. Accuratius tractavit Letronnius de stat. voc. Memn. n. XL. p. 201. qui habuit etiam ex schedis Saltii.

ΤΡЄΒΟΥΛΛΗC
ΤΗCΙЄΡΑCΑΚΟΥΟΥCΑΦѠΝΗCΜЄΜΝΟΝΟC
ЄΠΟΘΟΥΝCЄΜΗΤЄΡΚΑΙЄΞΑΚΟΥЄΙΝЄΥΧΟΜΗΝ

Vs. 1. Poc. ΤΡЄΒΟΛΛΗC. Idem vs. 2. ΦѠΝΗ ѠѠΛΝΟΝΟC, vs. 3. ΛΗΤCΡΚΑΙCΣΑΒΟΥЄΝЄΥ ΧΟѠ, Auct. Descr. Theb. ΚΑΙCΑΡΟCЄΝЄΥѠΧЄΙΝ.

Τρεβούλλης.
Τῆς ἱερᾶς ἀκούουσα φωνῆς Μέμνονος
ἐπόθουν σε, μῆτερ, κἀξακούειν εὐχόμην.

Trebulla voluit trimetros facere; sed lapsa est in priore mirifice (cf. n. 4740. 4741.).

4740.

In Memnonis crure sinistro, supra n. 4742.; edidit Pocock. Descr. Or. T. I. p. 105. aeri incisam. Tractavit Jablonskius l. c. p. 91. cuius restitutionem repetiit Leichius l. c. (ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. p. 83.) Ex Jablonskio male dederunt auctores Descr. Theb. in Descr. Aeg. T. I. p. 113. Bene tractavit Iacobs Abhandl. p. 130. accuratius Letronnius in Comment. de stat. voc. Memn. n. XLI. p. 202 sqq. qui habuit etiam ex schedis Saltii.

ΚΑΙΚΙΛΙΑΤΡΕΒΟΥΛΛΑ
ΔΕΥΤΕΡΟΝΑΚΟΥCΑCΑ
ΜΕΜΝΟΝΟC
ΑΥΔΗCΤΟΠΡΟCΘΕΝΜΟΥΝΟΝΕΞΑΚΟΥCΑΝΤΑC
ΝΥΝΩCCΥΝΗΘΕΙCΚΑΙΦΙΛΟΥCΗCΠΑΖΕΤΟ
ΜΕΜΝΩΝΟΠΑΙCΗΟΥCΤΕΚΑΙΤΕΙΘΩΝΟΙΟ
ΑΙCΟΗCΙΝΑΡΑΤΩΛΙΘΩΚΑΙΦΘΕΓΓΜΑΤΑ
ΗΦΥCΙCΕΔΩΚΕΔΗΜΙΟΥΡΓΟCΤΩΝΟΛΩΝ

Priores tres versus, quoniam Pocockius numero peculiari instruxit, avulsos ab epigrammate pro diverso titulo habuerunt ante Letronnium plurimi. Vs. 1. Poc. ΤΡΕΒΟΥΜΑ. Vs. 4. Poc. ΕΣΑΚΟΥCΑΝ ΤΑC; idem vs. 5. init. ΟC et extr. ΗCΠΑCΕΤΟ; vs. 6. init. ΜΟ∾ΩΝΟΠΛΙC cet. dein ΤΕΙΟΩΝΟΙΟ; vs. 7. ΝΟΩ p. ΛΙΘΩ, deinde ΦΘΕΓCΜΑΤΑ. Mitto reliqua.

Καικιλία Τρεβοῦλλα
δεύτερον ἀκούσασα
Μέμνονος.
Αὐδῆς τὸ πρόσθεν μουνον ἐξακούσαντας
νῦν ὡς συνήθεις καὶ φίλους ἠσπάζετο
Μέμνων ὁ παῖς Ἠοῦς τε καὶ Τειθωνοῖο.
αἴσ[θ]ησιν ἆρα τῷ λίθῳ καὶ φθέγγματα
ἡ φύσις ἔδωκε δημιουργὸς τῶν ὅλων;

Trebulla eadem est, quae titulum n. 4739. scripsit. Quos nunc tentavit trimetros, ii etsi meliores sunt, tamen non potuit quin admisceret choliambos duos. Sensus vss. 4. 5. est hic: Memnon nos, quum primo die sonum parum distinctum audiverimus, nunc iam ut familiares et amicos salutavit scil. clara voce edita (conf. n. 4721. extr.). Sententia vs. 7. redit ap. Callistrat. Imag. p. 156. 30. ed. Iac. Ceterum ex hoc versu collato Lucian. Philopseud. p. 33. viri docti demonstrare voluerunt oracula edita esse a Memnone; quam opinionem falsissimam esse statuae historia docet (vide Letronnium p. 29 sq.). De aetate titulorum n. 4739. 4740. ex eorum collocatione iudicandum est. Nam quum n. 4739. positus sit in summo crure, n. 4740. in imo, apparet utrumque recentiorem esse iis, qui intermedii sunt. Trebulla titulo n. 4739. in summo crure posito quum ibi spatium non esset ad recipiendum titulum maiorem n. 4740. hunc incidi iussit in imo crure. Iam quum qui intermedii sunt tituli ad aetatem Hadriani pertineant, colligi potest Trebullae titulos Hadriani aetate esse posteriores.

4741.

In Memnonis pede sinistro, infra titulum n. 4740.; edidit Pocock. Descr. Or. T. I. p. 105. aeri incisam; Hamilt. Aegypt. p. 173. Prokesch Erinner. aus Aeg. cet. T. I. p. 353. litteris minusculis. Tractarunt Leichius l. c. (ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. p. 84.) Jablonskius Synt. p. 72. Pott, Vers. einer Erklärung zweier Inschr. an der Memnonssäule, Helmstedt 1800. 8. Iacobs Abhandl. cet. p. 47. et p. 116 sqq. cf. p. 146. Anthol. Palat. Append. n. 391. Ex Jablonskio male repetierunt Langlès in Nordenii Itin. II. p. 229. et auctores Descr. Theb. in Descr. Aeg. Antt. T. I. p. 113. Citarunt Walpol. Travels p. 595. ex Hamiltono, et Welcker Syllog. epigr. p. 252. ed. alt. Accuratissime tractavit Letronnius Comment. de stat. voc. Memn. n. XLII et XLIII. qui habuit etiam ex schedis Saltii. Quo appareret positus tituli insequentis n. 4742. cum Letronnio delineationem Pocockii expressimus.

ΑΠΩΝΙCΩΡΑĀ
ΗΚΟΥCΑ ΑΦΡΟΔΕΙΤΑΡΙΟΥΤΟΠΡΟCΚΥΝΗΜΑΓΕΓΡΑΦΑ Μ
ΚΑΙΚΙΛΙΑΤΡΕΒΟΥΛΛΑC ΕΜΗCΔΑΜΑΡΤΟCΗΝΕΧΟΙΜΟCΟΝΦΘΕΓΓΗ
ΕΓΡΑΨΑΑΚΟΥCΑCΑΤΟΥΔΕΜΕΜΝΟΝΟC
ΕΘΡΑΥCΕΚΑΜΒΥCΗCΜΕΤΟΝΔΕΤΟΝΛΙΘΟΝ
ΒΑCΙΛΕΟCΕΩΟΥΕΙΚΟΝΑΕΚΜΕΜΑΓΜΕΝΟΝ
ΦΩΝΗΔΟΔΥΜΟCΗΝΠΑΛΑΙΜΟΙΜΕΜΝΟΝΟC
ΤΑΠΑΘΗΓΟΟCΑΗΝΑΦΕΙΛΕΚΑΜΒΥCΗC
ΑΝΑΡΟΡΑΔ.ΝΥΝΚΑΙΑCΑΦΗΤΑΦΘΕΓΓΜΑΤΑ
ΟΛΟΦΥΡΟΜΑΙΤΗCΠΡΟCΘΕΛΕΙΥΑΝΟΝΤΥΧΗC

Titulus vss. 1. 2. cum parte vs. 3. tractatur n. 4742. Nempe Aponius vel quisquis fuit quum inter praecedentem titulum n. 4740. et titulum n. 4741. aliquantum spatii relictum vidisset, ibi inseruit suum προσκύνημα. Ceterum separatim hos titulos teste Letronnio exhibuit Saltius, cuius apographum idem expressit secutus tamen delineationem Pocockii. In quo nobis videtur vs. 3. littera illata esse quae non fuerit in lapide. Nam hunc versum Pocockius ita exhibet:

ΚΑΙΚΙΛΙΑΤΡΕΒΟΥΜΑCꟾꟾΗΔΑꟾꟾΑΡΤΟCΙΙΝΕΧΟꟾꟾΟCΟΝΦΘΕΓΓΗ

Ex quo conieceris in lapide esse: ΚΑΙΚΙΛΙΑΤΡΕ ΒΟΥΛΛΑΕΜΗCΔΑΜΑΡΤΟC cet. Quippe Poc. pro Ε posuit C et omisit deinceps C ante ΔΑΜ, quod habet Saltius; cuius apographa utriusque tituli qui confecit, videtur bis dedisse eandem litteram C, in altero titulo eam pro C legens, in altero pro Ε. Et quod C exhibet Hamilt. (ΤΙCΒΟΥΜΑC . . . .) item potest esse Ε ad sequentem vocem pertinens. Haec hactenus. Pergo ad reliquam varietatem lectionis. Vs. 5. init. Ham. ΕϖΡΑCΕ; ibid. in fine Salt. ΜΘΟΝ. Vs. 6. init. Ham. ΒΑCΙΛΕΟΣΕ . . . . ΟΥ, Poc. ΒΑCΙ ΛΕΟCΕ ϽΟΥ, Prok. βασιλεος εθου, Auct. Descr. Theb. ΒΑCΙΛΕΟCΗΛΙΟΥ de coniectura, ut videtur. Vs. 7. init. Auct. Descr. Theb. ΦΩΝΗΔΗΗΔΥΜΟC, Prok. φωνη δ' ολιμος notans litteras ολιμος incertas esse. Vs. 8. init. Poc. ΤΑΠΑΘΗΓΟΟCΑΗΝ, Auct. Descr. Theb. ΤΑΠΑΘΗΔΕΟCCΑΗΝ, Prok. τα παθη γιωσα ήν. Vs. 9. init. Poc. ΑΝΑΡΟΡΑΔιΝΥΝ, Hamilt. ΑΝΑΡΟΡΑΔ. ΝΥΝ cet., Salt. ΑΝΛΡΟΡΑΔ ΝΥΝ, Prok. αναφορα δε νυν, Auct. Descr. Theb. ΔΥCΦΟΡΑΓΕΝΥΝΙCΟΙΑC ΑΦΗ manifesto de coniectura. Vs. 10. init. Hamilt. ΟΝΟΦΥΡΟΜ Ι, Salt. ΟΛΟΦΥΡΟΜΙ, Prok. ὀλοφυρρμαι, Auct. Descr. Theb. ΟΛΟΦΥΡΟΜΑΙ, Poc. ΟΔΟ ΦΥΡΟꟾꟾ^Ι; deinde post ΠΡΟCΘΕ Poc. ΛΕΙΥΑΝΟΙΙ, Hamilt. ΛΕΙγΑΝΟΗ, Prok. νουσης, quod tamen incertum dicit, Auct. Descr. Theb. ΔΕΙΛΟΤΑΤΕ de coniectura, Salt. ΛΕΙΥΑΝΟΝ.

Καικιλία Τρεβοῦλλα
ἔγραψα ἀκούσασα τοῦδε Μέμνονος.
Ἔθραυσε Καμβύσης με τόνδε τὸν λίθον,
βασιλέ[ω]ς ἑῴου εἰκόν' ἐκμεμαγμένον.
φωνὴ δ' ὀδυ[ρτ]ὸς ἦν πάλαι μοι, Μέμνονος
τὰ πάθη γο[ῶ]σα, ἣν ἀφεῖλε Καμβύσης.
ἄναρ[θ]ρα δ[ὴ] νῦν κἀσαφῆ τὰ φθέγγματα
ὀλοφύρομαι, τῆς πρόσθε λεί[ψ]ανον τύχης.

Letronnius, qui litteram C adhaerentem nomini ΤΡΕΒΟΥΛΛΑ putavit tribus confirmari apographis (vide var. lect.), aliam hanc Caeciliam statuit esse atque eam, quae titulos n. 4739. 4740. scripsit. Quam opinionem ratus confirmari etiam eo, quod in praescriptis mulier non dixisset τὸ τρίτον ἀκούσασα et quod posuisset τοῦδε Μέμνονος, suspicatus est eam filiam esse Caeciliae Trebullae, ex matre nominatam Καικιλία Τρεβούλλας. Hoc autem ob multas rationes parum probabile est, et post ea quae exposuimus in var. lect. vix opus est ut adiiciamus mulierem, si genitivum dedisset, haud dubie scripturam fuisse ΤΡΕ-ΒΟΥΛΛΗC, ut n. 4739. Est autem eadem Caecilia Trebulla, quae scripsit n. 4739. 4740. Quod simpliciter dixit ἔγραψα ἀκούσασα τοῦδε Μέμνονος, in eo non laborandum. Nempe quum bis audivisset vocem Memnonis, idque incisis duobus titulis testata esset, epigrammate peculiari statuam celebrandam putavit. In praescriptis, quod non opus fuit, omisit δίς: quamquam si scripsisset

ἔγραψα δὶς ἀκούσασα τοῦδε Μέμνονος

certe versum effecisset quem voluit. Nam voluisse eam versum facere liquet ex pronomine τοῦδε. Tantopere versibus gaudebat mulier. Argumentum epigrammatis statuae Memnonis dicati sumptum est ex fabula qua Cambyses statuam fregisse credebatur (conf. n. 4730.). Hac fama semel increbescente statuae, antequam fracta esset, sonus affingebatur multo clarior, quam quem edere tum solebat. Immo credebat gens laeta mendaciis, lapidem, quum integer esset, verba expressa edidisse. Hoc igitur exponit Trebulla (conf. n. 4746.). Verborum restitutionem ante Letronnium occupavit Iacobsius. Vs. 7. scripserunt interpretes ὀδυρμός. Lectionem lapidis ΟΔΥ ΜΟC refinxi in ΟΔΥΡΤΟC, quum requiratur adiectivum. Ὀδυρτὸς h. l. adiectivum generis communis est, sensu ὀδυρτικός. Vs. 8. in apographo Saltiano qui ductus est litteram Δ referens supra litteram ultimam vocis ΓΟΟCΑ, eum Boissonado auctore Letronnius coniunxit cum litteris ΗΝ ita ut scriberet δὴν ἀφεῖλε Καμβύσης; quod est versum malum reddere peiorem. Hiatus Trebullae facile condonari potest, hoc praesertim loco versus. Hiatum eodem loco indulsit sibi vs. 6. Figura illa litteram Δ referens nata videtur ex vitio quodam lapidis. Vs. 9. in lapide est ΦΘΕΓΓΜΑΤΑ, prorsus ut n. 4740. vs. 7. quod explicandum ex pronuntiatione. De aetate titulorum Trebullae vide ad n. 4740.

4742.

In Memnonis pede sinistro, inter n. 4740. et 4741. et huic quidem ita adiunctum ut docet exemplum ad n. 4741. exhibitum; infra nonnulla scripta sunt litteris peregrinis; edidit Pocock. l. c. Tractarunt Leichius l. c. p. 83. Iacobs Abhandl. cet. p. 147. Letronnius in Comment. de stat. voc. Memn. n. XLIII. p. 207. qui habuit etiam ex schedis Saltii. Partem idem citaverat Rech. sur l'Ég. p. 468.

ΑΠΩΝΙCΩΡΑĀ
ΗΚΟΥCΑ ΛΦΡΟΔΕΙΤΑΡΙΟΥΤΟΠΡΟCΚΥΝΗΜΑΓΕΓΡΑΦΑ Μ
ΕΜΗCΔΑΜΑΡΤΟCΗΝΕΧΟΙΜΟΙΟΝΦΘΕΓΓΗ

Vs. 2. init. ΛΑΦΡΟΔ cet. habet Poc. qui versum terminat in voce ΠΡΟCΚΥΝΗΜΑ, verbo ΓΕ ΓΡΑΦΑ (vel potius ΓΕΓΑΦΑ) initio sequentis versus posito, supra ΚΑΙΚΙΛΙΛ, de quo versu occupavimus ad n. 4741. var. lect. Vs. 2. extr. Μ nihil videtur esse. Vs. 3. extr. Poc. ΙΙΝΕΧΟꟾꟾΟCΟΝ ΦΘΕΓΓΗ, Salt. ΗΝΕΧΟΙΜΟΛΟΝΦΘΕΓΓΗ.

Ἀπῶνις ὥρᾳ ᾱ ἤκουσα.
Ἀφροδειταρίου τὸ προσκύνημα γέγραφα
ἐμῆς δάμαρτος, ἣν ἔχοιμ' ο[ἷ]ον φθέγγη.

Nomen Ἀπῶνις est Ἀπώνιος. Vs. 3. trimetrum eumque σκάζοντα esse vidit Letronnius. Sed etiam vs. 2. vincta oratione conceptum haberi voluit auctor. Ἀφροδειτάριον est uxor Aponii. Unde nec ante

Ἀφροδειτ. nec post γέγραφα locus est particulae καί, quam bis inculcat Letronnius. Quod hic optat de uxore, idem de matre optavit Trebulla n. 4739. Vs. 3. quod Poc. OCON, Salt. OLON habet, Letronnius mutatum ivit in OTAN, fortasse audacius. Hoc si quis probet, statuendum erit, Aponium versus scripsisse ante vocem Memnonis auditam. Verum optat secum habere uxorem, ut audiat qualem sonum edat Memnon. Oratio contractior est, qualis in Homerico illo: τὸν δὲ ἄνακτα χόλος λάβεν, οἷον ἄκουσεν (cf. Bernhardy Synt. p. 292.). Scripsit autem haec Aponius alloquens Memnonem. Hinc φθέγγῃ.

4743.

In Memnonis crure sinistro, infra titulum n. 4735.; edidit Pocock. Descr. Or. T. I. p. 105. aeri incisam. Tractavit Letronnius Journ. des Sav. 1831. p. 376. Comment. de stat. voc. Memn. n. XLIV. p. 209. qui habuit etiam ex schedis Saltii.

ΥΔΗΕΝΤΑϹЄΜЄΜΝΟΝЄ . . ΠΑΝ
ΝΟϹΙΔΗΤΗϹΤΟΠΡΙΝЄΠΥΝΘΑ
ΝΟΜΗΝΝΥΝΔЄΠΑΡѠΝЄΜΑΘΟΝ

Vs. 1. ΥΔΗ omittit Saltius, habet Poc. Deinde Poc. ΜЄΜΝΟ... Η ΠΑΛΙΛΛΛ. Vs. 2. ΝΟϹ omittit Salt., habet Poc.; deinde Poc. ΤΟΠΡΙΜЄΠΡΝϹ, Salt. ΤΟΠΡΙΝϹΠΥΝΘΑ, quae composui. Vs. 3. ubi ap. Salt. ΝΥΝ, Poc. habet Λ'ΤΝ; in fine Poc. ΠΑ ΡΑѠΝЄΝΑΘΟΝ.

Α]ὐδήεντά σε, Μέμνον, ἐ[γὼ] Παν[ίω]ν ὁ Σιδήτης
τὸ πρὶν ἐπυνθανόμην, νῦν δὲ παρὼν ἔμαθον.

Sic recte legit Letronnius. Nomen Πανίων a voce Πὰν derivandum inter pronuntiandum bisyllabum fit. Σιδήτης ab Side urbe Pamphyliae.

4744.

In Memnonis crure sinistro, iuxta n. 4734.; edidit Pocock. Descr. Or. T. I. p. 105. aeri incisam, qui coniunxit cum quattuor prioribus versibus tituli sequentis n. 4745. Tractavit Leichius (ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. p. 85.); Iacobs Abhandl. p. 140. recepta divisione Pocockii. Accuratius Letronnius Journ. des Sav. 1831. p. 376. et Comment. de stat. voc. Memn. n. XLV. p. 210 sq. qui habuit etiam ex schedis Saltii, ex quibus accuratam delineationem tituli dedit tab. II.

ΟϹΑΡΔΙΗΝΟϹΠΑΡΔΑΜϹΔΙϹΗΚΟΥϹ . . .
ΜЄΜΝΗϹΟΜΝϹЄΚΑΝΘΛΗΙϹ'ΒΥΒ . . .

Dedi apographum quale ex Saltio exhibuit Letronnius. Vs. 2. Poc. ΜϹΜΝΗϹΟΜΨϹЄΥΚΛΝϹΜΗ ϹΙΒΙΒ.

Ὁ Σαρδιηνὸς Παρδαλᾶς δὶς ἤκουσα·
μεμνήσομ[αί] σ[ο]υ κἂν [ἐμ]ῇσι βύβ[λοισιν.

Sunt duo choliambi, quos ita iam Letronnius restituit. Idem Pardalas inscripsit sese etiam Syringibus Thebarum (vide n. 4812.). Videtur fuisse scriptor rerum, id quod coniicias ex vs. 2. Minus probabiliter Letronnius coniecit posse etiam de diario peregrinatoris accipi τὰς βύβλους.

4745.

In Memnonis crure sinistro, infra n. 4744.; edidit Pocock. l. c. aeri incisam, qui priores quattuor versus coniunxit cum titulo n. 4744. reliquos duos pro diverso titulo ponens. Ex hac divisione tractavit Leichius (ap. Poc. Inscr. ant. P. I. p. 85. et p. 93. n. 11.); Iacobs Abhandl. cet. p. 140. Vss. 2. 3. 4. dederunt Jablonskius Synt. et auctores Descr. Theb. in Descr. Aeg. Antt. T. I. p. 115. unde petiit Welcker Syll. epigr. n. 202. p. 253. ed. alt. Totum tractavit Letronnius Journ. des Sav. 1830. p. 507. et in Comment. de stat. voc. Memn. n. XLVI. p. 211 sq. qui habuit etiam ex schedis Saltii.

ЄΙΚΑΙΛΩΒΗΤΗΡЄϹЄΛΥΜΗΝΑΝΤ . . . . . . ϹЄΟΝ
ΘЄΙΟΤΑΤΟΥΝΥΚΤ( )Ρ
ΟΜΦΗΝЄΠΙΜЄΗΝΟΝΟϹ
ΗΛΘΟΝ
ЄΚΛΥΟΝ|ΗϹΚΑΤΟΥΛΟϹΤΑΓΟϹ
ΟΘΗΒΑΙΔΟϹ

Vs. 1. Poc. post ЄΛΥΜΗΝΑΝΤ nihil praeterea. Vs. 3. idem ΜЄΜЄΜΝΟΝΟϹ. Vs. 6. Salt. ΘΗΒΑΙ ΔΟϹ, Poc. ΟΟΗΒΑΙΑΟϹ, quae composui.

Εἰ καὶ λωβητῆρες ἐλυμήναντ[ο κολο]σ[σ]όν,
θειοτάτου νύκτωρ ὀμφὴν ἐπὶ Μέμνονος ἦλθον·
ἔκλυον ἧς Κάτουλος ταγὸς ὁ Θηβαΐδος.

Vs. 1. restituit Letronnius ita, ut non opus sit aliorum coniecturas recensere. Catulus est ἐπιστράτηγος Thebaidis. Epistrategi Imperatorum aetate fere semper Romani homines erant (vide Introduct. p. 275. *a. b.*). De brevi *u* in nomine Κάτουλος conf. ad n. 4721. Versuum sententiam ita exposuit Letronnius: „Quoique le colosse ait éprouvé des mutilations, il n'en a pas moins conservé une voix que je suis venu entendre." Videbatur Letronnio hic Romanus minus peritus linguae Graecae, ut apte exprimeret quod sentiret. Νύκτωρ autem accessit Catulus, haud dubie ut adesset sole oriente.

4746.

In Memnonis crure sinistro, supra n. 4759.; edidit Pocock. Descr. Or. T. I. p. 105. aeri incisam. Tractarunt Leichius (ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 9. p. 93.), Letronnius de stat. voc. Memn. n. XLVII. p. 213 sq. qui habuit etiam ex schedis Saltii.

ΟΥΚΑΚΑΡΗΝΟϹϹ . . . .
ΜΕΜΝΩΝΗΜΕΡΙΙΙΛ . . . . ΝΤΟΛΗΧΕΛϲΟΙΟ
ΘΕϹΠΙΖΩΝΜΕΡΟΕΩΝϹ . . . . ΟΧΙΠΡΟϹΑΥϹΙ'
ΕΚΠΑϹΗϹΠΡΙ' . . . . ΛΘΕΙΝ' . . . . . ΟΝΤΟϹ
ΟΙΜΕΝϹΠΙ . . . . . ΥΜΕΝΟϲ . . . . . . ΝΘΑΥΜΛΖΟΝΤΕϹ
ΟΙΧΩΝΤΑΙΓ . . . . ΠΑΤΡΛ . . . . . . ΤΙΧΟΝΤΟϹ

Est hoc apographum Saltii quale dedit Letronnius. Spatia vs. 3. post ΕΩΝϹ, vs. 4. post ΛΘΕΙΝΙ, vs. 5. post ΥΜΕΝΟϹ in apographo Saltiano non satis accurate indicata sunt. Poc. vs. 1. ΟΥΚΑΡΗΝΟϹ - - - ΙΙΕΟϹΙΟΙΝΟ, vs. 2. ΔΑΙΕΜΝΩΝΗΜ - - - - ΡΙΝΙϹ ΑΠΟΧΗΙϹΕΛΙϹΙΟ, vs. 3. ΘΕϹΠΙ ΧΩΝΧΙΕΡϹ - - ΡΘΕΙΝΙ ΟΧΙΠΡΑΝΥϹΓΝΙ, vs. 4. ΕΧΠΑϹΗϹΠ . . . . ΙΜϹΚϹ Ο><ΤϹϹ, vs. 5. ΟϹΙϹΕ>>ΕΠ' . . . . ΙΜΕΚϹ ΗΟΙωΛΛ ΧΟΝΤΕϹ, vs. 6. ΟΧΙωΝΤΑΙΤ . . . . ΠΑΠΛϹ ΤΡΥΚΟΠΤΟϹ. Pocockius praeter menda alia etiam duos versus confudit; nam vs. 3. med. posuit ΛΘΕΙΝΙ et vs. 4. med. ΙΜϹΚϹ, quum oporteat contra.

Οὐκ ἀκάρηνος [ἐών ποτ' ἄναξ οὐ τοῖον ἀΰτει
Μέμνων, ἡμερί[η δὲ τότ' ἀ]ντολῇ [ἡ]ελ[ί]οιο
θεσπίζων μερό[π]ε[σσι]ν [ἐπερχομέν]ο[ις] προσάϋσ[εν
ἐκ πάσης π[όλεως, ἵνα] θεί[ην κληδόν' ἔχ]οντ[ε]ς
οἱ μὲν [ἐ]πι[στά]μενο[ι σοφίην καὶ] θαυμ[ά]ζοντες
οἴχωνται [πάλιν ἐς] πάτρ[αν χρησμοῖο] τ[υ]χόντ[ε]ς·
[οἱ δὲ cet.]

Versus ex Pocockii apographo restitui non potuerunt, potuerunt ex Saltii. Priores tres versus tentavit Letronnius, sed parum feliciter. Confecta demum restitutione animadverti Letronnium in Addend. vs. 3. coniecisse et ipsum *μερόπεσσιν*, quod probum est. *Ἀκάρηνος* est id quod n. 4749. dicitur *κεφαλῆς ἄτερ ἥμενος*. De sententia tituli conf. ad n. 4741.

4747.

In statuae Memnonis basis parte anteriore; edidit Pocock. Descr. Or. T. I. p. 149. aeri incisam; Hamiltonus Aegypt. p. 182. Tractarunt Leichius (ap. Pocock. Inscr. P. I. p. 85.), Dorvillius (ibid. p. 91.), Toup. Emend. in Suid. p. 182. Iacobs Anthol. T. II. p. 759. ed. sec. Anthol. Palat. App. n. 16. Abhandl. p. 121. Ex Dorvillii restitutione dederunt Jollois et Devilliers in Descr. Theb. in Descr. Aeg. Antt. T. I. p. 106. Denuo tractavit Letronnius de stat. voc. Memn. n. XLVIII. p. 215 sq. qui habuit ex schedis Saltii.

ΑϹΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟΥ
ΖΩΕΙΝΕΙΝΑΛΙΗΘΕΤΙΜΕΜΝΟΝΑΚΑΙΜΕΓΑΦΩΝΕΙΝ
ΜΑΝΘΑΝΕΜΗΤΡΩΗΙΛΑΜΠΑΔΙΘΑΛΠΟΜΕΝΟΝ
Ν
ΑΙΓΥΠΤΟΥΛΙΒΥΚΗΙϹΙΝΥΠΟΦΡΥϹΙΝΩΝΘΑΠΟΤΑΜΕΙ
ΚΑΛΛΙΠΥΛΟΝΘΗΒΗΝΝΕΙΛΟϹΕΛΑΥΝΟΜΕΝΟϹ
ΤΟΝΔΕΜΑΧΗϹΑΚΟΡΗΤΟΝΑΧΙΛΛΕΑΜΗΤΕΝΙΤΡΩΩΝ
ΦΘΕΓΓΕϹΘΑΙΠΕΔΙΩΜΗΤΕΝΙΘΕϹϹΑΛΙΗΙ
ΠΟΙΗΤΟΥΤΟΥΕΠΙΤΡΟΠΟΥ

Dedi apographum Saltii quale exhibuit Letronnius, nisi quod ex reliquis apographis mutavi praescripta. In iis Saltius habet ΠΟΙΗΤΟΥΤΟΥ ΑϹΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟΥ, reliqui verba ΠΟΙΗΤΟΥΤΟΥ habent in fine ante ΕΠΙΤΡΟΠΟΥ, quod ipsum Saltius videtur omisisse. Vs. 5. ubi Salt. ΚΛΛΛΙΠΥΛΟΝ, ex reliquis dedi ΚΑΛΛΙΠΥΛΟΝ. Reliquam varietatem lectionum ex Pocockio et Hamiltono annoto hanc: vs. 3. Poc. ΜΙ)ΤΡΩΗΙΛΛΛΙ⁻Ʋ\ΙΘΜΠϹΜΕΝΟΝ, Hamilt. ΜΗ ΤΡΩΗΙΛΛΙΓ . . . . ΔΙΟΛΠΟΜΕΝΟΝ; vs. 4. Hamilt. ΑΙΓΥΠΤΟΝ, deinde Poc. ΥΠΟ . . . ΦΙΥϹΙΝΟΝΑΠο ΤΑ//Λ, Hamilt. ΥΠ * * * * ΦΡΥϹΙΝΟΝΑΙΙ . . . . . .; vs. 5. Hamilt. ΘΗΚΗΝ; in fine omittit ΟϹ, pro quo puncta duo; vs. 7. Poc. ΦΟΕΙΓΕϹΕΛΙΠΕΔΙΩΩΗΠ cet. Hamilt. ΦΘΗΓΕϹΘΑΙΠΕΔΙΩΙμΗΤ cet.; vs. 8. Poc. ΠΟΙΙΙΤΟΤΟΕΠΠΡΟΠΟΥ, Hamilt. ΠΟΙΗΤ . . ΕΠΙΤΡΟΠΟΥ.

Ἀσκληπιοδότου.
Ζώειν, εἰναλίη Θέτι, Μέμνονα καὶ μέγα φωνεῖν
μάνθανε μητρῴῃ λαμπάδι θαλπόμενον,
Αἰγύπτου Λιβυκῇσιν ὑπ' ὀφρύσιν, [ἔ]νθ' ἀποτάμνει
καλλίπυλον Θήβην Νεῖλος ἐλαυνόμενος·
τὸν δὲ μάχης ἀκόρητον Ἀχιλλέα μήτ' ἐνὶ Τρώων
φθέγγεσθαι πεδίῳ μήτ' ἐνὶ Θεσσαλίῃ.
ποιητοῦ τοῦ ἐπιτρόπου.

Epigramma elegans et vere poeticum. Auctor Asclepiodotus se nominat *ποιητὴν τὸν ἐπίτροπον*. Videtur igitur procurator Caesaris fuisse. Vs. 4. Toupius, Brunckius, Iacobsius in priore editione Anthol. coniectura legerunt *ἔνθ' ἀποτάμνει*. Mox ex correctione Buttmanni *ὧν ἀποτάμνει* scripsit Iacobsius. Letronnius priorem coniecturam Saltii apographo confirmatam, ut par erat, restituit. Nam Nilus Thebas veteres medias secat. Neve in animum inducas opus esse vocula *δίχα*, ut exprimeretur id quod poeta voluit. Titulus ex Antoninorum aetate videtur esse.

4748.

In statua Memnonis; ediderunt Hamiltonus Aegypt. p. 172. et Walpol. Mem. p. 467. Illustravit Letronnius Journ. des Sav. 1823. p. 751-758. unde repetiit Welcker. Syll. epigr. n. 199. p. 249. ed. alt. Iterum tractavit Letronnius in Comment. de stat. voc. Memn. n. XLIX. p. 217 sqq. qui habuit etiam ex schedis Saltii, ex quibus accuratam tituli delineationem dedit in tab. II.

ωΠΟΠΟΙΗΜΕΓΑΘΑΥΜΑΤΟΔΟϹ
ΗΜΑΛΑΤΙϹΘΕΟϹΕΝΔΟΝΟΙΟΥΡΑΝΟΝΕΥΡΥΝΕΧΟΥϹΙΝ
ΗΥϹΕΝΦωΝΗΝΚΑΤΑΔΕϹΧΟΘΕΛΑΟΝΑΠΑΝΤΑ
ΟΥΓΑΡΠωϹΑΝΘΝΗΤΟϹΑΝΗΡΤΑΔΕΜΗΧΑΝΟωΤΟ
ΑΡΕΙΟΥΟΜΗΡΙΚΟΥΠΟΙΗΤΟΥΕΚΜΟΥϹΕΙΟΥ
ΑΚΟΥϹΑΝΤΟϹ

Vs. 1. extr. Hamilt. ΔΟ. . . . ., Salt. ΔΟϹ; apud Walpol. versus desinit in voce ΘΑΥΜΑ. Vs. 2. ΟΙ ΟΥΡΑΝ non habet Walpol. Vs. 3. Walpol. ΦωΝΗ; deinde Hamilt. ΝΑΟΝ pro ΛΑΟΝ; idem ΚΑΤΑΔΕ ϹΧΕΘΕ. Vs. 5. Hamilt. ΑΡΓΕΙΟΥ. In Saltii apographo verbum ΑΚΟΥϹΑΝΤΟϹ errore transcribentis insequenti titulo tributum est.

Ὦ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀ[φθαλμοῖσιν ὁρῶμαι.
ἦ μάλα τις θεὸς ἔνδον, οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν,
ἤϋσεν φωνήν, κατὰ δ' ἔσχεθε λαὸν ἅπαντα.
οὐ γάρ πως ἂν θνητὸς ἀνὴρ τάδε μηχανόωτο.
Ἀρείου Ὁμηρικοῦ ποιητοῦ ἐκ Μουσείου ἀκούσαντος.

Sunt versus Homeri, primus Il. XIII, 99. XV, 286. XX, 344. XXI, 54. (cf. Odyss. XIX, 36. Hymn. in Mercur. 219.), secundus Odyss. XIX, 40., tertius Odyss. XXIV, 530., quartus Odyss. XVI, 196. Semel scriptor discessit, vs. 3. scribens ΦωΝΗΝ p. ΦωΝΗΙ s. ΦωΝΗ, quae vera lectio est ap. Homerum. Est igitur ex genere parodiarum, quae vulgo *Ὁμηρόκεντρα* s. *Ὁμηροκέντωνες* vocantur, de quibus veterum locos congessit Fabric. Bibl. Gr. I. p. 550. ed. Harl. His addens locum ex Bekkeri Anecd. Gr. p. 766. l. 29. Letronnius ablegat ad similia parodiarum Homericarum exempla in Anthol. (IV, 116. XII, 182.) et ap. Dion. Chrysost. Or. XXXI, 387. in quibus non sine quadam mutatione compositi versus sunt. Recte autem idem monet id videri poetas istos sibi proposuisse in eoque omnem artem positam censuisse, ut sententiam concinnarent ex integris versibus Homeri non mutatis, quale exemplum satis antiquum extat ap. Epiphan. Haeres. XXXI, 29. p. 200. C. praeterea videri *Ὁμηρόκεντρα* eo ipso differre a parodiis Homericis, quae maiorem libertatem sequerentur. Auctor huius *Ὁμηροκέντωνος* Arius (vel ex apographo Hamiltoni Argius, quam lectionem praefert Odofr. Müller Gött. G. Z. 1832. p. 1550.) se ipse nominat *Ὁμηρικὸν ποιητὴν ἐκ Μουσείου*. Fuit igitur ex museo Alexandrino et fortasse *τῶν ἐν Μουσείῳ σιτουμένων ἀτελῶν*, ut est in titulo n. 4724. et, ut Epiphanii verbis utar, *ποιητὴς ὑπόθεσιν διὰ τῶν Ὁμηρικῶν στίχων γράφων*, quales homines aetate Imperatorum in museo Alexandrino plures fuisse iure coniicit Letronnius. Nec dubium quin poeta, cuius fragmentum Homericum servavit Epiphanius, idem musei Alexandrini socius fuerit. Similes poetas habuerunt etiam Romani. Et, ut Graeci Homerum, ita Romani Virgilium sibi in eundem finem ediscendum proposuerunt (vide Fabric. Bibl. Lat. I. p. 267. ed. Pat.). Pluribus id exposuit Letronnius docens eos poetas Virgilianos vocatos esse ex titulo Latino ap. Gruter. n. LXIV. 5. qui si falso suspectus fuit Maffeio, inserviat ad tuendum alium titulum Latinum ap. Gruter. n. CDXLVI. 8. in quo *Ovidianus poeta*. Certe non improbabile, fuisse qui Ovidium eodem modo tractarent.

4749.

In statua Memnonis, infra n. 4748.; edidit Letronnius Journ. des Sav. 1831. p. 375. et illustravit in Comment. de stat. voc. Memn. n. L. p. 224 sq. ex schedis Saltii.

ΤΟΥΤΟΙϹΤΟΙϹΕΛΕΓΟΙϹΠΕΤΡωΝΙΑΝΟϹϹΕΓΕΡΑΙΡω
ΑΥΔΗΕΝΤΙΘΕωΙΜΟΥϹΙΚΑΔωΡΑΔΙΔΟΥϹ
ΠΑΤΡΟΘΕΝΟΥΝΕΜΕΧωΝΑϹΤΗΝΟϹΙΤΑΛΟϹΑΝΗΡ
ΑΛΛΑϹΥΜΟΙΖωΕΙΝΔΗΡΟΝΑΝΑΞΧΑΡΙϹΑΙ
ΠΟΛΛΟΙΛΜΑΤΕΙΧΟΥϹΙΔΑΝΜΕΝΑΙΗΡΕΤΙΜΕΜΝωΝ
ΤΟΥΛΟΙΠΟΥΓΗΡΥΝϹωΜΑΤΟϹΕΝΤΟϹΕΧΕΙ
ΑΥΤΑΡΟΓΕϹΤΕΙΝωΝΚΕΦΑΛΗϹΤΕΑΤΕΡΗΜΕΝΟϹΑΥΔΑ
ΥΒΡΙΝΚΑΜΒΥϹΕωΜΗΤΕΡΙΜΕΜφοΜΕΝΟϹ
ΑΥΤΑΝΔΗΕΛΙΟϹφΛΕΕωΝΑΧΤΕΙΝΑϹΑΝΙϲΧΗ
ΗΜΑΡϹΗΜΑΙΝΕΙΤΟΙϹΠΑΡΕΟΥϹΙΒΡΟΤΟΙϹ

Supra primam lineam Saltius habet ΑΚΟΥϹΑΝΤΟϹ, quod pertinet ad titulum n. 4748.

Τούτοις τοῖς ἐλέγοις Πετρωνιανός σε γεραίρω
αὐδήεντι θεῷ μουσικὰ δῶρα διδούς,
πατρόθεν οὔν[ο]μ' ἔχων Λ[ουκίλι]ος, Ἰταλὸς ἀνήρ.
ἀλλὰ σύ μοι ζώειν δηρόν, ἄναξ, χάρισαι.
πολλοὶ [ἅ]μα [σ]τείχουσι δα[ή]μεναι, ἦ ῥ' ἔτι Μέμνων
τοῦ λοιποῦ γῆρυν σώματος ἐντὸς ἔχει.
αὐτὰρ ὅ γε στείνων κεφαλῆς τ' ἄτερ ἥμενος αὐδᾷ
ὕβριν Καμβύσεω μητέρι μεμφόμενος·
[ε]ὖτ' ἂν δ' Ἠέλιος φ[α]έ[θ]ων ἀ[κ]τεῖνας ἀνίσχῃ,
ἦμαρ σημαίνει τοῖς παρεοῦσι βροτοῖς.

Ita legit etiam Letronnius, nisi quod vs. 3. scripsit Δουΐλλιος; verum ΛCTHNOC vix aliud potest esse quam ΛΟΥΚΙΛΙΟC. Πετρωνιανὸς nunc ut τετρασύλλαβον pronuntiatur. Ad sententiam vss. 7. 8. cf. n. 4730. 4741. 4746. Vs. 10. subiectum verbi σημαίνει Memnonem esse sponte patet.

4750.

In Memnonis crure dextro, infra n. 4724.; ediderunt Pocock. Descr. Or. T. I. p. 104. aeri incisam et Norden Descr. Aeg. et Nub. p. 320. ed. Germ. Ex Actis regiae Societatis Lond. excerpserunt socii Florentini; indeque edidit Murat. T. IV. Append. p. 11. n. 3. Rursus edidit Hamilton. Aegypt. p. 173. Jomard in Descr. Aeg. Antt. Vol. V. tab. 55. n. 39. Minus accurate auctores Descr. Theb. in opere Gallico Descr. Aeg. Antt. Descr. T. I. p. 110. Tractarunt Leichius (ap. Pocock. Inscr. P. I. p. 82.), Dorvillius in Charit. p. 530. (ap. Pocock. Inscr. P. I. p. 92.), Walpol. Mem. p. 467. Boissonade Class. Journ. T. XX. p. 290. postremo Letronnius in Comment. de stat. voc. Memn. n. LI. p. 226. qui habuit etiam ex schedis Saltii.

ΗΛΙΟΔΩΡΟΣΞΗΝΩ
ΝΟΣΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣΠΑ
ΝΙΑΔΟΣΗΚΟΥΣΑΔΚΑΙ
ΕΜΝΗΣΘΗΝΞΗΝΩΝΟΣ
ΚΑΙΑΪΑΝΟΥΑΔΕΛΦΩΝ

Vs. 1. Poc. Nord. Mur. ΗΛΙΟΔΟΡΟΣ, Jom. ΗΛΙΟΔΟΡΟC, Hamilt. ΗΛΙΟΔΩΡΟC; deinde Poc. ΞΗω; Ham. ΙΗΝΩ. Vs. 3. Poc. ΗROΥΣΑ. Vs. 4. Nord. ΞΗΩΝΟΣ, Poc. ΞΗΝΙΩΝΙΟΣ, Mur. ΤΗΩΝΟΣ, Ham. ΤΗΝΩΝΟCΗΚΟΥCΑ, verbo male repetito, fortasse ex alio titulo illato. Vs. 5. auct. Descr. Theb. ΚΑΙΑΙΛΙΑΝΟΥ de coniectura, reliqui omnes ΚΑΙΑΙΑΝΟΥ, nisi quod Letronnius ex apographo suo diserte ΚΑΙΑΪΑΝΟΥ (de punctis diaeresis super Ι conf. Vol. II. Addend. p. 1080. *b*.). In fine Poc. ΑΔΕΛΦωΙΙ, Nord. ΑΔΕΛΟΩΗ, Mur. ΑΔΕΛΩΗ, Ham. ΑΔΕΛΦШΗ. Ceterum Hamilt. constanter C habet.

Ἡλιόδωρος Ζήνωνος Καισαρείας Πανιάδος ἤκουσα δ̄ καὶ ἐμνήσθην Ζήνωνος καὶ Ἀϊανοῦ ἀδελφῶν.

Caesarea Panias urbs nota Galilaeae superioris. Idem Heliodorus etiam Philis προσκύνημα posuit fratrum (vide n. 4921.). Apographorum consensu et illa inscriptione Philensi tutum nomen Αἰανοῦ s. Ἀϊανοῦ, pro quo Leichius Αἰλιανοῦ, Dorvillius Γαϊανοῦ, Boissonadus Ῥιανοῦ proposuerunt.

4750. *b*.

In statua Memnonis; edidit Letronnius in Comment. de stat. voc. Memnon. n. LII. p. 227. ex schedis Saltii.

ЄΠΑΡΧΟC ΛЄΓЄωΝΟC

- - - ἔπαρχος λεγεῶνος.

Interiit nomen hominis.

4751.

In statua Memnonis; edidit Hamilt. Aegypt. p. 173. Hinc petiit Letronnius Recherch. sur l'Égypte p. 274. Walpol. Travels p. 596. Tractavit Letronnius de stat. voc. Memnon. n. LIII. p. 227. qui habuit etiam ex schedis Saltii.

ΚΛΑΥΔΙΟCΓЄΜΙΝΟC
ΑΡΑΒΑΡΧΗCΚΑΙЄΠΙCΤΡΑΤΗ
ΓΟCΘΗΒΑΙΔΟCΗΚΟΥCΑ
ΑΝΑΠΛЄωΝωΡΑC Γ̄
ΚΑΤΑΠΛЄωΝωΡΑC Β̄

Hamilt. vs. 1. ΚΛΑΥΔΙΟCΕΜΙΛΙΟC, vs. 3. extr. ΗΚΟΥC. . . ., vs. 5. ΚΑΤΑΠΛΕШΡΑΣΒ. Salt. vs. 4. ΑΝΑΠΑЄωΝ.

Κλαύδιος Γέμινος, Ἀραβάρχης καὶ ἐπιστράτηγος Θηβαΐδος, ἤκουσα, ἀναπλέων ὥρας γ̄, καταπλέων ὥρας β̄.

Epistratego huic Thebaidis subiectus fuit totus tractus terrarum usque ad rubrum mare; hinc dicitur Ἀραβάρχης (vide Introd. p. 315. *a*.). Cl. Geminus notante Letronnio sedem habuit haud dubie Ptolemaide, quae caput erat Thebaidis Graecis et Romanis; unde quum venisset (ἀναπλέων), dicit se audiisse Memnonem hora III., quum rediret (καταπλέων), hora II. Vs. 3. extr. post ἤκουσα conieceris excidisse Μέμνονος, si spatium addiceret. Sed non opus est genitivo (cf. n. 4744. 4750.).

4752.

In Memnonis pede sinistro, infra n. 4741.; edidit Pocock. Descr. Or. T. I. p. 105. aeri incisam. Tractarunt Leichius (ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 9. p. 93. n. 22.), Letronnius de stat. voc. Memn. n. LIV. p. 228.

ΑΧΙΛΛЄ᾿᾿ΠΡΟCΚΥΝΗCΑCΙЄΡωΤΑΤΟΝΜЄΜΝΟΝΑΚΑΙ
ЄΥ - - ΜЄΝΟCΤΟΥCΑΔЄΛΦΟΥCЄCΑΚΟΥCΑΙΘЄΙΟΥ
ΦΘЄΓΜΑΤΟCΑΠЄΡΧΟΜЄΚΑΤΑΛΙΠωΝΤωΙΔΙωΙ
ΥΙωΑΜΜωΝΙωΤΟΥΝΟΑЄΙΜΝΗCΤΟΛΙΘω
ΠЄΠΡΑΓΜЄΝΗΝΦωΝΗΝ

Non affero menda omnia Pocockii; annoto solum haec: vs. 1. extr. ΚΑΙC; vs. 2. init. COX\ C ΝΟCΤΟΥCΛΔCΛΦΟΥC (Salt. ЄΥΜЄΝΟ(ΤΟΥΑΔЄΛΦΟΥC), hinc lectionem concinnavi; ibid. extr. ΟΜΟΥ (pro ΘЄΙΟΥ); vs. 4. ΤΟΥΝΟΘЄΙΜΗCΤΟΛΙΟω; vs. 5. ΠЄΠΥ. . ΛωЄΝΗΝΦωΝΗΝ (Letr. ΦΝΗΝ incuria operarum).

Ἀχιλλε[ὺς] προσκυνήσας ἱερώτατον Μέμνονα καὶ εὐ[ξά]-

μενος τοὺς ἀδελφοὺς ἒ[ξ]ακοῦσαι θείου φθέγμ[α]τος ἀπέρχομε καταλιπὼν τῷ ἰδίῳ υἱῷ [Ἀ]μμωνίῳ τὸ ὑ[π]ὸ ἀειμνήστ[ῳ] λίθῳ [γράψαι τὴν] πεπραγμένην φωνήν.

Perverse loquitur auctor, qui filio suo iniungit ut scribat in basi statuae patrem audiisse vocem Memnonis. Ceterum initium tituli infeliciter tentavit Letronnius. Sententia vs. 2. frequens est in huiusmodi titulis (cf. n. 4739. 4742.).

4753.

In statua Memnonis; edidit Letronnius l. c. n. LV. p. 229. ex schedis Saltii.

. . . . ΟΙΥΑΛΕΙΝΟϹ
ΕΠΙϹΤΡΑΤΗΓΟϹΘΗΒΑΙΔΟϹ
ϹΑΝΤΟΥϹΙΔΙΑΙΩϹΙΔΙΤΗϹΧΑ
ΒΙΩΗΚΟΥϹΑΜΕΜΝΟΝΟϹ
ΓΠΑΧΩΝ δΙϹ Α

. . . ειλεῖνος, ἐπιστράτηγος Θηβαΐδος, σ[ὺ]ν [Π]ου[βλ]ίᾳ Σωσίδι τῇ σ[υν]βίῳ ἤκουσα Μέμνονος . . . . . . Παχὼν ῑ ᾱ (ὥραις).

Letronnius legit Οὐϊταλεῖνος, et vs. 3. σὺν Πουβλίᾳ Σωσίδι. Coniicias etiam Ἴσιδι (conf. n. 4683.). Ante mensis nomen excidit designatio anni, ex qua unus ductus superest. Mensis dies videtur esse I, addito utrinque siglo interpunctionis S. Hoc pro δὶς cepit Letronnius. Quod post A minus distinctum siglum est, Letronnius eo dimidiam partem horae expressam putat, nos pro siglo ὥ (ὥρας) habemus.

4754.

In statua Memnonis; edidit Letronnius l. c. n. LVIII. p. 230. ex schedis Saltii.

ΚΥΡΙΟΥΔΙΟΝΥϹΙΑϹΤΟ
ΠΡΟϹΚΥΝΗΜΑΠΟΛΛΑ
ΚΙϹΔΑΚΟΥϹΕΤΑΙ

Verba τὸ προσκύνημα· πολλάκις δ' ἀκούσεται manifesto trimetrum constituunt. Initio videntur nonnulla excidisse. Exempli gratia lego:

[ὁ δεῖνα - - - - - - Μέμνονος
ἔγραψ' ἀκούσας] κυρίου Διονυσίας
τὸ προσκύνημα· πολλάκις δ' ἀκούσεται,

ut homo quidam audito Memnone scripserit τὸ προσκύνημα Διονυσίας (uxoris opinor). In fine addit: πολλάκις δ' ἀκούσεται, quasi secundo omine capto ex voce Memnonis indeque sperans futurum, ut saepe eum audiat. Letronnius restituebat: ὑπὲρ σωτηρίας αὐτοκράτορος - - - τοῦ] κυρίου Διονυσίας τὸ προσκύνημα; ex qua ratione verba extrema intelligi non possunt. Hinc ea impugnat ut male transcripta, quae sunt sanissima. Scilicet non vidit esse versus.

4755.

In statua Memnonis; edidit Letronnius l. c. n. LIX. p. 231. ex schedis Saltii.

ΒΑΛΒΕΙΝΙΑΝΟϹΕΝΑΡΧΟϹΕΘΑΥΜΑϹΕΝ
ΑΡΧΙΔΙΚΑϹΤΗϹ

Βαλβεινιανὸς ἔναρχος ἐθαύμασεν ἀρχιδικαστής.

Est versus heroicus. Nomen Βαλβεινιανὸς pronuntia ut τετρασύλλαβον. Significat auctor se in munere publico esse (ἔναρχον) et quidem ἀρχιδικαστήν. Minus recte iudicat Letronnius qui putat voci ΕΝΑΡΧΟϹ subesse alterum nomen Balbiniani idque Graecum. Nempe coniecerat ad titulum n. 4734. videri ἀρχιδικαστείαν, ut reliquos magistratus plurimos a Ptolemaeis institutos, Aegyptiis vel Graecis obtigisse etiam aetate Romana. Hinc si Balbinianus Graecum nomen gereret, analogia ei servari videbatur. Sed ut concedam Romanos in rebus Aegypti instituta plurima retinuisse, tamen puto multa fuisse, in quibus a consuetudine se paulum recedere posse arbitrarentur.

4756.

In statua Memnonis; edidit Letronnius l. c. n. LVI. p. 230. ex schedis Saltii.

ΑΡΜΕΙΝΟϹ
ΕΜΗϹΚΑΜΒΥϹΗϹ
ΓΑΡ . . . ΜΕΤΕΡΑ
. . . . . . ϹΕΔΥΤΕΡ
. . . . . ΕΓΡΑΨΕΤΟ

Videntur disticha esse, quorum primus pentameter desinit in ἐμῆς. Sic Καμβύσης incipiet hexametrum. Exempli causa:

κ]α[ὶ] μ[οῦ]νος [μορφῆς σχῆμ' ἐκόλουσεν] ἐμῆς
Καμβύσης [ἄθεος cet.

Est igitur epigramma simile titulo n. 4741. (conf. n. 4730.)

4757.

In statua Memnonis; edidit Letronnius l. c. n. LVII. p. 230. ex schedis Saltii.

ϹΑΤΟΡΝΙΝΗϹ

Σατορνίνης.

4758.

In Memnonis crure sinistro, supra n. 4791.; edidit Pocock. Descr. Or. T. I. p. 105. aeri incisam. Repetiit Leichius Carm. sep. (ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 9. p. 93.) Verba quaedam legit Langlès Magas. encyclop. 1796. P. III. p. 210.

ΧΙΔΩΚΑΙ
ΙΛΛΠΥΠΡΟ
Ρ ΝΕΡΘΕΓΧΑ
ΤΟΩ ΝΩΝ
ΘΠΒΑΙΑ ΠΡΟΜΑ
ΒΩΝΠΟ ‹ΔΕ

Fuerunt versus. Vss. 3-5. ita legendi videntur:
- - - - - - φ[ωνὴν] ἐφθέγ[ξ]ατο [Μέμ]νων
Θ[η]βα[ί]α[ς] πρόμα[χος - - - - - -
Langlès legerat Θηβαίων.

4759.

In Memnonis crure sinistro, infra n. 4746.; edidit Pocock. Descr. Or. T. I. p. 105. aeri incisam. Repetiit Leichius Carm. sep. (ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 9. p. 93.) Vss. 5. 6. dederunt auctores Descr. Theb. in Descr. Aeg. Antt. T. I. p. 112.

CΚΥΝΗΗΝΙΑΘΚΑΟΟΝΘ
ΤϤΑΧΨΒΩΕΣΔΩ
ΓΠ·ΧΤϤΟΩS
C'ΙCΗΟΛ–ΙΜΝ̄ΝΓŌΟΗ
ΛΟVΚΑC
ΩΡΑCΓΤΗΚΛC

Pro duobus titulis habuit Pocockius; quo iure, non liquet. Nam possunt esse etiam tres. Initio fuit τὸ προ]σκύνη[μ]α - - - . Ultimos duos versus auctores Descr. Theb. l. c. ita exhibuerunt: ΛΟΥΚΑCΩΡΑC Γ.ΗΚΟΥCΑ (Λουκᾶς ὥρας γ̄ ἤκουσα).

4760.

In Memnonis crure sinistro, infra n. 4721; edidit Pocockius Descr. Or. T. I. p. 105. aeri incisam. Repetiit Leichius (ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 9. p. 93. n. 16.)

ΤΟΠΡΟΟΚΙΝΠΜΥΟΩΔΟΤ
ΚΗΔΙΔΥΜΟCΜΛΩΟΥΟΛΚΥΗ
ϤΩΟΥΚΠΚΥΔΩΘΚΩΗΩ

Τὸ προ[σ]κ[ύ]ν[η]μ[α Θεο]δότ[ου.
Inde a vs. 2. videtur novus titulus incipere: [Κλ.] Δίδυμος cet.

4761.

In Memnonis crure sinistro; edidit Pocock. Descr. Or. T. I. p. 105. aeri incisam. Repetiit Leichius Carm. sep. (ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 9. p. 93. n. 5. 6.)

ΠCΝΥCCΤΟΙΑ
ΜΛΨΙΔΙΦΩΠΝΑ
ΕϚCΛΛΙΤΟΙΜΙC
ΚΑ..ΡΓΩCΟΙΟCΑΡ
CΥΤΥΧ
ΜΑΡΙΩΓΩCΛΛCΟΕΚ

Nihil videtur certi exsculpi posse, nisi forte vs. 5. Ε]ὔτυχ[ος.

4762.

In sepulcris regum Thebanis sive Syringibus, quae hodie Bab-el-Moluk s. Biban-el-Moluk vocantur, plurimae sunt inscriptiones incisae a peregrinatoribus in signum admirationis. Dicit de his magnificis sepulcris Strabo XVII, 816. Inscriptiones inde collegerunt editores Descr. Aegypti, Hamiltonus, Saltius, Champollion iunior. Prima haec edita est in Descr. Aeg. Antt. T. V. tab. 56. n. 1.

CΩΤΗΡΙΧΟCΚΑΙΗΡΑΚΛΕΙΔΗCΗΚΑΜΕΝΩΔΕ
ΔLΚΛΑΥΔΙΟΥΦΑΜΕΝ^Ω Ξ̄

Σωτήριχος καὶ Ἡρακλείδης ἥκαμεν ὧδε, ἔτει δ̄ Κλαυδίου, Φαμενὼ[θ] ξ̄.

Titulus pertinet ad a. p. Chr. 44. qui est quartus Claudii Imp. ad diem III. mensis Martii. Forma ἧκα redit n. 4803.

4763.

In Syringibus duae inscriptiones ab iisdem incisae in diversis, ut videtur, sepulcris; edidit Letronnius in Transact. of the royal Soc. of Litt. Vol. II. P. I. p. 70. et in Comment. de stat. voc. Memn. p. 244. n. 3. et 42. ex schedis Saltii.

a.

ΠΟΤΑΜΩΝΙCΤΟΡΗCΑCΥΝΠΟΤΑΜΩΝΠΑΤΡΙ
ΙϚ ΤΡΑΙΑΝΟΥΚΑΙCΑΡΟCΤΟΥΚΥΡΙΟΥΜΑCΟΡΑ
ΚΘΙCΑΙΤΟΠΡΟCΚΥΝΗΜΑΠΑΝΤΩΝΤΩΝ
ΑΑΕΛΦΩΝΚΑΙΤΗCΚΥΡΙΑCΜΕΤΡΟCΚΑΙ
ΤΗCΑΔΕΛΦΗC
ΥΙΝΝ

b.

ΠΟΤΑΜΩΝΙCΤΟΡΗCΑCCΥΝΠΟΤΑΜΩΝΠΑΤΡΙ
ΙϚ ΤΡΑΙΑΝΟΥΚΑΙCΑΡΟCΤΟΥΚΥΡΙΟΥΜΕCΟΡΑ
ΚΘ ΚΑΙΤΟΠΡΟCΚΥΛΗΜΑΠΑΝΤΩΝ
ΑΔΕΛΦΩΝΚΑΙΤΗCΚΥΡΙΑCΜΕΤΡΟCΚΑΙ
ΤΗC ΑΔΕΛΦΗC
[illegible]

Ποτάμων ἱστόρησα σὺν Ποτάμων[ι] πατρί, ἔτει ϛ Τραϊανοῦ Καίσαρος τοῦ Κυρίου, Μεσορὰ κθ, καὶ τὸ προσκύνημα πάντων τῶν ἀδελφῶν καὶ τῆς κυρίας μετρὸς καὶ τῆς ἀδελφῆς [ἔ]γραψα.

Pertinet ad diem xxii. mensis Augusti a. p. Chr. 103. Ἱστορεῖν (examinare, invisere) verbum sollemne est in his titulis (cf. Elem. epigr. Gr. p. 337.). In utroque titulo eadem fere vitia sunt scripturae, nisi quod in *a.* est Μασορά, in *b.* Μεσορά, utrumque ex prava pronuntiatione pro Μεσορί, et in *b.* ἱστορήσας male, ut videtur. Littera I in Ποτάμωνι ligata est cum sequente Π. Ceterum nota μετρὸς p. μητρός.

4764.

In Syringibus; edidit Letronnius ll. cc. p. 73. et p. 251. n. 37. ex schedis Saltii.

ЄΥΤΥΧΗϹΙϹΤΟΡΗϹΑϹ
L ΙΘ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΚΑΙϹΑΡΟϹ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ϾΙ∠ Α ΕΥ

Εὐτύχης ἱστορήσας ἔτει ιθ Τραϊανοῦ Καίσαρος τοῦ Κυρίου - - - - - -

Pertinet ad a. p. Chr. 116. In fine nisi fuit mensis designatio, coniicias fuisse ἐθαύμασα.

4765.

In Syringibus; edidit Letronnius ll. cc. p. 71. et p. 248. n. 16. ex schedis Saltii.

ΙΤΕΤΡΩΛΙΙϹΑΝΔΡΟΜΑΧΟΥ
ЄΘΑΥΜΑϹΑ∠ϚΑΔΡΙΑΝΟΥ
ΤΥΒΙΔ

Π]ετρῶ[ν]ις Ἀνδρομάχου ἐθαύμασα, ἔτει ϛ Ἀδριανοῦ, Τυβὶ δ.

Pertinet ad diem xxx. mensis Decembris a. p. Chr. 122. Πετρῶνις est p. Πετρώνιος, ut Ἀπῶνις est Ἀπώνιος (cf. n. 4742.). Letronnius Πετρώνιος vel Ἰούλιος Τετρώδης vel Πετρώλης.

4766.

In Syringibus; edita est in Descr. Aeg. Antt. Vol. V. tab. 56. n. 4. Ex schedis Saltii edidit Letronnius ll. cc. p. 71. et p. 246. n. 6.

ΜΝΗϹΘΗ
ΑϹΚΛΗΠΙΑΔΗϹ
ΙΑΤΡΟϹΛЄΓЄΩ
Β ΤΡΑ-ΙϹΧΥΡΑϹ
∠ΙΑΝΤΩΝΙΝΟΥ-ΜЄ
ΧЄΡΑ-

Dedi Saltii apographum, nisi quod vs. 3. pro ΙΑΤΡΩϹ ex Jomardiano exemplo exhibui ΙΑΤΡΟϹ. Jom. vs. 4. ΤΡΑS, vs. 5. init. LL et extr. Ā. Ceterum Jom. duobus versibus absolvit titulum, priore versu terminato in ΤΡΑS.

Μνησθῇ Ἀσκληπιάδης, ἰατρὸς λεγεῶ(νος) β Τρα(ϊανῆς) ἰσχυρᾶς, ἔτει ι Ἀντωνίνου, Μεχὲρ ā.

Pertinet ad diem xxvi. mensis Ianuarii a. p. Chr. 147. Μεχὲρ scriptum est p. Μεχείρ. Legio ii. Traiana in Aegypto agebat (vide Introd. p. 314. *a.*). De formula μνησθῇ cf. n. 4668.

4767.

In Syringibus; edidit Letronnius ll. cc. p. 70. (conf. Suppl. p. 56.) et p. 245. n. 5. ex schedis Saltii.

ЄΙΩΝΑΠΑΝΤΩΝΠΑΡΑΤΩΚΥΡΙΩ
ΟΝΤΙϹΟΦΩΚΑ ΠΡΩϹΟΦ
ΤΟΙΟΛϹΚΟΥϹΙΠΑΙΔЄΙΑΝΙΗЄΡΩΔЄΤΟΙϹ
ΝΟϹΗΛЄΥΟΥϹΙΛΥΙΟϹΟΙΚЄΤЄΥΩΝΤΟΝΘЄΟΝ
ЄΙΝΑЄΙΛΘϹΝΚΛΙЄΥΜЄΝЄϹΡΑΨΑЄΥΤΥΧΟΥ
ΜΟΝΟϹΜЄΤΑΦΘΟΜΟΙ Ι ΛΟΝΙΟϹΛΝΙ
ΦΟΥΚΑΙΜΟΝΚΟΡΗΤϹ· ϹΙΩϹΑΔЄΛΦΩΝ
ΚΑΙΠΛΗΝΙΟϹ ΚЄΦ Λ ΑΤϹΙ ΜΠΤΟΥ

∠ϚΙΙΑ ΥΙΙΙΙΟΥ
ΚΥΡΙΩΝ ϹЄΒΑϹΤΩΝ
ЄΠΑΓΑΘΩΙ

*[Τὸ προσκύνημα]
τῶν] ἐ[μ]ῶν ἁπάντων πα[ρὰ] τῷ κυρίῳ [Ἑρμῇ,
θεῷ τρισμεγίστῳ], ὄντι σοφῷ κα[ὶ] πρ[ο]ς[ω]φ[ελοῦντι
τοῖ[ς ἀ]σκοῦσι παιδείαν, [ἠμ]έρῳ δὲ τοῖς
νοσηλεύουσι[ν], υἱὸς ὁ ἱκετεύων τὸν θεὸν
εἶνα[ι] εἵλ[εω]ν κ[α]ὶ εὐμεν[ῆ] ἔ[γ]ραψα Εὔ[τυ]χο[ς Ἀρτέ-
μ[ω]νος μετ' Ἀφθο[νί]ο[υ καὶ Ἀπολ]λ[ω]νίο[υ καὶ Ῥούφου κ(αὶ) Αἰ[λί]ο[υ] Κορ[νούτου τῶν] ἀδελφῶν
καὶ Π[α]ηνίο[υ] Κεφ[α]λᾶ το[ῦ πέ]μπτου.*

Ἔτους γ̅ [M.] Αὐρ[ηλ]ίου [καὶ Λ. Οὐήρου
Κυρίων Σεβαστῶν.
Ἐπ' ἀγαθῷ.

Restituit Letronnius, qui monuit Eutychum quendam medicum videri hoc *προσκύνημα* scripsisse sub anaglypho repraesentante Thoth, quem pro Herme Trismegisto habuisset. De Herme Trismegisto satis recenter culto conf. ad n. 4697. Vs. 2. Letronnius scripsit *προσοφέλλοντι*, minus commode, ut videtur. Idem vs. 4. dedit *ἰατρός*, recte tamen iudicans legi posse *υἱός*, quae vox necessitudinem quandam referat ab arte petitam. Vs. 5. extr. et 6. init. Letronnius *Εὐδαίμονος*, et vs. 7. *Κορίνθου*, quibus non multo certiora restituimus, sed probabiliora tamen. *Οἱ νοσηλεύοντες* nunc sunt qui curant aegrotos, medici. Anno tertio M. Aurelii et L. Veri respondet Aegyptiaco more computandi annus qui currit inter diem XXIX. mensis Augusti a. p. Chr. 163. et eundem diem a. 164. Conf. ad n. 4715.

4768.

In Syringibus; edidit Letronnius ll. cc. p. 72. et p. 250. n. 25. ex schedis Saltii.

ΚΛ᾽ΚΟΛΛΛΛΟΔΙΑΝΟΣ
ΧϹ⁓ΙΛΙϹϹΡΧΙ⁓ΧΟϹ Β
ΙΧΥΡΙΠ ϛ a
ΠΑϹΙ   Ϲ ΙΔΩΝ
ЄΘΑΥΜΑϹΑ ∠ΤΙ ((ΑΥΡΙΛΛΙΟΥ
ΚΟΜΜΟΔΟΥΤΟΥΚΥΡΙΟΥ
ΑΘΥΡΙϛ

Κλ. Κομμοδιανὸς χειλίαρχ[ο]ς [λεγ](εῶνος) β̅ [Τραιανῆς] ἰ[σ]χυρ(ᾶς) πάσα[ς τ]ὰς [σύριγγα]ς ἰδὼν ἐθαύμασα ἔτους ια̅ M. Αὐρηλίου Κομμόδου τοῦ Κυρίου, Ἀθὺρ ις̅.

Restituit Letronnius in Comment. de stat. voc. Memnon. l. c. De legione conf. Introd. p. 314. *a.* Titulus positus est die XII. mensis Novembris a. p. Chr. 189. *Πάσας τὰς σύριγγας* dixit auctor, nempe quotquot apertae fuerunt. Nam de quadraginta illis quas memorat Strabo l. c. vix cogitari potest (conf. n. 4791.). Fuit quum sex tantum sepulcra adiri potuerunt (vide n. 4796.).

4769.

In Syringibus; edidit Letronnius ll. cc. p. 73. et p. 251. n. 38. ex schedis Saltii.

ΑΡΜΕΝΙΟϹ
ΑΡΜΕΝΙΟΥ
ΚΑΠΠΑΔΟΚΗϹ
ΟΡЄϹΤΙΔΔЄΟΤΥΓΕΝΟϹ
ΗΓЄΜΩΝΤΗϹЄΠΑΡΧΙΑϹ
ΚϹΦΡΥΓΓΛ
ΚΑΙЄΙΔΟΝΚΑΙЄΘΑΥΜΑϹΑ

Ἀρμένιος Ἀρμενίου, Καππαδόκης Ὀρεστι[ά]δ[ης] τὸ γένος, ἡγεμὼν τῆς ἐπαρχίας, [τὰς σύ]ρ[ι]γγ[ας] καὶ εἶδον καὶ ἐθαύμασα.

Armenius fuit praeses Thebaidis (cf. n. 4816.). Quippe serioribus temporibus *διοίκησις* tota quidem fuit provincia Aegyptus, divisa tamen in *ἐπαρχίας*. Hinc coniicias titulum Diocletiani aetate non esse antiquiorem. Quumque *ἡγεμὼν τῆς ἐπαρχίας* h. e. *τῆς Θηβαΐδος* audiat, videndum ne Iustiniani tempora antecedat, quem constat Thebaidem inferiorem et superiorem uni Duci mandavisse, cui *ἡγεμόνες* utriusque provinciae parerent (cf. Introd. p. 323. *b.* sq.). Hic praeses fuit Cappadox et, ut cum Damascio loquar (Phot. Bibl. p. 340. b. ed. Bekk.), *τὸ ἀνέκαθεν ἀπὸ τῶν ἐν Καππαδοκίᾳ κατοικισθέντων ἐπὶ τὸν Κομανὸν τὸ ὄρος Ὀρεστιαδῶν* (cf. Müller ad Aeschyli Eumen. p. 150.). Fuit igitur ex urbe Comana oriundus, cui urbi nomen dedisse Orestes dicitur (vide Strab. XII, 535.). Letronnius protulit etiam ex Dione Cass. XXXII, 11. locum, ex quo apparet fuisse in ea urbe familiam quae genus suum ab Agamemnone repeteret. Iam quum Strabo referat sacerdotes Bellonae, cuius cultum Orestes et Iphigenia attulisse videantur, plerumque ex eodem atque reges genere descendisse, Letronnius non male coniecit hanc gentem videri Orestiadarum fuisse. Nostro loco malim legi *Καππαδόκης [ἀπὸ] Ὀρέστιαδ[ῶν] τὸ γένος*, quod fortasse fuit in lapide.

4770.

In Syringibus; edidit Letronnius ll. cc. p. 69. et p. 242 sq. n. 1. 50. 43. ex schedis Saltii. Idem tit. *b.* habuit etiam ex schedis Champollionis iunioris. Conf. Letronnius Journ. des Sav. 1844. p. 45 sqq.

[*Textum vide pag. seq.*]

a.

Ὁ δᾳδοῦχος τῶν Ἐλευσινίων Νικαγόρας Μινουκιανοῦ Ἀθηναῖος ἱστορήσας τὰς θείας σύριγγας ἐθαύμασα.

b.

Ὁ [δ]ᾳδοῦ[χ]ος τῶν [ἁ]γιω[τά]των Ἐλευσῖνι μυστηρίων [Νικαγόρας] Μινουκιανοῦ Ἀθηναῖος ἱστορήσας τὰς σύριγγας πολλοῖς ὕστερον χρόνοις μετὰ τὸν θεῖον [Π]λάτωνα ἀπὸ [τ]ῶ[ν] Ἀθηνῶ[ν] ἐθαύμασα καὶ [χ]άρι[ν] ἔσχον τοῖς θεοῖς καὶ τῷ εὐσεβεστάτῳ βασι[λ]εῖ Κωνσταντίνῳ τῷ τοῦτό μοι παρασχό[ν]τι.
Ἵλεως [ἡ]μῖν Πλάτων καὶ ἐνταῦθα.

Sunt duae inscriptiones ab eodem homine in diversis sepulcris, ut videtur, incisae. De daduchis mysteriorum cf. Vol. I. ad n. 385. Memorabile quod

a.

ΟΔΑΔΟΥΧΟϹΤѠΝΕΛΕΥϹΙΝΙѠΝΝΙΚΑΓΟΡΑϹΜΙΝΟΥ
ΚΙΑΝΟΥΑΘΗΝΑΙΟϹΙϹΤΟΡΗϹΑϹΤΑϹΘΕΙΑϹ
ϹΥΡΙΓΓΑϹΕΘΑΥΜΑϹΑ-

b.

ΟΛΑΔΟΥΚΟϹΤѠΝΑΓΙѠΝ
ΤѠΝΕΛΕΥϹΙΝΙΜΥϹΤΗΡΙѠΝ
ΜΙΝΟΥΚΙΑΝΟΥΑΘΗΝΑΙΟϹΙϹΤΟΡΗϹΑϹ
ΤΑϹϹΥΡΙΓΓΑΓΠΟΛΛΟΙϹΥϹΤΕΡΟΝ
ΧΡΟΝΟΙϹΜΕΤΑΤΟΝΘΕΙΟΝΗΛΑΤѠΝΑ
ΑΠΟΡѠ·ΙΑΘΗΝѠ ΕΘΑΥΛΑΣΑϹΑΚΑΙΥΑΡΙ
Ε{ΧΟΝΤΟΙ{ΘΕΟΙϹΚΑΙΤѠΙΕΥϹΕΒΕϹΤΑΤѠΙ
ΒΑϹΙΑΕΙΚѠΝϹΤΑΝΤΙΝѠΙΤѠΙΤΟΥΤΟΜΟΙ
ΠΑΡΑϹΧΟΛΤΙ
ΙΛΕѠϹ·ΕΜΙΝΗΛΑΤѠΝ
ΚΑΙΕΝΤΑΥΘΑ

---

daduchus dicit τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ cet. Fuit opinor non minus ἀνεξίθρησκος quam Imperator Constantinus primis imperii annis, qui ei videtur copiam fecisse in Aegyptum proficiscendi et antiquitates perlustrandi. Coniecitque Letronnius inscriptionem hanc inter a. 306-315. p. Chr. positam esse i. e. ante Constantinum palam professum religionem Christianam. Fuit Nicagoras sectae Platonicae valde addictus. Recte monuit Letronnius non probabile esse Platonem syringas vidisse, quippe a quibus tum prohibiti fuerint profani; neque id spectasse Nicagoram potius quam celebrare voluisse Platonem suum, qui et ipse aliquando Aegyptum et Thebas adiisset. Ultima quae appinxit: ἵλεως ἡμῖν Πλάτων καὶ ἐνταῦθα, demonstrant Platonem ab eo divino honore habitum esse. Patrem Nicagorae eundem Minucianum rhetorem esse, quem Suidas memorat v. Μινουκιανός, probabiliter coniecit Letronnius. Fuit is Minucianus rhetor imperante Gallieno. Pater eius Nicagoras, quem sophistam appellat Porphyr. ap. Euseb. Praep. Euang. X, 3, 1. secundum Philostratum fuit hieroceryx Eleusiniorum (Vit. Soph. II, 33. p. 628.). Ex inscriptione nostra discimus illius Nicagorae nepotem cognominem fuisse daduchum. Iam sacerdotium Eleusiniorum constituebant hierophanta, daduchus, hieroceryx, epibomius. Itaque apparet institutionem veterem vel III. et IV. saeculo obtinuisse abolito pridem ordine quo daduchia solis Eumolpidis, hierocerycia solis Cerycibus competebat (Clavier Mém. de l'Inst. classe d'hist. et de litt. anc. III. p. 160.). Simul docet inscriptio illa aetate daduchos nomina sua non reticuisse (vide Vol. I. p. 325. *b.*), quum vel IV. saeculo exeunte hierophantae nomen evulgari non debuerit (Eunap. in Max. p. 52. ed. Boisson.), donec sacerdotium consiluit post edictum Theodosii (conf. Corsini Fast. Att. IV. p. 197.) non nisi clandestino usu celebratum.

Sed tituli pretium magis etiam adauxit Letronnius (Journ. des Sav. 1844. p. 48 sqq.) altius repetita historia Minuciani rhetoris, patris Nicagorae eius, qui hunc titulum posuit. Nimirum Minuciani pater, quem Nicagoram fuisse hierocerycem paulo ante memoravimus, Philostrati, Longini, Porphyrii amicus fuit imperantibus Philippis habuitque patrem Mnesaeum rhetorem teste Suida. Huius Mnesaei patrem Letronnius coniicit fuisse Minucianum sophistam illum, qui citatur ab Hermogene, ut docent scholia. Hinc, quum dubium non sit, quin Nicagoras, cui titulum debemus, et ipse fuerit rhetoricae addictus, siquidem idem videtur esse quem ab Himerio Orat. XXIII, 21. una cum patre Minuciano citatum Wernsdorfius p. 167. socerum Himerii fuisse iudicavit, prodit familia rhetorica haec:

Minucianus I. ex aetate Hadriani, qui citatur ab Hermogene	a. p. Chr.	120 - 140.
De singulis haec annotamus. In nominibus gentium non omnia aperta sunt. Neque enim Plinius nec Ptolemaeus gentes habet hoc in titulo memoratas. Cf. Mannert. T. X, 1. p. 156 sqq. Vs. 3. ad Γάζη Chishullus confert oppidum Gaza a Plinio H. N. VI, 34. sub fin. memoratum. Sed bene monuit Vincentius: „*these places in the commencement seem all between the coast and the Tacazzè or its neighbourhood.*" Montfauconus comparat nomen Gheeza, quo nomine Abyssini regnum suum vocitant. Idem deinceps (Ἀγάμαι s. Ἀγάμη) Agamiam etiam hodie praefecturam esse regni Tigrae notat. Pro Σιγύην Vincentius coniecit Σιρυήν, nescio quam probabiliter. Vs. 4. de Αὐὰ Chishullus lectorem delegat ad Nonnosum ap. Phot. cod. 3. p. 2. 3. ed. Bekk. Provincia est contermina Axumes (cf. Mannert. l. c. p. 165.). Vs. 5. Tiamo s. Tziamo Montf. de praefectura Tzama, quae prope Agamiam est, interpretatur, nisi potius est Bizamo trans Nilum, quae Mannerti sententia est. Idem locus memoratur in provinciis Aizanae n. 5128. Aliam tribum indicare videtur quod paulo post sequitur Τίαμα s. Τιάμαα in regno Bagamedra, ut coniicit Montf. Gambela Saltius in provincia Enderta quaerit. Sed hic quoque locus videtur trans Nilum esse. Itaque Mannertus putat esse Gojam ad fontes fluminis Agawi. Ibi etiam Athagai (Ἀθάκαι ap. Ptolem.) videntur quaerendi esse, quos Montf. ad Aguo trahit, monens duas esse regiones huius nominis. Zingabene et Angabe Saltius in provincia Bugné ponit. Vix recte. Kalaa Mannertus Gallas esse putat. Samine vulgo pro eo quod hodie vocatur Samen habetur obloquente Mannerto. Gentes has auctor trans Nilum ait in montibus nivosis habitare, ex quibus montibus oriunda sunt flumina meridiem versus in Nilum decurrentia. Montes Lunae vocantur Ptolemaeo (vide Mannert. l. c. p. 161.). Negat quidem Bruce nives ibi esse, sed illi magna pars montium illorum ignota fuit notante Vincentio p. 64. Unicum hoc documentum est de nivibus inter tropica cadentibus (conf. Mannert. l. c. p. 161. 175.). Vs. 10. ad Lasine, Zaa, Gabala Cosmas annotat: τὰ ἔθνη ἕως της σήμερον οὕτως καλοῦνται. Evanuerunt hodie (vide Mannert. l. c. p. 161.). Vs. 12. Atalmo montem Lamalmon intelligunt. Bega et Begemder etiam hodie duas provincias esse Abyssiniae annotat Vincentius. Ad Bega-Midra trahit Saltius. Vs. 13. Tangaitae terram tenebant inter Axumen et confinia Aegypti, ibi fere, ubi scriptores rerum Blemmyas degisse tradunt (cf. ad n. 5072.). Regionem fertilem esse hodie Taka inter Atbara et Souaken monet Letronnius coll. Burckhardt. Itin. Nub. p. 348 sq. Is. Vossius ad P. Melam III, 8. ex cod. Laur. male Παγγαΐτας protulit. Vs. 14. de via inter provincias regis Axumitani et confinia Aegypti facta Saltius provocat ad Procopium, cuius verba docent hoc iter terrenum etiam Iustiniani temporibus apertum fuisse (cf. ad n. 5072.). Neque vero inde colligi potest imperium regis Axumitani usque ad confinia Aegypti patuisse. Quamquam Axumitani in triumpho Aureliani deducti (vide Vopisc.) indicio esse possunt, ausos eos esse arma usque ad confinia Aegypti ferre. Vs. 15. gentes Annine et Metine in montibus habitasse videntur provincias Angot et Dancali ab Adel secernentibus. Vs. 16. ad Σεσέα Cosmas annotat: τὰ τῆς Βαρβαρίας ἔθνη ἐνταῦθα δηλοῖ. Quam Barbariam Cosmas p. 138. d. in australibus Aethiopiae partibus sitam refert, thuriferam alias regionem appellatam. Vincentius ablegat ad Bruce III. p. 250. Eodem pertinere videntur Ῥαυσῶν ἔθνη et Solate. Rhauso Montf. cum Ῥάπτῳ comparat, quam Ptolemaeus metropolin regionis thuriferae vocat; videntur autem Ῥαυσοὶ esse iidem quos Ῥαψίοὺς vocat Ptolemaeus; Solate s. Salate Mannertus comparat cum Samali gente (cf. Valentia Itin. T. II. p. 116.). Vs. 25. sequitur expeditio Arabica. Ἐρυθρᾶς θαλάσσης generaliori appellatione utrumque sinum, Persicum et Arabicum, simul contineri monet Buttmannus provocans ad Strab. I, 56. XVII, 815. Plin. VI, 23. Ad Κιναιδοκολπίτας Cosmas annotat: τοὺς εἰς τὸν Ὁμηρίτην σημαίνει, τουτέστι τοὺς ἐν τῇ Εὐδαίμονι Ἀραβίᾳ. Errorem Cosmae notat Vincentius. Quippe Cinaedocolpitae Ptolemaeo sunt Arabiae felicis in media fere ora sinus Arabici e regione Aethiopiae. Et Arabitae sunt tribus Arabicae in ora Rubris maris e regione Aethiopiae (Souaken et Abyssiniae). Vs. 28. ad ὁδεύεσθαι Buttmannus deesse putat πάντα vel τὰς ὁδοὺς; sine causa. Vs. 29. Λευκὴν κώμην Chishull. ex Strab. XVII, 780. docet esse Arabiae in Nabataeorum regione, contra Cosmam, qui annotat: εἰς τὰ μέρη τῶν Βλεμμύων ἐστὶ κώμη καλουμένη Λευκόγην. Errorem Cosmae notavit etiam Vincentius. Rursus Cosmas dicit: Σαβέων χώρα πάλιν εἰς τὸν Ὁμηρίτην ἐστίν. Sunt vero Sabaei in Arabia felici, ubi hodie Yemen (cf. Plin. H. N. VI, 28.). Vs. 30. post δι' ἣν videtur excidisse αἰτίαν. Vs. 33. Cosmas: αὕτη ἡ Σάσου χώρα ὑστάτη ἐστὶ τῶν Αἰθιόπων, ἔνθα καὶ πολὺ χρυσίον ἐστὶ τὸ λεγόμενον Ταγχάρας· ἐπέκεινα δὲ ταύτης ὁ Ὠκεανὸς παράκειται, ὥσπερ καὶ τῶν Βαρβαρεωτῶν τῶν καὶ τὸν λίβανον ἐμπορευομένων. Aethiopes nunc Abyssinos intelligit Cosmas. Regnum Axumitanum meridiem versus a promontorio Gardafui usque ad montanam Sasu regionem patebat, in qua regione fontes sunt fluminum in Abawi decurrentium (vide Mannert. l. c. p. 163.). Vs. 37. Chish. confert titulum ap. Strab. XVII, 791. et Lucian. de hist. conscr. 62. servatum, in quo item ὑπὲρ [τῶν] πλωϊζομένων.

5128.

In ruderibus urbis *Axumes* in lapide magno, quem iam ab aliis visum antea (vide Ludolf. ad hist. Aethiop. Comment. p. 251. 252.) transcripsit Saltius. Inscriptio aeri incisa edita est ex schedis Saltii in opere: Voyages and travels to India, Ceylon, the red Sea, Abyssinia and Egypt, by George Viscount Valentia, 1809. T. III. p. 179 sqq. cum textu minusculis reddito a Vincentio et interpretatione Saltii (cf. Silvestre de Sacy in Malte-Brun Annal. des Voyages T. XII. 1810. p. 330 sqq.), unde petierunt Buttmannus Mus. d. Alterthumswiss. T. II. 1810. p. 575 sqq. et vir doctus in Class. Journ. 1810. T. I. p. 83 sqq. cum Anglica interpretatione et notis (cf. Magas. encyclop. 1814. T. III. p. 351 sqq.). Rursus edidit Saltius Itin. Abyssin. 1814. p. 411. aeri incisam cum notulis et Anglica interpretatione. In parte aversa lapidis sunt litterae Aethiopicae, eiusdem, ut videtur, aetatis, quarum specimina dedit Saltius p. 414. Disserit de hoc titulo Letronnius in commentatione: Matériaux pour l'hist. du Christianisme cet. p. 24. 31.

ΑЄΙΖΑΝΑCΒΑCΙΛЄΥCΑΞѠΜΙΤѠΝΚΑ
ƆΜΗΡΙΤѠΝΚΑΙΤΟΥΡΑЄΙΔΑΝΚΑΙΑΙЄ
ƆΠѠΝΚΑΙCΑΒΑЄΙΤѠΝΚΑΙΤΟΥCΙΛЄΗ
ΚΑΙΤΟΥΤΙΑΜѠΚΑΙΒΟΥΓΑЄΙΤѠΝΚSΤο
ΚΛЄΟΥΒΑCJΛЄΥCΒΑCΙΛЄѠΝΥΙΟCΘЄΟ`
ΑΝΙΚΗΤΟΥΑΡЄѠCΑΤΑΚΤΗCΑΝΤѠΝ
ΚΑΤΑΚΑΙΡΟΝΤΟΥЄΘΝοΥCΤѠΝΒΟΥΓΑЄΙ
ΤѠΝΑΠЄCΤΙΛΑΜЄΝΤΟΥCΗΜЄΤЄΡΟΥC
ΑΔЄΛΦοΥCCΑΙΑΖΑΝΑΚΑΙΤΟΝΑΔΗΦΑC
ΤΟΥΤΟΥCΠΟΛЄΜΗCΑΙΚΑΙΠΑΡΑΔЄΔѠ
ΚοΤѠΝΑΥΤѠΝΥΠοΤΑΞΑΝΤЄCΑΥΤΟΥC
ΗΓΑΤΟΝΠΡΟCΗΜΑCΜЄΤΑΚΑΙΤѠΝΘΡЄΛ
ΜΑΤѠΝΑΥΤѠΝΒΟѠΝΤЄϟΡΙΒΚΑΙΠΡο
ΒΑΤѠΝϨϹΚΔΚΑΙΚΤΗΝѠΝΝѠΤοΦοΡѠ
ΘΡЄΨΑΝΤЄCΑΥΤοΥCΒΟЄCΙΝΤЄΚΑΙЄΠΙCΙΤ
ΜѠΑΝΝѠΝΠΟΤΙΖΟΝΤЄCΑΥΤΟΥcΖΥΤѠΤЄ
ΚΑΙΟΙΝѠΚΑΙΥΔΡЄΥΜΑCΙΝΠΑΝΤΑЄΙCΧΟΡ
ΤΑCΙΑΝΟΙΤΙΝЄCΗCΑΝΤΟΝΑΡΙΘΜΟΝΒΑCΙΛ
cΚΟΙЄΞCΥΝΤѠΟΧΛѠΑΥΤѠΝΤοΝΑΡΙΘΜοΝΧϨ
ΑΝΝѠΝЄΥΟΜЄΝΟΙΚΑΘЄΚΑCΤΗΝΗΜЄΡΑΝΑΡ
ΤΟΥCCΙΤΙΝΟΥC μβ̆ Β ΚS ΟΙΝΟΝЄΠΙΜΗΝΑC
ΥΑΧΡЄΙCΟΥΑΓΑΓΟΥCΙΝΑΥΤΟΥCΠΡΟCΗΜΑC
ΤΟΥCΟΥΝΔѠΡΗCΑΜЄΝΟΙΑΥΤοΙCΠΑΝΤΑΤΑЄΠΙ
ΤΗΔΙΑΚSΑΜΦΙΑCΑΝΤЄCΑΥΤοΥCΜЄΤΟΙΚΗCΑΜC
ΚΑΤЄCΤΗCΑΜЄΝΙCΤΙΝΑΤΟΠΟΝΤΗCΗΜЄΤЄΡΑ(Χω
ΡΑCΚΑΛΟΥΜЄΝΟΝΜCΤ>ΙΑΚSЄΚЄΔЄΥCΑΜЄΝΑΥ
ΤΟΥCΠΑΛΙΝΑΝΝѠΝЄΥЄCΘΑΙΠΑΡΑCΧΟΜЄΝΟΙ<
ΤΟΙCЄΞΑCΙΝΒΑCΙΛЄΙCΚΟΙC8ΟΑCμCΥΠЄΡΔЄЄ
ΧΑΡΙCΤΙΑCΤΟΥЄΜ(ΓЄΝΝΗCΑΝΤΟCΑΝΙΚΗΤΟΥΑΡЄѠC
ΑΝЄΘΗΚΑΑΥΤѠΑΝΔΡΙΑΝΤΑΧΡΥCΟΥΝ ΑΚS ΑΡΓ`
ΡΑΙΟΝЄΝΑΚSΧΑΛΚοΥCΓЄΠΑΓΑΘѠ''

Bis transcripsit Saltius. Repraesentamus secundum apographum, quod ut plurimum accuratius est. Vs. 19. extr. in priore apographo ΑΡΙΘΜΟΧΔΥЄ. Vs. 21. extr. in priore apogr. ΜΗΝΑЄ. Vs. 25. extr. in priore ΗΜЄΤЄΡΑCΧω, in altero ЄΜЄΤЄΡΛCΧο. Vs. 28. extr. in priore ΒΟΑCΜϐϨΡΜΥΠЄΡ cet. in altero 8ΟΑC μC ΥΠЄΡ cet. Vs. 29. in priore ΤΟΥ ЄΙΛΙΓЄΝΝΗCΑΝΤΟC, in altero ΤΟΥЄΜ(ΓЄΝΝΙ CΑΝΤΟC.

Ἀειζανᾶς βασιλεὺς Ἀξωμιτῶν κα[ὶ Ὁ]μηριτῶν καὶ τοῦ Ῥαειδᾶν καὶ Αἰ[θιό]πων καὶ Σαβαειτῶν καὶ τοῦ Σιλεῆ καὶ τοῦ Τιαμῶ καὶ Βουγαειτῶν κ(αὶ) Τοκαέου, βασιλεὺς βασιλέων, υἱὸς θεο[ῦ] ἀνικήτου Ἄρεως· ἀτακτησάντων κατὰ καιρὸν τοῦ ἔθνους τῶν Βουγαειτῶν ἀπεστίλαμεν τοὺς ἡμετέρους ἀδελφοὺς Σαϊαζανᾶ καὶ τὸν Ἀδηφᾶς τούτους πολεμῆσαι, καὶ παραδεδωκότων αὐτῶν ὑποτάξαντες αὐτοὺς ἤγαγον πρὸς ἡμᾶς μετὰ καὶ τῶν θρε[μ]μάτων αὐτῶν, βοῶν τε ρ̅ι̅β̅ καὶ προβάτων σ̅κ̅δ̅, καὶ κτηνῶν νωτοφόρω[ν], θρέψαντες αὐτοὺς βόεσίν τε καὶ ἐπισιτ[ισ]μῷ ἀννών(ης), ποτίζοντες αὐτοὺς ζύτῳ τε καὶ οἴνῳ καὶ ὑδρεύμασιν πάντα[ς] ἰς χορτασίαν, οἵτινες ἦσαν τὸν ἀριθμὸν βασιλ[εί]σκοι ἓξ σὺν τῷ ὄχλῳ αὐτῶν τὸν ἀριθμὸν ,β̅, ἀννωνευόμενοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἄρτους σιτίνους μ̅β̅ - - κ(αὶ) οἶνον, ἐπὶ μῆνα [ὅλον], ἄχρεις οὗ ἀγάγουσιν αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς. [Τού]τους οὖν δωρησάμενοι αὐτοῖς πάντα τὰ ἐπιτήδια κ(αὶ) ἀμφιάσαντες αὐτοὺς μετοικήσαμ[εν κ(αὶ)] κατεστήσαμεν ἴς τινα τόπον τῆς ἡμετέρας χώρας, καλούμενον Μέτλια. κ(αὶ) ἐκε[λ]εύσαμεν αὐτοὺς πάλιν ἀννωνεύεσθαι παρασχόμεναι τοῖς ἑξάσιν βασιλείσκοις βόας μ̅ε̅. ὑπὲρ δὲ ε[ὐ]χαριστίας τοῦ εμ[ὲ] γενιήσαντος ἀνικήτου Ἄρεως ἀνέθηκα αὐτῷ ἀνδριάντα χρυσοῦν [ἕν]α κ(αὶ) ἀργ[ύ]ραιον ἕνα κ(αὶ) χαλκοῦς γ̅ ἐπ' ἀγαθῷ.

De regno Axumitano ad n. 5127. *B.* occupavimus. Rex Aizanas eiusque frater Saiazanas (vs. 9.) noti sunt ex epistola Constantii Romanorum Imperatoris ap. Athanas. Apol. p. 693. Par. 1627. ed. Montf. T. I. p. 315. quae epistola Ἀϊζανᾷ καὶ Σαζανᾷ inscripta composita est a. p. Chr. 356. Sunt hi principes Axumes in annalibus regum Abyssiniae El-Abreha et El-Atzbeha vocati (vide ad n. 5127. *B.*), quibus regnantibus fides Christiana in Abyssinia introducta est per Frumentium episcopum. Nominum dissimilitudo vix offensioni fuerit si quis reputaverit Elesbaan regem Axumitarum (vide lemma ad n. 5127.) eundem et Calebum dictum fuisse; nec videtur opus esse, ut Aizanae nomen Abreha tum inditum putemus, quum primum religionem Christianam profiteretur; quae Niebuhrii opinio fuit (Mus. d. Alterth. T. II. p. 600.). Itaque principes illi in annalibus regnum adepti a. p. Chr. 333. dicuntur regnavisse annos viginti sex et menses sex. Ex titulo nostro apparet primum solum regnavisse Aizanam, fratre postea in societatem regni vocato. Alterum fratrem, qui in titulo memoratur Adefas, cur Silvester de Sacy mortuum putet quo tempore scripta Constantii epi-

stola est, nullam causam video. Videntur autem a. 356. Christiani fuisse, qui nunc ethnici sunt. Nam rex se Martis filium praedicat, prorsus ut auctor tituli vetustioris n. 5127. *B.* Unde titulum n. 5128. paulo ante a. 356. positum esse quum alii tum Letronnius recte iudicarunt. Ridicule Marcus, a Letronnio p. 142. notatus, qui titulum sibi visus est posse contendere epocha Christiana esse antiquiorem. At Frumentius episcopus Axumitanus vel ante a. 330. fuisse dicitur. Ex quo Saltius collegit titulum ante a. 329. positum esse; quippe quo tempore Frumentius ageret Axume, regem Aizanam videri Christianum fuisse. Non videtur tamen. Nam si epistola Constantii a. 356. scripta est, Aizanas qui dicitur non ultra annos 27 regnasse, non multum ante a. 333. rex fuerit, etiamsi annalibus Abyssiniae fidem denegemus. Fac fuisse iam a. 329.; tamen Christianae religioni nondum se obstrinxerat licet in regno ipsius increbescenti.

Gentium in praescriptis memoratarum tres ex Arabia sunt, cuius parti etiam maiores regis Aizanae imperitabant (vide n. 5127. *B.*). Ὁμηρῖται Ptolemaeo meridianum latus Arabiae ab angustiis incoluerunt. Provinciam Ῥαειδᾶν Saltius in poemate quodam (Hist. imperii Ioctanidarum, Harderov. 1786.) memoratam repperit. Est Rhada trium dierum spatio a Sana dissitum in Lud. Barthemae Itin. p. 21. notante Saltio. Σαβαεῖται sunt qui alias Σαβαῖοι (cf. n. 5127. *B.*). De forma conferri potest Periplus maris Erythraei, ubi: βασιλεὺς τοῦ τε Ὁμηρίτου καὶ τοῦ παρακειμένου λεγομένου Σαβαείτου. Reliqua nomina ad Aethiopiam pertinent. Σιλεῆ Saltio et Niebuhrio est Zeyla portus trans Bab-el-Mandeb. Τιαμῶ videtur idem esse quod habetur etiam in titulo vetustiore n. 5127. *B.* vs. 5. Βουγαεῖται Saltio videntur gentes esse ab Abyssinia in septentrionem colentes, quem tractum hodie vocant Boja (Bodja). Iuxta tribus est Taguié dicta, quae Saltio iudice significatur ultimo nomine Τοκαέου. Certe το[ῦ] Καέου, ut legebant Vincentius, Buttmannus, alii, dubium est vel propterea quod in hoc titulo articulus iis solum nominibus praemissus est, quae non declinantur, ut τοῦ Ῥαειδᾶν, τοῦ Σιλεῆ, et vs. 9. τὸν Ἀδηφᾶς; qua ratione neglecta mira excogitavit Anglus in Class. Journ. l. c. qui legens ἀδηφαῖ idque pro appellativo venditans praefectum provinciae interpretatur unum fratrem Saiazanam intelligendum esse ratus.

Rex Aizanas hoc titulo victoriam celebrat de Bugaitis rebellantibus reportatam dedicatis Marti statuis grati animi causa. Bugaitae sex tribubus compositi erant, quarum unaquaeque regulum (βασιλίσκον) habebat. Ad tales regulos spectat elogium, quod sibi ipse tribuit Aizanas, βασιλεὺς βασιλέων (conf. T. II. p. 107. ubi in praescriptis ex hoc titulo petitis legas Τοκαέου p. τοῦ Καέου). Eodem elogio etiam hodie imperatores Tigrae uti (Negash Negashi) testatur Saltius. Titulus paulo negligentius compositus est quam n. 5127. *B.* Plurima bene legerunt Vincentius et Saltius. Vs. 10. πολεμῆσαι cum quarto casu habes etiam in titulo vetustiore n. 5127. *B.* Ad genitivum παραδεδωκότων αὐτῶν intellige ἑαυτούς. Vs. 13. ductus ante ΡΙΒ ego pro siglo habeo, quo notae numerales discernuntur. Similiter vs. 14. 8 siglum videtur esse. Oves sunt 224. Numerum incredibilem 7424 exsculpsit Saltius, qui interpretatur ,ΖΥΚΔ. Vs. 15. principes quos deducunt victos humanissime tractant. Cuius humanitatis si non in hostibus victis, at in hospitibus Saltius etiam hodie exempla reperit apud Abyssinos. In verbis nota formam dativi βόεσιν p. βουσίν. Deinceps legitur ἐπισιτ||μῷ, quam lectionem tuetur Anglus in Class. Journ. l. c. de industria ita scriptum putans; nempe syllabam IC, quae desit, retrorsum legendo expleri; CIT debere et CIT legi et TIC. Similiter vs. 18. βασίλκοι p. βασιλίσκοι exaratum esse, quod verum non est. In altero Saltii apographo vs. 19. init. manifesto C adhaeret ultimae syllabae vocabuli, ita ut in fine vs. 18. I addendum sit ut oblitteratum in lapide. Nec magis vs. 15. morem lepidum scribarum adhibitum crediderim. Vs. 16. ἀννώνης decurtatum esse vidit Buttmannus. Ἐπισιτισμῷ ἀννώνης dictum est p. ἀννώνῃ, cui vocabulo simul panis notio inest. Ζύτῳ est ζύθῳ, ut saepe T litterae Θ substituitur in titulis Aegyptiacis. Cerevisia qualis hodie conficitur apud Abyssinos paucis significatur a Saltio. Idem vs. 17. οἶνον pro eo sumit, quod hodie vocatur maiz (scil. honey fermented with barley and strengthened with a bitter root called Sadoo); nescio quo iure. Deinceps dedimus πάντας ἰς χορτασίαν, etsi Saltius expressit ΠΑΝΤΑΕΙC cet. Formam ἰς (p. εἰς) habes etiam vs. 25. Vs. 19. numerus videtur esse ,B; littera 8 formata fuerit ut vs. 28. Alter ductus potest siglum esse. Vs. 20 sq. sensus est: *annonam accipientes quotidie panes ex frumento factos - - et vinum, in mensem integrum, quantum satis esset, donec adducerentur.* Ita etiam Buttmannus, nisi quod legit ἐπὶ μῆνα ἕνα. Numerus panum additur, non ita vini mensura. Nam sponte patet mensuram usitatam intelligendam esse. Angli in Class. Journ. l. c. commenta de ΕΠΙΜΗΝΑC, quod legebat ἐπ ιμηνας de hemina cogitans, non tango. Omitto etiam Vincentii opinionem de vocabulo ΑΧΡΕΙC, quod est ἄχρις. Ἀγάγουσι male exaratum est p. ἀγάγωσι, non p. ἄγουσι vel ἤγαγον, ut voluit Buttmannus. Vs. 22. extr. et 23. init. τούτους dederunt Anglus in Class. Journ. l. c. et Buttmannus. Pertinet hoc ad μετοικήσαμεν καὶ κατεστήσαμεν. Vs. 24. ἀμφιάσαντες non est cur mutetur in ἀμφιέσαντες; quae Vincentii sententia est. In fine versus Anglus l. c. dedit μετοικήσαντας, Buttmannus μετοικήσαντες. Sed μετοικήσαμεν (p. μετῳκήσαμεν) fuisse apparet ex secundo Saltii apographo. Vs. 26. loci nomen incertum. In priore apographo Saltius dedit ΜΑΤΛΙΑ, quod legi vario modo poterat (Μάταια, Μάτλια, Μάτνα, Μάτμα; Vincentius Ματμακ, qui non vidit Kς esse ΚΑΙ); et Μάταια quidem legebant Saltius, Buttmannus, Anglus l. c. Nec defuit interpretatio coniiciente Niebuhrio Μάταια esse regionem Mazaga dictam a Tigre in septentrionem sitam. Verum in altero apographo Saltii diligentissime facto est Μ(ΤΛΙΑ, in quo evanuit primum Α. Hinc definiri nihil potest (Μέτλια, Μίτλια, Μίτνα, Μέτνα); et Saltius ipse in interpretatione Anglica solum M—a expressit. Vs. 28. ἑξάσιν dativum insolentiorem esse voculae ἕξ Anglus l. c. et Niebuhrius viderunt. Vs. 30. ἕνα certatim dederunt editores. Mox ἀργύραιον i. q. ἀργύρεον (ἀργυροῦν) esse annotavit etiam Anglus l. c.

PARS TRIGESIMA PRIMA.

INSCRIPTIONES CYRENAICAE.

CYRENAE, PTOLEMAIS, TEUCHIRA (ARSINOE), BERENICE.

5129.

Cyrenis; ex schedis proxeni Sardiniae Tripoli 1827 residentis misit Kellermannus, qui accepit a Gazzera professore Taurinensi (n. 14.).

\ΥΜΡΙΑΔΑΦΙΛΙΣΚΟΥΣΙΔΕΝ
\ΡΧΩΑΡΕΤΑΣΕΝΕΚΑΙΤΑΣΡΟΤΙΤΟΣ
ΧΑΡΙΝΕΥΣ ΒΙΑΣΚΥΡΑΝΑΙΟΙ

Ὀλ]υμπιάδα Φιλίσκ[ω γυμνασιά]ρχω ἀρετᾶς ἕνε[κα] καὶ τᾶς ποτὶ τὸς [θεὸς] χάριν εὐσ[ε]βίας Κυραναῖοι.

Notabilis est Cyrenaeorum Doris severior, quum in Thera metropoli mitior dialectus obtineat. Cuius rei causam notavit Ahrens de Gr. ling. dial. T. II. p. 424 sq. Conf. n. 5131.

5130.

Ibidem; ex schedis proxeni Sardiniae Tripoli 1827 residentis misit Kellermannus, qui accepit a Gazzera professore Taurinensi (n. 24.).

ΑΙΧΙΙΙΙΙΑΝΙΙΤΟΛΕΜΝΟΥ
CΥΙΝΙΕΡΙΤΕΥΟΥ(ΑΝΠΤΟΑΕ

Ἀ[ρ]χί[ππ]αν Πτολεμαίου συνιεριτεύουσαν Πτο[λ]ε[μαίῳ
- - -

5131.

Ibidem; ex schedis proxeni Sardiniae Tripoli 1827 residentis misit Kellermannus, qui accepit a Gazzera professore Taurinensi (n. 27.).

ΑΣΚΛΑΠοΝΑΣΚΛΑΡΩΙΑΡΙΤΕΥΟΝ
ΤΛΤΩΛΡΟΛΛΩΝΟΣΑΡΕΤΑΣΕ
ΚΑΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΑΣΕΧΩΝΔΑ
ΔΕΙΕΣΤΕΤΟΣΚΟΙΝΟΣΕΥΕΡ
ΡΩΜΑΙΟΣΚΑΙΕΣΤΝΠΟΛΙΝΚΑΙ
ΣΙΑΡΕΣΚΑΙΕΛΣ°ΓΓ Τ ΤΟΣΘΕ
ΑΡΙΝΕ ΣΕΒΙΑΣ ΟΠΑΡ ᵀΣΤ
ΟΛΛΩΝΟΣ ΛΝΕΘ

Ἀσκλαπὸν Ἀσκλαπῶ ἰαριτεύοντ[α] τῶ [Ἀ]πόλλωνος ἀρετᾶς ἕ[νε]κα καὶ εὐνοίας ἇς ἔχων δ[ι]α[τελ]εῖ ἔς τε τὸς κοινὸς εὐερ[γέτας] Ῥωμαίος καὶ ἐς τ[ὰ]ν πόλιν καὶ [τὸ]ς ἰαρὲς καὶ [τ]ᾶς π[ο]τ[ὶ] τὸς θε[ὸς χ]άριν ε[ὐ]σεβίας ο[ἱ ἱ]αρ[ὲ]ς τ[ῶ Ἀπ]όλλωνος [ἀ]νέθ[ηκαν.

De correptione syllabarum finalium in *τὸς κοινὸς* cet. et *ἰαρὲς* vide Ahrens. de Gr. ling. dial. T. II. p. 172. 174. De forma articuli *οἱ* (p. *τοὶ*) conf. idem ibid. p. 265. 266. Vs. 6. extr. potest esse etiam *ποτ-τός*, ut legebat Ahrens. Dedi tamen *ποτὶ τὸς* ob n. 5129. Titulus videtur esse ex ea aetate, qua Cyrenaica a Ptolemaeo Apione Romanis per testamentum legata suis legibus utebatur (a. a. Chr. 96-75.).

5132.

Ibidem, in colle septentrionali prope urbem, in basi; ediderunt Della Cella Itin. Cyren. p. 142. et Pacho Itin. Marmar. Cyren. cet. tab. LXIII. 5. 7. Beechey Proceedings of the expedition to explore the northern coast of Africa cet. p. 545. Habeo etiam ex schedis proxeni Sardiniae Tripoli 1827 residentis, quas Gazzera professor Taurinensis communicavit cum Kellermanno. Legit Letronnius ap. Pach. p. 394. 395.

ΚΛΑΙΔΙΑΝΑΡΑΤΑΝΦΙΛΙΣΚΩ
ΘΥΓΑΤΕΡΑΦΥΣΕΙΔΕΕΥΦΑΝΕΥΣ
ΜΑΤΕΡΑ·ΚΛ·ΟΛΥΜΠΙΑΔΟΣ
ΑΙΩΝΙΩ·ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΙΔΟΣ
ΑΡΕΤΑΣΕΝΕΚΑ·ΚΥΡΑΝΑΙΟΙ

ΑΣ∠—ΑΥΤΑ
ΕΥΝΟΙΑΣ

Verba inde a vs. 6. pro novo titulo dedit Pacho, omisit proxenus Sardiniae. Vs. 2. extr. Pach. ΕΥΦΑΝΕΣ, Beech. ΕΥΦΑΝΙ̲ΥΣ. Vs. 3. init. Cell. ΜΑΤΕΤΑ. Vs. 6. Cell. Σ..ΑΥ..ΙΑ, Pach. \Σ—ΑΥΙΑ, Beech. ΑΣ∠—ΑΥῙΑ. Vs. 7. Cell. ΕυΙΑΣ; idem deinceps monogramma sic expressit: [monogramma] Beech. [monogramma]

Κλα[υ]δίαν Ἀράταν Φιλίσκω θυγατέρα, φύσει δὲ Εὐφάνευς, ματέρα Κλ(αυδίας) Ὀλυμπιάδος, αἰωνίω γυμνασιαρχίδος, ἀρετᾶς ἕνεκα Κυραναῖοι
τ]ᾶς [ἐς] αὐ[τ]ὰ[ν] εὐνοίας χάριν.

Vs. 6. Letronnius nomen *Σαλυΐα* sibi videre videbatur. Titulus ex Claudii vel Neronis aetate est. Arata videtur soror esse Philisci, qui memoratur n. 5144. vs. 4. idem filius Euphanis.

5133.

Cyrenis; ex schedis proxeni Sardiniae Tripoli residentis misit Kellermannus, qui accepit a Gazzera Taurinensi (n. 29.).

ΟΛ ΑΝΟΗΣΑΝΑΞΙΟΣ
ΤΟΜΠΑΤΕΡΑΑΝΑΞΙΝ
ΞΕΚΞΙΜΑΧΩΤΩΙΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΔΕΚΑΤΑΝΑΕΟΗΚΙΤ

Φάλ]αν[θο]ς? Ἀνάξιος τὸμ πατέρα Ἄναξιν Ζευξιμάχω τῷ Ἀπόλλωνι δεκάταν ἀ[ν]έ[θ]ηκ[εν.

5134.

Ibidem, ad rudera templi prope fontem in rupe; ediderunt Paul. Lucas Itin. Gr. As. min. Mac. Afr. cet. T. II. p. 328. n. 6. Della Cella Itin. Cyren. p. 143. Pacho Itin. Marm. Cyren. cet. tab. LXIII. 2. Beechey Proceedings of the expedition to explore the northern coast of Africa cet. 1828. p. 427. Ex schedis Pachonis edidit Letronnius Journ. des Sav. 1828. p. 264. Idem interpretatur ap. Pach. Itin. p. 393. conf. Annales des Voyages par Euriès et Malte-Brun T. XVII. p. 337. Habeo etiam ex schedis Jomardi et ex schedis proxeni Sardiniae Tripoli residentis, quas misit Kellermannus.

LΙΓΔΙΟΝΥΣΙΟΣΣΩΤΑ
ΙΕΡΕΙΤΕΥΩΝΤΑΝΚΡΑΝΑΝ
ΕΠΕΣΚΕΥΑΣΕ

Vs. 2. extr. Cell. ΤΑΝΣΡΑΝΑΝ, Pach. ΤΑΝΙΡΑ ΝΑΝ, Beech. ΤΑΝΚΡΑΝΑΝ. Vs. 3. Pach. ΕΠΕ ΙΕΥ ΑΣΕ, Cell. ΕΓΕ ΥΚΕΥΑΣΕ, Beech. ΕΠΕΣΚΕΥΑ ΣΕ, quae composui.

L ιγ Διονύσιος Σώτα ἱερειτεύων τὰν κράναν ἐπεσκεύασε.

Annus XIII. quo pertineat, non liquet. Nam etsi plurimae inscriptiones Cyrenaicae ad aetatem Augusti et Tiberii pertinent (n. 5136. 5172. 5186. 5296. 5326. 5353. 5354. cet.), tamen sunt etiam nonnullae ex aetate subsequentium Imperatorum. Fons est Apollinis, cuius mentio ap. Pind. Pyth. IV. extr. Etiam templum, cuius ruinae prope fontem sunt, Apollinis est. Conf. Thrige Res Cyren. p. 95. Pacho Itin. p. 217. 218. Igitur Dionysius qui refecit fontem Apollinis sacerdos fuit. Et Sotas Dionysii filius sacerdos Apollinis habetur in titulo n. 5144. qui titulus pertinere ad a. p. Chr. 68. videtur. Hinc si coniicias Dionysium in utroque titulo eundem esse, videri potest annus XIII. tituli n. 5134. esse Claudii Imperatoris (p. Chr. 53.). Sed tum in catalogo sacerdotum Apollinis n. 5144. Dionysii Sotae filii mentio interiisse putanda est.

5135.

Ibidem, in tabulis marmoreis; ex schedis Gråbergi da Hemsö Tripoli residentis a. 1833. misit Kellermannus.

a.

ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣΕ
ΥΧΡΗΣΕ

b.

ΙΑΡΙΤΕΥ Ω ΝΑ
ΝΕΘΗΚΕ

b. ὁ δεῖνα] ἱαριτεύων ἀνέθηκε.

a. Ἀρίσταρχος - - - Coniicias Θ[ε]υχρήσ[τω, coll. n. 5162.

Ex simili fragmento sunt litterae:

ΑΡΙΣΤΑΡ Ἀρίσταρ[χος
ΙΑΡΙΤΕΥΣ ἱαριτεύσ[ας

quas reperio in schedis proxeni Sardiniae Tripoli a. 1827. residentis a Kellermanno missis.

5136.

Ibidem, in fragmine marmoris candidi similitudinem arcus referentis. Fragmen est II pedes longum videturque ad aedificium pertinere ad templum Apollinis exstructum. Inscriptionis fragmentum edidit Pacho Itin. Marm. Cyren. cet. tab. LXIII. 10. et interpretatus est Letronnius ibid. p. 393. qui edidit etiam Journ. des Sav. 1828. p. 264. Habeo etiam ex schedis proxeni Sardiniae a. 1827. Tripoli residentis, quas misit Kellermannus.

ΤΩΣΕΒΑΣΤΩΑΡΧΙΕΡΕΩΣΣΩΙΗΡΙΑΣΚΟΙΝΤΟΣΛΟΥΚΑΝΙΟ
ΤΟΣΕΚΤΑΣΙΩΝΤΩΑΠΟΛΛΩΝΟΣΙΕΡΕΩΝΕΠΙΔΟΣΙΟ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Apographa consentiunt, nisi quod in schedis proxeni Sardiniae vs. 1. extr. est ΣΩ–ΗΡΙΧΚΟΙΝ ΡΟΣΛΟΥΚΑΝΙΟ, et vs. 2. ΤΑΣ, ubi Pacho dedit ΤΛΣ.

Ὑπὲρ τᾶς Αὐτοκράτορος Καίσαρος, θεῶ υἱ]ῶ, Σεβαστῶ, ἀρχιερέως, σω[τ]ηρίας Κόϊντος Λουκάνιο[ς
- - - - - - - τος ἐκ τᾶς [τ]ῶν τῶ Ἀπόλλωνος ἱερέων ἐπιδόσιο[ς
ἀνέθηκεν.

Sic legit Letronnius. Imperator est Augustus. Vs. 2. in lacuna elogia vel alia nomina Quinti Lucanii interciderunt. Ἐπίδοσις notante Letronnio est *erogatio publice facta*.

5137.

Ibidem; ex schedis proxeni Sardiniae a. 1827. Tripoli residentis misit Kellermannus, qui accepit a Gazzera professore Taurinensi (n. 28.). Titulus dicitur ex eodem lapide esse, ex quo n. 5132.

Τ.ΚΛΑΥΔΙΟΣΑΡΙΣΤΟΜΕ
ΝΗΣΜΑΓΝΟΣΟΚΑΙ
ΠΕΡΙΚΑΗΣΙΑΡΕΙΤΕΥΩΟ
ΕΚΤΑΝΤΑΝΤΩΑΠΟΛΛΩ
ΝΟΣΠΡΟΣΟΔΩΝ

T. Κλ[α]ύδιος Ἀριστομένης Μάγνος ὁ καὶ Περικ[λ]ῆς ἱαρειτεύω[ν] ἐκ τᾶν τῶ Ἀπόλλωνος προσόδων.

Vs. 4. ΤΑΝ bis exaratum videtur transcribenti deberi. Titulus ex Claudii vel Neronis aetate esse videtur. Conf. n. 5132.

5138.

Ibidem; ex schedis proxeni Sardiniae a. 1827. Tripoli residentis misit Kellermannus, qui accepit a Gazzera professore Taurinensi (n. 31.).

ΥΙΙΕΡΓ ΙΔΙΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΟΣΝΙΚΗΣΚΑΙΣΩΤΗΡΙΑΣ
ΚΑΙΤΟΥΟΙΚΟΥΑΥΤΟΥΠΑΝΤΟΣ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΜΥΡΤΩΩ-Μ-ΑΝΤΩΝΙΟΣ
ΓΕΜΕΛΛΟΣΕΚΤΩΝΤΟΥΑΓΟΛΛΩΝΟΣ

Ὑ[π]ὲρ [τῆς Αὐτοκράτορος Τι. Κλαυ]δίου Καίσαρος νίκης καὶ σωτηρίας καὶ τοῦ οἴκου αὐτοῦ παντὸς Ἀπόλλωνι Μυρτώῳ Μ. Ἀντώνιος Γέμελλος ἐκ τῶν τοῦ Ἀπέλλωνος.

Ex voce νίκης colligas positum titulum esse quo tempore Claudius aut contra Mauros et Numidas (a. p. Chr. 42.) aut contra Britannos (a. 43.) proficiscebatur (Eckhel. D. N. T. VI. p. 239.). Nota cognomentum Apollinis Μυρτῶος a pelago Myrtoo derivatum. Titulus dialecto communi conceptus est.

5139.

Ibidem, ad fontes duos, quorum alter in aquaeductum collectus erat; ediderunt Della Cella Itin. Cyren. p. 145. (conf. Annales des Voyages par Euriès et Malte-Brun T. XVII. p. 340.) et Pacho Itin. Marmar. Cyren. cet. tab. LXIII. 4. Interpretatus est Letronnius in Annal. l. c. et ap. Pachon. p. 394.

ΚΛ·ΒΕΝΟΣΤΑ ΚΛ·ΚΑΡΤΙΣΘΕΝΟΥ
ΜΕΛΙΟΡΟΣΘΥΓΑΤΗΡ
ΔΙΟΝΥΣΟΝΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝ
ΣΥΝΤΩΝΑΩ

Vs. 3. extr. Pach. ΤΟΝΙΔΙΟΝ..

Κλ(αυδία) Βενόστα, Κλ. Καρτισθένου[ς] Μελίορος θυγάτηρ, Διόνυσον ἐκ τῶν ἰδίων σὺν τῷ ναῷ.

Eadem Claudia Venusta redit n. 5140. Nomen Κρατισθένης Cyrenaeis frequentatum prodit Pausan. VI, 18, 1. ΚΑΡΤΙΣΘΕΝΟΥ in lapide est, ut in Theraeis Καρτιδάμας et similia. Titulus Claudii aetate non antiquior est.

5140.

Ibidem; edidit Pacho l. c. tab. LXIII. 3. Interpretatus est Letronnius ibid. p. 394.

ΚΛ·ΒΕΝΟΣΤΑ·ΚΛ·ΚΑΡΤΙΣ
·ΘΕΝΟΥΣ ΜΕΛΙΟΡΟΣ
ΟΥΓΑΤΗΡ
ΤΑΝΚΟΡΑΝ- ΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝ
ΚΛΙΤΟΝΝΑΟΝ

Κλ. Βενόστα, Κλ. Καρτισθένους Μελίορος [θ]υγάτηρ, τὰν Κόραν ἐκ τῶν ἰδίων κ[α]ὶ τὸν ναόν.

Eadem Claudia Venusta habetur n. 5139.

5141.

Ibidem; ex schedis proxeni Sardiniae a. 1827. Tripoli residentis misit Kellermannus, qui accepit a Gazzera professore Taurinensi (n. 11.).

Μ ΒΑΛΕ ΙΟΣ
ΑΡΙΣΤΩΝ ΕΡΩΜΕ
ΝΟΣΤΟ ΚΤΙΣΤΟΥ
ΑΠΟΛΛΩ ΝΟΣΕΚΤΩΝ
ΙΔΙΩΝΤΟ ΙΧΝΟΣΕ
ΠΕΣΚΕΥΑ ΣΕΝ
ΚΑΙΑΝΕ ΘΗΚΕΝ

M. Βαλέ[ρ]ιος Ἀρίστων [ἱ]ερώμενος τοῦ κτίστου Ἀπόλλωνος ἐκ τῶν ἰδίων τὸ ἴχνος ἐπεσκεύασεν καὶ ἀνέθηκεν.

Titulus satis recens. De Apolline Cyrenensium ἀρχηγέτῃ conf. Thrige Res Cyren. p. 281. Τὸ ἴχνος vide ne sit i. q. τρίβος (semita) vel ἀνδροβάμων (cf. Vol. II. n. 2570.).

5142.

Cyrenis; ex schedis proxeni Sardiniae a. 1827. Tripoli residentis misit Kellermannus, qui accepit a Gazzera professore Taurinensi (n. 12.).

ΤΩΑΜΜΩΝΟΣ   ΟΑFΑΑΜΑ
ΤΩΑΜΜΩΝΟΣ   ЄΥΙΤΑΤΕΥ
ΟΝΤΟΣΚΑΙΑΦΙ   ΡΩΣΑΝΤΟΣ
ΦΑΑΒΙΩΠΟΥΛ   ΟΣΠΟΜΠΩ
ΝΙΑΝΩΤΩΚ   ΘΑΝΟ

\- - - - - - - - -
τῶ Ἄμμωνος, [τ]ὸ ἄ[γ]αλμα τῶ Ἄμμωνος, ἐ[π]ι[σ]τατεύοντος καὶ ἀφι[ε]ρώσαντος Φ[λ]αβίω Πού[δεντ]ος Πομπωνιανῶ τῶ κ[αλῶς ἀπο]θανό[ντος.

Titulus mutilus est, non is antiquior Vespasiano. Videturque incisus post mortem eius qui dedicavit.

5143.

Ibidem, in tabulis marmoris candidi prope castellum in via ad magnum fontem ducente; ex schedis proxeni Sardiniae a. 1827. Tripoli residentis misit Kellermannus, qui accepit a Gazzera professore Taurinensi (n. 2.). Habeo etiam ex schedis Gråbergi da Hemsö, per eundem Kellermannum nobiscum communicatis.

ΘΕΟΣΤΥΧΑΑΓΑΘΑ
ΙΑΡΕΑΙΤΑΣΗΡΑΣ
ΜΕΓΩ-ΦΙΛΟΞΕΝΩ
ΔΑΜΟΚΛΗΤΑΞΟΥΘΩ
ΒΕΡΕΝΙΚΑΠΡΑΞΙΑΔΑ
ΑΠΙΑ-ΠΤΟΛΕΜΑΙΩ
ΕΥΞΙΠΠΑΒΑΡΚΑΙΩ
ΕΥΡΥΚΛΗΤΑΑΣΚΑΛΠC
ΙΕΥΞΩ-ΦΕΙΔΙΜΩ
ΕΠΑΓΩ-ΚΑΡΝΗΔΑ
ΙΛΥΛΔΙΩ-ΛΥ-ΣΙΟΣ
ΦΡΟΝΙΜΑ-ΦΙΛΟΞΕΝΩ
ΕΙΡΗΝΑΤΕΛΕΣΙΣΤΡΑΤΩ
ΒΕΡΝΙΚΑ-ΦΙΛΙΝΝΑ
ΑΛΔΙΒΩΛΔΚΑΕΛΡΧΩ
ΙΝΑΣΤΑ-ΦΙΛΥ-ΙΑ
ΝΙΚΑΡΙΣΤΛΟΡΑΣΥΚΛΕΥ
ΑΡΑΤΑ-ΦΙΛΩΤΑ
ΦΙΛΥΤΑ

Θεὸς τύχα ἀγαθά.
Ἱάρεαι τᾶς Ἥρας·
Μεγὼ Φιλοξένω,
Δαμοκλήτα Ξούθω,
Βερενίκα Πραξιάδα,
Ἀπία Πτολεμαίω,
Ζ]ευξίππα Βαρκαίω,
Εὐρυκλήτα Ἀσκ[λα]π[ῶ,
Ζευξὼ Φειδίμω,
Ἐπαγὼ Καρνήδα,
Μ]υλ[ατ]ὼ? Λύσιος,
Φρονίμα Φιλοξένω,
Εἰρήνα Τελεσιστράτω,
Βερνίκα, Φίλιννα,
Κ]αλ[λ]ιβώλ[α] Κ[λ]ε[ά]ρχω,
Μ]νάστα Φιλύ[τ]α,
Νικαρίστα [Θ]ρασυκλεῦ[ς,
Ἀράτα Φιλώτα,
\- - - Φιλύτα.

Proxeni Sardiniae accuratius apographum est. Nec puto necessarium omnia menda referre alterius. Post vs. 2. Gråb. da Hemsö repetiit paulo corruptius eiusdem versus initium: ΙΝΡΕΛΤΛ>. Et hic quidem ei tertius versus est. Vs. 6. init. idem ΧΙΠΙΛ, ubi ΑΠΙΑ. Vs. 7. ΒΑ omittit idem. Vs. 10. extr. idem ΚΛΡΜΔΟΑ. Vs. 11. habet ΡΙΛΥΛΒΟΛΥΣΙΟ. Vs. 14. extr. idem ΦΙΛΙΝΛ (prox. Sard. ΦΙΔΙΝΝΑ). Vs. 15. Gråb. <ΛΛVΙΒΟΛΛΓΛΕΛΡΧΟ. Vs. 16. idem ҺΣΤΛ ΦΙΛΥΤΑΧΟ. Vs. 17. ΙΑΕΡΣΤΛΟΡΑΣΥ+ΛΕΙ. Vs. 19. ΦΙΛΥΤΛ⊛.

Catalogus est antistitarum Iunonis, ex aetate Ptolemaeorum. Vs. 7. Βαρκαῖος nomen ab urbe Libyca Βάρκη desumptum. Cf. n. 5144. Vs. 9. Φείδιμος est n. 5145. *a*. Ζευξὼ Ἀρίστωνος Κυρηναία habetur Vol. I. n. 1591. Vs. 10. nomen Καρνήδας factum de Apolline Carneo redit n. 5160. Carneades Cyrenaeus habetur etiam ap. Pind. Pyth. IX. Vs. 12. nomen Φρονίμα notum est ex Herodoto IV, 154. qui docet Batti matrem fuisse Phronimam. Vs. 14. duae antistitae videntur recenseri suppressis patrum nominibus. Vs. 15. nomen Καλλίβωλος notum ex Theraeis. Vs. 16. nomen Μνάστα redit n. 5166.

5144.

***Ibidem*, in alia tabula marmoris candidi, prope eam, quae continet n. 5143.; ex schedis iisdem. Partem vidit Della Cella.

[*Textum vide pag. seq.*]

In schedis Gråb. da Hemsö omnia mire turbata sunt. Ibi titulus incipit vs. 9. ΜΑΣΙΝΙΟΣΦΙΛΩΝΟΣ et procedit usque ad syllabam ΔΙ vs. 16. Deinde sequuntur haec: ΟΣ▸Σ◂ΡΙΣΝ◂ΛΙΙΤΙΩ‖ΙΟΣ·ΤΥΧΛ·ΑΤΑΘΑΝΝ‖ΛΡΧΟ9 Η ΘVΕVVΔΝΙ‖ΟΑΤΟΑΛΩΝΟΣ (i. e. τῶ Ἀπόλλωνος). Etiam apographi Della Cella iniqua ratio est. Itaque hoc ad marginem intactum apposui.

Θεὸς τύχα ἀγαθά·
ἰαρὲς τῶ Ἀπόλλωνος·
Βαρκαῖος Εὐφάνευς,
Φιλίσκος Φιλίσκου,
φύσει δὲ Εὐφάνευς.

Ἀ[σ]κλαπὸς Ἰσοκράτους
τοῦ Ἀ[ρ]χ[ε]στράτου.

ΘΕΟΣ ❦ ΤΥΧΑ ❦ ΑΓΑΘΑ
ΙΑΡΕΣΤΩΑΠΟΛΛΩΝΟΣ
ΒΑΡΚΑΙΟΣ ❦ ΕΥΦΑΝΕΥΣ ❦
ΦΙΛΙΣΚΟΣ ❦ ΦΙΛΙΣΚΟΥ
ΦΥΣΕΙΔΕΕΥΦΑΝΕΥΣ

ΑΕΚΛΑΠΟΣ⁻ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΤΟΥ ΑΡΧΙΣΤΡΑΤΟΥ ❦

ΚΛΑΥΔΙΟΣ-ΑΡΙΣΤΑΝΔΙΡΟΣ

ΜΑΣΙΝΙΟΣ ΦΙΛΩΝΟΣ
ΥΙΟΣΕΥΦΡΑΝΩΡ ❦
ΤΙ·ΚΛΑΥΔΙΟΣ-ΤΙ-ΚΛΑΥΔΙΩ
ΚΛΕΑΡΧΩ⁻ΑΡΧΙΕΡΕΟΣ
ΥΙΟΣΚΑΡΝΗΔΑΣ ❦

L϶Θ - ΜΑΝΤΩΝΙΟΣ-ΜΑΝΤΩΝΙΟΥ
ΦΛΑΜΜΑΥΙΟΣ⁻ΚΑΣΚΕΛΛΙΟΣ
ΣΩΤΑΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ❦
L̄ΡΔ̄-Δ̄-ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΜΑΝΤΩΝΙΟΥ
ΦΛΑΜΜΑ - ΥΙΟΣ - ΛΡΤΟΜΕΝΗΣ

Della Cella:

........ΙΡΑΙΩ...
....ΠΙΣΘΕΝΕΥΣ.....
ΙΠΚΛΑΥΔΙΟΣΣΑΡΑ..Ι..
ΝΟΣΥΟΙΣΠΑΓΚΑΠΣ

Τ̄Ι·ΚΑΥΔΙΟΣΙΣΤΡ...Σ
ΦΙΛΙΣΚΟΥ
Τ̄Ι·ΚΛΑΥΔΙΟΣΑΣΚΛΑΠΟΣ
ΦΙΛΙΣΚΟΥ
Ι...ΣΙΝΙΟΣ...ΙΑΩΝΟ
ΙΟΣΕΥΙΡΑΝΩ
...ΛΑΥΑΙΟΣ-ΤΙΚΛ

Κλαύδιος Ἀρίστανδρος.

Μ. Ἀσίνιος, Φίλωνος
υἱός, Εὐφράνωρ.
Τι. Κλαύδιος, Τι. Κλαυδίω
Κλεάρχω ἀρχιερέος
υἱός, Καρνήδας.

L q̄ϑ Μ. Ἀντώνιος, Μ. Ἀντωνίου
Φλάμμα υἱός, Κασκέλλιος.
Σώτας Διονυσίου.
L ρδ [Μ.] Ἀντώνιος, Μ. Ἀντωνίου
Φλάμμα υἱός, [Ἀ]ρ[ισ]το[μέ]νης.

Ex apographo Della Cella sacerdotibus vss. 6. 7. 8. accedunt hi:

- - - στ]ρά[τ]ω τῶ
Καρτ]ισθένευς.
Τι.] Κλαύδιος, Σαρα[π]ί[ω-
νος υἱός, Πάγκα[λο]ς.

Τι. Κλαύδιος Ἴστρ[ο]ς
Φιλίσκου.
Τι. Κλαύδιος Ἀσκλαπὸς
Φιλίσκου.

Catalogum hunc sacerdotum Tiberio Imperatore non antiquiorem esse sponte patet. Et vss. 14. 17. quidem anni designati sunt 99 et 104, qui anni a qua epocha deducendi sint, prodere videtur titulus n. 5145. *b.* ubi annus simul ex imperio Antonini Pii designatur. Nempe epocha est Actiaca a. u. c. 723 - 724. ex qua computatus annus 99 respondet a. u. c. 821. a. p. Chr. 68, et annus 104 anno u. c. 826. p. Chr. 73. Conf. ad n. 5145. Ti. Claudius Ister alius habetur n. 5145. Vs. 13. de nomine Καρνήδας conf. ad n. 5143. Vs. 16. Sotas Dionysii filius videtur esse ex familia Dionysii, cuius titulus est n. 5134. Ceterum dialectus Dorica non ubique servata est. Nam vs. 4. exspectatur Φιλίσκω, vss. 6. 7. Ἰσοκράτευς τῶ Ἀρχεστράτω, vss. 14. 17. Ἀντωνίω cet.

5145.

Ibidem, in uno lapide fragmenta tria; ex schedis proxeni Sardiniae a. 1827. Tripoli residentis misit Kellermannus, qui accepit a Gazzera professore Taurinensi.

a. ΙΕΡΕΥΣΤΕΛΕΣΦΟΡΟΣ
L̄ ΡΛΑ-ΤΙ-ΚΛΑΥΔΙΟΥΦΕΙΔΙΝ
ΥΙΟΣΙΣΤΡΟΣ-ΙΕΡΕΥΣΑΠΟΛ
ΝΟΣ

b. LΡΟ̄Ο̄ΤΟΥΚΑΗ̄ΛΑΝΤΩ
ΚΑΙϹΑΡΟϹ Τ̄Ῑ ΚΛΑΥΔ
ΟϹ Τ̄ῙΚΛΑΥΔΙΟϹΤ
ΑΠΟΛΛΩΝ

c. ΟΝΥΣιυι
ΠΟΥΕΣΠΑΣΙΛΝΟΥ
ΕΡΑΠΙΩΝΟΣΥΙΟΣ

ΚΛΕΑΡΧΩΙ
⁻ ΧΙΣΤΡΑΤΟΥ
ΛΤΗΣ

a. - - - - -
ἱερεὺς Τελέσφορος.
L ρλα Τι. Κλαύδιο[ς], Φειδίμ[ου
υἱός, Ἴστρος, ἱερεὺς Ἀπόλ[λω-
νος.

b. L ρο[ϑ] τοῦ κα[ὶ ια] Ἀντω[νείνου
Καίσ[α]ρος, Τι. Κλαύδι[ος - - - -
ος, Τι. Κλαυδίο[υ] Τ ⸱ - [υἱός, ἱερεὺς
Ἀπό[λ]λων[ος.

c. - - - - Δι]ονυσίου,
L - - - - - Οὐεσπασι[α]νοῦ
Καίσαρος ὁ δεῖνα - - - Σ]εραπίωνος υἱὸς
- - - - - Κ]λεάρχῳ
Ἀρ]χ[ε]στράτου
- - -

Tituli *a* et *b* sunt ex catalogo sacerdotum Apollinis, ut n. 5144. Epocham Cyrenaicae sistere videtur tit. *b.* ubi quum tempus simul ex anno Antonini Imperatoris designari videatur, consentaneum est scribere ut dedimus L ροϑ τοῦ καὶ ια Ἀντωνείνου Καίσαρος. Itaque annus 179 si respondet anno xi Antonini, epocha Actiaca a. u. c. 723. sit necesse est, ex qua computatus annus 179. incidit in a. u. c. 901. s. a. xi. Antonini. Vetustior est tit. *a.* cuius annus 131 respondet a. u. c. 853. a. p. Chr. 100. Atque etiam vetustior titulus n. 5144. est, in quo designantur anni 99 et 104. Alius Ti. Claudius Ister in catalogo habetur n. 5144.

De fragmento *c* lubet coniecturam addere. Ibi quum annus manifesto ex Vespasiani imperio designatus sit, praemisso ut videtur sacerdote, videndum ne hic tenor tituli fuerit:

Ἐπὶ ἱερέως Σώτα
τοῦ Δι]ονυσίου,
ἔτους - - -] Οὐεσπασι[α]νοῦ
Καίσαρος ὁ δεῖνα Σ]εραπίωνος υἱὸς
ἀνέστησεν Κ]λεάρχῳ
- - - Ἀρ]χ[ε]στράτου
εὐνοίας ἕνεκ]α τῆς
[εἰς αὐτόν.]

Sotas Dionysii filius sacerdos est anno 99 (p. Chr. 68.) eiusque sacerdotium haud scio an *διὰ βίου* durasse censendum sit, propterea quod statim post eum sacerdos anni 104 recensetur (n. 5144.). Hinc simul apparet, cur annus Vespasiani additus sit. Iam in annum 104. incidit annus iv. Vespasiani; itaque titulus inter a. p. Chr. 70-72. positus videtur, ut annus Vespasiani i aut ii aut iii sit.

5146.

Cyrenis, ad duos fontes, quorum alter in aquaeductum collectus erat; ediderunt Della Cella Itin. Cyren. p. 145 sq. Pacho Itin. Marm. Cyren. cet. tab. lxii. 2.

ΑΡΙΣΤΙΣΦΙΛΩΝ . .
ΓΟΡΓΟΣΙΩΜΑΡΧΟ .
ΒΙΜΒΩΝΛΛΙΡΟΥ
ΑΡΙΣΤΙΣΛΑΙΑΔΑ

ΣΤΡΑΤΩΝΑΡΙΣΤΕΑ
ΠΡΟ ΥΛΝΙΟΣΙΡΜΟΔΩΡΟΥ
ΦΙΛΩΝΘΕΥΤΙΜΩ
ΠΑΤΑΛΛΟΕΑΡΙΣΤΙΩΝΟΣ
ΔΑΜΟΣΤΡΑΤΟΣΑΓΗΣΑΡΧΩ
ΙΠΙΝ ΚΟ ΑΤΟΛΑ
ΣΩΣΠΙΑΣΠΡΑΤΙΟΣ
ΦΙΛΩΝΑΓΑΟΩΝΟΣ
ΕΧΟΑΤΙΑΝΑΥΤοΦΙΛΟ
ΑΛΕΞΑΝΔΡοΣΜΕΝΑΝΔΡΩ
ΑΛΕΞΑΝΔΡοΣ ΑΓΗΣΙοΣ
ΘΕΥΤΕΡΠΗΣΠΡΑΤοΛΑ
ΙΑΣΩΝΧΙΡΑΥΡΑ
ΔΑΜΙΣΛΕΥΚΑΣΠΙοΣ
ΔΕΞΙΣΡΕΡΕΓΓΥΩ
ΑΛΕΞΙΜΑΧοΣΚΟΜΑΤΑ
ΡΙΛοΚΩΜοΣΑΡΙΣΤΑΡΧΩ
Ω
ΣΥΝΝΑΙΩΝΑΙΣΩΝΟΣ
ΚΕΦΑΛΙΩΝΛΥΤοΚΛΕΥ
ΕΜΙ ΩΝΑΡ..ΤοΜΕΝΕΥ
ΣοΕΝΩΝΧΑΨΙΚΛΕΥΣ
ΣΥΗοΙΔΑΣΕΠΙΓΕΝΕΥ
ΚΡΙΝ ΓοΣΠΛοΚΩΜΩ
Ν ˈˈΚΙˈˈˈΙΟΣ ο Λ Ω
ΕΝοΝΙΠΤΟΜ........
. . . . ΤΣ.........

Vs. 1. init. pro ΑΡΙΣ lacunam habet Pacho. Vs. 7. Pach. ΓΟΡΠΟΣΙΩΜΛΡΧΟ, Cell. ΓΟΡΓΟΣΟΩΜΑΡΧΟ, quae composui. Vs. 3. Pach. ΒΙΜΒΩΙΧΛΛΙΡΟΥ, Cell. ΒΙΜΒΩΝΛΑΤΙΟΥ. Vs. 4. init. Cell. ΑΡ.ΣΤΙΔ. Vs. 5. init. Cell. ΣΤΦΑΞΩΝ; in fine Α omittit Pacho. Vs. 6. Cell. ΝΡΟ..ΑΝΓ.Σ.Ρ ΜΙΟΔ.ΩΡΟΥ. Vs. 8. init. Ι, Cell. Π.; deinceps Ε omittit Pacho. Vs. 10. Ν omittit Cell. Vs. 11. init. ΣΠ omittit Cell. Vs. 15. extr. Cell. ΑΙΗΣΙοΣ. Vs. 16. Cell. ΘFΧΓΕΘ.ΗΙΣΡΙΡΑΡΟΛΑ. Vs. 17. Cell. ΙΑ.ΩΙΝΧΙΡΑΥΒΑ. Vs. 18. primum Ι omittit Cella, qui ubi Λ habet, ibi Pacho expressit Α. Vs. 19. pro primo Ρ Cella habet Ι. Vs. 20. extr. Pach. ΜΛΤΑ. Vs. 21. init. Cell. ΔΙΛ cet. Vs. 23. extr. Pach. ΑΙ ΩΝΟΣ. Vs. 24. extr. Cell. ΤΟΚΛΙ.Υ. Vs. 25. extr. Cell. ΤΟ..ΙΝΞ... Vs. 26. Pach. ΣοΕΝ ο ΥΛΨΙ ΚΛΕΥΣ. Vs. 27. Cell. ΣΥΗΟΙΔΑΣΕΠΙΓΕΝ..Ν.. Vs. 28. Cell. ..ΡΙΝΥ..ΓΟΣΙΙΛΟΝΩΜΟ.... Vs. 29. Cell. ....ΠΟ...ΟΑΛ....... Vs. 30. pro Τ lacunam notat Cella. Vs. 31. Cell. ...ΙΣ - - - -

Ἄριστις Φίλωνος,
Γόργος [Κ]ωμάρχ[ω,
Βίμβων [Μύ]ρ[ωνος?
Ἄριστις Λαϊάδα,
Στράτων Ἀριστέα,
Ἡ]ρό[φα]ν[τ]ος [Ἑ]ρμοδώρ[ω],
Φίλων Θευτίμω,
Πάταλλο[ς] Ἀριστίωνος,
Δαμόστρατος Ἀγησάρχω,
Ἱπ[πό]ν[ι]κο[ς Πρ]ατόλα,
Σωσίας Πράτιος,

Φίλων Ἀγά[θ]ωνος,
Ἐχ[θ]ατιὰν? Αὐτοφίλ[ω,
Ἀλέξανδρος Μενάνδρω,
Ἀλέξανδρος Ἀγήσιος,
Θευτέρπης Πρατόλα,
Ἰάσων Χιραύρα?
Δᾶμις Λευκάσπιος,
Δέξις [Φ]ερεγγύω,
Ἀλεξίμαχος Κομάτα,
[Φ]ιλόκωμος Ἀριστάρχω,
\- - - - - -
Συνναίων Αἴσωνος,
Κεφαλίων [Α]ὐτοκλεῦ[ς,
Θ]εμί[σ]ων Ἀρ[ισ]τομένευ,
Σ[θ]ένων Χα[ρ]ικλεῦς,
Συνθίδας Ἐπιγένευ,
Κρίν[ιππ]ος [Φι]λοκώμω,
Ν[ίκιππ]ος - - -
Ξ]έν[ω]ν Πτο[λεμαίω,
\- - - - - -

Catalogus optimae aetatis, sed tamen non anterior Lagidis, ut videtur; qui quo pertineat, non liquet. Supra vs. 1. nihil scriptum est, ut apparet ex delineatione Pachonis. Vs. 25. Θεμίσων nomen Theraeum notum ex Herod. IV, 154. Cf. n. 5163.

5147.

Cyrenis; ex schedis proxeni Sardiniae a. 1827. Tripoli residentis misit Kellermannus, qui accepit a Gazzera professore Taurinensi (n. 8.).

ΚΛΕΑΡΧΟΣ
ΚΛΕΑΡΧΩ
ΚΛΕΑΡΧΟΣ
ΚΛΕΑΡΧΩ
ΚΛΕΑΡΧΟΣ
ΓΑΡΕΥΒΑΤΑ
ΓΑΡΕΥΒΑΤΑΣ
ΦΙΛΟΞΕΝΩΥ
ΦΙΛΟΞΕΝΟΣ
ΚΑΛΛΙΓΓΩΥ
ΚΑΛΛΙΓΓΟΣ
ΑΛΕΞΙΜΑΧΩΥ
ΑΛΕΞΙΜΑΧΟΣ
ΑΛΑΔΔΕΙΡΟΣ
ΑΛΑΔΔΕΙΡ
ΒΑΙΤΟ

Supra ornamentum floribus distinctum incisum est.

Κλέαρχος Κλεάρχω,
Κλέαρχος Κλεάρχω,
Κλέαρχος Παρευβάτα,
Παρευβάτας Φιλοξένω,
Φιλόξενος Καλλίππω,
Κάλλιππος Ἀλεξιμάχω,
Ἀλεξίμαχος Ἀλάδδειρος,
Ἀλάδδειρ Βαιτο - -

Videtur stemma esse gentis nescio cuius, idque satis bonae aetatis.

5148.

Ibidem, in stela; edidit Pacho Itin. Marm. Cyren. cet. tab. LXV. 8. Habeo etiam ex schedis proxeni Sardiniae a. 1827. Tripoli residentis, quas misit Kellermannus acceptas a Gazzera professore Taurinensi (n. 18.).

ΠΡΑΞΙΣΤΕ
ΠΡΑΞΟΣΤΙΚΤΔ
ΔΡΩΒL ΟΑ

ΛΦΤΟΚΛΙ
ΑΡΙΣΤΑΡΧ
ΣΩΣΑΝΔΡ
ΑΥΤΟΚΛΕΥ
ΓΡΑΞΣΙΣ
ΣΩΣΑΝΔΡΩ

ΠΡΑΞΙΣ
ΝΕΩΝΟΣ
ΝΕΩΝ
ΝΕΩΝΟΣ

Vs. 1. in schedis prox. Sard. ΠΡΑΞ Τ - - - Vs. 2. ibid. ΤΡΛΞΟΤ - - - ΤΔ.

Πρᾶξις Τε[λέα?
Πρᾶξ[ι]ς Τι[σάν-
δρω - - - -

Αὐ]τοκλ[έας
Ἀριστάρχ[ω,
Σώσανδρ[ος
Αὐτοκλεῦ[ς,
Πρᾶξσις
Σωσάνδρω.

Πρᾶξις
Νέωνος,
Νέων
Νέωνος.

Similis catalogus est, ut n. 5147.

5149.

Cyrenis, in sanctuario; edidit Pacho Itin. Marm. Cyren. cet. tab. LXIV. 2. Tractavit Letronnius ap. Pach. p. 395.

ΟΠ Α ΙΑΛШΕ
ΕΟΤΟΥΤΟΡ
ΟΥΦΟΓΤΗΜΑ
ΙϹ ΙΙΡΔΜΛΛΘΟΛΙ
Ν ΔΕΙ ΙΡΟΤΚΛ
Ι ΡΕΙΖΜΙ
ΙΝΙΡ ΘΕΤΩ Κ
ΙΝΛ Τ
ΛΔΗΟΥΡΟΝΙ
ΙΧΕΙΕ/Ο
ΑΕ

ΔΙΟΣΚΟΥΙΙΔΗΣ ΤΙΚΛΛΥΔΙΟΕΤΡΔΕΤΟΙΕΘΕΟΙΕ
ΔΙΩΝΗΚΩ ΛΠΕΔΩΚΕΤΗΝΟΥΕΙΑΝ ΝΩΝ
ΑΡΑΧΟ ΕΛΙΞΗΚΩ ΔΑΜΙΟ
ΕΡΗΙJΛΘΕ ΠΡΟΘΥΜΟΣΗΙ ΓΝΙΠ ΙΝΤΙΚΟΥ ΑΠΟΛΛΟΝΙ
ΗΣΟΣΗΚΩ CΡΟΕUΑΛΜΙ
ΚΟΣΒΑΡΑΚΟΣ
ΑΓΑΘΕΚΛΕΑ ΝΑΓΑΘΟΚΛΗΣ ΜΑΛΙΧΟΥΚΡΑΤΕΡΕΣ
ΣΩΣΙΣΤΡΑΤΙΟΥΝ ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΥΣ ΙΔΟΥΜΑΙΟΣΣΥΜΜΑΧ
ΙΔΟΥ ΜΑΙΟΣ ΙΔ(ΧΥΜΑΙΣ
ΗΑ Λ ΘΕ ΗΚΕΙ
ΑΡΙΣ
Γ ΑΙΡΗ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΞΗΙΙΟΝΜΝ ΕΡΜΙΑΣ ΑΙ Δ Τ
ΛΡΔΕΙΡΗΝΗΣ ΑΠΟΛΛ ΗΛΟΕ ΣΥΜ
ΣΙ ΙΛΡΑ ΕΥΙΙ
ΗΛΘΕΜΕΛΑΝΠΠΟΣ ΜΥΤΥ
ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ ΑΡΙΣΤΟΚΛΗΣ
ΑΡΓΕΜΠΑ

Sunt nomina eorum, qui locum sacrum visitarunt.

Διοσκου[ρ]ίδης.

Ἄραχο[ς]. Δίων ἥκω.
Ἕλιξ ἥκω.
- - ἦ]λθε. Πρόθυμος ἥ[κω].
Ἧσος ἥκω.
Ἀγαθ[ο]κλέα Ἀγαθοκλῆς
Σωσιστράτου [ἥκω]. Ἀγαθοκλέους

Ἰδουμαῖος
ἦ[λ]θε.

Ἀλέξανδρος
Ἀπόλλω[νι].

- - - - - -

Ἦλθε Μελάν[ι]ππος.
Σώστρατος.

Ἀρ[τ]εμ[ίτ]α.

Τι. Κλαύδιος [Ἴσ]τρος τοῖς θεοῖς
ἀπέδωκε τὴν [θ]υσίαν.
Δάμιο[ς]
- - - Ἱ[ππ]ικοῦ. Ἀπόλλ[ω]νι
- - - -
Κοσβάρακος
Μαλίχου Κράτερ[ο]ς
Ἰδουμαῖος. Συμμάχ[ου]
Ἰδουμαῖ[ο]ς
ἥκει.

Ἄρισ[τις?]
[Χ]αιρή[μων].
Ἑρμίας - - - -
ἦλ[θ]ε. Σύμ[μαχος].
Εὐ - - -
Ἀριστοκλῆς.

In titulo maiore Ἴστρος dedit Letronnius. Cf. n. 5144. 5145. *a*. Omnia restitui vix possunt. Neque attingo quae ad dextram in alto sunt posita.

5149. *b*.

Ibidem, in necropoli in pariete antri inter picturas insigni arte factas; repraesentatio videtur ad ludos pertinere; edidit Pacho l. c. tab. XLIX et L.

[*Textum vide in tabula inserta.*]

a. Ἀλλ᾿ ἐψόφηκε ῥόπα[λον].
Ἡ θύρα πρ[οκατέ]χεται.
Κρού[εται?] αὐτός.

Ad dextram fortasse:
Κ]αλῶν [ἔσ]ωσεν χεὶρ νε[α]νι[ῶν] κα[λ]ή?
εὐ[τ]ύχ[η]κα.
- - - - - - - -

Καλέ, [ἄρξ]αντος ἁ τειμά.
- - - - -

Infra:
ἀφ[αί]ρε[ι] μάλῳ τὰν πό-λιν τὸ μέγα μύσος - - | συνκατα-καύσ[α]τε - - - - - - - - - - - -

[Ζ]εῦ, κα[λλ]ιπαιδῆας ὁ πόλ(εμος) - - -

b. Κα[θ᾿] ἁμ[ι]λλά[μ]ατα
[π]ρᾶτος Ἀ[ν]τωνῖνος.

[Ἔθυ]σαν κοινῷ [Σ]ενεκίων
- - -
- - -

5150.

Ibidem, in rupe prope viam, litteris praegrandibus; ediderunt Della Cella Itin. Cyren. p. 139. et Pacho Itin. Marm. Cyren. cet. p. 224.

ΙΠΠΙΚΟΣ

Pro nomine vici s. viae urbis habet Della Cella. Pacho eo loco hippodromum fuisse censet. Illud probabilius. Intellige ΔΡΟΜΟΣ. Ceterum notum Cyrenensium est studium rei equestris. Vide Boeckh. ad Pind. Pyth. V. et Thrige Res Cyren. p. 344 sq.

5151.

Ibidem, in sepulcro; edidit Pacho l. c. tab. LXVI. 8. Aliud apographum misit Jomardus.

ΑΓΕΜΙΟΝΑ.ΙΝΙΚΑΙΩ

In apographo Jomardi est: ΤΕΜΟΝΑΙΝΙΚΑ
ΙΩ

Ἀγεμόνα Νικαίῳ.

5152.

Ibidem; edidit Pacho l. c. tab. LXVI. 7.

ΑΜΚΑΝΟΡΟΣΑΟΤΙΜΙΔΙΑ
ΚΑΙΤΑΤΟ Τ ΟΣ

Ἀ[λ]κάνορος - - -
καὶ τὰ - - -

5153.

Ibidem, in fragmine marmoris; edidit Pacho Itin. Marm. Cyren. cet. tab. LXV. 6. Habeo etiam ex schedis proxeni Sardiniae a. 1827 Tripoli residentis, quas misit Kellermannus.

ΑΡΓΕΙΟΣ
ΙΝΙΟΣ
ΑΡΓΕΙΟΣ
ΔΕΙΝΙΟΣ

Ἀργεῖος
Δε]ίνιος.
Ἀργεῖος
Δείνιος.

5154.

Prope *Cyrenas*, in rupe; edidit Pacho l. c. tab. LXV. 9. Aliud apographum misit Jomardus. Habeo etiam ex schedis proxeni Sardiniae a. 1827 Tripoli residentis, quas misit Kellermannus (n. 19.).

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ
ΣΩΣΙΟΣΤΑΡΕΥΣ
ΑΠΟΛΛΩΝΟΣΜΗΘΕ
ΝΑΕΝΤΙΘΗ

Vs. 2. prox. Sard. ΣΩΣΥΟΣ ΑΡ ΥΣ.

Ἀριστοτέλης Σώσιος [ἱ]αρεὺς Ἀπόλλωνος. μηθένα ἐντίθη.

5155.

Cyrenis, in parva ara; edidit Pacho l. c. tab. LXV. 4. Habeo etiam ex schedis proxeni Sardiniae, quas misit Kellermannus (n. 23.).

ΑΡΓΑΛΕΑ
ΚΛΕΥΘΕΜΙΟΣ

Ἁρπαλέα
Κλευθέμιος.

Vs. 2. Pacho ΚΛΕΥΟΕΜΙΟΣ, prox. Sard. ΚΛΕΥ ΘΕΜΟΣ.

5156.

Ibidem, in parva ara; edidit Pacho l. c. tab. LXV. 4. Habeo etiam ex schedis iisdem (n. 7.).

ΛΦΡΟΔΙΤΙΑ
ΣΗΝΩΝΟΣ

[Ἀ]φροδιτία
Ζήνωνος.

5157.

Ibidem, in tribus fragminibus; edidit Pacho l. c. tab. LXIV. 1.

a. ΕΧΕΜΗΔΑC
ΤΙΜΟΚΡΑΤΕΙΑC ΑΡΙΣΤΙΣΟ

b. ΑΡΑΤΑΣ ΛΑΒΡΟΜΕΙΑC

c. ΑΛΘΑΙΜΕΝΕΥC ΠΡΩΡΩ
ΤΩΤΡΩΡΩ ΤΩΛΑΘΑΙΜΕΝΕΥC

a. Ἐχεμήδας
Τιμοκρατείας. Ἄριστις - - -

b. Ἀράτας Λαβρομείας.

c. Ἀλθαιμένευς Πρώρω
τῶ [Π]ρώρω. τῶ [Ἀλ]θαιμένευς.

5158.

Ibidem; edidit Pacho l. c. tab. LXV. 1.

ΘΙ ΥΧΡΙΤΣΙΟΣ
Σ Ω Σ Α Ρ Χ Ο

[Θε]ύχρ[η]σ[τ]ος
Σωσάρχ[ω].

Nomen Θεύχρηστος redit n. 5162.

5159.

Ibidem, in parva ara; edidit Pacho l. c. tab. LXV. 4. Habeo etiam ex schedis proxeni Sardiniae, quas misit Kellermannus (n. 20.).

ΚΛΗΝΑΤΑ
ΦΙΛΩΝΟΣ

Κληνάτα
Φίλωνος.

Vs. 2. Pacho ΙΙΛΩΝΟΣ.

5160.

Ibidem; edidit Pacho l. c. tab. LXV. 4.

ΚΑΡΝΗΔΑΣ
ΙΑΣΩΝΟΣ

Καρνήδας
Ἰάσονος.

De nomine Καρνήδας conf. n. 5143.

5161.

Ibidem, in monumento sepulcrali; edidit Pacho l. c. tab. LXIV. 1. Tractavit Letronnius ibid. p. 395.

ΚΟΙ|ΣΑΡΙΣ|ΚΛΙΔΑ

ΙΑΣΟΝΟΣ
ΤΟΠΟΣ

Utrumque titulum ita coniunxit Pacho, ut dedimus. Sed Ἰάσονος τόπος ex alio lapide videtur. In monumento delineato est:

Κό[τυ]ς Ἀρισ[το]κλίδα.

Letronnius proposuit Κοῖρος vel Κοῖτος.

5162.

Ibidem; edidit Pacho l. c. tab. LXV. 4.

ΜΝΑΣΑΡΧΟΣ
ΘΕΥΧΡΗΣΤΩ

Μνάσαρχος [Θ]ευχρήστω.
Conf. n. 5158.

5163.

Ibidem, in monumento, ut videtur, sepulcrali; edidit Pacho l. c. tab. LXVI. 6. 5. qui dispescuit in fragmenta duo. Ex eodem monumento inscriptiones esse docent schedae proxeni Sardiniae, quas misit Kellermannus acceptas a Gazzera professore Taurinensi (n. 32.).

ΜΝΑΣΙΣΤΙΛΤΑ
ACOPIЄYC ΑΓΗΣΑΡΧΟΣ ΑΦΕΝΩΙ ΘΕΜΙΣΩ
ΦΕΙΩΙ ΙΑΣΩΝ ΠΕΛΕΑ ΕΤΕΑΡΧ

ΛΝΑΞΙΛ ΑΦΕΝΩΙ ΛΙΧΑ
ΤΙΜΟΛ ΙΜΜΙ ΑΡΙΣΤ ΙΛ

Μνασιστ[ρά]τα. ['Α]ναξί[α]. Ἀφενῷ. Λίχα[ς].
Ἀσοριεύς. Ἀγήσαρχος. Ἀφενῷ. Θεμίσω[ν]. Τιμόλ[ας]. Ἰμμ - - Ἀριστ[ε]ί[δας]?
Φειῷ? Ἰάσων. Πελέα. Ἐτέαρχ[ος]. Nomen feminae Ἀφενῷ formatum videtur a voce ἄφενος.

5164.

Ibidem, in ara parva; ex schedis proxeni Sardiniae Tripoli residentis misit Kellermannus, qui accepit a Gazzera professore Taurinensi (n. 9.).

Μ ΩΙ — Μ[νασ]ῷ
ΕΧΕΤΙΜΩ — Ἐχετίμω.

5165.

Ibidem; edidit Pacho l. c. tab. LXV. 6.

ΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΣ
ΜΥΣΟΥ

Πεισίστρατος Μυσοῦ.

5166.

Ibidem; edidit Pacho l. c. tab. LXV. 10.

ΡΑΡΚΛΗΟΣ
ΑΣΤΥΚΛΕΥΣ
ΜΝΑΣΤΑ
ΚΡΙΝΙΟΣ

[Χ]αρ[ι]κλῆος Ἀστυκλεῦς.
Μνάστα Κρίνιος.
Nomen Χαρικλῆς habes etiam n. 5146.

5167.

Ibidem; edidit Pacho l. c. tab. LXV. 6.

ΣΙΔΠΝΙΟΣ — Σι[λή]νιος.
ΣΕΛΥΜΑΙΑ — Σελυμαία?

5168.

Ibidem, in sepulcro; ex schedis proxeni Sardiniae a. 1827. Tripoli residentis misit Kellermannus, qui accepit a Gazzera professore Taurinensi (n. 25.).

ΣΩΤΑΔΑΤΟ ΣΑΜΑΟΝΚΑΙΤΟΔd
ΤΝΙCΤΗΡΥΟΝ
ΑΞΙΟΝ

Σωτάδα τὸ σαμᾶον καὶ τὸ δ[ειπ]ν[η]τήρ[ι]ον.
- - -
Τὸ δειπνητήριον si verum est, interpretor de conclavi, in quo τὸ περίδειπνον celebratur.

5169.

Ibidem, in aris parvis; edidit Pacho Itin. Marm. Cyren. cet. tab. LXV. 4 et 2. Habeo etiam ex schedis iisdem (n. 21 et 6.).

ΦΙΛΩΝ ΛΩΝ
ΔΑΜΙΟΣ ΜΙΟΣ

Coniunxi hos titulos, quia is qui mutilus est, videtur nomina continere eadem quae sunt in titulo integro.

Φίλων Δάμιος.

5170.

Ibidem, in ara; edidit Pacho l. c. tab. LXV. 4. Habeo etiam ex schedis iisdem (n. 22.).

ΦΙΛΕΓΓΥΟΣ
ΑΡΙΣΤΑΓΟΡΑ

Φιλέγγυος Ἀρισταγόρα.

5171.

Cyrenis, in ara fracta; ex schedis proxeni Sardiniae a. 1827 Tripoli residentis misit Kellermannus, qui accepit a Gazzera professore Taurinensi (n. 10.).

ΑΚΕΩΙ	Ἀκε[σ]ῷ
ΝΙΚΟΔΔΗΩ	Νικο[λά]ῳ. An Νικολαήῳ?

5172.

Ibidem, in cippo sepulcrali; edidit Pacho Itin. Marm. Cyren. cet. tab. LXII. 1. Interpretati sunt Letronnius Journ. des Sav. 1828. et ap. Pach. p. 387 sqq. et Welckerus Syllog. epigr. Gr. ed. sec. p. 71. n. 50. ex schedis Pachonis, ubi minus recte Ptolemaidi tribuitur.

Κ Θ Τ Ι Π Ε Τ Ρ Ω Ν Ι Ο Σ
Κ Λ Π Ι Τ Ω Ν Ε Τ Ω Ν ∠ Κ
Β Λ Ι Ο Ν C Ο Ι Τ Ο Μ Є Τ Α
Ξ Υ Β Ι Ο Υ Θ Λ Ν Λ Τ Ο Ι Ο ⁛
Τ Є Θ Η Κ Є ∴ Κ Λ Ι Τ Υ Μ Β Ο Υ
ΚΑΠΙΤΩΝΚΑΙΘΑΛΑΜΟΙΟΤΥ
ΧΗ · ΝΥΚΤΑΜΙΑΝΨЄΥСΤΙΝΚΑΙΑΝΗ
ΛЄΑΤΗΝΑΝΙСΑΥΛΩΝ · ΤΗΝΔΙΧΑСΟΙΠΑ
СΤΩΝΤΗΝΑΤЄΡЄΙΛΛΠΙΝΗС · ΑΙΑΙ
ΤΗΝЄΠΙΠЄΠΛΑΚΑΙЄΙСΑΜΥΡΙСΤΑΠЄ
СΟΥСΑ× СΤЄΜΜΑΤΑΚΑΙΒΙΒΛΟΥСЄΙ
ΟΠΡΟΜΟΙΡЄΦΡΗΝΟΙΟΡΗΝΟΙСΙΒΟ
ΗΤΟΝΥΜΗΝΑΟΝΟΙΠΡΟΚЄΛЄΥΘΟΥС7
ΛΑΜΠΑΛΑСΥСΤΑΤΙΟΥΚΑΙΚЄΝЄΟΙС
ΛЄΧΟΥС ⌒

Versus punctis vel siglis distincti sunt.

L] κθ̄, Τι. Πετρώνιος Καπίτων ἐτῶν κ̄.

Βαιόν σοι τὸ μεταξὺ βίου θανάτοιό τ' ἔθηκε
    καὶ τύμβου, Καπίτων, καὶ θαλάμοιο Τύχη,
νύκτα μίαν ψεῦστιν καὶ ἀνηλέα, τὴν ἄνις αὐλῶν,
    τὴν δίχα σοι παστῶν, τὴν ἄτερ εἰλ[α]πίνης·
αἲ αἲ τὴν ἐπὶ πέπλα καὶ εἰς ἀμύριστα πεσοῦσα[ν]
    στέμματα καὶ βίβλους [σ]εῖο, πρόμοιρε, [τέ]φρην,
οἳ [θ]ρήνοισι βοητὸν ὑμήναον, οἳ προκελεύθους
    λαμπάδας ὑστατίου καὶ κενεοῖ[ο] λέχους.

Epigramma eleganter scriptum. Abreptus est Capito morte repentina ea ipsa nocte, quae nuptiis eius destinata erat. Hinc comparatio sepulcri et tori coniugalis, hinc nox ista omnia alia vidisse dicitur quam quae ei praestituta erant. In quam sententiam multa epitaphia composita sunt Antholog. n. 182. 183. 186. 188. 627. 711. 712. Vs. 8 sq. in verbis gratam varietatem particularum ἄνις, δίχα, ἄτερ notavit Welckerus. Idem vs. 10. ἀμύριστα etiam cum voce πέπλα construendum esse recte monuit. Sententiam horum versuum qui exercuerunt Letronnium, perspexisse videtur Welckerus; neque enim diserte exposuit. Quippe in strue rogi praeter cadaver cremandum vestes et coronae atque alia supellex cara defuncto ponebantur. Deplorat igitur poeta corporis cremati cineres in vestimenta, serta, supellectilem praeter vel infra posita corruentes. Nam rogi pluribus tabulatis constiterunt. Vestimenta et serta nunc ἀμύριστα sunt, utpote non imbuta unguentis, quae nuptiis praesto fuerunt. Nam etiam vestes unctas esse constat. Et deploratur ob id ipsum defunctus, quod mortuus est priusquam vestes unguentis nuptialibus tingi poterant. Hinc insertum est πρόμοιρε. E suppellectili memorantur libri, quos edidisse Capitonem vel scribere incepisse Welckerus putat. Quod etsi non improbabile videtur, tamen ex mentione librorum id inprimis colligi potest, litterarum studiosum fuisse Capitonem. Vss. 13. 14. hymenaeum, quod canendum erat, nunc lamentis peragitur; ὑμήναον (p. ὑμέναιον) forma Aeolica est (vide Sapph. fragm. ed. Neue n. 73. Ahrens de dial. ling. Graec. T. I. p. 100.). Faces denique, quae sponsum ad torum coniugale deducturae erant (προκέλευθοι), iam eum comitantur ad lectum extremum et inanem. Ceterum Letronnius κενὸν λέχος etiam ex eo dictum censet, quod ante nuptias obiit Capito. Conf. Vol. II. n. 2647. Annus in fronte tituli designatus XXIX manifesto ad imperium Augusti pertinet. Itaque titulus positus est a. p. Chr. 3. Homo defunctus annos viginti natus est. Letronnius quidem et cum eo Welckerus legebat ΔΚ; sed ∠ haud dubie siglum est ante notas numerales positum.

5173.

Ibidem; ex schedis proxeni Sardiniae Tripoli 1827 residentis misit Kellermannus, qui accepit a Gazzera professore Taurinensi (n. 13.).

ϹΦΥΛΛΑ
ΚΟΝΟΝΑΜ
ΑΤΡЄΙΔΑΡΤЄΜΙϹΑΚ
ΡΗΚΑΛΟΙϹЄΝΙ ΟΙϹ
ΜΑΡΚΙΑΝΗΝΙЄΡΩΔЄΡΚΟ
ΜЄΝΗΟ
Ο ΙΟϹΑΗΤΗΡ ΤΟ
ΠΛΤΗΡΙЄΡΗΩΝ Τ
Κ ΝΦΙΛΙΟΙΟ ΤЄΝ ΜΑΝ
ΔΗϹΑΜЄΝΟϹ
ΛЄΦΟΙ ΟΡΟ ΛΡΚ
ЄΝЄΤΗΡ ΚΑΙ ΤΑ
ΝΙΕΡ

Fragmentum est similis epigrammatis; quod tamen restitui non posse sponte patet. Vss. 3-10. exempli gratia legimus:

α[ἴ]ρει δ᾽ Ἄρτεμις ἀ[γροτέ]ρη καλοῖς ἐνὶ [τόξ]οις
Μαρκιανὴν ἱερῷ δερκομένη [θαλάμῳ,
ο[ὗ Δ]ιὸς ἀ[ρ]ητὴρ [ἐποεῖ]το, π[α]τὴρ ἱερήων,
εὐχωλὴ]ν φιλί[ως σ]τέ[μ]μ᾽ ἀ[να]δησάμενος.

Marciana videtur esse, in quam epigramma scriptum est. Πατὴρ ἱερήων elogium est, ut n. 5002. 5003. Vs. 12. apparet [γ]ενετῆρ[α] quod claudit hexametrum.

5174.

Ibidem, in cippo sepulcrali; edidit Pacho l. c. tab. LXV. 7.

Α ΜΟΝΑ
ΛΡΙΣΤΩΔΜ
ΖΔΕ
ΣΩΓΕΝΗΣ
ΣΩΓΕΝΟΥ
ΣΙΕ
ΩΕΙΝΤΙΛΙΑ
ΦΙΔΩΝΟΣ
ΖΙΓ

Ἀ[γε]μόνα [Ἀ]ριστ[ο]δ[ή]μ[ου]. (ἐτῶν) [λ]ε.
Σωγένης Σωγένου. (ἐτῶν) ιε.
Κο]ϊντιλία Φί[λ]ωνος. (ἐτῶν) ιγ.

5175.

Ibidem; edidit Pacho Itin. Marm. Cyren. cet. tab. LXIII. 8. Tractavit Letronnius ap. Pach. p. 395.

LVIBIOLLCATTABO
LΔ B ᐟ ᐟ ^Λ
b E
COERAVIT
ΛΕΙΗΟΣΟΥΟΣΛΕΥΚΙΟΥ
ΓΛΞΥΑΙΟΣ
ΟΣΕΠΟ

L. Vibio L. [F.] Cattabo
\- - - - - -
[faci]e[ndum]
coeravit (i. e. curavit).

Λε[ύκι]ος ὁ ὑὸς Λευκίου
[Κάττ]α[β]ος.
ὁ δεῖνα - -]ος ἐπο[ίησεν.

In titulo Latino vs. 2. interiit nomen eius, qui monumentum posuit Cattabo. Titulus Graecus paulo aliter conceptus est.

5176.

Ibidem; edidit Pacho l. c. tab. LXV. 5. Habeo etiam ex schedis proxeni Sardiniae, quas misit Kellermannus (n. 17.).

ΜΑRΚΟϹΙΟΥΛΙ
LB-ΓΙΟΥΛΙΟϹΗΡΑ
ΛЄΙΔΙΙϹ LΟΔ

Vs. 2. extr. prox. Sard. ΗRΛ.
Μάρκος Ἰούλι[ος] L β.
Γ. Ἰούλιος Ἡρα[κ]λείδ[η]ς L οδ.

5177.

Ibidem; edidit Pacho l. c. tab. LXVI. 3.

ΓΑΙΟΣΙΟΥΔΙΟΣ
ΤΟΣ

Γάϊος Ἰού[λ]ιος - - - τος.
Vs 2. fuit nomen ut Διόφαν]τος.

5178.

Ibidem, in monumento sepulcrali; edidit Pacho l. c. tab. LXV. 12. Tractavit Letronnius ap. Pach. p. 396.

ΠΙΥΛΜΑΙΟϹ
ΚΑΛΙΤΥΧΗΙΝ ΠΙΥΛΜΑΙΟΥ

Καλιτύχη (i. e. Καλλιτύχη) [L] π̄.
Π[υρα]μαῖος Π[υρα]μαίου.

Letronnius putavit legi posse καλῇ τύχῃ pro ἀγαθῇ τύχῃ. Manifesto nomen proprium est. De orthographia Καλιτύχη cf. n. 5304. Πυραμαῖος Πυραμαίου legit etiam Letronnius.

5179.

Cyrenis, in monumento sepulcrali; edidit Pacho l. c. tab. LXV. 11. Nonnulla inde legit Letronnius ap. Pacho p. 396.

ΥΠΙΛΙΝΕΚΑΛΚΑΘΕ   ΝΕΚΑΛΕΙ
ΑΠCΛΑΟ , /   ʟΛΗ

V ΙΛΙΝΕΚΑ
ΛΕΚΑΓΑΘΕ
Σ ΚΟΝΔΕ

CΤΑΛΑΝΑΠΡΙΜΑ

Ὑγ]ί[α]ινε, καλὲ κἀγαθὲ Σ[ε]κόνδε.
Ὑ[γ]ί[α]ινε, καλ[ὲ] κἀ[γα]θὲ Ἀπ[ο]λ[λώνιε],
ʟ λ̄η̄.

Ὑγίαι]νε, καλὲ - - - - -
Τὰν] στάλαν [Λ.] Πρῖμα? - - -
Initio Σεκόνδε legit etiam Letronnius.

5180.

Ibidem, in decem fragminibus lapidum; edidit Pacho l. c. tab. LXVI. 2.

h.
CΤΡΑΤΟΥC
ΟCΤΑ
ΠΛΗΡΗC

b.
ΕΠΙΚΡΑΤΟΥ

c.
ЄΠΙΚΡΤΟΥC

f.
ΝΙΚΝΝΩΡ

a.
ΓΑΩΙΡΑΙΗC

d.
ΗΝΟΔΩ|ΟΚ

i.
CΥΝΦЄΡΟΥC
CFıC

k.
CΩЄΟΥ

g.
ΠΑVCΑΙ

e.
ΜΑΡΚΟΥ
ΦΥΡ\\
ΦΡΑΞΩ

Tit. *a.* [Σ]ω[κ]ρά[τ]ης. *b.* Ἐπικράτου. *c.* Ἐπι[κρά]τους. *d.* Ἡ[λι]οδώ[ρ]ο[υ]. *e.* Μάρκου - - - Φράσω[νος]. *f.* Νικ[ά]νωρ. *g.* Παυσ[ία]? *h.* Στρατοῦς ὀστᾶ· πλήρης. *i.* Συνφέρουσ[α - -. *k.* Σώ[σ]ου.

Tit. *h.* Στρατοῦς est a recto Στρατώ. Ad vocem πλήρης intelligendum videtur substantivum ἡ θήκη vel simile.

5181.

Ibidem; edidit Pacho l. c. tab. LXVI. 9.

ΠΕΤΡΩΝΙΑC   ΒΗΡΟC
ΠΡΟΚΛΑC   ΛK

Πετρωνίας Πρόκλας.
Βῆρος ʟ κ̄.

5182.

Ibidem, fragmentum; edidit Pacho l. c. tab. LXIII. 6.

ΥΜΙΩΝ ΞΗΡ'

Ἐνδ]υμίων - - -

5183.

Ibidem; edidit Pacho l. c. tab. LXVI. 4.

ΒΑΛΑΔ
ΤΑΣΟ|ΡΙΔΑΣ
ΝΠΙΣΛΠΥΡΟΣ
ΑΘΗΚΕΤΑΙΣΠΕ
Τ<ΣΠΑΚΟ ΓΑΤ

Videtur esse: Βαλὰδ τὰς ὀφρίδας - - - ἄπυγος ἀ[νέ]θηκε ταῖς πέτ[ραι]ς Πακογάτ. Sed haec quid sibi velint, nescio. Coniicio titulum esse Iudaicum.

5184.

Ν ΝΒΙΠΙΙΟ
ΝL ΛΘΕΞΟ

LΟΤ ΑΥΑΝ
ΛΥ
ΘΟΕΥΚ ΒΙΑΝ
ΟΣΙΟΥ LΙΗ
ΑΞΠ ΡΙΓΚL
ΑLΙ ΟΣΜΑ
Μ LΚ

c.

LΦΑΜΙΝΚΗ
ΑΒΙΑΝΙΑΛΥΚΟΥ
ΕΜΔ

d.

LΟΧΟΙΑΥΙ
ΙΤΑΚΚΛ
ΓΥΧΗ
LΞΚ

a. vs. 3. Σωστικ[ρ]άτου; deinde L ιζ [Με]σορὴ L κβ. [Ἀγ]ά[θ]η - - - L μβ.
c. In parte dextra: L ι Φαμ[ε]ν(ὼθ) κη Ἀβιανία Λύκου [L] μδ.
d. L [θ] Χοιὰ[κ] ι [Καλλιτ]ύχη? L ξ[β].

5359.

Ibidem, fragmenta tria; edidit Pacho l. c. tab. LXXXV.

a.

ΑΙΤΙΠΑΧΟ
ΗЄΙΗСΟΙΛ
ϢΙΛΟϹΚΑΙ
ΙΖΥΔΑΤΟV
ΙϢΙΑΜΟΥ

b.

ΙΕΜΕΧ
ΙΖΑϹ
ΛΑΤ
Ο
ϹLΔ
ΑΕΝϢΙ ΞΙΝ
ΞΥΛ ΑΝ
LΚΗ

c.

ΝΠ
ΗΤΚΙЄ
ΝΚΕΥ.Π

a. L - - ἐ]πα[γ]ο[μ]έ[νων Ζ]ωΐλος Κ[ανδι]δάτου - - -
b. L] ε̄ aut L ιε̄ Μεχ[ὶρ] ιζ̄ Ἀσ[κ]λα[πός? - - - - -
L - - ὁ δεῖνα Σ]ύλ[λα] L κη̄.

5360.

Ibidem, fragmenta duo; edidit Pacho l. c. tab. LXXXVI.

a.

ΠΕΙΦΙΚ
ΔΕΙΑ
ΔΗΟϹ
LΙΕ
ΥΑΥϹ
Ϲ
ΡΙΤΩΝΟ
LΖ

b.

LΟΜЄ
ΛΙΠΗΓ
ΚΡΝΠΕ
ΟϹϤΝ
ΑΟЄΥΧΡ

ΗΜΕΧΙΓ
ΛΓΑΙ
ΙΟΥ
ΙΚ

a. Est ex cippo aëtomate ornato, in quo aëtomate legitur L I (i. e. L ῑ). Titulus deinceps incipit [Ἐ]πειφὶ κ̄, ἡ δεῖνα τοῦ δεῖνος L ιε̄. Sequitur alius: L - - - - [Λ]υσ[ανίας Κ]ρίτωνο[ς] L ζ̄.

b. L [θ̄] Με[χὶρ - - - - Εὐφρ]οσύνα [Θ]ευχρ[ήστα. Sequitur alius titulus: L ι]η̄ Μεχὶ[ρ - - Ἀ]γά-[θων? τοῦ δεῖνος L] κ̄.

5361.

Lapis altus 1′ 4″ 2‴, latus 1′ 1″ 4‴ Tripoli ex Barbaria translatus in Provinciam, et asservatus Aquis Sextiis apud Lebretium rei civili ac militari in Provincia praefectum. Urbs, unde lapis, *Berenice* est a Berenice Magi filia denominata, olim vocata Hesperis (vide Thrige Res Cyr. p. 180.). Inscriptionem ex apographo Bimardi primus edidit et commentatus est Scipio Maffeius a. 1732. in Galliae Antiquitt. select. epist. I. p. 5 sqq. (cf. epist. VIII. p. 38 sqq.) et in Museo Veron. p. CCCXXV sq. (cf. p. CCCXXXIX sqq.); edidit etiam Bouherius Explication de quelques marbres antiques, dont les originaux sont dans le cabinet de M. (Lebret) Aquis Sextiis a. 1733. 4. p. 30-49. qui quum lapidem male ad Berenicen Rubro mari adiacentem traxit tum in tituli interpretatione falsus est ut plurimum; cf. P. Wesseling in Diatribe de Iudaeorum archontibus cet. Traiect. ad Rhen. 1738. Ex Maffeii epistola edidit Muratorius T. II. p. DLXII. 1. cum Lat. interpret. et notis. Tractavit Freret Mém. de Litt. (Hist. de l'Acad. Roy. des Inscr. T. XXI. 1754.) p. 225 sqq. (conf. p. 270 sqq.) ratione habita praesertim aetatis tituli. De aetate tituli praeter Freretum disputarunt Nauze Mém. de l'Acad. T. XVI. p. 170 sqq. T. XXI. p. 245 sqq. et Gibertus Hist. de l'Acad. T. XXI. p. 55 sqq. Egit de ea etiam Hagenbuchius Epist. epigr. Citarunt Thrige Res Cyr. p. 14. p. 219 sq. Pacho Itin. Cyren. p. XXVI. Ideler Ench. Chronol. T. I. p. 523 sq.

[*Textum vide pag. seq.*]

Vs. 1. Bouh. .... ΤΟΥΣ quod explicat τοῦ ἔτους, male. Vs. 8. extr. Bouh. ΣΤΡΑΤΟΝΟΣ. Vs. 19. Maff. ΠΡΟΣΤΑΣΙΑΝ, Bouh. ΠΡΟΣΣΤΑΣΙΑΝ et id esse in lapide scriptum diserte docet p. 36.

Ἔ]τους νε̄ Φαῶφ κε, ἐπὶ συλλόγου τῆς σκηνοπηγίας, ἐπὶ ἀρχόντων Κλεάνδρου τοῦ Στρατονίκου, Εὐφράνορος τοῦ Ἀρίστωνος, Σωσιγένεος τοῦ Σωσίππου, Ἀνδρομάχου τοῦ Ἀνδρομάχου, Μάρκου Λαιλίου Ὀνασίωνος τοῦ Ἀπολλωνίου, Φιλωνίδου τοῦ Ἀγήμονος, Αὐτοκλέους τοῦ Ζήνωνος, Σιμίκου τοῦ Θεοδότου, Ἰασήπου τοῦ Στράτωνος· Ἐπεὶ Μάρκος Τίττιος Σέξτου υἱὸς Αἰμιλία, ἀνὴρ καλὸς καὶ ἀγαθός, παραγ[ε]νηθεὶς εἰς τὴν ἐπαρχείαν ἐπὶ δημοσίων πραγμάτων τήν τε προστασίαν αὐτῶν ἐποιήσατο φιλανθρώπως καὶ καλῶς εν τε τῇ ἀναστροφῇ ἡσύχιον ἦθος ἐνδ[ε]ικνύμενος ἀεὶ διατελῶν τυγχάνει, οὐ μόνον δὲ ἐν τούτοις ἀβαρῆ ἑαυτὸν παρέσχηται, ἀλλὰ καὶ τοῖς κατ' ἰδίαν ἐντυγχάνουσι τῶν πολιτῶν, ἔτι δὲ καὶ τοῖς ἐκ τοῦ πολιτεύματος ἡμῶν Ἰουδαίοις καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν εὔχρηστον προσστασίαν ποιούμενος οὐ δεαλείπει τῆς ἰδίας καλοκἀγαθίας ἄξια πράσσων· ὧν χάριν εδοξε τοῖς ἄρχουσι καὶ τῷ πολιτεύματι τῶν ἐν Βερενίκῃ Ἰουδαίων ἐπαινέσαι τε αὐτὸν καὶ στεφανοῦν ὀνομαστὶ καθ' ἑκάστην σύνοδον καὶ νουμηνίαν στεφάνῳ ἐλαΐνῳ καὶ λημνίσκῳ· τοὺς δὲ ἄρχοντας ἀναγράψαι τὸ ψήφισμα εἰς στήλην λίθου Παρίου καὶ θεῖναι εἰς τὸν ἐπισημότατον τόπον τοῦ ἀμφιθεάτρου. Λευκαὶ πᾶσαι.

De frequentia Iudaeorum inde ab aetate Ptolemaei Lagi filii in Cyrenaica habitantium disputat Thrige l. c. p. 219 sq. ratione habita etiam huius inscriptionis. Iudaei Berenicenses, ut Cyrenenses et Alexandrini, suos *ἄρχοντας* habebant et peculiare constituebant *πολίτευμα*. Huius *πολιτεύματος* decretum est n. 5361.; neque opus est post Wesselingium ut Maffeii sententiam refellamus decretum hoc a

..ΤΟΥΣ$\overline{ΝΕ}$ΦΑΩΦ$\overline{ΚΕ}$ΕΠΙΣΥΛΛΟΓΟΥΤΗΣΣΚΗΝΟ
ΠΗΓΙΑΣΕΠΙΑΡΧΟΝΤΩΝΚΛΕΑΝΔΡΟΥΤΟΥ
ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΟΥΕΥΦΡΑΝΟΡΟΣΤΟΥΑΡΙΣΤΩΝΟΣ
ΣΩΣΙΓΕΝΟΥΣΤΟΥΣΩΣΙΠΠΟΥΑΝΔΡΟΜΑΧΟΥ
ΤΟΥΑΝΔΡΟΜΑΧΟΥΜΑΡΚΟΥΛΑΙΛΙΟΥΟΝΑΣΙ
ΩΝΟΣΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΦΙΛΩΝΙΔΟΥΤΟΥΑΓΗ
ΜΟΝΟΣΑΥΤΟΚΛΕΟΥΣΤΟΥΞΗΝΩΝΟΣΣΩΝΙ
ΚΟΥΤΟΥΘΕΟΔΟΤΟΥΙΩΣΗΠΟΥΤΟΥΣΤΡΑΤΩΝΟΣ

ΕΠΕΙΜΑΡΚΟΣΤΙΤΤΙΟΣΣΕΞΤΟΥΥΙΟΣΑΙΜΙΛΙΑ
ΑΝΗΡΚΑΛΟΣΚΑΙΑΓΑΘΟΣΠΑΡΑΓΗΝΗΘΕΙΣΕΙΣ
ΤΗΝΕΠΑΡΧΕΙΑΝΕΠΙΔΗΜΟΣΙΩΝΠΡΑΓΜΑΤΩΝΤΗΝ
ΤΕΠΡΟΣΤΑΣΙΑΝΑΥΤΩΝΕΠΟΙΗΣΑΤΟΦΙΛΑΝΘΡΩ
ΠΩΣΚΑΙΚΑΛΩΣΕΝΤΕΤΗΙΑΝΑΣΤΡΟΦΗΙΗΣΥΧΙΟΝ
ΗΘΟΣΕΝΔΙΚΝΥΜΕΝΟΣΑΕΙΔΙΑΤΕΛΩΝΤΥΓΧΑΝΕΙ
ΟΥΜΟΝΟΝΔΕΕΝΤΟΥΤΟΙΣΑΒΑΡΗΕΑΥΤΟΝΠΑΡΕΣ
ΧΗΤΑΙΑΛΛΑΚΑΙΤΟΙΣΚΑΤΙΔΙΑΝΕΝΤΥΓΧΑΝΟΥΣΙ
ΤΩΝΠΟΛΙΤΩΝΕΤΙΔΕΚΑΙΤΟΙΣΕΚΤΟΥΠΟΛΙΤΕΥ
ΜΑΤΟΣΗΜΩΝΙΟΥΔΑΙΟΙΣΚΑΙΚΟΙΝΗΚΑΙΚΑΤΙΔΙΑΝ
ΕΥΧΡΗΣΤΟΝΠΡΟΣΣΤΑΣΙΑΝΠΟΙΟΥΜΕΝΟΣΟΥΔΙΑ
ΛΕΙΠΕΙΤΗΣΙΔΙΑΣΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣΑΞΙΑΠΡΑΣΣΩΝ
ΩΝΧΑΡΙΝΕΔΟΞΕΤΟΙΣΑΡΧΟΥΣΙΚΑΙΤΩΙΠΟΛΙΤΕΥ
ΜΑΤΙΤΩΝΕΝΒΕΡΕΝΙΚΗΙΟΥΔΑΙΩΝΕΠΑΙΝΕΣΑΙΤΕΑΥ
ΤΟΝΚΑΙΣΤΕΦΑΝΟΥΝΟΝΟΜΑΣΤΙΚΑΘΕΚΑΣΤΗΝ
ΣΥΝΟΔΟΝΚΑΙΝΟΥΜΗΝΙΑΝΣΤΕΦΑΝΩΙΕΛΑΙΝΩΙΚΑΙ
ΛΗΜΝΙΣΚΩΙΤΟΥΣΔΕΑΡΧΟΝΤΑΣΑΝΑΓΡΑΨΑΙΤΟ
ΨΗΦΙΣΜΑΕΙΣΣΤΗΛΗΝΛΙΘΟΥΠΑΡΙΟΥΚΑΙΘΕΙΝΑΙΕΙΣ
ΤΟΝΕΠΙΣΗΜΟΤΑΤΟΝΤΟΠΟΝΤΟΥΑΜΦΙΘΕΑΤΡΟΥ
ΛΕΥ ΚΑΙ ΠΑ ΣΑΙ

Berenicensibus et Iudaeis profectum censentis. Nimirum Iudaei graecissant ut in urbe Graeca. Hinc archontum nomina ut plurimum Graeca, hinc honor coronae, hinc totius decreti ratio. Titulum saeculo primo ante epocham Christianam facile quivis tribuerit. Post Cyrenaicam in formulam provinciae redactam (a. a. Chr. 75.) positum esse prodit vox ἐπαρχία vs. 11. Itaque eo anno non antiquior titulus est. Iam vero de epocha in praescriptis indicata variae coniecturae propositae sunt. Maffeius et Bouherius epocham Cyrenaicae ab anno pugnae Actiacae (a. u. c. 723. a. Chr. 31.) repetierunt; ex qua epocha annus 55. inscriptionis respondet a. p. Chr. 25. dies autem xxv. Phaophi mensis Alexandrini diei 22. mensis Octobris a. Iuliani. Quoniam autem cardo rei vertitur in eo, ut Hebraeorum Tabernacula (σκηνοπηγία) cum die xxv. Phaophi concilientur, Maffeius alium calculum iniit. Quippe Tabernacula a die xv. mensis Tisri, qui fere respondet nostro Octobri, indicta erant. Octavo festi die σύλλογος fuit (Levit. V, 34.). Itaque dies xxv. Phaophi octavo festi diei respondeat necesse est. Quod ut efficiatur, Maffeius Aegyptiaca methodo posita demonstrare conatus est a. u. c. 791. anni Aegyptii et mensis Thot primum incidisse in Augusti 14. anno autem 779. in inscriptione enuntiato incidisse in Augusti 11. Hinc proximi Phaophi primum in Septembris diem 15. incidisse, si quinque epagomenarum dies post Mesoris tricesimum et post Augusti vicesimum quartum intersererentur. Hoc modo diem xxv. Phaophi incidere in diem 10. Octobris. Quodsi epagomenarum alia forte ratio fuisset et illas diversis addidissent mensibus, quinque diebus illis non computatis, diem xxv. Phaophi in diem 15. Octobris incidere, qui Tabernaculorum fuisset ultimus. Cautius Wesselingius, qui etsi epochae Actiacae addictus tamen statuit tempus accurate definiri non posse, quia probabile sit Cyrenenses, qui longe ante Romanis paruissent, annum volubilem non dereliquisse, ac praeterea tum Seianus, acerrimus Iudaeorum osor, superesset, qui Titium sua auctoritate cohibuisset, quo minus Iudaeis se adeo benignum praeberet. Uterque igitur statuit tempus ex anno vago Aegyptiorum definiendum esse. Verum enimvero si epocha est Alexandrina Augusti, dubitari vix potest, quin menses ex calendario quod vocatur fixo computandi sint; cuius calendarii usus ab a. a. Chr. 25. repetendus est, quo anno primus dies mensis Thot vagi primum respondit diei 29. mensis Augusti. Atque dies xxv. mensis Phaophi Alexandrini utique in mensem Tisri festumque Tabernaculorum incidit; ex quo, si annus 55 ex epocha Actiaca iure deducitur, apparere videtur anno p. Chr. 25. principium mensis Tisri in primum diem m. Octobris a. Iuliani incidisse; id quod aliunde definiri propterea non potest, quod cyclus intercalationum Hebraearum nobis ignotus est. Vidimus ad n. 5144. 5145. epocham Actiacam Cyrenis receptam esse; unde etiam Bere-

nicenses ea epocha usos esse consentaneum est. Attamen Goepelius noster, vir mathematicae et astronomiae peritissimus, me docuit eam epocham intelligi non posse propterea quod dies xxv. m. Phaophi anni 55. ex illa epocha deducti nullo modo diei xxii. m. Tisri a. p. Chr. 25. respondere potuerit. Et omnino quum decretum Berenicense Tiberii aetate antiquius esse videatur, tum illud incommodum est, quod annus p. Chr. 25. incidit in tempora, quibus Iudaei variis vexationibus conflictabantur. Quippe Iudaei privilegiis, quae Caesar iis concessit, libere fruebantur inde ab anno a. Chr. 41. (vide Ioseph. Ant. XIV. c. 10. p. 360. 364.). Confirmavit ea postea Augustus, qui etiam Iudaeis in Cyrenaica habitantibus benigne providit (vide Ioseph. l. c.). Sed a. p. Chr. 19-31. Tiberii et Seiani odium in Iudaeos grassabatur (vide Tacit. Annal. II, 85. Sueton. Tib. 56. Ioseph. Ant. XVIII, 4. cet.). Hanc ob rem dixerit quispiam decretum Berenicense datum esse post a. a. Chr. 41. et ante a. p. Chr. 19. Itaque Freretus, ut definiretur epocha inscriptionis, quattuor argumentis opus esse dicebat. Primo loco ut annus 55. incideret in tempus, quo Iudaei libere fruebantur privilegiis suis; deinde ut epocha, unde deducendus annus 55. est, in ipsa Cyrenaica quaereretur, non extra; tum ut dies xxv. mensis Phaophi incideret in festum Tabernaculorum; denique ut indicia invenirentur, quibus probabile fieret M. Titium quendam eo anno fuisse in Cyrenaica. Primum et ultimum argumentum multis dubitationibus obnoxia esse bene monuit Nauzius, de duobus reliquis consentiens is cum Frereto. Nos etiam secundum argumentum ut minus necessarium iudicemus, faciunt tituli n. 5144. 5145. ex quibus epocha Actiaca Cyrenis recepta videtur. Freretus autem epocham in eo tempore quaerit, quo Lucullus a Sulla Cyrenen missus ad naves colligendas dicitur turbas ibi per Iudaeos excitatas composuisse. Lucullum Cyrenen venisse anno a. Chr. 88. exeunte aut anno 87. ineunte. Itaque epocham ab a. 87. deducendam esse; ex quo annus 55. respondeat a. a. Chr. 33. Sed ut parum probabile est Berenicenses epocham sibi instituisse a re non ad ipsos pertinente nec satis memorabili desumptam, ita Nauzius copiose demonstravit Lucullum non anno 88. exeunte vel 87. ineunte, sed hieme anni 86. Cyrenen appulisse; praeterea idem sibi visus est iure contendere festum Tabernaculorum anno 33. in mensem Aegyptium Thoth potius quam in mensem Phaophi incidisse; quam rem nunc non opus est ut accuratius examinemus. Quod autem Nauzius proposuit epocham ab autonomia Cyrenaicae a. a. Chr. 96. repetendam esse, etsi aliquanto probabilius videtur, tamen non omni dubitatione vacat. Et falsus est Nauzius in eo, quod annum 55. ex ea epocha anno a. Chr. 41. respondere dixit. Nam quum annus 96. anno Alexandri 229. respondeat, qui annus incipit die 16. m. Septembris anni 96. principium anni 55. diem 3. mensis Septembris anni 42. statuas necesse est, qui dies respondet primo mensis Thoth anni Alexandri 283. Hinc initio capto Freretus totam Nauzii rationem impugnare conatus est, recte monens demonstrari non posse ante a. a. Chr. 25. calendarium quod vocatur fixum adhibitum esse; quo calendario usus Nauzius calculum suum absolvit. Quumque annus 55. non respondeat anno 41. sed anno 42. Freretus monuit huius anni 42. diem xxv. m. Phaophi, qui est dies 27. m. Octobris, fuisse octavum diem mensis Marschevan; quo modo, etiamsi quis intercalationem extraordinariam factam putet, fieri non posse, quin dies 25. mensis Aegyptii integra hebdomade antecedat primum diem festi Tabernaculorum. Anno autem 42. decretum positum esse propterea non probabile est, quod tum Brutus et Cassius tenebant Cyrenaicam, quos durius in Iudaeos statuisse ex Iosephi verbis intelligi potest. His igitur missis aliam epocham proposuit Gibertus, sumpto anno Cyrenaicae in provinciae formulam redactae, quod factum putat a. a. Chr. 67. ex quo annum 55. dicit respondere anno a. Chr. 13. Eo anno diem primum mensis Nisan incidisse in diem 5. m. Aprilis a. Iuliani, ita ut primus dies mensis Tisri responderit diei 29. m. Septembris; proinde diem 22. m. Tisri fuisse diem 20. m. Octobris. Tabernaculorum autem σύλλογον habitum esse a vespere diei 19. m. Octobris usque ad vesperem diei 20. mensis eiusdem. Iam diem 25. m. Phaophi vagi eo anno respondisse diei 19. m. Octobris. Unde sequi vespere diei 19. m. Octobris a. a. Chr. 13. decretum datum esse. Hac epocha usos esse Cyrenenses maxime probabile videtur etiam Belleio (Mém. de l'Académie des Inscr. T. XXXVII. 1774. p. 375.). Omninoque Giberti rationes partim confirmatas video accurata disquisitione, quam rogatus a me vir amicissimus Goepelius instituit. Is enim posito spatio a. a. Chr. 45. usque ad a. p. Chr. 9. tabulam concinnavit, unde appareret, quo anno dies 25. m. Phaophi in diem 22. m. Tisri ac proinde dies 4. m. Phaophi in diem 1. m. Tisri incidisset. De iisdemque annis aliam confecit tabulam, ex qua constaret, quem in diem calendarii Iuliani incidat dies 4. m. Phaophi secundum calendarium vagum et fixum. Goepelii igitur rationes hae sunt:

Annis a. Chr. 45. usque ad a. p. Chr. 9. media novilunia auctumni incipientis incidunt in dies hos:

a. Chr. 45.	Sept. 23.	a. Chr. 27.	Oct. 4.	a. Chr. 9.	Oct. 14.
44.	Oct. 11.	26.	Sept. 23.	8.	„ 4.
43.	„ 1.	25.	Oct. 11.	7.	Sept. 23.
42.	„ 20.	24.	„ 1.	6.	Oct. 12.
41.	„ 8.	23.	Sept. 20.	5.	Sept. 30.
40.	Sept. 27.	22.	Oct. 9.	4.	„ 20.
39.	Oct. 16.	21.	Sept. 27.	3.	Oct. 9.
38.	„ 6.	20.	Oct. 16.	2.	Sept. 28.
37.	Sept. 24.	19.	„ 6.	1.	„ 16.
36.	Oct. 13.	18.	Sept. 25.	p. Chr. 1.	Oct. 5.
35.	„ 2.	17.	Oct. 13.	2.	Sept. 25.
34.	Sept. 22.	16.	„ 2.	3.	„ 14.
33.	Oct. 10.	15.	Sept. 22.	4.	Oct. 2.
32.	Sept. 29.	14.	Oct. 10.	5.	Sept. 21.
31.	Oct. 18.	13.	Sept. 29.	6.	Oct. 10.
30.	„ 7.	12.	Oct. 18.	7.	Sept. 30.
29.	Sept. 26.	11.	„ 7.	8.	„ 18.
28.	Oct. 15.	10.	Sept. 26.	9.	Oct. 7.

Mensis Phaophi dies IV. ex calendario vago:

annis a. Chr. 45 - 42.	incidit	in	diem	6.	m. Oct.
41 - 38.	»	»	»	5.	»
37 - 34.	»	»	»	4.	»
33 - 30.	»	»	»	3.	»
29 - 26.	»	»	»	2.	»
25 - 22.	»	»	»	1.	»
21 - 18.	»	»	»	30.	m. Sept.
17 - 14.	»	»	»	29.	»
13 - 10.	»	»	»	28.	»
9 - 6.	»	»	»	27.	»
5 - 2.	»	»	»	26.	»
p. Chr. 1 - 3.	»	»	»	25.	»
4 - 7.	»	»	»	24.	»
8 - 11.	»	»	»	23.	»

Mensis Phaophi dies IV. ex calendario fixo:

annis a. Chr. 45 - 42.	incidit	in	diem	1. (tribus prioribus annis) 2. (quarto anno)	m. Oct.
41 - 38.	»	»	»	1. 2.	m. Oct.
37 - 34.	»	»	»	1. 2.	»
33 - 30.	»	»	»	1. 2.	»
29 - 26.	»	»	»	1. 2.	»
25 - 22.	»	»	»	1. 2.	»
21 - 18.	»	»	»	1. 2.	»
17 - 14.	»	»	»	1. 2.	»
13 - 10.	»	»	»	1. 2.	»
9 - 6.	»	»	»	1. 2.	»
5 - 2.	»	»	»	1. 2.	»
p. Chr. 1 - 3.	»	»	»	1. 2.	»
4 - 7.	»	»	»	1. 2.	»
8 - 11.	»	»	»	1. 2.	»

Ex calendario Hebraeorum mensis incipiens uno die et dimidio post novilunium incidit aut ad summum quaternis diebus. Igitur ex tabula priori quaerendi anni ii sunt, quibus qui adscripti dies sunt incidunt ad summum quaternis diebus aut ad minimum uno die et dimidio citius quam qui respondent dies in tabula altera. Illis annis autem mensis Phaophi dies IV. respondere m. Hebraici diei I. potest ac proinde m. Phaophi dies XXV. m. Hebraici diei XXII. Et probabiliores anni ii sunt, quorum dies adscripti proximi ad dies $1\frac{1}{2}$ aut 2 incidunt maturius quam qui iis respondent in tabula secunda.

Ita constitutis tabulis prodibunt

A. pro calendario fixo:

anni 40, 32, 21, 13, 2 ante Chr. et annus 7 p. Chr. quorum annorum probabiliores videntur a. 32, 13, 7.

B. pro calendario vago:

anni 35, 32, 21, 10 ante Chr. et 2, 5 p. Chr. quorum rursus probabiliores habeas a. 21 et 5.

Iam quum annus de quo quaeritur debeat esse annus 55 epochae, huius initium incidet

A. pro calendario fixo:

in annos 94, 86, 75, 67, 56, 48 ante Chr. atque in diem 29 vel 30 m. Augusti: horumque annorum maxime probabiles fuerint a. 86, 67, 48.

B. pro calendario vago:

in	annos	89.	d.	14.	m.	Sept.
»	»	86.	»	14.	»	»
»	»	75.	»	11.	»	»
»	»	64.	»	8.	»	»
»	»	53.	»	5.	»	»
»	»	50.	»	5.	»	»

quorum annorum probabiliores videantur esse a. 75 et 50.

His ita positis ultro delabimur aut ad a. a. Chr. 67. inque tempora ea, quibus Cyrenaicam in formulam provinciae Romanae redactam esse tradit Eutropius VI, 9. *bellum Creticum ortum est. ad id missus Caecilius Metellus ingentibus proeliis intra triennium omnem provinciam cepit appellatusque est Creticus atque ex insula triumphavit. quo tempore Libya quoque Romano imperio per testamentum Apionis, qui rex eius fuerat, accessit: inclytae civitates erant Berenice, Ptolemais et Cyrene;* aut ad a. a. Chr. 75. quo fere tempore id factum esse narrat Appianus de bello civ. I, 111. *τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους, ἕκτης ἑβδομηκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος οὔσης, δύο μὲν ἐκ διαθηκῶν ἔθνη Ῥωμαίοις προσεγίγνετο· Βιθυνία τε Νικομήδους ἀπολιπόντος καὶ Κυρήνη Πτολεμαίου τοῦ Λαγίδου βασιλέως, ὃς ἐπίκλησιν ἦν Ἀπίων,* cui auctori fuerunt qui maiorem fidem habendam esse censerent (vide Thrige l. c. p. 274 sqq.). Nunc vero annum epochae 67. pridem a viris doctis probatum (vide Thrige l. c.) etiam astronomicis rationibus firmatum ideoque praeferendum vidit Goepelius. Atque omnino Cyrenaica postquam inde ab a. a. Chr. 96. libertate a Senatu concessa abusa est, statim cum Creta recens subacta a. a. Chr. 67. coniuncta fuisse videtur. Accedit quod hic annus epochae quodam modo confirmatur fragmento codicis Liviani, quod extat in bibliotheca regia Berolinensi; cuius fragmenti quum in una pagina consulatus Caecilii Metelli Cretici facta mentio sit (a. a. Chr. 69.), in altera de Cyrenaica in provinciam redacta dictum habetur, ut hoc factum proxime ab a. a. Chr. 69. videatur. Itaque coniicias minus accuratam memoriam esse Appiani: in quo etiam illud mirum, quod, quum alias non soleat diserte commemorare Olympiadem, hoc loco tempus ex Olympiade designatur: quae designatio videndum ne de arbitrio illata sit. Sed parum refert. Nam Appianus ibi narrat res illa Olympiade gestas. Videtur autem cum sorte Bithyniae, quae per testamentum imperio Romano a. 75. accessit, statim coniunxisse Cyrenaices commemorationem utpote et ipsius per testamentum subiectae, temporum incuriosior. Nam Cyrenaica imperio Romano accessit a. 96. sero illa provincia Romana futura. Quae si ita sunt, qui in inscriptione nostra designatus dies est XXV. m. Phaophi anni 55 incidit in diem 22. m. Octobris a. a. Chr. 13. Quumque eo tempore usus calendarii fixi publice receptus videatur, nihil obstat quo minus epochae initium d. 29. m. Augusti a. a. Chr. 67. statuamus; ut Cyrenaica provincia facta sit inter a. 67. d. 29. m. Aug. et a. 66. d. 29. mensis eiusdem.

M. Titius Sexti filius extraordinario imperio in Cyrenaicam missus videtur. Is qui fuerit non liquet. Maffeius, qui epocham Actiacam statuit, M. Titium decreto honoratum M. Titii a. u. c. 723. a. Chr. 31. Consulis suffecti ex Sexto filio nepotem esse existi-

mavit. Freretus qui epocham ab a. a. Chr. 87. deducendam arbitratus est, M. Titium a. 31. Consulem suffectum intelligendum esse censuit. Huius M. Titii non infrequens mentio est in rebus ad triumviratum pertinentibus. Nempe fuit quaestor Antonii (Appian. Parth. 86.), a quo a. 36. missus est ad S. Pompeium ex Sicilia profugum, quem interfecit (Appian. bell. civ. passim. Vell. Paterc. II, 79. Dio Cass. XLII. p. 375. 402.). Postea cum L. Planco ad Octavianum sese contulit (Dio Cass. L. p. 427. Vell. Paterc. II, 83.): anno deinceps 31. Consul suffectus in pugna Actiaca magister equitum fuit (Gruter. p. CCXCIX.), mox praefectus Syriae (Ioseph. Ant. Iud. XVI. p. 733. Dio Cass. LIV, 525. Strab. XVI, 748.). Ac sane M. Titius qui titulo nostro honoratur videri potest esse ille ipse, qui olim una cum patre Titio confugisse ad Pompeium dicitur in Siciliam (Dio Cass. XLVIII. p. 375.). Sexti Titii duo innotuerunt, alter tribunus plebis a. a. Chr. 99. (Cic. Brut. 62. pro Rab. 9. Val. Max. VIII, 1. Iul. Obseq. de prodig. c. 106.), alter duumvir a. a. Chr. 33. 32. (Gruter. p. CCXCIX.), quem patrem M. Titii nostri putat Freretus.

Superest ut de singulis dicamus. Archontes numero novem sunt. Erudite de his disputavit Bouherius, Iosepho Antt. Iud. IV, 8, 4. in subsidium vocato, qui refert Moysen edixisse ut per singulas civitates septemviri iudices sederent, quibus adiungendi essent e tribu Levitica δύο ἄνδρες ὑπηρέται; ubi per ὑπηρέτας intelligi possint legis doctores atque interpretes, prioribus dignitate non inferiores. Sic archontes Iudaeis novem esse totidemque praescriptos esse decreto Berenicensi. In quo Bouherius non assentientem habet Wesselingium, qui ὑπηρέτας ap. Iosephum contendit ministros intelligendos esse, qui magistratibus apparuerint, γραμματοεισαγγελεῖς illos et γραμματεῖς vocatos a LXX interpretibus, prouti in Cod. Sanhedr. IV, 3. tradatur duos scribas summo senatui perpetuo affuisse. Ad hoc tamen munus apud Iudaeos non electos esse nisi qui honesto loco nati fuissent quorumque fides et industria perspecta esset. Ac sane dubitari potest, num archontes Iudaeorum Berenicensium habendi sint pro septem illis iudicibus eorumque ὑπηρέταις. Constat enim Iudaeis Alexandrinis ex concessione Lagidarum ἐθνάρχην praefuisse, neque Augustum quidquam immutasse in rebus eorum, nisi quod ultimo ethnarcha fatis functo Senatus (γερουσία) fuerit constitutus, in quo qui allecti essent, ἄρχοντες appellabantur (Philo in Flacc. p. 975.). Ex Senatu igitur novem quotannis electi et praesides collegii videntur civilem Iudaeorum magistratum constituisse. Hos ab archisynagogis distinguendos esse sponte patet, neque opus est ut in subsidium vocetur titulus, in quo memoratur Alfius quidam archon et archisynagogus; de quo titulo male iudicatum esse a Te Watero (Dissert. de archonte ap. Iud. Miscell. Duisb. T. I. Fasc. II. p. 234.) notavit Wesselingius. Igitur missum facere possumus quod traditur in Cod. Sanhedr. I, 6. in maioribus civitatibus XXIII, in minoribus III viros impositos esse. Quod autem Iosephus (de vita sua p. 57. coll. Bell. Iud. II, 21, 9.) refert Tiberiade Senatui DC virorum praefuisse τοὺς δεκαπρώτους (decuriones), hoc institutum non ad rem publicam Iudaicam pertinere sed esse in municipiorum formam comparatum in schedis monuit Boeckhius. Ceterum archontes circa Septembrem munus suum ingredi solitos prodidit qui homiliam in natalem Ioannis scripsit vulgo Chrysostomo tributam.

Vs. 24. σύνοδον de Iudaeorum coetu, qui sacrorum causa septimo quoque die cogebatur, ex Philone et Iosepho adstruit Wesselingius. Vs. 25. de lemniscis coronarum nota res est. Maffeius ablegat ad Festum v. *lemnisci*. Cic. or. pro Roscio et Auson. epist. 20. Διλήμνιον habes Vol. II. n. 2525. *b*. Vs. 26. stela ex marmore Pario praecipitur. Lapis hic etiam in Aegypto quaesitus videtur antiquitus, siquidem pars Labyrinthi dicitur ex marmore Pario exstructa. Vs. 27. Amphitheatrum hoc exstruxit Decimus Valerius Dionysius (vide n. 5362.). Id unum difficultatem Wesselingio creare videtur, qui dici possit, decretum Iudaeorum in Amphitheatro ponendum esse. Sed rem ita expedit, quum tale quid saepe fecerint in synagogis, quidni id ipsum a Berenicensium magistratu obtinuissent, quo ipsorum pietas in Titium conspectior foret. De qua re dubitari eo minus posse videtur, quod sponte patet eidem Titio decretum peculiare datum esse a Berenicensibus et ipsum in Amphitheatro ponendum. Amphitheatrum h. l. Maffeius intellegit ligneum, qualia ab I. Caesare initium sumpsissent, ablegans ad dissertationem a se scriptam de Amphitheatris I, 3, 10. Postremo quod dictum est λευκαὶ πᾶσαι (sc. ψῆφοι), eo addito apparet honorem in Titium collatum augeri utpote cunctis suffragiis decretum. Conf. n. 5362.

5362.

Lapis similis ex eodem loco, ex quo n. 5361. et Aquis Sextiis apud eundem praesidem asservatus, de quo Maffeius Gall. antiq. quaed. select. ep. 8. p. 39. et Mus. Veron. p. CCCXL. haec: „*evanuere maximam partem detrito marmore litterae, ita ut ex iis separatim ut plurimum interlucentibus aliqua vix tandem verba expiscari valuerim. In versu primo* ΧΟΝΤΩ *videas:* ἐπὶ ἀρχόντων *erat; et nomina exinde habebantur, quorum vestigia quaedam in subsequentibus quatuor olfeci. Hinc sparsim et intercise:* ΠΟΙΩΝ. ΑΓΑΘΩΝ. ΚΑΤΙΔΙΑΝ. ΤΟΥ. ΑΜΦΙΘΕΑΤΡΟΥ. ΟΙΚΟΥΣ. ΟΝΟΜΑΣΤΙ. ΑΝΑ ΓΡΑΨΑΝΤΕΣ. *ad calcem:* ΤΟΠΟΝΤΟΥΑΜΦΙΘΕΑΤΡΟΥ. ΛΕΥΚΑΙΠΑΣΑΙ. *Subter aliquanto maioribus litteris* scripta sunt quae sequuntur, *ex quibus intelligimus in huius Dionysii gratiam psephisma captum fuisse et in conspicua Amphitheatri parte pariter collocatum, quod publicis aedificiis tectorium induxisset et Amphitheatrum impensa sua Berenicensium reipublicae dedisset.* Ex Maffeio titulum repetiit Muratorius T. I. p. CDLXXXVII. 5.

ΔΕΚΙΜΟΣΟΥΑΛΕΡΙΟΣΓΑΙΟΥΥΙΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΣ
ΤοΥΣ ΟΙΚΟΥΣΕΚΟΝΙΑΣΕΝΚΑΙΤΟΑΜΦΙ
ΘΕΑΤΡΟΝΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝΤΟΙΣ
ΙΔΙΟΙΣΔΑΠΑΝΗΜΑΣΙΝ........
ΤΩΙΠΟΛΙΤΕΥΜΑΤΙ

Decretum fuit simillimum ei quod est n. 5361. In fine scripta erant fere haec: Οἱ δὲ ἄρχοντες] ἀναγράψαντες [τὸ ψήφισμα εἰς στήλην λίθου Παρίου στησάτωσαν εἰς τὸν ἐπισημότατον] τόπον τοῦ ἀμφιθεάτρου. Λευκαὶ πᾶσαι. Conf. n. 5361. Sequitur titulus ex fronte Amphitheatri opinor repetitus:

Δέκιμος Οὐαλέριος Γαΐου υἱὸς Διονύσιος τοὺς οἴκους ἐκονίασεν καὶ τὸ ἀμφιθέατρον κατεσκεύασεν τοῖς ἰδίοις δαπανήμασιν [Βερενικέων] τῷ πολιτεύματι.

Amphitheatrum ligneum fuit, cuius partem videntur οἱ οἶκοι constituisse. Decretum altero n. 5361. antiquius est videturque a Berenicensibus profectum. Quod si ita est, apparet formam πολιτεύματος Iudaeorum (n. 5361.) ex πολιτεύματι Berenicensium fere expressam fuisse. Nam his quoque vs. 1. ἄρχοντες plures comparent. Πολίτευμα autem Berenicensium civitas ideo vocatur, quod singulae urbes Cyrenaicae diversas constituebant civitates.

5362. *b*.

Lapis in oris Cyrenaices repertus indeque translatus Alexandriam; edidit H. C. Agnew Remarks on some remains of ancient greek writings cet. in Archaeologia or miscellaneous tracts of relating to antiquity Vol. XXVIII. Lond. 1840. tab. XIII. (cf. p. 169.); unde petiit Welckerus Mus. Rhen. I. 1842. p. 209. n. 17.

ΔΕΡΚΕΟΤΑΝΑΡΙΣΑΜΟΝΟΔοΙΠΟΡΕΤΑΝΦΕΡΕΝΙΚΑΣ
ΕΙΚΟΝΑΤΑΣΜΕΛΕΑΣΑΝΤΑΦοΣοΥΤοΣΕΧΕΙ
ΑΤοΠΡΙΝΕΠΚΑΛΥΒοΙΣΝΥΝΔΕΙΣΑΧΕΡΟΝΤΑΜοΛοΥΣΑ
ΑΣΤΕΡοΜΑΝΤΩΝΠΡΙΝΝΥΜΦΙΔΙΩΝΘΑΛΑΜΩΝ
ΠΑΤϱΙΓοοΥΣΠϱΟΛΙΠοΥΣΑΦΙΛοΞΕΝΩΙοΣΤΟΔΕΤΕΥΞΕΝ
ΕΙΔΩΛοΝΝΥΜΦΑΣΜΝΑΜΟΣΥΝοΝΘΕΜΕΝοΣ

Δέρκεο τὰν ἀρίσαμον, ὁδοιπόρε, τὰν Φερενίκας
εἰκόνα τᾶς μελέας, ἃν τάφος οὗτος ἔχει·
ἃ τὸ πρὶν ἐ[ν] καλύβοις, νῦν δ' εἰς Ἀχέροντα μολοῦσα,
ἃ στερόμαν τῶν πρὶν νυμφιδίων θαλάμων
πατρὶ γόους προλιποῦσα Φιλοξένῳ, ὃς τόδ' ἔτευξεν
εἴδωλον νύμφας, μναμόσυνον θέμενος.

Vs. 3. κάλυβος Hesychio teste est i. q. καλύβη i. e. παστάς, θάλαμος. Ad verba ἃ τὸ πρὶν ἐν καλύβοις intellige οὖσα. Ceterum post participia repetitur ἃ, quam repetitionem minus concinnam evitare auctor poterat scribendo ἐστερόμαν. Vs. 5. Philoxenum patrem male primus auctor pro sculptore habuit.

APPENDICIS LOCO CYRENAICIS TITULIS SUBIUNXIMUS INSCRIPTIONES EX REGIONIBUS IN MERIDIEM VERGENTIBUS REPORTATAS.

5363.

Lepti Africae; transcripsit De la Porte, Consulatui generali Franciae ab epistolis; edidit Ali Bey El Abbassi (Hispanus personatus, conf. ad Vol. II. n. 2629.) Travels T. I. tab. XV. p. 242. aeri incisa fragmenta duo.

a.

ΟΝΠΛΙΛΑΜ
ΚΛѠϹЄΝΟΜΘΙΡѠ-ΠΛΙΛΑΜΕΙΜΒΕΙ
ϹΑΙΚΛΙΛΦΕΝΕΝΕΑΝΥΚΤΑΠΕRΑϹΑΙ

b.

ωΠωϹΙ·
ωΝΟϹ·Α
ЄΙϹ·ΨΥ
VЄΜЄΡЄΡ

a. Est fragmentum epitaphii metrici ita fere comparatum:

- - - - - - - - ον π[α]ῖ[δ]ά μ' [ἔθηκαν
δύστηνοι γονέες, μίτος οἷς ἐπέ]κλωσεν ὁ Μοιρῶν
π[α]ῖ[δ]ά με [τυ]μβε[ῦ]σαι κ[α]ὶ [ἀ]φε[γγ]έα νύκτα περᾶσαι.

Versum 3. restituit Boeckhius.

b. Tituli item sepulcralis fragmentum, quod videndum ne ita restitui possit:

Ἡ δεῖνα τῷ δεῖνι] - - ωπῷ Σ[τράτ]ωνος? ἀ[νδρὶ ἑα]υ[τῆς βεν]ὲ μέρε[ντι i. e. *bene merenti.*

5364.

Ad Syrtim in loco Agidebia, a mari octo milliariis; misit Jomardus.

CHЄH....ογ
NI...CHK
ω ΓEISAΓ PAEEΓ
ERK

Nihil certi definiri potest.

5365.

Ex ruderibus Carthaginis vasculum extat Neapoli in Museo Borbonico (vide Morgenbl. z. Kunstbl. 1835. n. 39.), cuius vasculi in collo inscriptio est: edidit Gerbard. Neapels antike Bildwerke I, 348. Citat Radulphus Rochettus Lettre à Mr. Schorn p. 14.

ΧΑΡΜΙΝΟC ΘΕΟΦΑΜΙΔΑ
ΚΩΙΟC

Χαρμῖνος Θεοφαμίδα Κῷος.

5366.

In provincia Constantine; misit Hase Parisinus a. 1839. Graeca inscriptio edita est in Excursions dans l'Afrique septentrionale par les delégués de la Société établie à Paris pour l'exploration de Carthage Par. 1838. 8. p. 23.

ΙΙΙΟΥΛΙΩΙΓΕΜΙ
ΝΙΩΙΜΑΡΚΙΑΝΩ
ΠΡΕCΒΕΥΤΗCΕ
ΒΑCΤΩΝΑΝΤΙCΤΡΛ
ΓΗΓΩΥΠΑΤΩΑΔΡ
ΗΝΩΝΠΟΛΙCΗ
ΤΗCΑΡΑΒΙΑCΔΙΑ
ΔΑΜΑCΕΟΥCΚΟ/
ΑΙΦΟΥΠΡΕCΒΕ\
ΤΗΑΔΡΑΗΝΩΝΕ
ΠΑΡΧΕΙΑCΑΡΑΒΙΑC
TRANSLATAABVRBESECVN
DVMVOLVNTATEMMARCIA
NITESTAMENTOSIGNIFICAT
M
D D

VLIOPFILQVIR
MINIOMARCIANO
SODALITITIOPROCOSPROVIN
EMACEDONIAELEGAVGPROPR
VINCIAEARABIAELEGAVGGSV
VEXILLATIONESINCAPPA
CIALEGAVGLEGXGEMINAE
PROPRPROVINCAFRICAE
\ETORITRIBPLEBQVAESTORI
LBVNOLATICLAVIOLEC X
ETENSISETLEGIIIISCY
ICAEIIIVIROKAPITALI
TIMOCONSTANTISSIMO
VRMIVSFELIXPRIMI
LARISLEGIIICYRENEICA
\ATORINARABIAMAIORI\
MPOR·ISLEGATIONISEIVS
O N C A V S A D D

Π.] Ἰουλίῳ Γεμινίῳ Μαρκιανῷ, πρεσβευτῇ Σεβαστῶν ἀντιστρ[ατ]ήγῳ, ὑπάτῳ, Ἀδρ[α]ηνῶν πόλις ἡ τῆς Ἀραβίας διὰ Δαμᾶ Σεου[ηρι]α[ν]οῦ πρεσβε[υ]τ[οῦ] Ἀδραηνῶν ἐπαρχείας Ἀραβίας.

Translata ab urbe secundum voluntatem Marciani testamento significat[a]m.

D(ecreto) D(ecurionum).

Plures Marciani dignitates enumerantur in titulo Latino, qui idem in Arabia, ut videtur, positus est: *P. Iulio P(ublii) fil(io) Quir(ina) [Ge]minio Marciano, [Cos.] Sodali Titio, Proco(nsuli) provin[cia]e Macedoniae, leg(ato) Aug. pro Pr(aetore) [pro]vinciae Arabiae, leg(ato) Augg. su[per] vexillationes in Cappa[do]cia, leg(ato) Aug. leg. x. Geminae, [leg](ato) pro Pr(aetore) provinc(iae) Africae, [pra]etori, trib(uno) pleb(is), quaestori, [tri]buno laticlavio leg. x. [Fr]etensis et leg. IIII. Scy[th]icae, IIIviro kapitali, [op]timo constantissimo [D]urmius Felix primi[pi]laris leg. III. Cyren[a]ica[e cu]rator in Arabia maiori [te]mporis legationis eius hon(oris) causa d. d.* Tituli honorarii vivo Marciano Romam delati, mox ex testamento eius in Africam translati sunt, ubi videtur mortuus esse. Idem Geminius Marcianus, ni fallor, Aphrodisiade laudatur imperante Commodo, Vol. II. n. 2742. ubi ἀνθύπατος audit. Tituli Latini vs. 2. [*cos.*] et quae vss. 13-18. reficta sunt, debentur A. W. Zumptio, qui quae de temporibus mecum communicavit, haec sunt: „Arabiam in provinciae formam redactam esse constat a Traiano a. 105. quare ante hoc tempus non potuit poni hic titulus. Nec ultra medium saeculum tertium reiici patitur totus color inscriptionis gradusque honorum, qui enumerantur. Atque per hoc spatium ter bini Augusti fuerunt, primum M. Aurelius et L. Verus, deinde Septimius Severus et Caracalla, tum per annum fere Caracalla et Geta. Iam quo minus Augustos primo loco nominatos hic intelligamus, haec res obstat: Vs. 16. commemoratur *Arabia maior*, ac qui plurimum statuunt, unam modo partem Arabiae a Traiano occupatam esse narrant, in qua ipsa parte urbem Adraam, quae in titulo Graeco commemoratur, sitam fuisse ex nummis apud Eckhel. D. N. III. p. 499. intelligimus. Amplificavit autem Arabiae fines Severus, a. 195. quo Arabicus et Adiabenicus nominari coepit, quo tempore quod subiectum est, etsi veteri provinciae addebatur, recte potuit *Arabia minor* appellari. Hac igitur de causa non arbitror Augustos h. l. dici M. Aurelium et L. Verum; neque impedit quod idem Geminius Marcianus Aphrodisiade videtur sub Commodo imperatore commemorari. Nec tamen magis censeo in titulo quidem Graeco Σεβαστοὺς esse Severum et Caracallam. Nam quid causae esse dicemus, quod Marcianus in illo dicatur *Legatus Augustorum pro praetore provinciae Arabiae*, in Latino *legatus Augusti*? Si statuemus, praefuisse eum Arabiae eo tempore quo Caracalla Augustus appellatus est, i. e. a. 197. (vide Borgh. Diurn. Arcad. 1830. II. p. 179.), ut et Augusti et Augustorum esset legatus, tamen, quoniam reliquos honores eodem Caracalla imperio socio adeptus est, fieri non potuit, ut non Augustorum potius quam Augusti legatus diceretur. Quare necesse est legationem Arabiae ei esse delatam ipso anno 211. postquam Severus mortuus est; nam usque ad eius mortem inde ab anno 209. tres Augusti fuerant. Tum igitur Caracalla cum Geta imperabat; sed cum Geta occisus esset a fratre inimico et hostis iudicatus, apparet rectissime et in titulo Graeco, ipso a. 211. posito, Augustos appellari et in Latino, qui in tempus posterius incidit, unum modo Augustum."

PARS TRIGESIMA SECUNDA.

INSCRIPTIONES SICILIAE CUM MELITA, LIPARA, SARDINIA.

SECTIO PRIMA.

SYRACUSAE, ACRAE, BIDIS, NETUM, HELORUM, GELA, AGRIGENTUM, MAZARA.

5367.

Syracusis, fragmentum inscriptionis, quae duabus columnis erat inscripta; ex apographo Caesaris Comitis Caietano edidit Castellus princeps Turris Mutiae Inscr. Sicil. Class. XVIII, 3. p. 262.

a.

- - - - - - -
- - - - - - -
- - - - - - -
- - - - - - -
. . . . . ΙΦΡΟΝΤΙΞΕΙΝ
. . . . . ΒΑΣΙΛΕΩΝΚΑΙΤΑΝ
. . . . . ΙΔΩΝΠΑΣΑΝΠΑΡ
. . . ΙΕΙΣΑΜΕΕΥΝΟΙΑΝ
. . ΓΑΜΟΝοΝΠΑΡΕΣΚΕΥ
. . ΥΡΑΚΟΣΙΟΙΣΦΑΝΕΡΟΝΔΗ
. . ΤΟΣΟΥΤΟΙΣΕΤΕΣΙΩΝ
. . ΟΤΕΡΟΝΑΓΗΜΕΝΩΝ
. . ΛΙΚΑΥΤΑΙΥΠΑΡΧ
. . . ΑΔΙΤΟΤΕΚΟΙΝ
. . . . ΕΑΜΕΙΣ
. . . . ΣΤ
- - - - - - -

b.

- - - - - - -
. . . . ΙΔΕΝΕΞΟΥ . . . .
ΔΙΔΩΤΕΠΡΑΣΣΕΙΝΑ . . .
ΠΡΑΞΕΙΝΕΤΙΔΕΚΑΙ . . . .
ΟΙΠΑΤΕΡΕΣΥΜΩΝΚΑΙ . .
ΔΙΑΦΥΛΑΣΣΕΙΝΑΕΝΤΙ . .
ΟΡΚΙΟΝΒΟΥΛΑΣ . .
ΚΑΙΤΩΝΑΛΛΩΝ . .
ΟΜΝΥΩΤΑΝΙΣΤΙΑΝΤΩ . .
ΤΟΝΟΛΥΜΠΙΟΝΚΑΙΤΑΙ . .
ΠΟΣΕΙΔ - - - - -
- - - - - - -
- - - - - - -
- - - - - - -
- - - - - - -
- - - - - - -

a.

- - - - - - - - - -
- - - - - - - - - -
- - - - - - - - - -
- - - - - - - - - -
- - - - - - - φροντιξεῖν
ὑπὲρ τῶν ἁμετέρων] βασιλέων καὶ τᾶν
ἁμετερᾶν βασιλ]ίδων πᾶσαν παρ-
εχόμενος τυγχάνε]ι εἰς ἁμὲ εὔνοιαν
τά τ᾽ ἄλλα καὶ κατὰ τὸν] γάμον, ὃν παρεσκευ-
άσαντο, ἔδοξε Σ]υρακοσίοις φανερὸν δὴ
- - - - - τοσούτοις ἔτεσι - -
ἐπὶ τῶν πρ]ότερον ἀγημένων
ἁμῶν] - - - αὐτᾷ ὑπάρχ - - -
- - - - - τό τε κοιν[ὸν
- - - - - - - - -
- - - - - - - - -
- - - - - - - - -

b.

- - - - - - - - - -
- - - - ἐὰν μη]δεν[ὶ] ἐξου[σίαν
διδῶτε πράσσειν ἃ [ἂν ὀμόσητε μὴ
πραξεῖν, ἔτι δὲ καὶ [ἐάν, καθάπερ
οἱ πατέρες ὑμῶν κα[τέδειξαν, ἐθελήσητε
διαφιλάσσειν ἃ ἐντὶ [δίκαια.

Ὅρκιον βουλᾶς
καὶ τῶν ἄλλων.
Ὀμνύω τὰν Ἱστίαν [καὶ τὸν Ζᾶνα
τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὰ[ν Ἥραν καὶ τὸν
Ποσειδ[ᾶν καὶ τὰν Ἀμφιτρίταν etc.

Fragmentum decreti, quo Syracusani cum Senatu et populo quodam nescio quid pacti esse videntur. Reges et reginae videndum ne sint Hiero II. et Gelo eorumque uxores. Certe si tit. *a.* vs. 9. bene intelligo, res ad nuptias Gelonis Hieronis II. filii et Nereidis Pyrrhi filii referri potest. Conf. ad n. 5369. Notabilis locutio est τῶν πρότερον ἀγημένων ἁμῶν de prioribus regibus, qui certe nomen regium usu non sanxisse videntur. Vide Vol. I. n. 16. Conf. Vol. I. Add. p. 898.

Tit. *b.* vss. 7. 8. extr. nihil excidisse puto. Quippe ex iis quae praecedunt patuit, qui Senatus intelligendus sit. Et verba ὅρκιον βουλᾶς καὶ τῶν ἄλλων medium spatium columnae videntur occupasse. De formula iurisiurandi conferri possunt tituli Cretenses Vol. II. n. 2554. 2555. ex quibus dedi supplementa. Ἱστία nota forma Dorica est p. Ἑστία. Vide Ahrens de linguae Graec. dial. T. II. p. 121.

5368.

Ibidem, in basi marmorea tres pedes longa, duos alta, totidem lata, cuius ex vestigiis trium foraminum aram vel tripodem impositum fuisse Lupus coniicit; basis reperta a. 1734. inter duos portus Syracusarum fuit in aedibus episcopi et asservatur in museo Syracusano (vide Vincenzo Politi Guida per le antichità di Siracusa p. 1.). Titulum edidit Lupus Dissert. de Severae Martyris epitaph. c. XI. p. 90. unde repetiit Murator. T. I. p. CXII. 1. Apographum ab amico acceptum A. F. Gorius a. 1734. transmisit Dorvillio, qui edidit Sicul. p. 580. (cf. p. 460.). Deinde edidit Castellus princeps Turris Mutiae Inscr. Sic. Cl. I. 1. p. 1. Ex Lupo dedit Donatus Suppl. ad Murat. p. 11. c. not. et ex Castello p. 60. 1. Rursus transcripsit Sestinus Lettere scritte dalla Sicilia 1780. T. III. p. 113. (conf. Jagemann Magaz. d. Ital. Litt. Vol. IV. p. 222.) Ex Castello repetiit etiam Münter Nachrichten von Neapel u. Sicilien 1790. p. 337. Habet etiam Biscari Itin. Sic. 1817. p. 263. Transcripserunt praeterea Hoare Itin. Ital. et Sicil. Vol. II. p. 151. Smyth Mem. descript. of Sicily Lond. 1824. p. 173. et citant Osannus de Philistide Syrac. reg. p. 16. Vinc. Politi Repertorio di antichi monumenti Siracusani Girg. 1835. 8. R. Rochettus Mém. de l'Inst. Roy. de France T. XIV. P. II. p. 246. Habeo etiam ex schedis Panofka et ex schedis Odofr. Mülleri.

ΒΑΣΙΛΕΟΣ ΑΓΕ . . . . .
ΙΕΡΩΝΟΣ ΙΕΡΟΚΛΕΟΣ
ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΙ ΘΕΟΙΣ ΠΑΣΙ

Vs. 1. extr. Biscari pro ΑΓΕ habet ΑΠΕ, Panofka ΑΡΞ. Sed ΑΓΕ certum esse testatur Rochettus qui vidit lapidem.

Βασιλέος ἀγε[ομένου] Ἱέρωνος Ἱεροκλέος Συρακόσιοι θεοῖς πᾶσι.

Rex Hiero II. est, cuius patrem Hieroclem fuisse a Gelone stirpem trahentem consentiunt scriptores rerum, Pausanias VI, 12, 2. et Iustinus XXIII, 4. (cf. Paul. Leopard. Emend. XVII, 10.). Quibus Osannus l. c. p. 16. adiecit Archimeli epigramma ap. Athen. XII. p. 209. et Argum. Theocriti XVI. ubi male Ἱέρων ὁ Γέλωνος scriptum est, quum exspectes Ἱερώνυμος, quod proposuit Osannus, vel Ἱερώνυμος Γέλωνος ἀπόγονος. Vs. 1. extr. Lupus, Gorius, Dorvillius coniecerunt ἀγεμόνος. Mitto Muratorii et Münteri commenta. Illos sequitur Rochettus, qui ἀγεμόνος restituendum arbitratur vel ob locum Polybii VII, 4, 5. de Pyrrho disserentis: Σικελιῶται πάντες εὐδόκησαν σφῶν αὐτῶν ἡγεμόνα εἶναι καὶ βασιλέα. At verbo opus esse videtur. Nec male Lupus cogitaverat de ἀγεμονεύοντος. Dedimus igitur quod suggessit n. 5367. ubi reges priores οἱ πρότερον ἀγημένοι audiunt. Formam ἀγευμένω de industria repudiavimus. De vocabulis εο non contractis apud Siculos vide Ahrens. de ling. Graec. dial. II. p. 219. qui p. 406. de mitiore Doride Siculorum agit.

5369.

Ibidem, in theatro, in podio praecinctionis superioris, in cuneis, litteris cubitalibus. Inscriptiones cun. III. et VII. a. 1756. repperit Comes Gaetani (vide Opusc. Sicil. nuov. racc. T. VII. p. 176. Magaz. encyclop. par Millin a. 1805. T. VI. p. 380. Memorie encicloped. Romane sulle belle arti, 1806. T. I. p. 25. conf. Biscari Viaggio per tutte le antichità della Sicilia, Nap. 1771. p. 74. Panormi, 1817. p. 284. et Riedesel Itin. Sic. interpret. Germ. Turici, 1771. p. 94 sq. s. Viaggio in Sicilia, 1821. p. 63.); edidit Andreas Pigonatus Stato presente degli antichi monumenti Siciliani, 1767. tab. XVII. unde repetiit Castellus Inscr. Sicil. Cl. VII. n. 2. p. 61. (p. 65); deinde dedit Münterus Nachrichten von Neapel und Sicilien, 1790. p. 362. Inscriptionem cun. III. transcripsit etiam Sestinus Lettere scritte dalla Sicilia, T. III. 1780. p. 118. (conf. Jagemanni Magazin der Ital. Litt. Vol. IV. p. 223.). Inscriptionem cun. II. repperit Landolina a. 1804. (vide Magas. encyclopéd. 1805. T. VI. p. 381. Memorie encicloped. Rom. cett. 1806. T. I. p. 28.); repetierunt Andr. Gierlevius Breve over Italien og Sicilien, Hafn. 1807. p. 277. Capodieci Antichi monumenti di Siracusa, 1813. T. II. Kephalides Reise durch Ital. u. Sicil. Vol. II. p. 31. Viscontus Iconogr. Gr. Vol. II. p. 28. Münterus Miscell. Hafn. I, 1. p. 206. Inscriptiones cun. IV. V. repperisse dicitur Logotheta, ecclesiae cathedralis Syracusanae Canonicus; vide Memorie enciclop. Rom. 1806. T. I. p. 151. (conf. Kephalides l. c.) Inscriptiones cun. II - IX. repraesentat tabula a Landolina-Nava patricio Syracusano et equite Hierosolymitano a. 1804. confecta et in museo Syracusano reposita, unde editae sunt Class. Journ. 1812. T. VI. p. 391. Tractarunt Logotheta, ecclesiae cathedralis Syracusanae Canonicus Magaz. encyclop. a. X. (1805.) T. VI. p. 381 sq. (conf. Memorie enciclop. Rom. T. I. p. 53 sq. et p. 151 sq.) Panofka lettera a S. E. il Duca di Serradifalco sopra una iscrizione del teatro Siracusano, 1825. Fr. Osannus de Philistide Syracusarum regina commentatio, Gissae 1825. (conf. Osannus Auctar. Lex. Gr. p. 39.) Letronnius Journ. des Sav. 1827. p. 387 sqq. Göttlingius Mus. Rhenan. a Welckero et Näkio edit. a. II. 1834. p. 103 sqq. conf. p. 189 sq. Radulphus Rochettus ibid. 1836. p. 64 sqq. et Mém. de l'Inst. Roy. de France T. XIV. P. II. 1840. p. 257 sqq. Inscriptionem cun. III. repetiit Hoare Class. Tour through Italy and Sicily, 1819. T. II. p. 152. Inscriptiones cun. II. III. V. VII. repetiit Hughes Travels in Sicily, 1820. T. I. p. 99. Inscriptiones cun. II. III. V. Smyth Itin. Sicil. 1824. p. 166. Omnes Donaldson Suppl. to the Antiquities of Athens, Lond. 1830. fol. p. 48 - 51. tab. IV. V. ex tabula opinor Landolinae; Theod. Mommsen in Mus. Rhen. IV. 1845. (1846.) p. 626. (conf. Bull. dell' Inst. arch. Rom. 1846. p. 84.) Inscriptionem cun. III. dedit etiam Greverus zur Erklärung des Theokritos, p. XXI. Inscriptiones cun. II. III. IV. VII. habeo etiam ex schedis Odofr. Mülleri; inscriptiones cun. V. et VII. ex schedis Thorlacii a Petersenio missis.

Cuneus II.

ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΣΝΗΡΗΙΔΟΣ

Cuneus III.

ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΣΦΙΛΙΣΤΙΔΟΣ

Cuneus IV.

ΒΑΣΙΛ . . . . ΝΟΣ

Cuneus V.

ΔΙΟΣΟΛΥΜΠΙΟΥ

Cuneus VI.

ΠΑΝ . . . Δ . . . . . . ΑΝ . .

Cuneus VII.

. . ΡΑΚΛΕΟΣ . ΡΑΤ . . . ΦΡΟΝΟΣ

Cuneus VIII.

Δ . . . Α . . . Ρ . . . . .

Cuneus IX.

- - - Τ - - - -

Cun. I. Landolina notat inscriptionem esse evanidam; cuius hodie ne vestigium quidem superesse testatur Rochettus. Murum praecinctionis ibi destructum esse monet Göttlingius. Cun. II. in schedis Schouwii ab Osanno prolatis habetur: ΒΑΣ.Λ .ΣΣΑΣΝΗΡΗ.ΔοΣ. Cun. III. Cast. et inde ut videtur Hoare ΦΙΛΙΣΤΙΔΩΣ, Sest. ΦΙΛΙΣΣΤΙΔΟΣ. Cun. IV. Land. ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΣ.... ΝοΣ, Log. Roch. Müll. Momms. ΑΣΙΛ ΝοΣ, Göttl. ΒΑΣ.... ...ΝοΣ, quae composui. Ad hunc cuneum ex parte pertinere videntur ea, quae ex schedis Capodieci protulit Kephalides Itin. Ital. II, 31. ΑΣΙΛ∴..Νο.ΕΣ ...Χ...Ο. Cun. V. Logoth. ΔΙοΣ, Landol. ΔΙοΣ όΛΥ..ΙοΥ, Thorl. ΔΙοΣοΛΥΜΠΙοΥ, Capodieci teste Kephalide ΔΙοΣΟΛΥΜΠΙΟΥ, Göttl. ...ΣοΛΥ....; Roch. nihil vidit nisi Σ, qui monet: „*l'aquéduc d'un moulin, construit dans cette partie du théâtre, a caché ou détruit le reste de l'inscription qui s'y lisait encore entière, à se qu'il paraît, dans le dernier siècle.*" Cun. VI. Landol. quod dedi; Roch. nihil ibi vidit nisi Σ; Göttl. ne id quidem, notans nimis corruptam eam muri partem esse. Cun. VII. Pig. .... Α ΚΛΕοΣ.....ΦΡοΝΙ...., Gaet.....ΚΛΕοΣ....ΡΑΤ ...ΦΡΟΝ, Riedes. ΑΓΛΕοΣ vel ΑΓΛΕοΓ, Münt. ΡΑ ...ΦΡοΝ, Thorl. ΗΡΑΚΛΕοΣΕΥΦΡοΝΙοΥ, Landol. Η.ΑΚΛΕοΣΕ.ΦΡοΝΙοΥ (unde viri docti certatim fecerunt ΗΡΑΚΛΕοΣΦΡΟΝΙΜΟΥ vel ΗΡΑΚΛΕοΣ ΕΥΦΡΟΝΙΟΥ (vide Capodieci Antichi monumenti di Siracusa, T. II. §. 17. 18. 20. La Verità in prospetto, Messina, 1818. 8. p. 74.), alii ΙΕΡοΚΛΕΟΣΕΥΦΡΟ ΝΟΣ, alii ΗΡΑΚΛΕΙΑΣΙΕΡΩΝΟΣ (vide Panofka l. c. p. 20. et p. 41.)), Roch. ΑΝΔ ΡΑ‾ΔΦΡοΝο>, Göttl. ...ΑΡ...ΡΑΣ...ΦΡοΝοΣ, Müll. ΒΑ - - - - - - - ΓΡοΝ, Mommsen ...ΛΙΙΣΟ—ΡΑΊ ΦΡοΝο. Cun. VIII. IX. Landol. quod dedi. Rochettus monet in octavo et nono cuneo vestigia esse litterarum, quae dignosci nequeant. Nec quidquam ibi repperunt Göttlingius, Mommsenius, qui praeterea in amphitheatro Syracusano quum alias inscriptiones Latinas invenit tum has litteras Graecas: ΡΣΙΟΥΨ.

Cun. II. Βασιλίσσας Νηρηΐδος. Cun. III. Βασιλίσσας Φιλιστίδος. Cun. IV. Βασιλ[έος Γέλω]νος aut Ἱέρω]νος. Cun. V. Διὸς Ὀλυμπίου. Cun. VI. - - - - - - Cun. VII. [Ἡ]ρακλέος [κ]ρατ[ερό]φρονος. Cun. VIII. - - - - - - Cun. IX. - - - - - -

Inscriptiones patet esse ex aetate Hieronis II. Hieroclis filii, qui memoratur n. 5368. In medio cuneo (v.) scriptum est Διὸς Ὀλυμπίου. Quae ad dextram nomina incisa sunt, ea ad familiam regiam pertinent. Iam Hiero II. ex coniuge sua, quam Leptinis filiam vocat Polybius I, 9. filium suscepit Gelonem, cui constat Nereidem Pyrrhi Epiri regis filiam nupsisse (vide Pausan. VI, 12. conf. Polyb. VII, 4. 5. Iustin. XXVIII, 3.). Nereis ea vocata est, quia Thetis parens Pyrrhi et Aeacidarum censebatur. Huius igitur Nereidis nomen in cuneo II. perscriptum esse vidit etiam qui repperit inscriptionem Landolina, contra quem quae disputavit Logotheta l. c. in lemmate, merae nugae sunt. Gelo Nereidis maritus etsi vivo patre vita decessit (Liv. XXIII, 30.), tamen regio nomine ornatum fuisse quum ex hoc Nereidis titulo colligi potest, tum ex Diodori Excerpt. XXVI. p. 568. Wessel. apparet. Atque Osannus etiam Polybii verbis V, 88, 5. usus est, ex quibus non sine ratione collegit Geloni iuxta patrem in administrando regno aliquas partes fuisse. Itaque Gelonis regis nomen in alio cuneo perscriptum esse consentaneum est. ΓΕΛΩΝοΣ vel ΙΕΡΩΝοΣ in cuneo IV. scribi posse viderunt etiam alii; in his Rochettus. Multa a viris doctis disputata sunt de altera regina Philistide, cuius nomen frequens est in nummis Syracusarum (vide Eckhel. D. N. T. I. p. 265. conf. Rochettus l. c. p. 248 sqq.) et indicari videtur etiam glossa Hesychii: Φιλιστίδιον, νόμισμά τι. Ut mittam priorum de Philistide sententias, Eckhelius, perperam is de fide tituli theatri Syracusani dubitans, eam pro uxore Hieronis I., Viscontus (Iconogr. Gr. T. II. p. 24.) pro filia Gelonis I. habuit eiusque in memoriam nummos ab Hierone II., qui genus a Gelone illo repetere dicatur, Philistidis nomine percussos esse dictitavit. Mitto Mannerti commentum. Ex his demonstrari non potest nisi hoc, nummos ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΣΦΙΛΙΣΤΙΔοΣ ex aetate Hieronis II. esse. Atque ut litterarum forma in nummis Philistidis exhibita eadem est quae in his theatri inscriptionibus conspicitur, ita has omnes ad eandem aetatem pertinere inprimis ex forma litterarum probari potest. Et nomina quidem cun. II. et III. manifesto eiusdem aetatis esse Osanno affirmavit Schouwius. Itaque, quoniam de Nereide regina constat, Osannus Philistidem quum demonstrasset Hieronymi nepotis Hieronis II. coniugem esse non posse, Hieronis II. uxorem esse iudicavit eandem, quam vulgo Leptinis filiam ferunt. Nec videtur de hac coniectura dubitari posse. In eandem sententiam disputavit Panofka, et postea Rochettus, qui quidem quaestione de varietate imaginis in nummis Philistidis expressae composita in immatura morte huius reginae causam quaerendam putavit, cur nihil de ea apud scriptores rerum annotatum reperiatur. Qua in re non immorandum censemus propterea, quod qui de Sicilia egerunt, eorum scripta deperdita sunt. Priusquam ad alteram partem cuneorum veniamus, videndum quid sibi velint nomina in his incisa. Paucis Viscontus (Iconogr. Gr. T. II. p. 22. (p. 28.) not. 1.) monuit nomina regum et reginarum Syracusarum distinguendis cuneis inserviisse. Qua explicatione minus perspecta rem pluribus persecutus est Panofka. Statuit is inscriptionibus his locos designari spectatoribus assignatos. Hinc genitivus nominum a voce suppressa τόπος dependere videbatur (cf. Annal. Inst. Archaeol. Rom. T. I. p. 345.), ut in titulis theatri Melii Vol. II. n. 2436. et cuneo v. ΑΜΦΙΠΟΛΟΥΔΙΟΣΟΛΥΜ ΠΙΟΥ explendum vel intelligendum esse, probante Eberto Σικελικῶν, I. p. 128. Hanc explicationem adoptatam etiam a Letronnio iure refutavit Göttlingius, qui docuit singulas κατατομὰς s. cuneos theatri Syracusani de diis familiaque regia denominatas fuisse, monens sedes spectatoribus in theatris secundum ta-

bulata et cuneos solitas esse assignari (vide Marini fratr. Arv. T. I. p. 131.). Haec autem nomina idem putat mediae praecinctionis podio litteris praegrandibus incisa esse, quo facilius intrantibus in orchestram spectatoribus conspici possent. Nec secus de significatione harum inscriptionum statuerunt Hughes, Donaldson, Rochettus; recteque ab iis iudicari sponte patet. Atque Hughes quidem monuit videri etiam in tesseris theatralibus nomen cunei praeter numerum sedis indicatum fuisse. Quam in rem Rochettus citavit tesseras theatrales superstites nominibus ΑΠοΛΛΩΝ, ΚΑCΤѠΡ, ΑΡΗC, et notis numeralibus insignitas (vide Fabretti Inscr. c. VII. p. 530. Caylus Recueil III. tab. 77. n. 1. IV. tab. 54. n. 3. 4. 5. 6. Pitture d'Ercolano T. IV. Praef. p. III sqq.), in quibus nomina deorum cuneos significare videntur, notae numerales autem numerum sedium (conf. Morcelli Dissertaz. delle tessere degli spettacoli Romani, ed. Labus, Milan. 1817.). Apte Rochettus etiam ad Taciti Annal. II, 83. verba provocavit: „*Equester ordo cuneum Germanici appellavit, qui Juniorum dicebatur.*"

Göttlingius putat in parte orientali praecinctionis hominum, in occidentali deorum nomina incisa esse; quo sane deducere videtur cunei VII. inscriptio, quae est Ἡρακλέος κρατερόφρονος, ut viderunt viri docti. Suspicatur igitur cun. VI. fuisse ΠΑΝΤΡοφοΥΔΑΜΑΤΡοΣ, cun. VIII. et IX. autem de Diana et Apolline denominatos esse. Quamquam aliquis dixerit etiam ibi nomina familiae regiae inserta fuisse. Duas Hiero II. filias habuit Damaretam et Heracleam, quarum maritos memorat Livius (XXIV, 4.) Andronodorum et Zoippum, ab Hierone Hieronymi regis designati cum aliis tutores constitutos. Has Panofka putavit et ipsas memoratas esse in his theatri inscriptionibus; neque id improbabile. Ac sane alterius nominis vestigia deprehenderis cun. VIII. Sed certi nihil statui potest, Restant cun. I. et IX. qui semicirculum claudunt. In illo Göttlingius putabat fuisse ΒΑΣΙΛΕοΣ ΓΕΛΩΝοΣ; non male; nisi credideris extremos ab utraque parte cuneos (I. IX.) et ipsos de diis nomina indita habuisse fortasse praesidibus illis theatri et palaestrae. Admissa autem Göttlingii coniectura, cuneo IV. Βασιλέως Ἱέρωνος reddideris. Sed ut coniicere plura non lubet, ita etiam coniecturam Göttlingii missam facimus, qui ad inscriptiones singulas deorum, regum, reginarum imagines positas fuisse putat ductus foramine quadrato in podio praecinctionis ad cun. II. etiam nunc extante.

5369. *b.*

Syracusis fragmentum nuper repertum in amphitheatro; edidit Matranga in Annal. Inst. arch. Rom. T. XVI. 1844. p. 244. conf. tab. N.

ΝΕΑΝΙΙ
ΔΞΟΝΤΑΙ
ΙΔΑΠΑΝ
ΣΣΑΙΣC
ΤΛΓ

Vs. 1. νέαν; vs. 2. ἄ]ξονται? vs. 3. - ἴδα παν - vs. 4. fortasse βασιλί]σσαις.

5370.

Fragmentum *Syracusis* repertum asservatum Panormi in museo regiae Academiae; edidit Castellus Inscr. Panormit. 29. p. 16. Inscr. Sicil. Cl. XVIII. 37. p. 268.

. . . . ΣΙΟΣ . . . . .
. . . . ΟΓΕΝΕ . . . . .
. . . . ΡΙΣΤΩΝ . . . . .
. . . . ΜΜΩΝΙΟ . . . .
. . . . . . ΡΙΔΑΣΣΤΡΟΒΙΛ . . . . . .
. . . . ΙΕΡΩΝ
. . . . ΣΤΡΑΤΟΣΣΩΣΤΡΑ . . . .
. . . . . . ΙΡΟΣΣΩΣΙΠΟ . . . .
. . . . ΟΝΤΟΝ
. . . . . ΤΟΥΝΙΜΦΟΔ . . . .
. . . . . ΥΑΠΟΛΛΩ . . . .
. . . . . . ΥΜΦΙ . . . .

- - - - - Σώ]σιος,
- - - - Δι]ογένε[ος,
- - - - Ἀ]ρίστων[ος,
λ]ίτ[ρ]αι, δύο τριακόσια χίλια δισμύρια τάλαντα· τούτο[υ
ἐς τὸν ἀγῶνα καὶ τὸ δεῖπνον δύο - - -
κοντα ὀκτακόσια τρισχίλια τάλαντα, [καὶ ἐν ἀνδο-
κε[ία] τέσσαρες πεντήκοντα [λ]ίτ[ρ]αι, τέσσαρ[α
τετρακόσια ἑπτακισχίλια μύρια τάλαντα.
Ἐλαίου ἔσοδος τ[ρεῖς] ἐνενήκοντα [κάδοι,
ἔξοδος τὸ ἴσον.
Ἐπὶ Φιλίστου τοῦ Ἵππωνος
γυμνασίαρχοι
Δαμάτριος Φίλωνος Πελ.
Εὐκλείδας Νυμφοδώρο[υ - -
Ἔσοδος ὀκτὼ ὀγδοήκοντα [λ]ίτ[ρ]αι, τέσσαρ[α
τετρακόσια ἑξακισ[χ]ίλια πεντακισμύρια
τάλαντα· ἔξοδος δύο τεσσαράκοντα [λ]ίτ[ρ]αι,
δύο πεντήκοντα τετρακόσια τρισμύρια τά-
λαντα· λοιπὸν δύο δέκα ἑκατὸν [λ]ίτ[ρ]αι, πέν-
τε τριάκοντα ἐνακόσια τετρακισχίλια τά-
λαντα, καὶ χρήματα δανειζόμεν[α τέσ-
σ[α]ρες πεντήκοντα [λ]ίτ[ρ]αι, ἓξ δέκα
χίλια] δισμύρια τάλαντα. τούτου ἐς
τὸν ἀγῶνα καὶ τὸ δεῖπνον δύο ἑξακόσια
χί]λια τάλαντα καὶ [ἐν] ἀνδοκεί[α τέσσαρες
πεντήκοντα [λ]ίτ[ρ]αι, τέσσαρα [τ]ε[τρ-
ακόσια ἑπτακισχίλια μύρια τά-
λαντα. [Ἐλαίου
ἔσοδος ἑπτὰ ἑβδομήκοντα κάδ-
οι· ἔξοδος τὸ ἴσον.
Ἐπὶ Εὐδόξου τοῦ Σώσιος
γυμνασίαρχοι
Ἀπολλόδωρος Φρύνιος Ἀμ.
Φρῦνις Φιλιστίωνος Σπ.
Ἔσοδος ἑπτὰ ἑβδομήκοντα [λ]ίτ[ρ]αι, πέντε
ὀγδοήκοντα διακόσια ἐνακισχίλια πεντα-
κισμύρια τάλαντα· ἔξοδος τρεῖς ἑβδο-
μήκοντα [λ]ίτ[ρ]αι, πέντε δέκα πεντακισχί-
λια τρισμύρια τάλαντα· λοιπὸν πέντε
τεσσαράκοντα [λίτραι], ἑπτὰ δέκα [ἑξακόσια
δισχίλια τάλαντα, [καὶ] χρήματα δανειζόμε-
ν[α] ἐν[νέα ἑβδομήκοντα λίτραι, δύο πεντήκοντα
ἑξ]ακόσια χίλια [δισμύρια τάλαντα· τούτου
ἐς τὸν ἀγῶνα καὶ [τὸ δεῖπ]ν[ον - - - -
λ]ίτ[ρ]αι, ἑ - - [ή]κοντα - - - χί-

λια τάλαντα [καὶ ἐν ἀνδοκείᾳ τέσσαρες
πεντήκοντα [λίτραι, τέσσαρα τετρα-
κόσ]ια ἑπτακισχίλια [μύρια τάλαντα.
Ἐλαίου ἔσοδος ἡμικάδιον ἑξ[ήκοντα κάδοι]·
ἔξοδος τὸ ἴσον.
Ἐπὶ Ἀριστοπόλιος τοῦ Φιλοδάμου

Latus II.

[Ἐλαίου ἔσοδος - - - - - -
- - - κάδοι. τούτου ἐς τοὺς ἀγῶνας]
- - - - - - ἕνδεκα [κοτύλαι?
- - - - - - - κοντα κάδοι· [λοιπὸν
- - - - - - ἓ]ξ δέκα [κάδοι.

Latus III.

[γυμνασίαρχοι]
Εὔξενος - - - - - -
Δαμάτριος [Νυμφ]οδώρου? - -
Ἐλαίου τρεῖς πρόχοι,
διακόσιοι κάδοι.
ἀγῶνες τέσσαρες εἴκοσι.
Ἐπὶ Δεινία τοῦ Ἑλώριος
γυμνασίαρχοι
Νυμφόδωρος Εὐκλείδα - -
Θεόδωρος [Λ]έοντος - -
Ἐλαίου τέσσαρες πρόχ[οι,
διακόσιοι κάδοι σὺν
ἐπ]αγω[γ]ίμῳ.
ἀγῶ]νες τέσσαρες εἴκοσι.
- - - - - -
Ἐπὶ Ἡρακλήτου τοῦ Διονυσίου
γυμνασίαρχοι
ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος - -]άν[ε]ος - -
ὁ δεῖνα Ὀλύμ]πιος - -
Ἐλαίου] ὀγδοήκοντα [κάδοι.
[ἀγῶνες τόσοι καὶ τόσοι.]
Ἐπὶ [τοῦ δεῖνος τοῦ δεῖνος
γυμνασίαρχοι
- - ω[ρος Χ]α[ι]ρίππου - -
ὁ δεῖνα] Ἀπολλοδώρου - -
Ἐλαίου] πέντε - - - -
ἐνενήκοντα
δια]κόσιοι κάδοι σὺν ἐ[παγωγίμῳ.
ἀγῶνες ὀκτὼ εἴκοσι.
Ἐπὶ [Ἀλεξι]μάχου? τοῦ
- - σιος
γυμνασίαρχοι
ὁ δεῖνα] Ἀγαθάρχου - -
ὁ δεῖνα] Διονυσίου - -
Ἐλαίου] τέσσαρες πρόχοι,
ἑ[κατὸ]ν κάδοι [σὺν
ἐπαγωγί]μῳ.
[ἀγῶνές τόσοι καὶ τόσοι]

Titulus hic et qui sequitur n. 5642. catalogi sunt ad gymnasium Tauromenitanum pertinentes. Recensentur ibi gymnasiarchae annui, addito plerumque numero certaminum, quae quoque anno edita sunt, et quanta fuerit copia insumpta olei, insertis aliquoties etiam rationibus pecuniarum et olei. Unde hos titulos rationaria appellavit Castellus. De aetate horum titulorum idem valet, quod de rationibus trium magistratuum Tauromenitanorum n. 5640. monuimus. Lat. III. videri potest continuationem contineri eorum, quae Lat. I. extr. scripta sunt; id quod monuit etiam Burmannus. Anni designantur ex archontibus, ut n. 5640. Gymnasiarchae quotannis bini sunt, ut in titulo Netensi n. 5466. Horum nominibus hinc inde addita sigla sunt, quibus denotari aut pagus aut tribus videtur, ut n. 5640. Ex his siglis quod Lat. I. vs. 42. ACCIT est, idem extat etiam n. 5640. Tab. I. Col. I. vs. 23. Col. II. vs. 20. Et fortasse quod ibidem Tab. IV. Col. I. vs. 3. habetur ΣΠΑΡ, idem subest litteris ΣΠ n. 5641. Lat. I. vs. 79. Nova sunt in nostro titulo Lat. I. vs. 78. AM, vs. 41. ΔΕΞ, vs. 58. ΠΕΛ, vs. 28. ΠΑΝ, nisi hoc ultimum aequiparandum est ei quod n. 5640. Tab. III. Col. I. vs. 17. effertur ΠΑΛ. Ceterum similia sigla aut mutila sunt aut exciderunt Lat. I. vs. 5. 6. 14. 20. 21. 27. 59.; exciderunt haud dubie etiam in Lat. III. neque in titulo n. 5642. vestigium talium siglorum apparet. Burmannus ex coniectura Schraderi censuit his siglis latere cognomina virorum; quod difficilius creditu. Certe cognomina oportuit scribi integra (conf. n. 5595.). In nominibus mutilis non eandem industriam exercebimus, quam praestitit Burmannus. Quivis enim videt exempli causa Lat. I. vs. 3. coniici posse Ἀριστομάχου, Ἀριστοδάμου, Ἀριστονίκου, Ἀριστοπόλιος vel adeo Ἀρίστωνος; vs. 5. posse Νυμφοδώρου (conf. vs. 59. Lat. III. vs. 8.), posse Ἀπολλοδώρου vel alia; vs. 6. Ἀγα[θάρχου (cf. n. 5466.). Nec maiore fortasse spe veri inveniendi Lat. III. vs. 2. Dorvillius Ἡροδώρου proposuit, Burmannus Θεοδώρου, quam nos Νυμφοδώρου. Lat. I. vs. 25. Burmannus proponit Ἀρ]τέ[μωνος. Quod nos dedimus, probabilius videtur. Lat. III. vs. 9. Λέοντος correxit etiam Dorvillius. Ibid. vs. 17. Ὀλύμπιος recte coniecit Burmannus. Vs. 27. idem proposuit Ἀνδρομάχου τοῦ Σώσιος. N. 5642. vss. 3. 4. Burmannus Ἀρτεμίας Εὐμενίδα, Ἀπολλόδωρος Φρύνιος putat fuisse, ut vss. 49. 50. nescio pro iure, licet Ἀπολλόδωρος Φρύνιος sit etiam n. 5641. Lat. I. vs. 78. gymnasiarcha; vs. 24. Ζωπύρου vel Ζωΐλου proposuit Dorvillius; archontis nomen Burmannus putavit esse Χαιρεδάμου, quod sequitur ἐπὶ Ζωπύρου τοῦ Χαιρεδάμου; sed ob id ipsum non illud crediderim. Similiter Burmannus hariolatur in reliquis, quod vs. 56. Ἀλέξανδρος Ξένωνος, ideo ratus vs. 16. suppleri posse ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Ξένωνος, et vs. 1. ἐπὶ Ἀγαθάρχου τοῦ Νικοστράτου, quod n. 5641. Lat. I. vs. 6. videatur Νικόστρατος Ἀγαθάρχου esse; denique ibid. vs. 18. ἐπὶ Ζωπύρου τοῦ Ἀριστοκράτεος, cuius pater vs. 11. praecessisset. Probabilius erit, Aristopolin archontem n. 5641. Lat. I. extr. patrem esse Φιλοδάμου, qui n. 5642. vs. 35. gymnasiarcha est. N. 5642. vs. 39. Ἀρχία coniecit Dorvillius, dubitanter; ac sane etiam aliter existimari potest de hoc loco, si lectionem Muratorii sequare; quam respiciens Burmannus coniecit Ἀρχα[γάθου, non sine specie probabilitatis, quum Dorvillius contendat ΑΡΧΑ esse in lapide.

De talento Siciliensi eiusque libra et de sollemni collocatione numerorum satis dictum est ad

n. 5640. Librae nomen ubicunque legitur in hoc titulo depravatum erat; vidit tamen iam Schraderus, cuius coniecturam affert Burmannus, ubique ΛΙΤΡΑΙ pro ΑΙΤΙΑΙ aut ΑΙΤΙΑ legendum esse. Tituli nostri n. 5641. Lat. I. rationes recensentur octo annorum, in quibus sunt quattuor annorum rationes pecuniariae. Ex his tertiam positionem, quae est vss. 60-68. olim tractavit feliciterque restituit Müllerus Dor. T. II. p. 217. (conf. Boeckhius Disquisitt. metrolog. p. 295.). Restituimus nunc etiam reliquas.

Sunt autem quattuor positiones hae:

I.	vs. 29 sqq.	ἔσοδος	96492 tal.	4 libr.
		ἔξοδος	49370 »	61 »
		item	22011 »	
		λοιπὸν	25110 »	63 »
		habes	96492 »	4 »
II.	vs. 43 sqq.	ἔσοδος	62626 tal.	67 libr.
		ἔξοδος	40073 »	78 »
		λοιπὸν	1250 »	53 »
		δανειζόμενα	21302 »	56 »
		habes	62626 »	67 »
III.	vs. 60 sqq.	ἔσοδος	56404 tal.	88 libr.
		ἔξοδος	30452 »	42 »
		λοιπὸν	4935 »	112 »
		δανειζόμενα	21016 »	54 »
		habes	56404 »	88 »
IV.	vs. 80 sqq.	ἔσοδος	59285 tal.	77 libr.
		ἔξοδος	35015 »	73 »
		λοιπὸν	2617 »	45 »
		δανειζόμενα	21652 »	79 »
		habes	59285 »	77 »

Primo loco post ἔξοδον quae vs. 32. recensentur 22011 talenta quo conversa fuerint, non liquet. Certe quod coniecit Burmannus intercidisse ΚΑΙ ΧΡΗΜΑΤΑΔΑΝΕΙΖΟΜΕΝΟΝ, quae formula in reliquis positionibus occurrit, vel propterea difficile est probare, quod haec formula sequi solet post mentionem residui, non ante. Tertio loco vs. 68. χίλια addidit iam Burmannus. Ibidem ex residuis et δανειζομένοις pars dicitur insumpta certamini epulisque, pars esse ἐν ἀνδοκείᾳ (vs. 70.) posita. Hinc eandem formulam reposuimus etiam secundo loco vss. 51. 52. ubi vocis ἀνδοκείᾳ extat vestigium ΚΕ; atque etiam quarto loco vs. 91. fuisse ubi corrupte ΧΡΗ, in quo χρήματα latere frustra coniecit Burmannus, probabile reddunt numeri superstites summae ἐν ἀνδοκείᾳ positae, quae omnibus tribus locis videtur eadem fuisse (17404 tal. 54 libr.). Summa certaminibus epulisque impensa omnibus tribus locis mutila est. Quarto loco vs. 88. δισμύρια τάλαντα addendum vidit Schraderus apud Burmannum. Et ne quid reliqui faciamus, vs. 86. καί, et vs. 89. τὸ δεῖπνον dedit etiam Dorvillius; quod autem vs. 90. Schraderus coniecit ἑβδομήκοντα, eodem iure potest esse ἐνενήκοντα; hinc nihil explevimus. Ceterum ex huius tituli summis non minus quam ex n. 5640. confirmantur argumenta, quibus Boeckhius demonstravit Siciliensis talenti libraeque et partium eius in moneta pondera satis minuta fuisse (Disquisitt. metrolog. p. 349 sqq. p. 365 sqq. conf. Indic. lectionum in univ. Berol. semestri hiberno $18\frac{43}{44}$. habendarum p. 6 sq.).

In rationibus olei consumpti mensurae sunt κάδος, πρόχοος (πρόχους), κοτύλη. Mensuram κάδον nunc id quod μετρητήν (amphoram) esse probabile foret etiamsi id non testarentur Grammatici (vide Hesych. s. v.). Eam sequitur mensura πρόχους, quam coniicias id esse quod vulgo dicitur χοῦς; quo posito, κάδῳ duodecim πρόχοι contineri videntur; cui rationi certe nihil est quod obstet in singulis positionibus. Certe quod dicit Hesychius πρόχοος, ξέστης, μέτρον, huc referri vix potest.

Quodsi κάδος aequiparari μετρητῇ potest, sequitur κοτύλας, quarum aliquoties mentio fit n. 5642. contineri CXLIV. Ibi vs. 36. memorantur τέσσαρες κοτύλαι, totidemque, ut videtur, vs. 5.; quamquam vs. 5. possunt etiam τέσσαρες πρόχοι fuisse; sed vs. 13. ex probabili coniectura Schraderi apud Burmannum habentur viginti κοτύλαι; quod certe non absurdum videtur. Iam, si ubique fides habenda esset ei, qui transcripsit hos titulos, n. 5641. Lat. III. vs. 23. haberemus etiam aliam mensuram moduli minuti (μέτρον) in qua explicanda desudaremus. Sed scilicet lectionem ibi traditam falsam esse arbitror, locoque vocabulorum ΠΕΝΤΕΜΕΤΡΑ aut ΠΕΝΤΕΔΕΚΑ legendum esse, ut sint quindecim κοτύλαι intelligendae, aut ex ultima syllaba ΤΡΑ eruendum ΤΥΛ ac proinde reponendum ΠΕΝΤΕ[ΚΟ]ΤΥΛ[ΑΙ. Rationes olei accuratius exponuntur n. 5641. Lat. I. ubi aliquoties ἔσοδος et ἔξοδος comparet (vs. 1. 34 sq. 54 sq. 74 sq. 94 sq.). Reliquis locis omnibus et n. 5641. et n. 5642. dicitur solum ἐλαίου τόσαι καὶ τόσαι πρόχοι aut τόσαι καὶ τόσαι κοτύλαι et τόσοι καὶ τόσοι κάδοι, ubi sponte patet ἔξοδον intelligendum esse. In his igitur locis memorabilis est quae hinc inde post vocem ΚΑΔΟΙ additur formula; cuius ut luculentior fiat restitutio, singulos locos considerabimus. N. 5641. Lat. III. vs. 11. 12. habes

ΣΥΝ
ΝΕϹƵΥΤΑΓΩΤΙΜΩ

ubi primum syllaba ΝΕϹ eximenda atque in versum subsequentem detrudenda est ut residua ex voce ΑΓΩΝΕϹ. Superest igitur ΣΥΝƵΥΤΑΓΩΤΙΜΩ, in quo manifesto est ΣΥΝ[ΕΠ]ΑΓΩ[Γ]ΙΜΩ. Et hoc facile est probare ex vs. 25. ΣΥΝΕ; ex n. 5642. vs. 30. ΣΥΝΕΠΑΓΩ, vs. 45. ΣΥΝΕΠΑΓΩΝΑ i. e. ΣΥΝΕΠΑ ΓΩ[ΓΙΜ]. Hinc formula efficitur σὺν ἐπαγωγίμῳ, cuius vestigia praeterea supersunt n. 5641. Lat. I. vs. 9. 16. ubi initiale Σ reliquum est, et Lat. III. vs. 34. ubi ultima syllaba ΜΩ apparet. Hac igitur formula, quam etiam Dorvillius assecutus est, restituta, non erit cur I. M. Gesneri (Commentat. Societ. scient. Gotting. a. 1754. T. IV. p. 243 sq.) de mutila lectione ΣΥΝΕΠΑΓΩΝΑ commenta refellamus. Formula igitur ἔλαιον ἐπαγώγιμον sistit videturque significare consumptum oleum esse non solum quod ex anno praecedente superesset sed etiam quantum rediisset novo anno, ut ἐπαγώγιμον

sit *additicium*. Importatorium vertebant Burmannus et Castellus.

Postremo ἀγῶνες non ubique notantur; desunt Lat. I. post vss. 55. 75. 95. Lat. III. post vs. 18. quo extremo loco hanc omissionem vitio transcribentis tribuendam puto. Ceterum ex numero certaminum quovis anno editorum de quantitate olei iudicari non posse sponte patet. Neque enim solum in certaminibus oleo opus erat, opus erat in quotidianis exercitationibus. Mirum tamen, quod, quum diversis annis olei cadi consumerentur c, cl, cc, ccxc, est etiam ubi suffecerunt cadi xl et quod excurrit; id quod ex paucitate τῶν ἀποδυομένων εἰς τὸ γυμνάσιον explicandum videtur.

5642.

Tauromenii, in marmore quod servabatur una cum n. 5641. in aedibus Ducis Sancti Stephani; inscriptionem ex schedis Dorvillii edidit Petrus Burmannus ad calcem Siculorum Dorvillii p. 530. Murator. T. IV. p. MMXVIII. 3. ex schedis Ioannis di Giovanni canonici Panormitani, cum interpret. Lat. Ex Dorvillii Siculis repetiit Castellus Inscr. Sicil. Cl. VIII. p. 104 sqq. n. 7. cum interpret. Lat. et notis. Disseruit de hac inscriptione I. M. Gesnerus in Comment. Acad. Scient. Gotting. a. 1754. T. IV. p. 53.

ΕΠΙ ΑΓΑ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΙ
ΜΕΝ
ΦΡΥΝΙΟΣ
ΤΕϹ
ΤΕϹϹΑΡΑΚΟΝΤΑ
ΑΓΩΝΕΣΟΚΤΩΤΡΙΑΚΟΝΤΑ
ΕΠΙ ΖΩΙΛΟΥ ΤΟΥ
ΙϹΤΙΑΡΑΟϹ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΙ
ΣΩΣΙΣ ΝΥΜΦΟΔΩΡΟΥ
ΚΑΛΛΙΜΑΧΟϹΦΙΛΟ Ο
ΕΛΑΙΟΥ ΕΙΚΟϹΙ
ΚΟΝΤΑΕΚΑΤΟΝΚΑΔΟΙ
ΑΓΩΝΕϹΟΚΤΩΤΡΙΑΚΟΝΤΑ
ΕΠΙ ΤΟΥ ΞΕΝΩΝ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΙ
ΞΕΝΙΟϹ ΙΔ
ΑΡΙΣΤΑΡΧΟϹ ΥΔ
ΕΛΑΙΟΥ ΚΟΤΥ
ΜΕΝ Α
ΕΚΑΤΟΝΚΑΔΟΙ
ΑΓΩΝΕϹ ΟΚΤΩ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ
ΕΠΙ Ε ΤΟΥ ΖΩ
ΓΥΜΝΑϹΙΑΡΧΟΙ
ΕΡΙϹΤΕΝΗΣ
ΔΑΜΑΤΡΙΟϹ
ΕΛΑΙΟΥ
ΕΝΝΕΑΕΞΗΚΟΝΤΑ
ΚΑΔΟΙΣΥΝΕΠΑΓΩ
ΑΓΩΝΕϹ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ
ΕΠΙ ΖΩΠΥΡΟΥ ΤΟΥ ΧΑΙΡΕΔΑΜΟΥ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΙ
ΑΓΑΘΑΡΧΟΣΑΓΑΘΑΡΧΟΥ
ΦΙΛΟΔΑΜΟϹΑΡΙΣΤΟΠΟΛΙΟϹ
ΕΛΑΙΟΥΤΕϹϹΑΡΕϹΚΟΤΥ
ΟΚΤΩ ΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑ ΕΚΑΤΟΝ
ΑΓΩΝΕϹ ΟΚΤΩ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ
ΕΠΙ ΑΡΧΑ ΤΟΥ ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΙ
ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟϹΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ
ΕΡΑΤΩΝΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ
ΕΛΑΙΟΥ ΠΡΟΧΟΙ
ΕΠΤΑ ΔΙΑΚΟΣΙ
ΚΑΔΟΙ ΣΥΝΕΠΑΓΩΝΑ
ΑΓΩΝΕϹ ΟΚΤΩ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ
ΕΠΙ ΗΡΑΚΛΗΤΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΙ
ΑΡΤΕΜΙΑΣ ΕΥΜΕΝΙΔΑ
ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟϹΦΡΥΝΙΟϹ
ΕΛΑΙΟΥ ΕΝΝΕΑΔΙΑΚΟΣΙ
ΚΑΔΟΙ
ΑΓΩΝΕϹΕΙϹΤΕϹϹΑΡΑΚΟΝΤΑ
ΕΠΙ ΓΟΡΓΙΑ ΤΟΥ ΑΓΑΘΑΡΧΟΥ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΙ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΞΕΝΩΝΟϹ

Vs. 6. Murat. **ΤΕϹϹΕΡΑΚΟΝΤΑ.** Vs. 36. Murat. **ΕΠΙΑΡΧΑ . . . . ΤΟΥ** cet. Vs. 47. **ΤΟΥ** omittit Dorvill. habet Murat.

Ἐπὶ Ἀγα[θάρχου? τοῦ - - -
γυμνασίαρχοι
ὁ δεῖνα] - - μέν[εος,
ὁ δεῖνα] Φρύνιος.
Ἐλαίου] τέσ[σαρες κοτύλαι?
- - - τεσσαράκοντα [κάδοι.
ἀγῶνες ὀκτὼ τριάκοντα.
Ἐπὶ Ζωΐλου τοῦ
Ἱστιάρ[χ]ο[υ
γυμνασίαρχοι
Σῶσις Νυμφοδώρου,
Καλλίμαχος Φιλο[χ]ό[ρου?
Ἐλαίου εἴκοσι [κοτύλαι,
- - - κοντα ἑκατὸν κάδοι.
ἀγῶνες ὀκτὼ τριάκοντα.
Ἐπὶ - - - τοῦ Ξένων[ος
γυμνασίαρχοι
Ξένιος - - ίδ[ου,
Ἀρίσταρχος - - ύ[λου.
Ἐλαίου - - - κοτύ[λαι,
π]εν[τήκοντ]α
ἑκατὸν κάδοι.
ἀγῶνες ὀκτὼ τριάκοντα.
Ἐπὶ - - - τοῦ Ζω[πύρου?
γυμνασίαρχοι
Ἐρισ[θ]ένης [τοῦ δεῖνος,
Δαμάτριος [τοῦ δεῖνος.
Ἐλαίου - - - - - -

ἐννέα ἑξήκοντα
κάδοι σὺν ἐπαγω[γίμῳ.
ἀγῶνες τριάκοντα.
Ἐπὶ Ζωπύρου τοῦ Χαιρεδάμου
γυμνασίαρχοι
Ἀγάθαρχος Ἀγαθάρχου,
Φιλόδαμος Ἀριστοπόλιος.
Ἐλαίου τέσσαρες κοτύ[λαι,
ὀκτὼ ὀγδοήκοντα ἑκατὸν [κάδοι.
ἀγῶνες ὀκτὼ τριάκοντα.
Ἐπὶ Ἀρχα[γάθου] τοῦ Ἀρίστωνος
γυμνασίαρχοι
Ἀπολλόδωρος Ἀρτεμιδώρου,
Ἐράτων Ἀπολλοδώρου.
Ἐλαίου - - - πρόχοι,
ἑπτὰ [δέκα] διακόσι-
οι] κάδοι σὺν ἐπαγω[γίμῳ.
ἀγῶνες ὀκτὼ τριάκοντα.
Ἐπὶ Ἡρακλήτου τοῦ Ἀπολλοδώρου
γυμνασίαρχοι
Ἀρτεμίας Εὐμενίδα,
Ἀπολλόδωρος Φρίνιος.
Ἐλαίου ἐννέα διακόσι[οι
κάδοι.
ἀγῶνες εἷς τεσσαράκοντα.
Ἐπὶ Γοργία τοῦ Ἀγαθάρχου
γυμνατίαρχοι
Ἀλέξανδρος Ξένωνος,
[ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος.
Ἐλαίου τόσοι καὶ τόσοι κάδοι.
ἀγῶνες τόσοι καὶ τόσοι.]

Est catalogus ex eodem genere, ex quo est n. 5641. ubi exposuimus simul ea, quae ad hunc titulum pertinent.

5643.

Tauromenii, in columella, cui donarium superimpositum erat, ex eadem aede, ex qua sunt n. 5641. 5642.; edidit Murator. T. IV. p. MDCCCCLXXXI. 11. Burmannus in Dorvillii Siculis ad calcem p. 575. ex schedis Dorvillii; hinc Castellus Inscr. Cl. I. p. 1. n. 2. cum interpret. Lat. et notis. Habeo etiam ex schedis Odofr. Mülleri et ex schedis Panofkae, qui in aede Principis S. Stephani muro insertum vidit lapidem.

ΘΕΑΙΣ
ΑΓΝΑΙΣ
ΧΑΡΙΣΤΗ
ΡΙΟΝ
Λ.ΜΑΛΙΟΣ
ΕΡΜΗΣ
ΡΕΚΤΑΣ

Vs. 5. Müll. Λ.ΜΑΛΙΟΣ, Panofka ʼΛΜΑΛΙΟΣ.

Θεαῖς ἁγναῖς χαριστήριον Λ. Μάλιος Ἑρμῆς Ῥέκτας.

De Θεαῖς ἁγναῖς conf. n. 5431. 5432. Μάλιος est i. q. alias Μάλλιος. M. Mallius Hermes est etiam in Vigilum Rom. laterculis ed. Kellermann. III, 1, 38. Habet autem L. Mallius Hermes praeterea cognomen Ῥέκτας, quasi *Strenuus*. Nam ῥέκτης proprie est i. q. ῥεκτήριος, δραστήριος; Plutarch. Brut. c. 12. ἄλλως μὲν οὐκ ὄντα ῥέκτην .οὐδὲ θαῤῥαλέον; Synesius 209. ῥέκτης ἀνήρ. Similia cognomina Siciliensibus etiam antiquioribus temporibus usitata fuisse docuimus ad n. 5595. conf. n. 5638.

5644.

Ibidem, in lapide circa III pedes lato, effosso una cum marmore n. 5638.; edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. VIII. p. 108. n. 10. Habeo etiam ex schedis Odofr. Mülleri.

ΓΑΙΟΣ ΚΛΑΥΔΙΟΣ
ΜΑΑΡΚΟΥΥΙΟΣΜΑΑΡΚΕΛΛΟΣ
Γ

Γάϊος Κλαύδιος Μαάρκου υἱὸς Μαάρκελλος.

Monumentum positum est nobili Romano Marcello patrono Siciliae, filio, ni fallor, celebris M. Marcelli. Erat haud dubie sub statua. Littera Γ, qua Castellus perperam coniicit gymnasiarcham denotari, non est in apographi Mülleri. Ea quid sibi velit, non liquet. Videndum ne fuerit Π (πάτρων). Nam Marcelli antiquissimi Siciliae patroni dicuntur a Cicerone Verr. III, 18. De patronis conf. Eckhel. D. N. Vol. IV. p. 253. L. Cornelus Marcellus Quaestor Siciliae fuit teste inscriptione Latina ap. Gruter. p. c. n. 10. De scriptura Μάαρκος et Μαάρκελλος vide Elem. epigr. Gr. p. 248.

5645.

Ibidem, in ansa vasis; edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XV. p. 206. n. 18.

ΕΠΙ ΑΡΧΙ
ΛΑΙΔΑ
ΑΡΤΑΜΙΤΙΟΥ

Ἐπὶ Ἀρχιλαΐδα. Ἀρταμιτίου.
Idem archon est n. 5378. Conf. n. 5751.

5646.

Ibidem, in lapide sigilli instar facto; edidit Burmannus in Dorvillii Siculis ad calcem p. 575. n. 5. ex schedis Dorvillii.

ΔΛΜΟΣΙΑ

Δ[α]μοσία.

5647.

Tauromenii, in annulo aureo in museo Ducis S. Stephani; edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XVI. annul. signat. n. 12. p. 220.

ΚΕΡΟ
ΗΛΗΚΑ
ΛΑΗΛϘ

Syllabae ΚΕΡΟ redeunt in annulo Catanensi n. 5690. Scriptura mystica videtur.

5648.

Ibidem; edidit Burmannus in Dorvillii Siculis ad calcem p. 575. n. 3. ex schedis Dorvillii; inde Castellus Inscr. Sicil. Cl. VII. p. 74. n. 18. cum nota.

ΕΡΜΑΗΡΑΚΛΕΟΣ

Ἑρμᾶ Ἡρακλέος.

Pertinet ad statuam, qua una repraesentatur et Mercurius et Hercules, praesides palaestrae. Vulgo dicitur Ἑρμηρακλῆς, ut Ἑρμαθήνη. Apposite Castellus confert Cicer. epist. ad Att. I, 10. „*Signa nostra et Hermeraclas, ut scribis, quum commodissime poteris, velim imponas.*"

5649.

Ibidem, fragmentum; ex Monumentis ad histor. litter. Sicul. editis Panormi a. 1756. Vol. II. p. 112. edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XVIII. p. 284. n. 23.

Θ
. . . . . . ΩΣΚΙΣΤΡοΦ . . . . . .
. . . . . . ΕΖΗΣΕΝΕΤΗ . . . . . .

Θ(εοῖς) [κ](αταχθονίοις).
Ῥ]ῶσκις Τροφ[ίμου
ἔζησεν ἔτη - - -

Prius videtur ex Ῥώσκιος (Roscius) decurtatum. Femininum Ῥωσκία habes n. 5631. 5725.

5649. *b*.

Ibidem; Catanae in museo Paterniono vidit Castellus, qui edidit Inscr. Sicil. Cl. XIV. p. 196. n. 140.

ϹΤΑΤΕΙΟϹ
ΕΥΤΥΧΗϹ
ΕΖΗϹΕΑΜΕ
ΠΤΟϹ ΕΤΗ ΙϚ
ΜΗΝΕϹ Γ
ΗΜΕΡΑϹ Ζ

Στάτειος Εὐτύχης ἔζησε ἄμε[μ]πτος ἔτη ιϛ, μῆνες γ, ἡμέρας ζ.

De forma μῆνες p. μῆνας conf. Elem. epigr. Gr. p. 341.

5649. *c*.

Ibidem; edidit Burmannus in Dorvillii Siculis ad calcem p. 575. n. 2. ex schedis Dorvillii; inde Castellus Inscr. Sicil. Cl. XII. p. 156. n. 15.

ΘΚΙ
ΧΑΙΡΟΙϹΑΑΙ
ΕΙΓΛΥΚΥΤΑΤΗ
ΖΗϹΑϹΑΕΤΗ
ΠΑΤΗΡΙ
ΓΑΤΡ

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Χαίρο[υ]σα, αἰεὶ γλυκυτάτη, ζήσασα ἔτη - -. [ὁ] πατὴρ ἰ[δία θυ]γατρὶ [μνήμης ἕνεκα aut ἐποίησεν.

Χαίρουσα nunc nomen est mulierculae.

5649. *d*.

Catanae; ex schedis Odofr. Mülleri.

ΟΙΒΟΝΑΚЄΡϹЄΚΟΜΗΝ
ΙΤΗΒΟΛΟΝΑΠΟΛΛΩΝΛ
ΔΡΥΣΑΜΗΝϹΗΙ
ΚοϹΜΟΝ

ΠΑΤΡ

Φ]οῖβον ἀκερσεκόμην [ἑκα]τηβόλον Ἀπόλλων[α
ἱ]δρυσάμην - - - - κόσμον [φίλῃ εἶναι
πατρ[ίδι - - - - - - -

Versus statuae Apollinis subscripti fuisse videntur. Vs. 3. post ἱδρυσάμην non improbabile est nomen dedicantis eiusque patris positum fuisse, exempli causa Σή[μων Ξενίου.

5649. *e*.

Ibidem, extra urbem, ubi celebre Cereris templum fuisse putatur (Cic. Verr. IV.); edidit Gualtherus Tabb. ant. Sicil. cet. p. 7. n. 31. Hinc Vitus M. de Amico Catana illustr. Vol. III. lib. 10. c. 4. p. 236. Castellus Inscr. Sicil. Cl. I. p. 10. n. 22. Citarunt Dorvillius Sicul. c. XIII. p. 213. et Münterus Nachrichten von Neapel u. Sicilien p. 405.

Κ
ΔΗΜΗΤΗΡΗ ΙΕΡ

Δήμητρ[ι] ἱερ[όν.

Depravatam formam (pro ΔΗΜΗΤΕΡΙ vel ΔΗ ΜΗΤΡΙ) iure exploserunt Dorvillius et Castellus. Nempe Gualtherus bonus vir male transcripserat. In littera Κ Gualtherus et Münterus Καταναίων mentionem subesse arbitrantur; quod, si conferas n. 5649. *f.* non improbabile est. Sed quum lapis mutilus sit, nihil affirmari potest.

5649. *f.*

Catanae, sub simulacro cubitali ex argilla facto; edidit Gualtherus Tabb. ant. Sicil. cet. p. 9. n. 48. Hinc Murator. T. I. p. XL. 3. Vitus M. de Amico Catana illustr. Vol. III. lib. 10. cap. 4. p. 237. Castellus Inscr. Sicil. Cl. I. p. 11. n. 25. Tractavit Hagenbuchius Epist. epigr. ad Gorium p. 420 sqq.

ΠΕΡΣΕΦ◇ΝΗ	Περσεφόνη
ΒΑΣΙΛΙΣ	βασιλίς.
ΚΑΤΑΝΑ Λ	Καταναί[ων.

Καταναία expletur a Blanditio et Carrera teste Vito. Confictam inscriptionem esse contenderat Dorvillius teste Van Vaassenio in schedis. Parum probabiliter. Nec magis verisimile quod putat Van Vaasenius a recentiore manu simulacro antiquo additam inscriptionem esse. Melius Hagenbuchius qui praeterea tituli nominativum simulacro aptum dicit. Quod autem additum est nomen populi, nihil mirum (cf. n. 5435. *b.*). De cultu Cereris et Poserpinae in Sicilia obtinente vide ad n. 5432. De Proserpina regina conf. Vol. II. n. 2465. *c.* in Addendis p. 1086.

5649. *g.*

Ibidem; ex Viti M. de Amico Catana illustrata Vol. III. p. 253. edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XVIII. p. 282. n. 15.

ΜΑΡΚΙΑΝΟϹ . . . .
. . . ΑΜΕΝΟϹΤΗϹ . . . . .
. . . ϹΤΙΟΙϹΑΝΕΛΕ . . . .
. . . ΚΑΤΕΡΧΟΙ . . . .
. ΜΕ . . . ΙΕΡΟΝΕΙ . . . .

Μαρκιανὸς [τοῦ δεῖνος ἱερασ]άμενος τῆς - - - - [ἐν προα]στίοις ἀνέ[θηκεν τοῖς] κατερχο[μένοις - - -

In fine cave coniicias agi de gymnasio Ἱερωνείῳ vel de adolescentibus Ἱερωνείοις, quorum mentio fit in titulo Netensi n. 5466.

5649. *h.*

Ibidem, in tabula utraque parte inscripta a. 1772. reperta prope monasterium Ordinis S. Benedicti, in museo Ign. Paternionis Castelli Principis Biscaris; edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. VII. p. 70. n. 7. cum Franc. Tardiae interpretatione et notis; Sestinus Descrizione del museo del Principe Biscari a. 1787. p. 6. ubi titulus Latinus restitutus exhibetur lacunis a possessore Musei expletis. Ex Sestino dedit Iacobs Anthol. Palat. T. III. Addend. p. XCVI. (conf. Welcker. Syllog. epigr. p. XIX.) Inscriptionem Latinam ex schedis Münteri edidit Orellius Collect. inscr. Lat. Vol. II. p. 441. n. 5049. cum restitutione eadem, quam dederat Sestinus. Habeo ex schedis Mülleri, Graeca etiam ex schedis Münteri (conf. Münter. Itin. Neap. et Sicil. p. 427.).

A. ΒΑΙ◇ΝΣΜΣΝΥΜΦΑΙΣΣΡΓ◇ΝΚΑΜ - - -
◇ΥΓΑΡΜ◇ΙΣ◈ΣΝΑΡΗΝΧΣΙΡΣΠΣ- - - -
ΑΛΛΣΝΣΜ◇ΙΚΑΜΑΤΩΝΣΥΡΣΝΤΣΛ- -
ΑΓΧ◇◈ΙΛΑΙΝΣΗΣΑΥΛΑΚ◇ΣΥΔΡ◇ - - -
ΤΗΝΑΥΤ◇ΣΠ◇ΙΗΣΣΝΣΣΗΣΡΑΠ◇ΛΛ - - -
ΝΑΜΑΦΣΡΣΙΝΚΑ◈ΑΡ◇ΝΣΝΝΑΣΤΑΙ- -
ΣΝΝ◇Ι◇Υ

B. - - - - VMIN - - IANYMFEVM
- - ꟷBEFOEDATVMCVIVSETIAMAQVA
- - VOMEATVTAMENCORRVPTIONE
- - MITAFVERATPOLLVTAVTQVANDAM
- - MHAVRIENTIBVSINFERREVIDERETVR
- - AFIARSINIV.C.CONSVLARIS . P . S .
- - IVMADQVEVSVIPOPVLISPLENDIDISSIMI
- - MREDDITVMREFORMATVMQVEEST
- - ANTE.FL.AMBPOSIO.V.P.D.D.P.R.I.

Tit. *A.* littera Ο plerumque aut ◇ est aut Ο, item pro Θ aut ◈ est aut Θ; pro Ε semper est Σ. Vs. 3. init. Sest. ΑΜΕΝΕΜΟΙ, Münt. ΑΛΛΕΝΕΛΛΚ; in fine Cast. ΤΕ -, Müll. ΤΣΙ - -, Sest. ΤΕΛ. Vs. 3. extr. Cast. ΕΣΗΣΕΡΑΠΟΛΛ -, Sest. ΕΣΗΕΡΑΠΟΜ -, Münt. ΕΣΗΕΡΑΠΟΛΛ -, Müll. ΣΣΗΣΡΑΠΟΛΛ -, quod fuit ΣΣΗΣΡΑΠΟΛΛ. Vs. 6. extr. Münt. ΕΝΝΑ ΕΤΑΛ -, reliqui ΕΝΝΑΕΤΑΙ. Vs. 7. Cast. ΕΝΝΟΥΟΥ, reliqui ΕΝΝΟΙΟΥ.

Tit. *b.* formam tituli dedi ex Mülleri apographo. Vs. 1. inter IN et IA Cast. lacunam septem litterarum signat. Vs. 2. init. primus ductus ꟷ accessit ex Müll. Vs. 3. extr. Müll. CORRVPTIONI, reliqui CORRVPTIONE. Vs. 4. Cast. POLLVTAET QVANDAM, Sest. POLLVTAVTQVANDAM, Müll. POLLIAVIQVANDAM. Vs. 5. init. H omittitur ap. Sest. Vs. 6. init. Cast. Sest. AET, Müll. AFI, unde restituimus F[L]. Vs. 7. init. I accessit ex Müll.

Vs. 8. init. ubi reliqui M, Müllerus habet A. Vs. 9. Cast. AMROSIO; totum versum ita exhibet Müllerus: ANIDIAMBROSIOVIDI.

A. Βαιὸν ἐμὲ Νύμφαις ἔργον κάμ[ε δημιοεργός·
οὐ γάρ μοι σθεναρὴν χεῖρ' ἐπέ[χειν θεμιτόν.
ἀλλ' ἐν ἐμοὶ καμάτων εὗρεν τέλ[ος εὖ ἀραρυίᾳ
ἀγχόθι λαϊνέης αὔλακος ὑδρο[φόρου,
τὴν αὐτὸς ποίησεν ἐς ἠέρα πολλ[ὸν ἱεῖσαν
νᾶμα φέρειν καθαρὸν ἐνναέται[ς πόλεως.
Ἐννοίου.

B. *Tempor]um in[iur]ia Nymfeum*
impro]be foedatum, cuius etiam aqua,
sal]vo meatu, tamen corruptione
sordiu]m ita fuerat polluta, ut quandam
noxa]m haurientibus inferre videretur,
beneficenti]a Fl. Arsini V. C. Consularis P. S.
purgat]um adque usui populi splendidissimi
Catinensiu]m redditum reformatumque est.
Cur]ante Fl. Ambrosio V. P. D. D. P. R. I.

Fuit in lapide ad aquaeductum Nymphei pertinente, quod vetustate collapsum postea instauratum esse docet titulus Latinus. Inscriptionem Graecam a Tardia restitutam litteris minusculis exhibuit Castellus. Ex qua quidem restitutione nihil licuit in usum nostrum convertere nisi verbum ἐπέχειν in primo pentametro. Non multo feliciores in explicando titulo Graeco fuerunt Welckerus et Iacobsius; qui non animadverterunt epigramma ab eo positum esse qui primus Nympheum exstruxit. Uterque titulum Latinum pro norma habuit, unde explicarentur Graeca. Et Iacobsius quidem diversa dicit opera esse, de quibus Latina et Graeca inscriptio agit, sed eiusdem tamen hominis cura facta. Welckero autem epigramma Graecum non ad opus in titulo Latino designatum pertinere sed aliunde petitum nec fortasse statim ab initio cum illo coniunctum esse videtur ob argumenti qualemcunque similitudinem, quae Consularem istum aut amicum advertisset. Hominem igitur, cui ob mediocrem fortunam levia tantum munera diis offerre liceret, parvo licet opere, gratum tamen Nymphis praestitisse officium. Ipsius enim opera fontem restagnantem et aquaeductu ad profluvium derivandum carentem eoque *corruptione pollutum* restitutum esse fossula inde ab αὔλακι marmorea, in qua nimirum aqua in Nympheo scaturiens excipiebatur, ad urbem ducta. Hinc Welckerus dedit:

Βαιὸν ἐμὲ Νύμφαις ἔργον κάμ[νειν θέμις ἐστίν.
οὐ γάρ μοι σθεναρὴν χεῖρ' ἐπέ[δωκε θεός.
ἀλλ' ἐν ἐμοὶ καμάτων εὗρεν τέλ[ος ἀγλαὸν ὕδωρ,
ἀγχόθι λαϊνέης αὔλακος ὑδρο[χόην,
τὴν αὐτὸς ποίησεν ἐς ἠέρ' Ἀ[πολλωνίσκος
νᾶμα φέρειν καθαρὸν ἐνναέται[ς πόλεος.

Iacobsius autem ita:

Βαιὸν ἐμὲ Νύμφαις ἔργον κάμ[εν Ἀμβροσίου φρήν.
οὐ γάρ μοι σθεναρὴν χεῖρ' ἐπέ[χειν θέμις ἦν.
ἀλλ' ἐν ἐμοὶ καμάτων εὗρεν τέλ[ος· ἠρίον ὧδε,
ἀγχόθι λαϊνέης αὔλακος ὑδρο[χόου,
τὴν αὐτὸς ποίησεν ἐς ἠέρα, πολλ[ὰ μογήσας,
νᾶμα φέρειν καθαρὸν ἐνναέται[ς Κατάνης.

Talium commentorum causa fuit titulus Latinus; qui nisi una repertus fuisset, multo melius rem egissent viri doctissimi. Nam ad aquaeductum eiusdem Nymphei uterque titulus pertinet; et epigramma Graecum multo antiquius esse inscriptione Latina vidit etiam Castellus. In illo enim opus primitus factum memoratur, in hac instauratum. Accedunt litterarum formae, quae et ipsae titulum altero vel duobus saeculis antiquiorem esse produnt. Quid multa? Epigramma artifex, ut consentaneum erat, in parte Nymphei ea posuit, quam extremam fecerat. Ad id respiciens opus, quod loquens introducitur, dicit: ἀλλ' ἐν ἐμοὶ καμάτων εὗρεν τέλος—, quibus verbis simul praecipitur non hoc solum ab eo factum esse sed etiam aquaeductum (λαϊνέην αὔλακα ὑδροφόρον). Quid autem sit quod se dicat βαιὸν ἔργον esse nec σθεναρὴν χεῖρα sustinuisse, explicare non licet, quod, quomodo Nympheum istud comparatum fuerit, non compertum habemus. Impediri loci natura potuit, quo minus exquisitius opus efficeretur. Nostra supplementa non ubique certa esse sponte patet. Nomen Ἐννοίου distichis suppositum videtur esse poetae: quae etiam Münteri et Welckeri (Mus. Rhen. Suppl. 1841. II, 3. p. 1337.) sententia est.

In restituendo titulo Latino plurima debeo Aug. Guil. Zumptio, qui composuit inscriptionem priusquam vidisset tentatam apud Orellium restitutionem, confirmavitque meam de aetate tituli sententiam. Ex supplementis Zumptii ab interprete Catinensi occupata erant vs. 1. *temporum iniuria*; vs. 4. *sordium* (de quo Zumptius conferri iubet Gruter. p. CDLXXXI. 10.); vs. 9. *curante*; a nobis autem vs. 5. *noxam*; vs. 6. *Fl.*; vs. 8. *Catinensium*. Vs. 6. interpres Catinensis dedit *cura*, atque in ipsum inciderat Zumptius, praeferens is tamen *beneficentia*, quod recepimus. Nam latitudinem scripturae in hoc titulo satis imparem fuisse vel ex vs. 8. colligi potest, ubi *Catinensium* certissimum videtur. Sigla vs. 9. *D. D. P. R. I.* apud Orellium explicantur: *d(ecurionum) d(ecreto) p(ecunia) r(eipublicae) i(nstauratum)*, pro quo Zumptius rectius: *d(ecreto) d(ecurionum) p(oni) r(espublica) i(ussit)*. Quippe Catinenses in honorem Arsinii, qui Nympheum instauravit, titulum posuerunt *curante Fl. Ambrosio v(iro) p(erfectissimo)*, qui ipse ex numero decurionum fuisse videtur. De elogio Ambrosii Zumptius provocat ad Gothofr. ad Theod. Cod. de perfectissimatus dignit (6, 37.). Consularis provinciae Siciliae Arsinius vir clarissimus audit. Hunc Zumptius eundem putat esse qui Constantio a. p. Chr. 359. Arsenius ex-vicarius est (Theod. Cod. de praet. l. 15. (6, 4.). Quod si ita est, titulus paulo ante a. p. Chr. 359. positus videtur, quum Arsenius Consularis esset provinciae Siciliae.

5650.

Catanae, in museo Paterniono, olim haud dubie sub statua; edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. VII. p. 74. n. 17. Rectius R. Rochette Lettre à Mr. Schorn p. 75. et Suppl. ed. sec. 1845. p. 316.

ΓΛΥΚѠΝ ΑΘΗΝΑ
ΙΟϹ ΕΠΟΙΕΙ

Cast. ΕΑΥΚѠΝ, Roch. ΓΛΥΚΩΝ.

Γλύκων Ἀθηναῖος ἐποίει.

Idem titulus redit in inscriptionibus Romanis. Vide n. 6142.

5651.

Ibidem, in diota fictili, in museo Paterniono; edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XVI. p. 249. n. 3. Habeo etiam ex schedis Odofr. Mülleri, qui monet ΣΩΤΗΡΑ paulo altius aliisque litteris scriptum esse atque alterum nomen.

ΑΦΡοΔΙΤΗΣ

In altero latere:
ΣΩΤΗΡΑ

Σωτηρᾶ. Ἀφροδίτης.

Σωτηρᾶς videtur nomen fuisse artificis.

5652.

In figulina prope *Catanam* in oppido Mottae S. Anastasiae reperta; edidit Vitus M. de Amico in notis ad Hist. Sicil. Th. Fazelli Vol. I. p. 410. et Catana illustrata Vol. III. lib. 10. c. 4. p. 245. et ex schedis Dorvillii Burmannus in Dorvillii Siculis ad calcem p. 587. 7. unde repetiit Castellus l. c. Cl. XVIII. p. 286. n. 34.

- - ΡΟΔΙΤΑΣ
- - ΣΤΡΑΤΟΥ
- - ΟΥΛΛΚΑΙ
- - - ΔΙΤΑΙ

Vs. 2. Vit. ΕΓΡΑΤΟΥ. Vs. 3. Vit. ΟΥΛΛΚΑΙ.. Burm. ΟΥΛΛΚΑΙ, Cast. ΟΥΛΑΚΑΙ.

Ἱερατευούσης θεᾶς Ἀφ]ροδίτας
τῆς δεῖνος τῆς τοῦ - -]στράτου
ἢ δεῖνα Ἀρχεβ]ούλα καὶ
ἢ δεῖνα θεᾷ Ἀφρο]δίτᾳ.

Nomen Ἀρχεβούλα habes etiam n. 5580. Ceterum exempli causa dedi nomen illud. Potest etiam aliud esse, ut Ἀριστοβούλα (conf. n. 5371.), Νεοβούλα cet. De titulo conf. ad n. 5747.

5653.

Catanae, in ansa vasis; edidit Sestinus Opuscul. p. 276. n. 15.

ΕΠΙ
ΑΓΑΘοΚΛΕΥΣ

\- - - - - -
Ἀγαθοκλεῦς.

Archon idem habetur n. 5502. 5503. Cf. n. 5386. 5472. Idem videtur titulus esse, quem ex museo Biscariano Theod. Mommsenius Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1846. n. 98. p. 779. n. 90. profert ita:

.Ε ΙΚΙο
ΑΓΑΘΟΚΛΕΥ

Idem Mommsenius p. 781. n. 136. Catanae apud Benedictinos vidit hanc:

ΑΓΙΙ . . . ΓΟ
ΑΓ. . . . . . ΚΛΕ

quod fuerit: Ἀγ[ριανί]ο[υ]. Ἀγ[αθο]κλε[ῦς.

5654.

Ibidem, in museo Paternonio in sigillo figulino rotundo, litteris per orbem dispositis; in medio est βαλαύστιον expressum (conf. ad n. 5751.); edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XV. p. 204. n. 7.

ΕΠΙΑΤΕΜΟΥΠΑΝΑΛ···ΔΕΥΤΕΡΟΥ·

Ἐπὶ Ἀ[γ]ε[λά]ου. Πανά[μου] δευτέρου.
Conf. ad n. 5751.

5654. *b.*

Ibidem, apud Benedictinos, in ansa vasis; edidit Theod. Mommsenius Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1846. n. 98. p. 779. n. 84.

ΕΠΙ
ΔοΤο
ΑΓΡΙΑΝΙοΥ

Ἐπὶ [Ἀθανο-
δότο[υ.
Ἀγριανίου.

Nomen magistratus restituit Th. Mommsenius ex n. 5654. *c.* Conf. n. 5481. 5503. *b.* et ad n. 5751.

5654. *c.*

Ibidem, in museo Biscariano, in ansa vasis; edidit Theod. Mommsenius l. c. p. 780. n. 91.

. ΘΑ . Ο
ΔοΤοΥ

Cornu copiae et globulus.

Ἀ]θα[ν]οδότου.

Conf. n. 5481. 5503. *b.* 5654. *b.* et ad n. 5751.

5655.

Ibidem, in ansa vasis; edidit Burmannus in Dorvillii Siculis ad calcem p. 579. n. 13. ex huius schedis; unde petiit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XV. p. 207. n. 23.

ΕΠΙ ΑΛΕΞΙ
ΙΜΑΧΟΥ
ΒΑΔΡΟΜΙΟΥ

Ἐπὶ Ἀλεξιμάχου. Βαδρομίου.

Idem archon est etiam n. 5377. *b.* *c.* 5508. 5751. 3. Conf. ad n. 5751.

5656.

Catanae, in ansa vasis; edidit Sestinus Opusc. p. 276. aeri incisam n. 1.

ΕΠΙΑΡΑ
ΚΑΡΝΕοΥ

Ἐπὶ Ἀρά[του?
Καρνε[ί]ου.

Conf. ad n. 5751.

5657.

Ibidem, in ansa vasis; ex schedis Odofr. Mülleri.

ΑΡΙΣΤι Υ

Ἀριστίου.

Conf. ad n. 5751.

5657. *b*.

Ibidem, in museo Biscariano; edidit Theod. Mommsenius Zeitschr. f. Altherthumswiss. 1846. n. 97. p. 772.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΕΥΣΣΜΙΘΙΟΥ

Ἀριστοφάνευς. Σμι[ν]θίου.
Mensis nomen est Σμίνθιος. Conf. ad n. 5751.

5658.

Ibidem, in ansa vasis; ediderunt Castellus Inscr. Sicil. Cl. XV. p. 204. n. 8. et Sestinus Opuscul. p. 276. aeri incisam in tab. n. 7.

ΕΠΙΑΡΣΙΠοΛΕοΣ
ΔΕΥΤΕΡοΥ
ΠΑΝΑΜοΥ

Sestinus habet ΔΕΥΤΕΡοΥ
ΠΑΝΑΜοΥ
Ἐπὶ Ἀρσιπόλεος.
Πανάμου δεύτερου.
Conf. ad n. 5751.

5659.

Ibidem, in ansa vasis, in museo Paterniono; ediderunt Castellus l. c. p. 205. n. 14. et Sestinus Opuscul. p. 276. aeri incisam in tab. n. 9. In museo Biscariano vidit Mommsenius Zeitschrift f. Alterthumswiss. 1846. n. 97. p. 772.

ΕΠΙΑΡΧΙ
ΔΑΜοΥ
ΑΡΤΑΜΙΣΙοΥ

Ἐπὶ Ἀρχιδάμου.
Ἀρταμι[τ]ίου.

Vs. 1. Cast. ΑΡΛΙ pro ΑΡΧΙ. Vs. 3. Cast. Sest. ΑΡΤΑΜΙΘΙΟΥ, Momms. ΑΡΤΑΜΙΣΙΟΥ.
Idem archon habetur n. 5510. 5511. et idem titulus n. 5556. Conf. ad n. 5751.

5659. *b*.

Ibidem, in museo Biscariano; edidit Theod. Mommsenius Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1846. n. 97. p. 772.

ΕΠΙΑΡΧ
ΚΑΡΝΕΙΟΥ

Ἐπὶ Ἀρχ[ι - - -.
Καρνείου.

Ἀρχιλαΐδα, ut n. 5378. 5645. 5751. 10., proponit Mommsenius. Conf. ad n. 5751.

5659. *c*.

Ibidem, apud Benedictinos, in ansa vasis; edidit Th. Mommsenius l. c. n. 97. p. 772.

ΕΠΙΑΡ***ΣΚΟΣ
ΥΑΚΙΝΘΙΟΥ

Ἐπὶ Ἀρ - - -. Ὑακινθίου.
Conf. ad n. 5751.

5660.

Ibidem, in ansa vasis in museo Paterniono; edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XV. p. 213. n. 58. Expressa est stella.

ΕΠΙΑϹ : : : :
ΚΡΑΤΕΥϹ

Ἐπὶ Ἀσ[τυ]κράτευς.
Potest sane fuisse etiam [Π]ασ[ι]κράτευς, ut n. 5530. 5745. Conf. ad n. 5751.

5661.

Ibidem, in ansa vasis, litteris circa βαλαύστιον in orbem dispositis; edidit Sestinus Opuscul. p. 276. aeri incisam in tab. n. 5.

ΕΠΙΔΑΜΕΝΗΤΟΥΠΑΝΑΜΟΥ

Ἐπὶ Δαμενήτου (leg. Δαμαινέτου). Πανάμου.
Idem archon n. 5661. *b*. 5379. Conf. ad n. 5751.

5661. *b*.

Ibidem, in museo Biscariano; edidit Franc. Ferrara Stor. di Cat. p. 399. 3. melius Th. Mommsenius Zeitschr. f. Alterthumsw. 1846. n. 97. p. 773.

ΕΠΙΔΑΜΑΙΝΕΤΟΥΠΑΝΑΠΟΥ

Ἐπὶ Δαμαινέτου. Πανά[μ]ου.
De archonte vide n. 5379. 5661. 5751. 35. Cf. ad n. 5751.

5661. *c*.

Ibidem, in museo Biscariano; edidit Th. Mommsenius l. c. 1846. n. 97. p. 773.

ΙΜƎΘΟΜΑΔΙΠƎ

Ἐπὶ Δαμοθέμι[ος.
De archonte cf. n. 5379. *b*. 5379. *c*. Cf. ad n. 5751.

5662.

Ibidem, in ansa vasis; edidit Sestinus Opuscul. p. 276. aeri incisam in tab. n. 4. Ex museo Biscariano profert Theod. Mommsenius Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1846. n. 98. p. 779. n. 86.

ΕΠΙΘΕΑΙ
ΔΗΤΟΥ
ΠΑΝΑΜΟΥ

Vs. 1. Momms. ΕΠΙ˘ΓΑΙ.
Ἐπὶ Θεαι[νέ]του.
Πανάμου.

5662. *b.*

Ibidem, in museo Biscariano; edidit Th. Mommsenius l. c. n. 97. p. 773. n. 32.

ΕΠΙΘΕ//||||||ΑΝΙΟΥ

Ἐπὶ Θε[αίου. Ἀγρι]ανίου.
Conf. ad n. 5751.

5662. *c.*

Ibidem, in museo Biscariano; edidit Th. Mommsenius l. c. n. 97. p. 774. n. 37.

ΕΠΙΚΑΛΛΙΚΡΑΤΙΔΑ
ΜΟΥ

Ἐπὶ Καλλικρατίδα. [Πανά]μου.
Conf. n. 5663. et ad n. 5751.

5663.

Ibidem, in ansa vasis; edidit Sestinus Opuscul. p. 276. n. 3.

ΕΠΙΚΑΛΛΗΟΠΑΤΡΑ
Σ
ΠΑΝΑΜΟΥ

Ἐπὶ Καλλ[ικρ]ατ[ίδ]α. Πανάμου.
Vide ne sit idem titulus n. 5662. *c.* Conf. ad n. 5751.

5664.

Ibidem, in ansa vasis in museo Paterniono; edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XV. p. 212. n. 56. et Sestinus l. c. n. 2. Repetiit Th. Mommsenius l. c. n. 97. p. 774. n. 38.

ΕΠΙΚΛΕ
ΑΡΧΟΥ

Ἐπὶ Κλεάρχου.
Archon idem habetur n. 5446. Conf. ad n. 5751.

5664. *b.*

Ibidem, in museo Biscariano; edidit Th. Mommsenius l. c. n. 97. p. 773. n. 34.

ЄΠΙΙΑC×
ΚΡΑΤΕΥΣ

Ἐπὶ [Κλευ-
κράτευς.

Videtur eadem esse n. 5751. 23. De archonte conf. n. 5519. 5664. *c.*

5664. *c.*

Ibidem, apud Benedictinos; edidit idem l. c. p. 774. n. 40. Verba scripta sunt circa balaustium.

ΕΠΙΚΛΕΥΚΡΑΤΕΥΣΠΑΝΑΜΟΥ

Ἐπὶ Κλευκράτευς. Πανάμου.
Archon idem n. 5519. et ni fallor, n. 5664. *b.* Conf. ad n. 5751.

5665.

Ibidem, in ansa vasis, in museo Paterniono; edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XV. p. 203. n. 3. et Sestinus l. c. n. 2. Repetiit Th. Mommsenius l. c. n. 97. p. 774. n. 42.

ΕΠΙΚΛΕΩΝΥ
ΜΟΥ
ΠΑΝΑΜΟΥ

Vs. 1. extr. Cast. **I** pro **Y**.
Ἐπὶ Κλεωνύμου. Πανάμου.
Archon idem habetur n. 5520. 5521. 5547. *b.* Conf. ad n. 5751.

5666.

Ibidem, in ansa vasis; edidit Th. Mommsenius l. c. n. 98. p. 781. n. 124. Habeo etiam ex schedis Odofr. Mülleri.

ΝΙΚΑΓΙΔΟΣ — Νικαγίδος.

Müll. ΝΙΚΑΠΔΟΥ.
Idem nomen habetur n. 5451. Conf. ad n. 5751.

5667.

Ibidem, in ansa vasis; edidit Sestinus Opusc. p. 276. aeri incisam in tab. n. 12. Ex museo Biscariano repetiit Th. Mommsenius l. c. n. 97. p. 775. n. 54.

ΕΠΙΕΡΕΩΣ — Ἐπ' ἱερέως
ΠΑΥΣΑΝΙΑ — Παυσανίας.
ΑΓΡΙΑΝΙΟΥ — Ἀγριανίου.

De sacerdote eponymo vide ad n. 5483. 5751.

5668.

Ibidem, in ansa vasis; edidit Sestinus l. c. n. 11. Nunc in museo Biscariano esse docet Th. Mommsenius l. c. n. 97. p. 771.

ΕΠΙΑΡΑΤΟΦΑ
ΝΕΥΣ
ΔΑΛΙΟΥ

Ἐπὶ Ἀρατοφάνευς. Δαλίου.
Idem archon est n. 5456. 5669. Conf. ad n. 5751.

5669.

Catanae, in ansa vasis; ex schedis Odofr. Mülleri.

ΕΓΙ ΠΡΑΤ
ΦΑΝΕΥΣ

Ἐ[π]ὶ [Ἀ]ρατ[ο-
φάνευς.

Idem archon habetur n. 5456. 5668. 5751. 31. Vasculum idem videtur, ex quo Ferrara Stor. di Cat. p. 399. 16. et Th. Mommsenius Zeitschr. für Alterthumswiss. 1846. n. 98. p. 777. n. 57. inscriptionem dederunt:

Caput Apollinis radiatum

ΕΠΙΠΡΑΤ
ΦΑΝΕΥΣ

Conf. n. 5456. et ad n. 5751.

5670.

Ibidem, in ansa vasis; ediderunt Castellus Inscr. Sicil. Cl. XV. p. 205. n. 15. et Sestinus Opuscul. p. 276. aeri incisam in tab. n. 8. Repetiit Theod. Mommsenius Zeitschrift f. Alterthumswiss. 1846. n. 98. p. 777. n. 60. qui notat habuisse etiam Avolium l. c. ad n. 5751. p. 94.

ΕΓΙΓΥΘοΔΩΡο
ΑΡΤΑΜΙΤΙοΥ Υ

Ἐπὶ Πυθοδώρου. Ἀρταμιτίου.

Idem archon est etiam n. 5671. 5671. *b*. Conf. ad n. 5751.

5671.

Ibidem, in ansa vasis; ediderunt Castellus l. c. p. 209. n. 37. et Sestinus l. c. n. 10. Repetiit Th. Mommsenius l. c. n. 98. p. 777. n. 61.

ΕΠΙΠΥΘοΔΩ
Ρ Ο Υ
ΔΑΛΙοΥ

Ἐπὶ Πυθοδώρου.
Δαλίου.

Vs. 1. Cast. ΠΙΘ, Momms. ΠΥΘ.

Idem archon est etiam n. 5670. 5671. *b*. Conf. ad n. 5751.

5671. *b*.

Olim *Catanae* apud Baronem Becupero in vasculo; edidit Ferrara Stor. di Cat. p. 399. 15. repetiit Theod. Mommsenius l. c. n. 98. p. 777. n. 62. qui notat similem aut eandem habuisse etiam Avolium l. c. ad n. 5751. p. 93.

ΕΠΙΦΠΥΟ
Δ..ΡΟΥ
Κ.Ν.ΙΟΥ

Ἐπὶ Πυ[θο]δ[ώ]ρου.
Κ[αρ]ν[ε]ίου.

Restituit Mommsenius. Archon idem n. 5670. 5671. Conf. ad n. 5751.

5672.

Catanae, in ansa vasis; edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XV. p. 212. n. 57.

ΕΠΙ ΤΙΜΟ:ΕΟΥ ΝΗΕΥΘΙΟΥ

Ἐπὶ Τιμο[θ]έου. [Ὑακιν]θίου.

Sestinus Opusc. p. 276. tab. n. 13. ex museo Principis Ignatii de Biscari Catanae aeri incisum edidit hunc titulum:

ΕΠΙΤΙΜΟ
ΘΕΟΥ
ΥΑΚΙΝΘΙΟΥ

Ἐπὶ Τιμοθέου.
Ὑακινθίου.

qui titulus haud scio an idem ille sit Castellianus. Conf. ad n. 5751.

5673.

Ibidem, in ansa vasis; ex schedis Dorvillii edidit Burmannus in Dorvillii Siculis ad calcem p. 579. n. 11. Ex schedis Caietani Noto edidit Castellus l. c. p. 206. n. 22.

ΕΠΙ ΤΙΜΟΥΡ
ΡΟΔΟΥ
ΒΑΔΡΟΜΙΟΥ
ΙΜΑ

Vs. 4. ΙΜΑ omisit Burmannus, habet Castellus.

Ἐπὶ Τιμουῤῥόδου. Βαδρομίου. Ἱμα(ράτου).

Similiter terminatur fragmentum tituli Catanensis ex ansa vasis idem editum a Burmanno l. c. n. 12.

- - - - ΟΣ
ΙΜΑ

Redit eadem lectio etiam n. 5547. *c*. 5619. *h*. 5751. 43. unde Crispus et Castellus fecerunt ἡμέρᾳ ᾱ; quod recte condemnat Th. Mommsenius. Est potius nomen artificis decurtatum Ἱμαράτου (cf. n. 5751. 21.). Nomen et fortasse archon idem redit in titulo simili Catanae ex ansa vasis transcripto ab Odofr. Müllero, cuius ex schedis habeo apographum hoc:

ΕΓΙ]ΥLL
ΜοΥΡΡοΔοΥ

Ἐπὶ [Τι]μουῤῥόδου.

Eundem magistratum Artamitio mense habuit Avolius l. c. ad n. 5751. p. 174. Redit idem nomen n. 5673. *b*. 5751. 33. 34.

5673. *b*.

Ibidem, apud Benedictinos; ediderunt Ferrara Stor. di Cat. p. 399. 9. et Th. Mommsenius l. c. n. 98. p. 778. n. 71.

ΕΠΙΕ..ΣΤ
ΙΜΟΥΡΡοΔοΥ

Ἐπ' ἱε[ρέω]ς Τιμουῤῥόδου.

Idem sacerdos est n. 5751. 34. Idem nomen magistratus n. 5673. 5751. 33.

5674.

Ibidem, in ansa vasis; edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XV. p. 203. n. 4. Rectius Th. Mommsenius l. c. n. 98. p. 778. n. 75.

ΦΙΛΑΙΝΙΟΥ — Φιλαινίου.
ΠΑΝΑΜΟΥ — Πανάμου.

Idem archon habetur n. 5619. *l.* 5539. et in simili titulo Catanae ex ansa vasis transcripto ab Odfr. Müllero, cuius in schedis est:

ΦΙΛΑΙΝΙΟΥ

quem eundem titulum dederunt Ferrara Stor. di Cat. p. 399. 17. et Th. Mommsen. l. c. n. 98. p. 781. n. 131. Conf. ad n. 5751.

5675.

Ibidem, in ansa vasis; ex schedis Odofr. Mülleri.

ΕΠ ΟL
ΥΑΚΙΝΘΙοΥ

Ἐπ[ὶ] - - - ο[υ]. Ὑακινθίου.
Conf. ad n. 5751.

5675. *b.*

Ibidem, apud Benedictinos, in ansa vasis; edidit Th. Mommsenius l. c. n. 98. p. 778. n. 78.

ѵΡΑΝΤ — Ἐπὶ Διοφ]άντ[ου?
ΜΟΦΟΡΙ — Θεσ]μοφορί[ου.

Conf. ad n. 5751.

5675. *c.*

Ibidem, apud Benedictinos, in ansa vasis; edidit Th. Mommsenius l. c. p. 779. n. 85.

ΥΑΚΙΝΘΙΟ — Ὑακινθίο[υ.
ΑΤ Α — - - -

Conf. ad n. 5751.

5676.

Ibidem, in ansa vasis, in museo Paterniono; edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XVI. p. 232. n. 6. Infra est expressus caduceus.

ΑΝΤΙΜΑΧοΥ — Ἀντιμάχου.

Idem nomen habetur in simili supellectili n. 5388. Conf. ad n. 5751.

5676. *b.*

Ibidem, in museo Biscariano, in operibus fictilibus; edidit Th. Mommsenius l. c. n. 98. p. 780. n. 95. 96.

.ΡΙΣΤΟΚΛΕΥΣ — Ἀ]ριστοκλεῦς.
ΑΡΙΣΤοΚΡΑΤο — Ἀριστοκράτ[ευς.

Alterum nomen habetur Calatafimi n. 5547. Conf. ad n. 5751.

5676. *c.*

Ibidem, in museo Biscariano, in vasculis; edidit Th. Mommsenius l. c. p. 780. n. 102. 106.

ΔΙΟΚΛΕΙοΑΣ — Διοκλεί[δ]ας.
ΕΠΙΚΡΑΤΕΥΣ — Ἐπικράτευς.

Conf. ad n. 5751.

5677.

Ibidem, in vasis; edidit Castellus l. c. Cl. XVI. p. 233. n. 9. et n. 8.

ΗΡΑΚΛΕΙΔΑ — Ἡρακλείδα.
ΗΡΑΚΛΗΤοΥ — Ἡρακλήτου.

Conf. ad n. 5751.

5678.

Ibidem, in ansa vasis; ex Viti M. de Amico Catana illustrata Vol. III. c. 8. p. 279. edidit Castellus l. c. p. 248. n. 1.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΕ — Ἱπποκράτε[υς.

Idem nomen et fortasse idem homo habetur n. 5559. Eadem inscriptio n. 5751. 22.

5679.

Ibidem, in vase; ex Viti M. de Amico Catana illustrata Vol. III. l. x. c. 8. p. 279. edidit Castellus l. c. Cl. XVI. p. 232. n. 5.

ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ — Μαμερτίνων.

Conf. n. 5614. 5622.

5680.

Ibidem, in vase; edidit Castellus l. c. Cl. XVI. p. 233. n. 7. Repetiit ex museo Biscariano Th. Mommsenius l. c. n. 98. p. 781. n. 127.

ΟΛΥΜΠΟΥ — Ὀλύμπου.

Cast. Ι pro Υ.
Idem nomen extat n. 5529. Conf. ad n. 5751.

5681.

Catanae, in parva olla terracea vel, ut Castellus dicit, in phiala, vulgo lacrimatoria dicta; ex schedis Dorvillii edidit Burmannus in Dorvillii Siculis ad calcem p. 579. n. 14.; ex Viti M. de Amico Catana illustrata Vol. III. cap. 8. p. 279. Castellus l. c. Cl. XVI. p. 248. n. 2.

ΝΕΙΚΙΑ — Νεικία.
ΛΥΚΙΟΝ — Λύκιον.

Vs. 1. Vitus et Castellus ΝΕΚΚΙΑ.

Λύκιον decoctum esse ex radicibus vepreculae cuiusdam, quae λύκιον, alias πυξάκανθα, vocatur, docet Celsus. V, 26. 30. VI, 7. Describitur τὸ λύκιον etiam a Dioscoride, Plinio, Galeno. Et Lycium Indianum remedium fuisse in oculorum morbis adhibitum Scribonius Largus testatur. Itaque olla pharmacopolae fuit, cuius nomen Νεικίας. Cf. n. 5779.

5682.

Ibidem, in patera; edidit Castellus l. c. Cl. XVI. p. 249. n. 6. Habeo etiam ex schedis Odofr. Mülleri.

ΡΟΕΞ◊ — Castellus: ΡΟΕΞΟ

Dixeris subesse Π]ροέδρου, siquidem ultima littera videtur composita ex ◊ et Υ, paenultima ex Δ et Ρ.

5683.

Ibidem, in vase fictili, in museo Paterniono; edidit Castellus l. c. Cl. XVI. p. 249. n. 5.

◊ΠΕΙΙΝΑΤΟϘΝΕϟΘΕΙΛΙ

Conieceris in fine δοκεῖς εἶναι (ΔΟΚΕΣΕΙΝΑΙ).

5684.

Ibidem, in lucerna fictili; ex schedis Odofr. Mülleri.

ΧΡΥϹЄΡɯΤ — Χρυσέρωτ(ος).

5685.

Ibidem, in lucernis fictilibus; titulos decem ex museo Paterniono edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XVI. p. 244. n. 1-10. Titulos 11-15. edidit Avolio delle antiche fatture di argilla, Palerm. 1829. tab. v. n. 94-98. (conf. p. 114.), ex collectione Ricuperiana. Titulos 16. et 17. habeo ex schedis Odofr. Mülleri.

1. ϹΙΥΝΛΙΕ
2. ΠΡΟΚΑΓΥΡ
3. ΑΓΥΡΥΟ
4. ΛΑΔΡ / ΚΙΟΥ
5. ΠΑ / ΤΡΙ / ϹΟΙ
6. ΑΓΥΡΙΟ
7. ΑΓΥΡΙ / ΠΡΟΜ
8. ΠΡΟΜΟ / ΑΓΥΡΙΟ
9. ΠΡΟΚΑ / ΑΓΥΡ
10. ΠΡΟΚ / ΑΓΥΡ
11. ΑΓΥ
12. ΠΡΟΚ / ΑΓΥΡΙ
13. ΠΡΟ / ΑΓΥ
14. ΣΙΤΤΙοΥ
15. ΓΑΙΟΥ
16. ΑΓΥΡΙΟΥ
17. ΛΙΔΥ / ΚΙΟΥ

Figulum Proclum ex lucerna fictili Panormi asservata n. 5563. novimus. Idem Proclus nunc in his lucernis reperitur, addito nomine civitatis Agyrii, ubi eius officina fuisse videtur. Tit. 2. Πρόκ(λου). Ἀγυρ(ίου). Tit. 7. Ἀγυρί(ου). Πρό[κλ](ου). Tit. 8. Πρό[κλ]ο(υ). Ἀγυρίο(υ). Tit. 9. Πρόκ[λ](ου). Ἀγυρ(ίου). Eundem hunc titulum Catanae vidisse videtur Müllerus, qui in schedis habet:

ΠΡΟΚΛ
ΑΓΥΡ

Tit. 10. Πρόκ(λου). Ἀγυρ(ίου). Tit. 12. Πρόκ(λου). Ἀγυρί(ου). Tit. 13. Πρό(κλου). Ἀγυ(ρίου). Solum civitatis nomen apparet tit. 3. Ἀγυρ[ί]ο(υ); tit. 6. Ἀγυρίο(υ); tit. 11. Ἀγυ(ρίου); tit. 16. Ἀγυρίου. De civitate Agyrensi vide n. 5744. Ex eadem officina videtur esse lucerna quam Catanae erutam dicit Alessius (Bullet. dell' Inst. di Corr. Archeol. 1833. p. 172.) cum inscriptione ΑΓΥ (i. e. Ἀγυρίου). Aliud nomen, figuli opinor, comparet tit. 4. et 17. - - - κίου. Aliud tit. 1. (Ὄλυνπις?); aliud tit. 14. Σιττίου; aliud denique tit. 15. Γαΐου. Postremo tit. 5. πατρί σο[υ].

5686.

Ibidem, in glandulis duabus ex argilla factis in museo Paterniono; edidit Castellus l. c. p. 253. n. 3. 4. Melius edidit qui vidit Th. Mommsenius Zeitschr. f. Altherthumswiss. 1846. n. 98. p. 783. n. 1. Habeo etiam ex schedis Gerhardi.

a.	*b.*
ΠΡΩ ΦΥ	ΔΕΥ ΦΥΛ
ΦΑ ΕΚΓ	ΦΑ ΑΛΤΡΙ
ΝΙΚΙΑΣ	ΦΙΛΩΝΙΔΑΣ
ΠΟΛΙΤΑ	ΕΥΠΟΛΕΜΟΥ

Tit. *a.* vs. 2. Cast. ΙΔ ΑΕΡΓ, Gerh. ΙΑ ΕΚΓ, Momms. ΦΑ ΕΚΓ. Vs. 3. Cast. ΝΙ . . . . Σ, Gerh. ΝΙΙΙΙΣ, Momms. quod dedi. Vs. 4. Cast. Π..ΛΙ..Α, Gerh. ΠΛοΙΤΑ, Momms. quod dedi. Tit. *b.* vs. 1. Cast. ΑΥΔ, Gerh. ΦΥΔ, Momms. ΦΥΛ. Vs. 2. Cast. ΦΑΜΤΡΙ, Gerh. Momms. ΦΑ ΑΛΤΡΙ.

Tit. *a*. Πρώ(τα) Φυ(λά.) Φα(τρία) Ἐκγ. Νικίας Πολίτα.
Tit. *b*. Δευ(τέρα) Φυ[λ](ά.) Φα(τρία) Ἀλτρι. Φιλωνίδας Εὐπολέμου.

Similes glandulae sunt n. 5468. 5567. 5620. 5621. 5743. Vide ad n. 5468.

5687.

Catanae, in glande opinor (vide n. 5570.); edidit Gualtherus Tabb. ant. Sicil. cet. p. 39. n. 215. cum lemmate: „Apud Alphonsum Vintimillia. Vidit et descripsit Phil. Paruta in Siciliae numismatibus."

KATANA   Κατάνα.

5688.

Ibidem, sigillum aheneum; e schedis Caietani Noto edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XVI. p. 222. n. 12.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΕΣ   Ἱπποκράτ[η]ς.

5689.

Ibidem, sigillum aheneum; edidit Castellus l. c. p. 222. n. 13.

ΚΛΗ
ΜΑ
ΤΙΟ
Υ

Κληματίου.

Geminus titulus est n. 5569. *b*.

5690.

Ibidem, in annulo aereo in museo Paterniono; edidit Castellus l. c. p. 219. n. 6.

ΗΝΟ
ΚΕΡΟ

Syllabae ΚΕΡΟ extant etiam in annulo Tauromenitano n. 5647.

5691.

Ibidem, in annulo aereo in museo Paterniono; edidit Castellus l. c. p. 219. n. 5.

ΚΟC
ΧΟΥ

Κόσ[μ]ου.

Idem nomen est in simili supellectili n. 5522.

5692.

Ibidem, in annulo aereo signatorio, qui asservabatur Messanae; edidit Gualtherus Tabb. ant. Sicil. cet. p. 4. n. 11. inde Castellus l. c. p. 218. n. 2.

ΑΥΡΗΛΙ
ΝΙΚΩΝ

Αὐρήλι(ος) Νίκων.

5693.

Ibidem, in annulo aureo in museo Paterniono; edidit Castellus l. c. p. 219. n. 3.

ΛΛΗΙΕ
PRAMA
ΧΜΑ ΧΧ

Aeque obscura haec sunt ac n. 5647. 5690.

5694.

Inscriptio *Catanae* reperta in balneo subterraneo, in plura frusta diffracta; edidit Abbas Vitus M. de Amico Catanae illustratae Vol. III. p. 242.; ex schedis Dorvillii Burmannus in Dorvillii Siculis ad calcem Syllog. inscr. p. 576. 577. 1. 2. 3. 4. 5. ubi *a*. *b*. unum fragmentum efficit. Fragmentum *e*. aeri incisum editum est apud Andr. Pigonatum Stato presente degli antichi monumenti Siciliani, 1767. tab. XXI. Haec fragmenta olim quinque numero in museum Ignatii Paternioni Castelli Principis Biscaris illata sunt, ubi etiam nunc extant fragmento primo in *a*. et *b*. discisso. Conglutinasse dicitur Princeps Biscaris, ut tria tantum efficeret fragmenta, fragminibus *c*. *d*. *e*. in unum compositis. Et ea forma reddita sunt a Castello Principe Turris Mutiae Inscr. Sicil. Cl. VII. p. 68. n. 5. cum interpet. Lat. et notis. Nuper transcripsit Odofr. Müllerus, cuius apographum habeo. Citat Hoare Itin. Sicil. T. II. p. 189.

[*Textum vide pag. seq.*]

Dedimus, ut Castellus, tria fragmenta, quorum primum compositum est ex frustis *a*. *b*., secundum ex fragminibus *c*. *d*. *e*., ita tamen, ut fissurae appareant. Varietas lectionis haec est: I. vs. 1. Dorv. ΕΦΗΛΙΣ, Cast. ΦΕΛΙΣ; in fine Vit. ΛΑΜΠΙΡ....., Dorv. ΛΑΜΠΙ (H supra), Cast. ΛΑΜΠ - -. Vs. 2. extr. Dorv. ΑΝΙ (N supra). II. vs. 1. (*c*.) init. Müll. ΕΠΙΕΝ; (*d*.) extr. Vit. ΕΞΑΗ.., Dorv. ЄЗΑΓ (H supra), Müll. Є2ΑΓ, Cast. ЄЗΑΡ; (*e*.) extr. Pig. Dorv. ΑΝΤΙΑ (T supra I, ΛΙΑC supra), Vit. ΑΝΤΙΛ..., Cast. ΑΝΤΙΛΙ - -, Müll. ΑΝΙΙΛΙ. Vs. 3. (*e*.) extr. Vit. Dorv. ΤΩΝΤ, Cast. ΤΟΝΤΙ -, Pig. ΤΩΝΙ - -, Müll. ΤΩΝΓ - -. Vs. 3. (*c*.) Vit. ΠΙΝΥΑΙΩΝΙΟΥ ΑΥΓΟ, Dorv. ˡΙΟΥΑΙΩΝΙΟΥΑΥΓΟ (M supra), Cast. CΙΟΥ ΛΙΩΝΙΟΥΑΥΓΟΥ; (*e*.) init. Pig. Dorv. ΙΜΑΤΣΙ ΜΟΥΤΟΥΛΑΜ⁻, Cast. ΑΙ. ΜΑΣΙΜΟΥΤΟΥΛΑΜΠ - -, Müll. ΙΜΑΞΙΜΟΥΤΟΥΛΑΜΓ. III. vs. 1. init. Ι et in fine Є omisit Müllerus. Vs. 2. Vit. ΕΝΠΗCΑC sΙΗ.....ΟΙΕΙsΝs, Dorv. ΞΕΝΠΗCΑCsΙΗ (ΕΠΟ supra) ϽΙ ΕΙsΝs, Cast. ΞΕΝΠΗCΑCsΙΗ ϽΙΕΙ2Ν2_, Müll. ΕΝΠΗCΑC sΙΗ ΙΕΙ·Ν·. Vs. 3. Vit. Dorv. ΤΟ ΕΠΙ'Υ'Π ΜΑΤU (Ω supra), Cast. ΤΟΕΠΙ 2 ΥΠ...... ΜΑΤΩ - -, Müll. ΤΟΕΠΙΥs ⁻ ΛΑΤ.

I.		II.			III.
a.	*b.*	*c.*	*d.*	*e.*	*f.*
ΦΛΑΒΙΟϹΦΗΛΙΞЄΥΜΑЄ	ΙοϹΟΛΑΜΠΙΡ	ΡΧΙΑϹЄΙΠЄΝΑΙΘЄΡΜΑΤΑΙΑΧΙΛΛΙΑΝΑΙЄΞΑΡ		ΛΙΑϹΔΙΑΤΥΠΩϹЄΩϹΑΝΙΙΛΙ	ΙΟΥϹΗϹΤΗϹЄΠΙϹΚЄΥΗϹЄ
ΛΙΒЄΡΑΛΙΟΥΤΟΥЄΥΚΑΘΙ	ΝϹΙΩΤΟΥΑΝΙ	ΚΑΘЄΚΑϹΤΗΝΗΜЄΡΑΝΠΗϹ	ΑϹ²ΛΒ²ЄΛΑΤΤΟΝЄ	ΚΑΥϹЄΝЄΙϹΤΗΝΠΡΟΚΑΥϹΙΝ	ΞЄΝΠΗϹΑϹ ΙΗЄΠΟΙЄΙ²Ν²
ЄΚΑΥϹЄΝЄΙϹΤΗΝΠΡΟΚ	ΑΥϹΙΝΚΑΙЄΙϹΤο	ΝοΠΡοΓΡΑΦΙϹЄΥΚΑΘοϹ	ΙΩΤΟϹΤΩΝЄΙ	ΔΙΩΝΑΝΑΛΩΜΑΤΩΝΤΙ	ΤοЄΠΙΥ — ΗΑΤω
ΤοΥΑΡΧΙΤЄΚΤοΝοϹ	ΜЄΤΑΤΗΝΥΠ	ϹΙΟΥΑΙΩΝΙΟΥΑΥΓοΥ	ϹΤοΥΤΟ²ΔΙ²Κ	ΑΙΜΑΞΙΜΟΥΤΟΥΛΑΜΠ	

Φλάβιος Φῆλιξ Εὐμαεῖος ὁ λαμπ[ρότατος ὑπατικὸς τῆς ἡμετέρας ἐπα]ρχίας εἶπεν· αἱ θέρμα[ι] αἱ Ἀχιλλιαναὶ ἐξ ἀρ[χα]ίας διατυπώσεως ἀν[ενε]ι[ώθησαν ἐπ᾽ ἐμοῦ - - - προ]ϊούσης τῆς ἐπισκευῆς ἐ[κ δαπάνης Λιβεραλίου τοῦ Εὐκαθ[ο]σιώτου ἀν - - - - - - - - - - καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν πήσας λβ ἔλαττον, ἔκαυσεν εἰς τὴν πρόκαυσιν - - - - - - - - - σ]εν πήσας ιη, ἐποίει νο. - - ἔκαυσεν εἰς τὴν πρόκαυσιν καὶ εἰς τὸ - - - - - - - - - ὁ προγραφ[ε]ὶς Εὐκαθοσίωτος τῶν ἰδίων ἀναλωμάτων - - - - - - - - - - - - - - - διὰ κα]μάτω[ν τοῦ δεῖνος τοῦ ἀρχιτέκτονος μετὰ τὴν ὑπ[ατείαν τοῦ κυρίου ἡμῶν Φλ. Θεοδο]σίου αἰωνίου Αὐγούστου τὸ ιδ καὶ Μαξίμου τοῦ λαμπ[ροτάτου ὑπατικοῦ.

Titulus pertinet ad aetatem Theodosii II. cuius consulatus XIV. collega Fl. Anicio Petronio Maximo a. u. c. 1186. p. Chr. 433. memoratur vs. 4. Agitur de instauratis Thermis Catanensibus, quarum reliquiae sub maiore ecclesia sepultae etiam nunc visuntur. Discimus Thermas illas Achillianas dictas fuisse. In restituendo hoc titulo parum licet proficere, quod particulae lapidis interierunt inter fragmentum I. et II. atque inter fragmentum II. et III. Hinc etiam causa picis (πήσας p. πίσσης) minus apparet. Nam cum Castello ideo censere fieri mentionem picis hoc loco, quod usus eius fuerit in balneis ad evellendos pilos corporis, parum consentaneum videtur. Sicilia illa aetate dudum Italiae adiecta parebat Consulari. Conf. n. 5649. *h.* Consularis Siciliae tum fuit Flavius Felix Eumaeus, cui inscriptio accepta refertur more sollemni in actis aetatis illius (λέγει, εἶπεν). Liberalis Εὐκαθοσίωτος audit. Vox reperitur ap. Epiphan. Haer. XLII. p. 343. ubi explicatur *consecratus*, *pius*. Nunc cognomen esse Liberalis prodit vs. 3. ὁ προγραφεὶς Εὐκαθοσίωτος.

5695.

Catanae; edidit Schiavo Dissert. dell' Academia del Buongusto T. I. p. 185. dein Castellus Inscr. Panormit. p. 343. qui accepit a Principe Biscari, et rursum Inscr. Sicil. Cl. XI. p. 143. n. 19.

Φ Θ. Κ. Φ
ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ. ΑΓΑ
ΘΗΜΕΡΟΣ · ΕΖΗ
ΣΕΝ ΕΤΗ XXXVIII
5 ΕΥΦΡΟΣΥΝΗ. ΙΔΙΩΣΥΝ
ΒΙΩ ΜΝΗΜΗΣ ΧΑΡΙΝ

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Κορνήλιος Ἀγαθήμερος ἔζησεν ἔτη XXXVIII.
Εὐφροσύνη ἰδίῳ συνβίῳ μνήμης χάριν.

De Cornelio Agathemero conf. n. 5717. De notis numeralibus conf. n. 5636. 5585. 5586. 5749. tit. *c.*

5696.

Ibidem, in museo Paterniono; edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XIV. p. 170. n. 5.

Θ ❦ Κ ❦
ΑΓΑΘΟΠΟΥ ΧΡΗ
ϹΤЄ ❦ ΧΑΙΡЄ
ЄΖΗ : : : : : : :

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Ἀγαθόπου χρηστὲ χαῖρε.
ἔζη[σας ἔτη --

5697.

Ibidem; edidit Reinesius Synt. inscr. Cl. XVII. p. 820. 21.

ΑϹΚΛЄΠΙΑϹ

Ἀσκλ[η]πιὰς (aut Ἀσκληπίας).

5698.

Catanae, in tabula quadrata sepulcri prope moenia veteris urbis a. 1815. detecti; edidit Franciscus Ferrara in diario Panormitano: Giornale di scienze, lettere ed arti, a. 1825. p. 299. Hinc translata est in Férussac Bulet. des sciences hist. antiq. philol. a. 1827. p. 324 sq. indeque in Iahnii Jahrb. f. Philol. u. Paedag. Jahrg. II. 1827. T. II. p. 327.

ΑΦΡοΔΙCΙΑCΚΑΙ
ΘΕΥΔΑΚΑΙΜΑΡΥΛΛΑC
ΕΙCΜΝΕΙΑΝΓοΝΕΩΝ
ΤΕΚΝΑΕΠΟΙΗCΑΝ

Ἀφροδισίας καὶ Θεύδα καὶ Μαρύλλας.
Εἰς μνείαν γονέων τέκνα ἐποίησαν.

Ad genetivos vss. 1. 2. intellige τὸ μνημεῖόν ἐστι vel simile. Mulieres sunt Ἀφροδισία et Μαρύλλα, vir Θεύδας. Liberi diversorum parentum, eiusdem tamen familiae, matres duas et patrem eodem sepulcro condiderunt. Liberi non nominati sunt. Male interpreti priori Ἀφροδισίας et Μαρύλλας masculina sunt, Θεῦδα femininum.

5699.

Ibidem; ex schedis Odofr. Mülleri.

,ΙΛΟΙΖΗΤΗCΟΝ
ΑΔΕΚΕΙΜΕΝΗΙΙΙ
ΡοCΕΦΕCοΥΜΕΓΑ
ΕΙΤΗC·ΠΑΤΡοCΔΕ
Α·ΑΧΙΛΛΕΥC·CΤΡΑΤο
)Υ·ΜΗΤΗΡ·ΜΟΙΡΑΔΕΔΩ
ΔΕ·ΘΛΝΕΙΝ·ΕΚΚΕΔΕΚΑ
CΑC·ΚΕΙΜΛΙ·ΔΕΝΥΝ
ΗΕΛΙΟΙ·ΟΜΝΗΜΑΔΕΜΟΙ
ΑΙCΑΙΛΙCΑΧΙΛΕΥCΠ·ΤΗΡ

Versus sunt turpissimi, quos exempli causa restituimus.

Ἄν, ξένε, μ]οι ζητῇς ὄν[ομα, τίς δ' ἐνθ]άδε κεῖμε,
- - - Ἐφέσου μεγα[λωνύμου εἰμὶ πολ]είτης·
πατρὸς δὲ [Αἴλις] Ἀχιλλεύς, Στρατο[νίκη δέ μ]ου μήτηρ.
Μοῖρα δ' ἔδω[κ' ἐνθέν]δε θανεῖν ἑκκέδεκα [ἔτη
πλή]σας· κεῖμαι δὲ νῦν [προλιπὼν φάος ἠ]ελίοιο.
μνῆμα δέ μοι [στ]αῖσ' Αἴλις Ἀχιλεὺς [ὁ] π[α]τήρ.

Homo imperitus hexametros quinque addito pentametro sibi visus est fecisse. Vs. 2. extr. et 3. init. nomen defuncti positum erat. Vs. 4. ad πατρὸς δὲ intellige ὄνομα. Vs. 8. nominativus πλήσας p. πλήσαντα non offendit. Vs. 10. σταῖσ' est στῆσ'.

5700.

Ibidem; ex schedis Odofr. Mülleri.

ΑΥΡΗΛΙCΒΙΤΑΛΗCΝΥΝΕΝΘΑΔΕ
ΚΕΙΜΑΙΚΟCΜΟΥΠΛΑΝΗΝΠΡΟ
ΛΙΠΩΝΕΙCΑΙΩΝΙΟΝΟΙΚΟΝΑ
ΝΕΛΘΩΝΜΗΔΕΝΑΛΥΠΗCΑCΟ
ΜΑΛΟΝΒΙΟΝΩΔΕΔΙΑΓΩΕΖΗCΑ
ΔΕΕΤΗ ΞΕ

Αὐρῆλις Βιτάλης νῦν ἐνθάδε κεῖμαι.
κόσμου πλάνην προλιπὼν εἰς αἰώνιον οἶκον ἀνελθών,
μηδένα λυπήσας ὁμαλὸν βίον ὧδε διάγω.
Ἔζησα δὲ ἔτη ξε.

Versus, quos auctor voluit hexametros esse, fortasse ex alio epitaphio desumpti sunt, in quo alio metro adscripti erant.

5701.

Ibidem, in museo monasterii S. Nicolai de Arena; edidit Castellus Inscr. Panormit. p. 351. ex schedis Abbatis Viti M. de Amico, et Inscr. Sicil. Cl. XII. p. 158 n. 32. Ex Castello Donatus Inscr. p. 382. 9.

Θ Κ
ΓΑΛΑΤΗC
ΕΖΗCΕΕΤΗ
Π ΕΠΟΙΗ
CΕΝΥΙΟC
ΠΡΙΜΙΓΕΝΗC

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Γαλάτης ἔζησε ἔτη π.
ἐποίησεν υἱὸς Πριμιγένης.

5702.

Ibidem, in museo monasterii S. Nicolai de Arena; edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XIV. p. 181. n. 48.

ΕΝΘΑΔΕΚΕΤΕ
ΔΕΔΑΛΟCΕΤΩ
ΚΕCΚΟΥΡΟΡΑΝΗ
ΑΠΕΙΡΑΤΟΥΚΥ
ΠΡΙΔΟΙΑΜΕΡΙΗC
ΦΙΟΝΤΩΝΕΙΑΤΗΡ
ΕΝΩΜΟΤΩΙΑΝΕΘΙΚΕΝ

Ἐνθάδε κε[ῖ]τε Δέδαλος ἐτῶ[ν] κε,
κουρο[φ]ανὴ[ς καὶ] ἀπείρατο[ς] Κύπριδος [ἱ]μερ[τ]ῆς.
Φ[ρ]όντων εἰατὴρ [τὸ]ν [β]ωμὸ[ν υ]ἱῷ ἀνέθ[η]κεν.

Pater defuncti dolet filium πρὸ γάμου mortuum esse, idque versu hexametro non optimo significat; etiam alterum hexametrum melius fecisset, si posuisset:

Φρόντων ἰατὴρ υἱῷ τὸν βωμὸν ἔθηκεν.

5703.

Catanae, in marmore candido; edidit Alessi Bullett. dell' Instit. di Corrisp. Archeol. Rom. 1835. p. 172.

Θ Κ
ΔΑΦΝΗΓΛΥΚ.
ΤΑΤΗΧΑΙΡ....
ΣΑΣΕΤΗ.....
ΤΥΧΗΣΝ.....
ΟΣΠΕΠ.....

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Δάφνη γλυκ[υ]τάτη χαῖρ[ε. ἔζη]σας ἔτη - -
[Εὐ]τύχης [πατὴρ ἴδι]ος πεπ[οίηκεν.

5703. *b*.

Ibidem, in olla fictili puerilibus ossibus plena a. 1628. prope moenia effossa; edidit Vitus M. de Amico Catana illustr. Vol. III. lib. x. c. 5. p. 252.

ΔΙΟΝΥΣΙ.ΟΥ

Διονυσίου.

5704.

Ibidem, in museo monasterii S. Nicolai de Arena; edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XII. p. 159. n. 35. inde Donatus p. 366. 10.

Θ Κ
ΙΟΥΛΙΑΔΟΜΙΤΙΑΕΖΗΣΕΝ
ΕΤΗ Ζ̄ ΜΗΝΑΣ Γ̄ ΗΜΕΡΑΣ Ε̄
ΓΟΝΕΙΣΕΠΟΙΗΣΑΝ

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Ἰουλία Δομιτία ἔζησεν ἔτη ζ̄, μῆνας γ̄, ἡμέρας ε̄.
Γονεῖς ἐποίησαν.

5705.

Ibidem, in museo Paterniono; edidit Castellus l. c. Cl. XIV. p. 181. n. 50.

Q. DOMITEI PEIE
SALVE
ΚΟΙΝΤΕ.ΔΟΜΙΤΙΕ
ΕΥCΕΒΗ.ΧΑΙΡΕ

Q. Domitiei peie, salve.
Κόϊντε Δομίτιε εὐσεβῆ χαῖρε.

5706.

Ibidem, in urnula marmorea in eodem museo; ediderunt Gualtherus Tabb. ant. Sicil. cet. p. 9. n. 45. Vitus M. de Amico Catana illustr. Vol. III. lib. x. c. 4. p. 246. Castellus Inscr. Sicil. Cl. XI. p. 149. n. 50. Habeo etiam ex schedis Odofr. Mülleri.

COCIA ЄΛΑΤΗ
ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ
ΑΦΡοΔЄΙCΙΟC
CΥΜΒΙΟC

Cast. vs. 2. ΓΛΥΚΥΤΑΤΙ.
Σ[ω]σίᾳ Ἐλάτῃ γλυκυτάτῃ Ἀφροδείσιος σύμβιος.

5707.

Ibidem, in museo monasterii S. Nicolai de Arena; edidit Castellus l. c. Cl. XIV. p. 177. n. 24.

Μ.ΒΙΨΑΝΙοCΖΩ
CΙΜΟCΖΗCΑ
CΚΑΛΩCЄΤΗΛЄ
ΚΑΙΡЄ
ΠΑΡοΔЄΙΤΑ

Μ. Βιψάνιος Ζώσιμος ζήσας καλῶς ἔτη λ̄ε̄.
[Χ]αῖρε παροδεῖτα.

5708.

Ibidem, in museo Paterniono; edidit Castellus l. c. Cl. XII. p. 159. n. 37.

Θ Κ Ι
ΙΖΩΤΙΚΟΣΠΑΤΗΡ
ΙΔΙΩ ΤΕΧΝΗ.ΜΝΗ
ΜΗΣΧΑΡΙΝΕΠΟΙΗ
ΣΕΝ ΟΣ ΕΖΗΣΕΝ ΕΤΗ
Κ Η

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Ἰ(ούλιος) Ζωτικὸς πατὴρ ἰδίῳ τέ[κ]ν[ῳ] μνήμης χάριν ἐποίησεν, ὃς ἔζησεν ἔτη κ̄η̄.

5709.

Ibidem; ex Viti M. de Amico Catana illustrata Vol. III. p. 252. edidit Castellus l. c. Cl. XI. p. 141. n. 10.

Θ Κ Δ
ΒΕΙΨΑΝΙΟ.
ΖΩΤΙΚΟC....
ΕΤΗΛΗΡΑΚΛ....
ΑΝΔΡΙΕΥCΕΒ....

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Βειψάνιο[ς] Ζωτικὸς [ἔζησεν] ἔτη λ̄.
Ἡράκλ[εια] ἀνδρὶ εὐσε[βεῖ ἐποίησεν μνήμης χάριν.

Nomen feminae dederunt etiam Vitus et Castellus in interpretatione Latina.

5710.

Ibidem, in museo Paterniono; edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XIV. p. 180. n. 41.

Ο ΚΥΡΙΟ ΕΜΟΥ ΕΥ
ΑΙΡΙΟϹ ΕΧΑΡΙϹΑΤΟ
ΜοΙΤοΝΤοΠοΝΕΜοΥ
ΘΕΟΔΟΥΛΩ ΚΑΙ ΚΙΝΤΕ
ΚΩΠΑΝΤΙϹ ΚΑΙ ΚΕΚΙ
: : : Α - - - -

Ὁ κύριό[ς] μου Εὔ[κ]αίριος ἐχαρίσατό μοι τὸν τόπον
μου Θεοδούλῳ καὶ κῖντε (i. e. κεῖνται) Κωπάν[η]ς καὶ
Κεκι[λί]α [τὰ τέκνα μου.

5711.

Ibidem, in museo monasterii S. Nicolai de Arena; edidit Castellus l. c. p. 179. n. 31.

ΚΑΤΥΛΛΕΙΝΟϹ
ЄΖΗϹΗΝ ЄΤΗ
ΙΓ ЄΠΟΙΗϹЄΝ
ЄΥΟΔΙΑ ΜΝΗΜΗϹ
ΧΑΡΙΝ

Κατυλλεῖνος ἔζησ[ε]ν ἔτη ῑγ̄.
ἐποίησεν Εὐοδία μνήμης χάριν.

5712.

Ibidem, in eodem cippo, in quo est n. 5722.; edidit Gualtherus Tabb. ant. Sicil. cet. p. 4. n. 13. inde Murator. T. II. p. MCCVII. 11. Vitus M. de Amico Catana illustr. Vol. III. lib. x. c. 4. p. 248. Castellus l. c. Cl. XII. p. 162. n. 54. cum Lat. interpret.

Θ Κ
ΚΟΥΙΝΤΟϹ
ΒΙΩϹ ЄΤΗ
ΙΔ ΚΟΠΡΙΑ
ΜΗΤΗΡ ЄΝΘΙ
ΗϹЄΝ

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Κούϊντος [ἐ]βίως ἔτη ιδ̄.
Κοπρία μήτηρ ἐ[πο]ίησεν.

Verbum ἐποίησεν restituit Castellus. Videntur duo filii in eodem sepulcro conditi esse, Quintus hic et Primitivus n. 5722.

5713.

Ibidem, in museo Paterniono; edidit Castellus l. c. Cl. XIV. p. 185. n. 73.

ЄΝ
ΘΑΔЄ
ΚΙΤЄ ΛЄ
οΝΤΙΑ ЄΤΩ̄
- - - - - -

Ἐνθάδε κῖτε (κεῖται) Λεοντία ἐτῶν - - - - -

5714.

Ibidem, in museo monasterii S. Nicolai de Arena; edidit Castellus l. c. p. 186. n. 81.

ΜΑΡΚΙΑ
ΛΟΥΚΙΛΙΑ
ΧΡΗϹΤΑ.ΚΑΙ.Α
ΜЄΜΤΟϹ ΑΙΖΩϹ
ЄΤΙ Α ЄΙΚΟϹΙ

Μαρκία Λουκιλία χρηστὰ καὶ ἄμεμ[π]τος·
αἴζως (i. e. ἔζης) ἔτ[η] ἓν εἴκοσι.

5715.

Ibidem, in lapide extra Stesichoream portam effosso; ex Viti M. de Amico Catana illustrata Vol. III. lib. x. c. 5. p. 256. edidit Castellus l. c. Cl. XIV. p. 186. n. 78.

ΛοΥΚΙΦΕΡΑ
ΖΩϹΑ ΕΑΥ
ΤΗ ΕΠοΙΗϹΕΝ
ΚΑΙΤοΙϹΙΔΙΟΙϹ
ΠΑϹΙΝ

Λουκίφερα ζῶσα ἑαυτῇ ἐποίησεν καὶ τοῖς ἰδίοις πᾶσιν.

5716.

Ibidem, in museo Paterniono; edidit Castellus l. c. Cl. XI. p. 146. n. 34.

Θ Κ
ΜΕΡΚΟΥΡΙΑΛΗΣ
ΕΖΗΣΕΝ ΕΤΗ
ΜΒ
ΓΥΝΗ.ΕΠΟΙΣΕ

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Μερκουριάλης ἔζησεν ἔτη μ̄β̄.
γυνὴ ἐποί[η]σε.

5716. *b*.

Ibidem, in museo monasterii S. Nicolai de Arena; edidit Castellus l. c. Cl. XIV. p. 182. n. 53.

ΜΝΗΣΘΟΙ
ΕΝΚΑΡΗΙΝ
ΧΡΗΣΤΗΚΑΙ
ΑΜΕΜΠΤΟϹ
ΕΖΗΣΕΝ ΕΤΗ
Ν

Μνησθ[ῷ] Ἐ[πιχ]αρ[ε]ίν[ου] χρηστὴ καὶ ἄμεμπτος ἔζησεν ἔτη ν̄.

5717.

Catanae, in museo Paterniono; edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XI. p. 142. n. 18. cum interpret. Lat. et nota.

Θ Κ
ΜΥΡΤΑΛΗΧΡΗΣΤΟ
ΤΑΤΗΕΖΗΣΕΝΕΤΗ
Λ̄ ΜΗΝ Γ̄ ΚΟΡΝΗΛΙ
ΟΣ ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΣ ΣΙΝ
ΒΙΩ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΗ ❧
❧ ΕΠΟΙΗΣΕ ❧

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Μυρτάλη χρηστοτάτη ἔζησεν ἔτη λ̄, μῆν(ας) γ̄.
Κορνήλιος Ἀγαθήμερος σ[υ]νβίῳ εὐσεβεστάτῃ ἐποίησε.

Ex n. 5695. videmus eundem Cornelium Agathemerum Myrtale mortua Euphrosynam uxorem duxisse, quae postea et ipsa viro monumentum posuit.

5718.

Ibidem, in urna cineraria marmoris candidi; ex Viti M. de Amico Catana illustrata Vol. III. lib. x. cap. 5. p. 255. edidit Castellus l. c. Cl. XIV. p. 189. n. 99. Rursum edidit Dubois Catal. Antt. Leonis Dufourny p. 33. n. 85.

ΟΠΩΡΕΙΝΕΧΡΗϹΤΕ
ΧΑΙΡΕ Ρ ΕΖΗ .
ϹΕϹ ΕΤΗ Ι ❧

Vs. 1. Vit. ΟΠΩΙΕΝΕΧΡRCΤΕ, Dub. ΟΠΩΙΕΙ ΝΕΧΡRCΤΕ (sic). Vs. 2. siglum post ΧΑΙΡΕ (Vit. ΑΑΙΡΕ) omittit Castellus. Χ plane ut Α sculptum esse notat Dubois.

Ὀπωρεῖνε χρηστὲ χαῖρε. Ἔζησες ἔτη ῑ.

5719.

Ibidem; ex Viti M. de Amico Catana illustrata Vol. III. lib. x. p. 257. edidit Castellus l. c. Cl. XI. p. 147. n. 41.

Θ ❧ Κ ❧
ΠΕϹΚΕΝΝJϹ
ΚΑΛΑΤΙΧΟϹ❧ΕΖΗ
ϹΕΝ❧ΕΤΗ❧Q❧Γ❧ΜΔ
ΠΕϹΚΕΝΝΙΑ
ΓΛΜΙΚΗ ΙΧΝΔΤJ

Menda nonnulla correxit Castellus, ut vs. 4. ubi Vitus habuit: CQN❧CTH❧Q❧Γ❧M ꝺ.

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Πεσκέννις Καλάτ[υ]χος ἔζησεν ἔτη ϙγ̄, μ(ῆνας) δ̄.
Πεσκεννία γ[α]μικὴ - - -

Vs. 4. Castellus corrigebat ογ̄, et vs. 6. γλυκυτάτη. Altero non opus est, alterum perversum videtur. In fine requiritur aut μνήμης χάριν aut ἐποίησεν.

5720.

Ibidem, in tabula quadrata marmoris glauci anno 1740. extra portam Stesichoream effossa; ex Viti M. de Amico Catana illustrata Vol. III. lib. x. c. 5. p. 254. edidit Castellus l. c. Cl. XIV. p. 191 n. 108. Rursum Dubois Catal. Antt. Leonis Dufourny p. 34. n. 86.

ΕΝΤΑΥΘΑ
ΚΙΤΕΠΕ
ΤρΩΝΙΟϹ
ΤΕΛΕΥΤΗ
ϹΑϹΕΤΩΝ
ϛ

Dubois notam numeralem vs. 5. extr. apposuit.

Ἐνταῦθα κῖτε Πετρώνιος τελευτήσας ἐτῶν ϛ̄.

5721.

Ibidem, in lapide detrito sub anaglypho; ex schedis Odofr. Mülleri.

ΠΟϹΙΔ . . . ΗΣ
ЅΗΓΥΤΙΚΧ . Ι

Ποσιδ[ίππ]ης?
- - - - - -

5722.

Ibidem, in eodem cippo, in quo est n. 5712.; edidit Gualtherus Tabb. ant. Sicil. cet. p. 4. n. 12. indeque Vitus M. de Amico Catana illustrata Vol. III. lib. x. c. 4. p. 248. Castellus Inscr. Sicil. Cl. XIV. p. 193. n. 122.

Θ К
ΠΡЄΙΜΙ
ΤЄΙΒЄ ΧΡΗϹ
ΤЄ ΧΑΙΡЄ Є
ΖΗϹЄϹ ЄΤΗ
Θ

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Πρειμιτεῖβε χρηστὲ χαῖρε· ἔζησες ἔτη Θ̄.
Nomen est *Primitivus*. Sic etiam Pasqualigus apud Vitum dedit. Conf. ad n. 5712.

5723.

Ibidem, in lapide in via, quae ad S. Agathae suburbium ducit, effosso a. 1760., in museo monasterii S. Nicolai de Arena; ex schedis Viti M. de Amico a. 1761. transmissis edidit Castellus l. c. Cl. XIV. p. 173. n. 19. Vitus habet Catanae illustr. Vol. III. lib. x. c. 5. p. 259.

ΑΥΡΗΛΙΟ
C ΡΕCΤΟΥΤΟC
ΚΑΙ ΖѠCΙΜΗ
ΗΓΟΡΑCΟΜΕΝ
: : ΚΤѠΝ ΙΓΕѠΙΝ
: : ΝΕΝ ΒΑCΙΝ

Αὐρήλιος Ῥεστ[ιτ]οῦτος καὶ Ζωσίμη ἠγοράσ[α]μεν [ἐ]κ τῶν ἰ[δί]ων [τὴ]ν βάσιν.

5724.

Ibidem, in palatio Senatorum; edidit Murator. Nov. thes. inscr. T. III. p. MDCCXXXVI. 7. missu Antonii Panti ICti; tractarunt Io. Henr. Leichius Specimen notarum et emendationum ad Graecas inscriptiones a Muratorio editos in Menkenii Miscell. Lips. Vol. I. p. 498. Io. Casp. Hagenbuchius in Diatr. de Graecis thes. Murator. marmor. 1747. p. 35. Bonada Carmina ex antiquis lapidibus cet. Vol. II. Cl. VI. p. 127. cuius in interpretatione ante *dabant* supplendum esse *mihi* monet Censor in Ephem. Ien. Ergänzungs-Blätter 1826. n. 70. p. 173. Ex Viti M. de Amico Catana illustrata Vol. III. lib. x. p. 259. rursum edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XI. p. 148. n. 46. cum Bonadae interpretatione Latina et nota. Ex Muratorio Iacobsius Anthol. Palat. n. 367. (Br. III. p. 301. n. 697. An. III. 2. p. 270.) qui conferri iubet Dorvillium ad Charit. p. 446.

ΤΥΜΒΟΝ ΟΡΑC ΠΑΡοΔΕΙΤΑ ΠΕΡΙΚΛΕΙΤΗC
ΡΟΔΟΓΟΥΝΗC ΗΝ ΚΤΑΝΕΝ ΟΥΧ ΟCΙѠC ❦
ΛΑΕCΙ ΔЄΙΝΟC ΑΝΗΡ ΚΛΑΥCΕ ΔΕ ΚΑΙ ΤΑΡ
ΟΥCΕΑΒΙΑΝΙΟC ΗΝ ΠΑΡΑΚΟΙΤΙΝ ΚΑΙ
ΒΑΙΗΝ CΤΗΛΗ ΤΗΝΔ ΑΠΕΔѠΚΕ ΧΑΡΙΝ
ΟΝΟΜΑ ΤΟ ΠΡΙΝ ΜΕ ΠΑC ΕΚΛΗΖΕΝ ❦
❦ ΕΠΑΓΑΘѠ ❦
ΝΥΝ ΔΕ ΡΟΔΟΓΟΥΝΗΗ ΒΑCΙΛΙΔΟC
❦ ΤΟ ΕΠѠΝΥΜΟΝ ❦

Vs. 1. ΠΕ omittit Vit., pro ΠΕ Murat. lacunam notat. Vs. 2. extr. Mur. ΟΥΧΟCΙѠ, Vit. ΟΥΧΟCΙ ѠC ❦ (Cast. ΟΥΚ cet.). Vs. 3. extr. Vit. ΚΑΡΤΑΡ, Mur. ΚΑΙΤΑΡ_, Cast. ΚΑΙΤΑR. Vs. 4. init. Mur. Vit. ΧΥCΕ (i. e. ΕΥCΕ), Cast. ΟΥC (i. e. ЄΥC). Vs. 5. Vit. Mur. ΑΠΕΔCΙΚΕ. Vs. 6. Cast. ΠΕΡΙΝ p. ΠΡΙΝ; dein Mur. ΕΚΛΗCΕΝ. Vs. 8. Mur. ΡΟΔΟΓΟΥΝΗΗ, reliqui ΡΟΔΟΓΟΥΝΗ.

Τύμβον ὁρᾷς, παροδεῖτα, περικλειτῆς Ῥοδογούνης,
ἣν κτάνεν οὐχ ὁσίως λάεσι δεινὸς ἀνήρ·
κλαῦσε δὲ καὶ τάρ[χε]υσ' Ἀβιάνιος ἣν παράκοιτιν
καὶ βαιὴν στήλη τήνδ' ἀπέδωκε χάριν.
Ὄνομα τὸ πρίν με πᾶς ἔκλῃζεν Ἐπαγαθώ,
νῦν δὲ Ῥοδογούν[η] βασιλίδος τοὐπώνυμον.

Disticha bene legit Leichius, nisi quod ΛΑΕCΙ non intellexit esse *lapidibus*, id quod vidit Hagenbuchius. Hic vs. 4. proposuit Λιβάνιος pro Ἀβιάνιος sine causa, Ibidem τάρχυσ' post Hagenbuchium legit etiam Iacobsius, in quo certe lectio Muratorii et Viti addicit. Vide tamen varietatem lectionis. Vs. 5. στήλῃ τῇδ' dedit Iacobsius; sed τήνδ' offensioni non est. Vss. 6-9. bene tractavit Hagenbuchius qui primus vidit esse senarios. Quippe in iambos transiit poeta, quod nomen Ἐπαγαθώ dactylum non intrat. De hoc nomine conf. n. 4287. ubi hic titulus noster ex Anthologia Palatina citatus est. Vs. 6. secundum Muratorii lectionem ἔκλησεν legebant Hagenbuchius et Iacobsius, item vs. 8. Ῥοδογούνην uterque, quod Muratorius habet ΡΟΔΟΓΟΥΝΗΗ. Vss. 8. 9. βασιλίδος τοὐπώνυμον est *cognomine reginae* scil. Persicae. Nam Ῥοδογούνη (Ῥοδογοῦννα Phot.) uxor Darii Hystaspis et mater Xerxis fuit.

5725.

Ibidem; ex Viti M. de Amico Catana illustrata Vol. III. p. 251. edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XIV. p. 194. n. 128.

Θ Κ
ΡΟΣΚΙΑ
ΙΟΥΚΟΥΝ
ΔΑΕΥΣΕΒ
ΕΖΗΣ ΕΤΕ

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Ῥ[ω]σκία Ἰουκοῦνδα εὐσεβ[ής]· ἔζης ἔτ[η - -
Ῥωσκία est etiam n. 5631.

5726.

Catanae, in museo Paterniono; edidit Castellus l. c. Cl. X. p. 137. n. 50.

ΣΑΒΟΥΚΙΣ
ΚΑΛΛΙΜΟΡΦΟΣ
ΕΖΗΣΕΝ ΕΤΗ
ΛΒ . ΣΑΒΟΥΚΙΣ
ΖΩΙΛΟΣ ΠΑΤΡΩΝ
ΕΠΟΙΗΣΕ

Σαβοῦκις Καλλίμορφος ἔζησεν ἔτη λβ.
Σαβοῦκις Ζωΐλος πάτρωνι ἐποίησε.
Vs. 5. in ligatura est ΠΑΤΡΩΝΙ.

5727.

Ibidem, in lapide rotundo a. 1594. reperto inter vetustissima theatri rudera; edidit Gualtherus Tabb. ant. Sicil. cet. p. 8. n. 37. hinc Murator. T. II. p. MXCVIII. 7. cum Lat. interpret. et not. Emendatius ediderunt Abbas Vitus M. de Amico Catana illustrata Vol. III. lib. X. c. 4. p. 238. et Burmannus in Dorvillii Siculis ad calcem Syllog. inscr. p. 577. n. 6. ex schedis Dorvillii; ex Vito dedit Castellus Inscr. Panormit. p. 175. et Donatus p. 344. 4. cum interpret. Lat. Iterum ex Vito et Dorvillio dedit Castellus Inscr. Sicil. Cl. V. p. 57. n. 37. cum interpret. et not. Repetiit Welckerus Syllog. epigr. Gr. edit. alt. p. 212. n. 164. qui memorat praeterea Discorso academico sopra un' antica iscrizione del Principe Biscari p. LIX. ubi lapis in museo patrum Benedictinorum extare dicitur. Habeo etiam ex schedis Odofr. Mülleri.

ЄΥϹЄΒЄѠΝΚΛΥΤΟΝ
ΑϹΤΥΠΑΝΟΛΒΙΟΝ
ΑΝΔΡΑΑΝЄΘΗΚЄ
ΖѠϹΥΜΙΑΝЄΙΔΗΝ
ΑΓѠΝΟΘЄΤΗΡΑ
ϹЄΒΗΡΟΝ
ΟΦΡΑΚΑΙЄϹϹΟΜЄΝΟΙϹ·Ι
ΡϹ Ι Ι Γ Ϲ Λ Ι Ζ Є Ι Β Ρ Ο
- - - -

Vs. 4. Gualth. ΖѠϹΥΜΙ . ΑΝΕΔΗΝ, Mur. ΖΩ ϹΥΜΟΝΑΝΕΔΗΝ. Vs. 7. Dorv. ΕΣΣΟΜΕΝΟΙΣΙ, Vit. ЄϹΟΜЄΝΟΙϹΙ, Mur. ЄϹΟΜЄΝΟΙϹ (Müll. ϹϹΟ ΜЄΝΟΙϹ . Ι). Vs. 8. Gualth. ΙΡΟΙΙΟϹΛΙΖЄΒΡΟ, Vit. ΙΡ . . . ΟЄΛΙΖЄΒΙΡΟ, Dorv. ΙΡΟΙΙΟϹΛΙΖΕ Β ΡΟ, Müll. ΡϹΙ ͻ ͦ ϹΜ7ЄΙΒΡϹ.

Εὐσεβέων κλυτὸν ἄστυ πανόλβιον ἄνδρ' ἀνέθηκε
Ζωσ[ι]μιανείδην ἀγωνοθετῆρα Σέβηρον,
ὄφρα καὶ ἐσσομένοις [ἥ]ρ[ως κ]λ[ή]ζ[οιτο] βρο[τοῖσιν.

Piorum urbs nunc audit Catana ex fabula celebri de Amphinomo et Anapia parentes Aetnae incendio eripientibus (vide Pausan. X, 28, 2. Strab. p. 269. Valer. Max. V, 4. Sil. Ital. XIV, 196.), quorum memoriam Catanenses quum statuis in campo Piorum positis (Claudian. VII. Solin. 11.) tum nummis celebrarunt (vide Dorvill. Sicul. p. 313 sqq.). Vs. 2. πανόλβιον ad ἄνδρα referendum esse quum alii viderunt tum Welckerus monuit. Vs. 4. nota patronymicum Ζωσιμιανείδης a forma Ζωσιμιανός. Quadratarius hoc loco dedit ΖѠϹΥΜ pro ΖѠϹΙΜ. Ceterum secundus hexameter vitiosus est ob Α in ἀγωνοθετ. productum. Ad versum ultimum interpretandum unus sese accinxit Archangelus Catan. Hist. T. I. c. 12. qui vertit: *ut heroibus celebris memoria servetur.* Hexametrum restitutum iverunt Burmannus et Welckerus. Et Burmannus quidem partem detritam ita restituebat: ἀοίδιμος ἦσι βροτοῖσιν. Qua coniectura reiecta Welckerus ratus in Β ΡΟ lacunam esse ideoque βροτοῖσιν effici non posse, hoc vocabulum in primis huius partis ductibus latere arbitratus est. Hinc coniecit: ὄφρα καὶ ἐσσομένοισι βροτοῖσι μέλῃ Σευήρου, communicans simul Iacobsii coniecturam: ὄφρα καὶ ἐσσομένοις περίοπτος ἔῃ Σεύηρος. Utraque coniectura nimium recedit a ductibus superstitibus. Lacunam autem in Β ΡΟ, quum tueri videatur Viti lectio, nullam esse docet nunc etiam Mülleri apographum. Praeterea animadvertendum ultimum hexametrum, ut duos priores, tribus in lapide lineis absolvi; unde vs. 9. in apographis Gualtheri, Viti, Mülleri rectissime notatur lacuna. In hac igitur tertia linea puta ultimas syllabas positas fuisse vocis ΒΡΟΤΟΙϹΙΝ, quam vocem recte exsculpsit Burmannus. Iam in fine vs. 7. post ЄϹϹΟ ΜЄΝΟΙϹ fuisse Η probabile reddit lectio Mülleri. Inter hoc Η autem et ΒΡΟ qui ductus sunt ex singulis apographis ita concinnari possunt, ut efficiatur: ΡѠϹΚΛΗΖΟΙΤΟ, quo extremo loco videri potest in lapide adhibita fuisse ligatura.

5728.

Ibidem, in urna, quam descripsit Archangelus Catan. hist. T. II. c. 21. ediderunt Gualtherus Tabb. ant. Sicil. cet. p. 10. n. 64. et Vitus M. de Amico in Catana illustrata Vol. III. lib. X. c. 5. p. 247. Ex Gualthero repetiit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XII. p. 163. n. 59. cum interpret. Lat. et not.

ΚΟΥΙΝΤΟΣ ΣΟΣΣΙΣ
ΚΑΙ ΠΕΤΡΟΝΙΑ
ΣΟΣΣΙΑ ΧΕΙΑ
ΤΗ ΘΥΓΑΤΡΙ ΖΗΣΑΣΗ
ΕΤΗ . Ι . ΗΜΕΡΑ . Κ . Β .

Vs. 4. init. Vit. ΤΗΣΤΑΤΡΙ.
Κοΐντος Σόσσις καὶ Πετρ[ω]νία Σοσσία Χεία (nisi fuit Δεία) τῇ θυγατρὶ ζησάσῃ ἔτη ι, ἡμέρα[ς] κβ.

5729.

Ibidem; edidit Gualtherus l. c. p. 10. n. 62. indeque Vitus M. de Amico Catana illustr. Vol. III. lib. x. c. 4. p. 250. Castellus l. c. Cl. XIV. p. 196. n. 141.

ϹΤЄΦΑΝ
ЄΖΗϹЄ Є
ΤЄ ΑΗ ΚΑ
ΗΜЄΡЄϹ
Γ

Vs. 3. ΛΗ restituit Castellus, ΝΑ Vitus.
Στέφαν[ος] ἔζησε ἔτ[η λ]η κα[ὶ] ἡμέρες (i. e. ἡμέρας) γ̄.

5730.

Ibidem, in museo monasterii S. Nicolai de Arena; ex schedis ab Abbate Vito M. de Amico a. 1762. ipsi transmissis edidit Castellus l. c. Cl. XVIII. p. 281. n. 8.

. . . . ΙΟϹ ❧ ΦΙΛΟ . .
. . . . ΚΑΙΑΥΡΗ . . .
. . . . ΚΛΩΔΙΑΗ . . .
. . . . ΓΜΟΥЄ . . .
5 . . . . ΑΧΩΡΑΝ . . .
. . . . ΜΕ . . .

Αὐρήλ]ιος Φιλ - -
- - - καὶ Αὐρη-
λία] Κλωδία ἡ
σύμβιός] μου ἐ-
5 κτησάμεθ]α χώραν
καθαρὰν καὶ ἐθε]με[λιώ-
σαμεν] cet.

Loci in Sicilia incerti est fragmentum ex schedis Caietani Noto editum a Castello l. c. p. 281. n. 11. quod coniicio partem constituere tituli nostri. Est autem fragmentum hoc:

ΖΑϹ . . . .
ΛΙΑ . . ❧ . . . .
ϹΥΜΒΙΟϹ . . . .
ΚΤΗϹΑΜΕΘ . . . .
5 ΚΑΘΑΡΑΝΚΑΙΕΘΕ . . .
ϹΑΜΕΝΚΑΙΕΠΟΙΗϹΑ . . . . .
ΚΟΙΤΩΝΑ . Ε . ΑΥΤΟΗ . . . . . .
ϹΚΛΗΡΟΝΟΜΟΙ . . . . . .
. . . . . ΡΑΝΤΕΛΛΟΜΕΝ . . .
10 ΘΑϹΗΕΝΘΑΔΕΙ . . . . .
. . . . . ΕΘΝΙ . . . .
- - - - - - - -

quod si componas cum fragmento nostro, commode procedit titulus hic:

- - - ΙΟϹ ❧ ΦΙΛΟ
ΖΑϹΚΑΙΑΥΡΗ
ΛΙΑ ΚΛΩΔΙΑΗ
ϹΥΜΒΙΟϹΜΟΥЄ
5 ΚΤΗϹΑΜΕΘΑΧΩΡΑΝ
ΚΑΘΑΡΑΝΚΑΙΕΘΕΜΕ - -
ϹΑΜΕΝΚΑΙΕΠΟΙΗϹΑ - -
ΚΟΙΤΩΝΑ . Ε . ΑΥΤΟΗ - -
ϹΚΛΗΡΟΝΟΜΟΙ - - - -
cet. cet.

Αὐρήλ]ιος Φιλ[ώ-
τ]ας καὶ Αὐρη-
λία Κλωδία ἡ
σύμβιός μου ἐ-
5 κτησάμεθα χώραν
καθαρὰν καὶ ἐ[θ]εμε[λιώ-
σαμεν καὶ ἐποιήσα[μεν
κοιτῶνα[ς] ἑαυτο[ῖς καὶ τοῖ-
ς κληρονόμοι[ς ἡμῶν - -
cet. cet.

5731.

Ibidem, in tabula oblonga; edidit Abbas Vitus M. de Amico Catana illustrata Vol. III. lib. x. cap. 5. p. 256. unde petiit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XIV. p. 189. n. 100. Rursum edidit Dubois Catal. Antt. Leonis Dufourny p. 33.

ΩΡΑΙΑ
ΧΡΗϹΤΑΚΑΙ
ΑΜЄΜΠΤЄ
ΧΑΙΡЄ
5 ΓΑΜЄ¬ΧΡΗϹΤЄ
ΚΑΙ¬ΑΜЄΜ
ΠΤЄ¬ΧΑΙΡЄ
ΟΥΡΒΑΝΙΩΝ
ΓοΝΓЄ
10 ΧΡΗϹΤЄΚΑΙ
ΑΜЄΜΠΤЄ
ΧΑΙΡЄ

Vs. 5. Vit. ΚΑΜΕ . ΧΡΗϹΤΕ, Dub. ΓΑΜЄ>ΧΡΗϹΤЄ. Vs. 9. Vit. ΓΟΝΓΕ . ΚΑΙ.
Ὡραία χρηστὰ καὶ ἄμεμπτε χαῖρε.
Γάμε χρηστὲ καὶ ἄμεμπτε χαῖρε.
Οὐρβανίων Γόνγε χρηστὲ καὶ ἄμεμπτε χαῖρε.

Homines tres eodem sepulcro conditi sunt. Nomen Γάμος habes Vol. I. n. 273. 285. Nomen Γόγγος male interpretes mutaverunt in γόνος, vertebantque *fili*.

5732.

Catanae fragmenta. Tit. *a.* edidit Gualtherus Tabb. ant. Sicil. cet. p. 9. n. 49.; tit. *b.* ex museo Paterniono edidit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XVIII. p. 282. n. 12.; tit. *c.* misit Münterus; titt. *d. e.* sunt ex schedis Odofr. Mülleri.

a.

. . HIAK . . . .
. . BYTH . . .
. . ETOMHΘ . .

b.

\- - - - - -
ЄZHЄTH . . . . . .
YΓIAЄΠOICЄ
MNHMHCXAPIN

c.

OICXΘO
ΛΓΛΘHX
ZHCЄN

d.

TON
ЄIMIЄPЄXCI
HΛΘЄNAΘ
AIΔHNO
ЄZHCAЄTI
ΓЄNYѠN
TYMBONЄ
ΔЄMOYЄ

e.

KTI
APT

Sunt tituli sepulcrales, excepto fortasse tit. *e.*, de quo nihil definiri potest. Tit. *a.* vss. 2. 3. videtur fuisse πρεσ]βύτη[ς ἔζησεν] ἔτ(η) ο̅ μῆ(νας) θ̅. Tit. *b.* ὁ δεῖνα] ἔζη ἔτη - - - Ὑγία ἐποί[η]σε μνήμης χάριν. Tit. *c.* Θε]οῖς χθο[νίοις. ἡ δεῖνα ἀ]γαθὴ χ[αῖρε. ἔ]ζησεν [ἔτη - - - Tit. *d.* videtur partim metricus fuisse, vss. 1-4. exempli causa:

τὸν [τάφον εἰ ζητεῖς τίνος ἀνέρος, ὦ παροδεῖτα·
εἰμὶ Ἐρεχ[θείδου - - - - γῆν ὅς ποτε τήνδε
ἦλθεν Ἀθ[ήνηθεν - - - - - -
κ]αὶ δῆ[μ]ο[ν - - - - - - -

Vs. 5. interposita nonnulla sunt pedestri ut videtur sermone concepta: ἔζησα ἔτ[η - - -]; deinceps conieceris sequi pentametrum:

τῶν] γ[ο]ν[έ]ων [οὐδεὶς] τύμβον ἔδε[ι]μ[εν] ἐ[μοί.

quem versum non spoponderim fuisse talem qualem exempli causa proposuimus.

5733.

In agro *Catanensi*; edidit Gualtherus Tabb. ant. Sicil. cet. p. 9. n. 56. 57.

ЄKL KAT

ЄK L KAT

Cui supellectili inscripta haec fuerint, non proditum memoriae. Hinc etiam difficilius proferre iudicium. Videri potest in utroque titulo annus notatus esse XXV. (εκL i. e. Lκε) addito siglo nominis Catanae.

5734.

In S. Mariae a Licodia coenobio Benedictino inter Paternionem et Hadranum IV. mill. pass. ab utroque distante lapis erutus ad amoenissimum fontem Botti, ubi veteris Catanae aquaeductuum reliquiae; edidit Gualtherus Tabb. ant. Sicil. cet. p. 50. n. 334. hinc Abbas Vitus M. de Amico Catana illustrata Vol. III. lib. x. c. 5. p. 250. Castellus Inscr. Sicil. Cl. XIV. p. 183. n. 62.

HΨѠNѠΦOC
XPHCIOCЄZHCЄ
ET]HΓ()ΓIΛKEP
ΛI?A

Vs. 3. init. ET addidit Gualtherus. Vs. 4. MIA certatim dederunt Vitus et Castellus, quod potest esse verum; fortasse subest Κερ[α]μία. Nomen defuncti depravatum est; sequitur χρησ[τ]ὸς ἔζησε [ἔτ]η [ι̅, μ(ῆνας) δ̅]? Orbis medius vs. 3. quem ad finem incisus fuerit, non liquet. Fortasse significatur τροχὸς κεραμευτικός.

5735.

In oppido Paternionis; edidit Abbas Vitus M. de Amico Catana illustrata Vol. III. p. 245. inde Castellus Inscr. Sicil. Cl. XVIII. p. 286. n. 32.

ΕΠΙΔΙΟΝΥΣΙΟΥΗΛΙΛΟΚΡΑΤΗΣΚΑ : :
ΕΠΙΑΡΤΕΜΙΤΙΕΥ : : : : : : : : : : :

Ἐπὶ Διονυσίου [Φ]ιλοκράτης κα[ὶ ἡ δεῖνα ἡ γυνὴ αὐτοῦ]
Ἀρτέμιτι εὐ[χαριστήριον s. εὐ[χὴν vel simile.

Forma Ἀρτέμιτι pro Ἀρτέμιδι non offendit. Conf. Vol. II. n. 1934. 2481. Particula ΕΠΙ male vs. 2. repetita est, nisi latent ibi litterae ΤΟΥ (αὐτοῦ).

5736.

Hadrani; ex schedis Nicolai Capretti edidit Castellus l. c. p. 287. n. 39.

: : : ΥΗΡΑΚΛΕΙ

Ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος - ο]υ Ἡρακλεῖ.

5737.

Ibidem; ex schedis Nicolai Capretti edidit Castellus l. c. p. 287. n. 38.

ΑΡΧΕ : : :
: : : ΑΣ
ΠΟΛΥΣ

Ἀρχε[λαΐδ]ας Πολυσ[τράτου aut Πολυσ[θένευς.

5738.

Ibidem; edidit Gualtherus Tabb. ant. Sicil. cet. p. 50. n. 336. unde petiit Castellus l. c. Cl. XIV. p. 180. n. 39.

ΧΙΣΧΥΛΟΣ
ΧΡΥΣΩΛΟΣ

[Α]ἴσχύλος
Χρύσω[ν]ος.

5739.

Ibidem; edidit Gualtherus l. c. p. 50. n. 337. inde Castellus l. c. p. 178. n. 30. Citant Boissonadus ad Holsten. Epistol. p. 457. et Osannus Syllog. p. 99.

ΚΑΜΙΣ
ΤΡΑΤΟΣ
ΡΑΤΟΡΟΣ

Κα[λλ]ίστρατος Ῥάτορος.

Ῥάτωρ i. e. Ῥήτωρ, ut notat Boissonadus, nunc est nomen proprium. Mire hoc epitaphium tractavit Osannus, qui ad Callistratum Aphidnaeum rhetorem Atticum refert ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ corrigens, incuriosior, quomodo qui capitis damnatus ab Atheniensibus in Graecia periit, sepultus esse videatur in Sicilia. Nisi improbabilis per se esset haec Osanni opinio, moneremus etiam alia ex usu epigraphico desumpta, quae non minus falsam arguerent.

5740.

Ibidem; edidit Gualtherus l. c. p. 50. n. 338.

ΝΙΚΑΙΟΣ

Νικαῖος.

5741.

In pago dicto Polizello, XII stadiis ab *Hadrano*, rupi incisa inscriptio; edidit Gualtherus l. c. p. 50. n. 333. inde Castellus l. c. Cl. VII. p. 76. n. 22.

ΚΕΛΑΔΙΑΙΟC ΛΑΛΟΣΡΟΙΦΟΣ
ΦΗCΕΙΝΟC ΕΥCΕΒΗC
ΠΑΥΛΕΝΟΣ ΕΥΦΡΑΝΟΙΣΑΝ

Κελαδια[ν]ός?, Λάλος, Ῥο[ῦ]φος, Φησεῖνος Εὐσεβής, Παυλε[ῖ]νος εὐφράν[θη]σαν.

Vs. 3. extr. in lapide fuerit ΘΗΣΑΝ, ut paulo ante ΕΥCΕΒΗC.

5742.

Centuripis; ex schedis Polizzi edidit G. Nitzsch in Bullett. dell' Instit. di Corr. Archeol. Rom. 1843. p. 131.

ΠΙΗΡΑΚΛΕΙΟΥΤΟΥΣ
. . . ΙΑΡΙΣΤΟΝΙΚΟΥ
ΔΙΙΩΡΙΩΑΝΦΙΠΟΛΕΥΣΑΣ
ΙΕΜΙΣΚΩΣΝΥΜΡΩΝΟΣ
ΚΑΒΑΜΟΣΕΚΤΩΝΑΥΤΟΥ

Ἐ]πὶ Ἡρακλείου τοῦ Ἀριστονίκου
Διῒ ὡρίῳ ἀνφιπολεύσας [Ἀρτ]εμίσ[ιο]ς
Νύμ[φ]ωνος - - - - ἐκ τῶν αὐτοῦ.

Vs. 1. extr. Σ nihili videtur esse. Vs. 2. init. lacuna nulla est. Novus est Iuppiter ὥριος, i. e. Horarum; nisi forte ὥριος nunc ex dialecto est i. q. οὔριος. Notus Ζεὺς οὔριος. Vs. 5. subesse ethnicum videtur.

5742. b.

Ibidem, in scopelo „pietra di pecunia" nuncupato cis flumen Magnum, MM passibus ab Hadrano; edidit Gualtherus l. c. p. 50. n. 332.

ΤΡΧC
ΕΚΙ
ΙCΜΤ

5743.

In lapillo oblongo una cum ingenti cranio effosso ruri Iac. de Neapoli ad oppidum Troina; edidit Gualtherus l. c. p. 2. n. 5. inde Murator. T. III. p. MDCCLV. 8. Castellus l. c. Cl. XVI. p. 217. n. 2. Gualtheri aetate asservabatur Messanae. Denuo edidit Theod. Mommsenius Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1846. n. 98. p. 784. n. 3.

ΤΡΙΨΥΛΑ
ΨΑΚΑΤΗΛ
ΚΕΝΤΟΣ
ΣΤΡΑΤΟΝΟΣ

Τρί(τα) [φ]υλά. [Φ]α(τρία) Κατηλ. - κέντος Στράτ[ω]νος.

Est ex genere titulorum, ex quo n. 5567. 5620. 5621. 5686. Vide ad n. 5468.

5744.

In basi extra moenia veteris *Agyrii* (hodie S. Filippo d' Agirone s. d' Argirone) a. 1779. effossa indeque Catanam translata et in museo Ignatii Paternionis Principis de Biscari deposita; ediderunt Castellus Inscr. Sicil. Cl. V. p. 48. n. 16. et Münterus Nachrichten von Neapel u. Sicil. p. 427. Habeo etiam ex schedis Münteri.

ΔΙΟΔΩΡΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ

Castellus dedit ΔΥΟΔΩΡΟΣ.

Διόδωρος Ἀπολλωνίου.

Diodorus Siculus Agyrio se oriundum ipse testatur in principio operis sui. Hinc Castellus non male suspicatus est statuam, ad quam pertinet inscriptio, fuisse Diodori celebris rerum scriptoris. Quod si ita est, primum nunc nomen patris eius ex hoc monumento discimus.

5745.

In ansa vasis fictilis *Ennae* reperti; Panormi in museo regiae academiae vidit Castellus, qui edidit Inscr. Sicil. Cl. XV. p. 213. n. 59.

ΕΠΙ ΙΑΣΙ
ΚΡΑΤΕΙΣ

Ἐπὶ [Π]ασικράτε[υ]ς.

Archon idem videtur esse n. 5530. Nisi forte idem titulus est, quem Catanae in museo Biscariano vidit Th. Mommsenius. Vide n. 5664. *b*.

5746.

In lapide prope *Ennam* reperto, qui Panormi asservabatur in museo monasterii S. Martini; edidit Murator. T. III. p. MDCCLXIII. 17. missu Ignatii Maria Como; accuratius aeri incisum dedit Castellus Inscr. Panormit. p. 36. n. 66. (conf. p. 310 sqq.) et Inscr. Sicil. Cl. XIV. p. 177. n. 22. Dicit de hoc titulo Villoisonus Anecd. Graec. T. II. p. 123.

ΒΕΤΤΙΟϹΜΑΥ
ΡΙΚΟϹΕΤΡωΝ
ΙΕΖΗϹΕΝΔΕΤΟ
ΝΙ ΑΥΤΟΥΒΕΙΟ
5 ΚΙΤΕΕΝΤΟΥΤ
ωΤωΤΥΝΒω

Vs. 2. extr. et 3. init. Murat. ΕΤΟΝΚ̄, cuius etiam cetera minus accuratum apographum est. Quod si fides habenda huic titulo, quadratario summa perversitas imputanda videtur; qui quum deberet incidere:

Βέττιος Μαύρικος ἐτῶν - - κῖτε ἐν τούτῳ τῷ τύνβῳ· ἔζησεν δὲ τὸν ἑαυτοῦ βεῖο[ν καλῶς] i. e. βίο[ν καλῶς].

extremam enuntiationem inseruit priusquam verba κῖτε ἐν τούτῳ τῷ τύνβῳ exarasset. Talia autem qui errare potuit, nae illi etiam lectio ΕΤΡωΝ pro ΕΤωΝ iure tribuetur. Nec magis nota numeralis Ι vera videtur.

5747.

In oppido Calatanisetta in castro vetere dicto Pietrarossa; ex Caroli Mariae Leto Pontis et Capitarsi Baronis libro manuscr. qui inscriptus est: Notizie storiche degli antichi abitatori di Sicilia", dedit Castellus Inscr. Panormit. p. 322. Inscr. Sicil. Cl. I. p. 4. n. 11. Sicil. vet. nummi p. 35.

ΑΣΚΛΗΠΙΩΚΑΙΙΜΕΡΠΟΤΑΜ
ΟΔΑΜΟΣΤΙΣΝΙΣΙΣ
ΣΟΤΗΡΣΙΝ

Sunt in hoc titulo quae dubitationes quasdam moveant, ut vocabula decurtata et inprimis verba ΤΙΣΝΙΣΙΣ quae etsi male transcripta putes pro ΤΑΣΝΙΣΑΣ, tamen citra morem sollemnem dicta sunt. Dubitationum quidem pars haud scio an tolli videatur inscriptione quam in schedis Siciliensibus ex vasculo quodam enotavit Odofr. Müllerus:

ΑΣΚΛΗΠΙΩΚΑΙΙΜ
ΕΡΠΟΤΑΜΟΔΑΜΟ

Habes partem maiorem inscriptionis nostrae:

Ἀσκληπιῷ καὶ Ἱμέρ(α) ποταμ(ῷ) ὁ δᾶμο[ς.

Iam ex Castelli verbis patet titulum nostrum ex lapide esse desumptum; quem colligi potest translatum in vasculum esse. Nec dissimile veri idem factum esse in titulo n. 5652. Sed Nisam s. Nissam Siciliae oppidum extitisse negant Dorvillius Sicul. P. I. p. 270. et Cluverius Sicil. ant. p. 123. qui apud Thucydidem III, 103. coll. VI, 94. restituit Inessam addicentibus codicibus quibusdam. Et de hac quidem lectione dubitari non potest licet refragante Villoisono Mem. Instit. Gall. Hist. et antt. litt. T. II. 1815. p. 153. Alia quaestio est an statui possit Ni-

sam s. Nissam urbem fuisse Siciliae. Hoc aliunde demonstrari non potest; potest tamen ex titulo Latino ibidem, ubi Graeca inscriptio, reperto, quem titulum ex eorundem auctorum libro manuscripto petiit Castellus Inscr. Panormit. p. 321.

L.PETILIVS.M.F
COLONIAM.DVXIT
NISSAE.POPVLVS.ET.ORD
PATRONO.MERENTI

Praeter hunc titulum Castellus etiam nummum Goltzianum protulit cum epigraphe ΝΙΣΑΙƱΝ, quem nummum Siciliae tribuere non dubitavit. Utcunque iudicaveris de nummo, Nissam urbem Siciliae fuisse satis demonstrare titulus Latinus videtur. Nec male coniicit Castellus Nissam sitam fuisse in vicinia oppidi hodierni Calatanissetta, quod parum abest quin tangatur a brachio Himerae fluvii. Quae quum ita sint, etiam altera pars inscriptionis Graecae quodam modo servari posse videtur. Male incisi tituli non unum hoc exemplum est in iis, qui per Siciliam reperiuntur. Certe in parte priore negligentiam quadratarii imitatus est pictor vasculi. Neque enim ΑΣΚΛΗΠΙΩ, sed ΑΣΚΛΑΠΙΩ, neque ΙΜΕΡΠΟΤΑΜ sed ΙΜΕΡΑΠΟΤΑΜΩ oportuit incidi. In altera autem parte etiam transcribentium incuriae aliquid tribuendum videtur. Statuas igitur auctorem voluisse:

Ἀσκλ[α]πιῷ καὶ Ἱμέρ[ᾳ] ποταμ[ῷ] ὁ δᾶμος
τ[ο]ῖς Νίσ[σα]ς σ[ω]τῆρσιν.

De Ἀσκληπιῷ σωτῆρι conf. n. 5616.

5748.

Glandes missiles plumbeae ex agro *Leontino*; edidit Gualtherus Tabb. ant. Sicil. cet. p. 12. n. 78-84. indeque Castellus Inscr. Sicil. Cl. XVI. p. 251. n. 1-7. Partem harum glandium repraesentat D'Hancarville Recherches sur les arts de la Grèce, T. I. tab. VI. (conf. p. 18 sqq.)

a.	*b.*	*c.*	*d.*	*e.*	*f.*	*g.*
ΝΙΚΗ ΔΙΟС	ΑΘΗΝΙ ΟСΝΙΚΗ in altero latere fulgur et ΝΙΚΗ	ΝΙΚΗ in altero latere: ΑΘΑ	ΑΡΤЄΜΙ ΔΟС	Ͱ Ι Ν Κ Η	ΝΙΚΗ ΜΑΤЄΡΩΝ	ΑΡΑΜЄΟ

a. Νίκη Διός.
b. Ἀθηνί[ων]ος νίκη, et in altero latere Νίκη.
c. Νίκη Ἀθ[ηνίωνος].
d. Ἀρτέμιδος.
e. - Νίκη.
f. Νίκη Ματέρων.
g. Ἀρ - -

Similes glandulae sunt n. 5570. Conf. n. 5687. Inscriptio Ἀθηνίωνος νίκη est etiam n. 5570. *c.* Idem videtur redire tit. *c.* nisi ibi intelligendum νίκη Ἀθά-[νας]; certe ἀθανάτων quod coniecit D'Hancarville l. c. vix verum est. Idem nonnullos globulos sine causa ad victoriam Syracusanorum de Atheniensibus reportatam refert, alibi statuens hos omnes nummos esse, quod plumbeus prope Triccalam nummus repertus sit, in quo cum fulmine inscriptum ΝΙΚΗ ΔΙΟС. Sed globulos missiles esse sponte patet. Tit. *f.* νίκη Ματέρων explicandum de cultu dearum Matrum apud Enguinos aliosque Sicilienses obtinente, testantibus Diodoro Sicil. IV, 79. 80. et Posidonio ap. Plutarch. Marcell. 20. Conf. Selden de diis Syris II, 2. Fanum Matris magnae apud Enguinos memorat Cic. Verr. IV, 44. quod interpretes certatim impugnarunt. Videtur tamen conciliari posse Ciceronis testimonium cum Diodori et Posidonii narrationibus. Potest enim cultus θεῶν μητέρων cum religionibus Matris magnae coniunctus fuisse. Quo nescio an pertineat etiam inscriptio globuli n. 5570. tib. *b.* Νίκη Ματέρος. Tit. *g.* quid nominis subsit, non liquet.

5748. *b.*

In ansa vasis Leontinis Romam ad Braunium delati; edidit Th. Mommsenius Zeitschr. f. Alterthumsw. 1846. n. 97. p. 773. n. 28.

ΕΠΙΕΥΔΑ
ΜΟΥ
ΥΑ ΙΟΥ

Ἐπὶ Εὐδάμου.
Ὑα[κινθ]ίου.

Archon idem est n. 5380. Conf. ad n. 5751.

5748. *c.*

In ansa vasis Leontinis Romam ad Braunium delati; edidit Th. Mommsenius l. c. n. 97. p. 773. n. 36.

ΕΠΙΚΑΛΛΙΚΡΑ
ΤΕΥΣ
ΥΑΚΙΝΘΙΟΥ

Ἐπὶ Καλλικράτευς.
Ὑακινθίου.

Idem vasculum, ut videtur, n. 5381.

5748. *d.*

In vasculo Leontinis Romam ad Braunium delato; edidit idem l. c. n. 98. p. 778. n. 68.

ΕΠΙΤΙΜΟΔΙ
ΚοΥ
ΑΡΤΑΜ

Ἐπὶ Τιμοδίκου.
Ἀρταμ[ιτίου.

Idem archon n. 5385. 5488.

5748. *e.*

In vasculis Leontinis Romam ad Braunium delatis; edidit idem l. c. n. 98. p. 780. n. 97. 101.

ΑΡΙΣΤΟ - - - Ἀριστο - - -
ΔΙΟΔΟΤΟΥ Διοδότου. Cf. n. 5388.
Cornucopiae. ΜΗΝΟΘΕΜ° Caduceus. Μηνοθέμ[ιος. Cf. n. 5450.

5749.

Sub finem inscriptionum Siciliensium addidimus titulos aliquot, qui quo loco Siciliae reperti sint, non constat. Primi qui sequuntur tres sunt sepulcrales, et titt. *a. b.* quidem edidit Dubois Catal. Antt. Leonis Dufourny p. 32. quos titulos Sicilienses esse putamus, quod Dufourny in Sicilia foderat et aliae inscriptiones ab eo reportatae manifesto Siciliae sunt (ut n. 5718. 5720. 5751.); tit. *c.* edidit Muratorius T. III. p. MDCCXXV. 14. atque iterum T. III. p. MDCCLXXVII. 15. qui Gualthero acceptum refert. Tit. *a.* est in anaglypho, quo repraesentatur femina sedens, manum porrigens alii feminae, quam comitatur infans. Tit. *b.* in marmore candido.

a.

ΑΘΗΝΟΔΩΡΑΑΝΤΙΟΧΟΥΧΡΗCΤΗΧΑΙΡЄ

Ἀθηνοδώρα Ἀντιόχου χρηστὴ χαῖρε.

b.

ΘΕΟΔΟΤΗΙΑΤΡΟΚΛΕΟΥΣΧΑΙΡΕ

Θεοδότη Ἰατροκλέους χαῖρε.

c.

ΠΙΚΙΟCΑΝΙ
ΚΗΤΟCΕΖΗ
CΕΝ ΕΤΗ ΧΧΧΧ

Σουλ]πίκιος Ἀνίκητος ἔζησεν ἔτη XXXX.

De notis numeralibus conf. n. 5585. 5586. 5636. 5696.

5750.

Ex Sicilia in ansa vasis circum florem balaustii (conf. ad n. 5751.) typo expressum addito Martis signo ♂, litteris elegantissimis; edidit Münterus Epist. ad Sergium ab Ouvaroff p. 10.

Μ....ΑΣΙΩΝΟΣ   Μ[ν]ασίωνος.

Münterus, qui post Μ litteras minimum duas deesse suspicatur, coniecit ΜΑ.ΙΑΣΙΩΝΟΣ (Μάρκου Ἰασίωνος) sine ullo specie probabilitatis.

5751.

Composuimus hoc loco reliquos titulos ex vasis Siciliensibus enotatos atque editos ab Avolio Delle antiche fatture di argilla, Palerm. 1829. tab. III. IV. n. 2-43. quorum vasorum maior pars dicitur reperta esse in loco Alicata (vide lemma ad n. 5475.), alia Agrigenti (conf. p. 88. 90.). Tit. 43. edidit Crispus Mon. Graec. Sic. Panormi 1831. 8. p. 13. (Opusc. p. 261. cum lemmate: monumentum Siculum ex Menaeo ἀνέκδοτον). Omnes repetiit Theod. Mommsenius Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1846. n. 97. p. 771 sqq.

1. ΕΠΙΑΙΝΟ⁝ΣοΡο   Ἐπὶ Αἰν[ήτ]ορο[ς].

2. ∠ ΛΙΛΛΕΞΙΑΔΛ / ΑΡΤΑΜΙΤΙΟΥ   Ἐπ]ὶ [Ἀ]λεξιάδ[α]. Ἀρταμιτίου.

3. ΕΙΙΙΑΛΕΞΙΜΑΧΥΑΓΓΙΑ\N⁝⁝

Ἐ[π]ὶ Ἀλεξιμάχ[ο]υ. Ἀγ[ρ]ιαν[ίου].

Idem archon est n. 5377. *b. c.* 5508. 5655.

4. ΙΙΑΝΛΞΙ / Βο / Α⁻ΓΥΑ⊘   Ἐπὶ] Ἀν[α]ξιβο[ύλου]. Ὑα[κινθίου].

Exemplar, quod est in museo Syracusano n. 5377. *d.* videtur aliud esse.

5. ΑΡΙΣΤΑΡΧο‿   Ἀριστάρχο[υ].

Extare nunc in museo Syracusano notat Th. Mommsenius l. c. n. 98. p. 780. n. 94.

6. ΕΠΙΑΡΙ⟆ΤοΓΕ / ΤοΥ ΔΑΛΙοΥ   Ἐπὶ Ἀριστογε[ί]του. Δαλίου.

Geminus titulus est n. 5478. Esse nunc in museo Syracusano monet Mommsenius l. c. n. 97. p. 772.

7. ΕΠ ΕΑΡΙΣ / ΤοΜΑΧοΥ / ΚΑΡΝΕΙοΥ   Ἐπ[ὶ] Ἀριστομάχου. Καρνείου.

Idem archon est n. 5479. 5480. Nunc in museo Syracusano esse notat Th. Mommsenius l. c. p. 772. qui vs. 1. edidit ΕΠΙ.

8. ΕΠΙΑΡΙΣΤΩΝοΣ / ΑΡΤΑΜΙΤΦοΥ   Ἐπὶ Ἀρίστωνος. Ἀρταμιτ[ί]ου.

Idem archon habetur n. 5509. Nunc in museo Syracusano esse notat Th. Mommsenius l. c.

9. ΕΠΙΑΡΧΙΔΑΑŌΤΙΜοΥ

Ἐπὶ Ἀρχί[λ]α - - - - -

Videtur patris nomen adiectum (Διοτίμου), ut alibi.

10. ΕΠΙᐞΡΧΙ / ΛΑΙΔ^ / ΑΓΡ Υ   Ἐπὶ Ἀρχιλαΐδ[α]. Ἀγρ[ιανίο]υ.

Idem archon est n. 5378. 5645.

11. ΛΓΟΡΓΙΛ   Ἐπὶ] Γοργί[α].

12. ΔΑΜΟΟΛΤΓΥ⁼   Δαμο[κρά]τ[ε]υ[ς].

Archon Damocrates est etiam n. 5440. 5482. (conf. n. 5390.)

13. ΔΙοΝΥCοΙΩ   Διονυσο[δ]ώ[ρου].

14. ΠΑΝΑΜCIC / ΕΝΙΓοΝοΣ   Πανάμ[ου]. Ἐ[π]ίγονος.

15. ΕΥΜΙΤοΥ   Εὐ[κλε]ίτου.

16. ΕΥΞΕF/ω   Εὐξ[ένου].

17. ΛΙΟΙ   Ζ[ω]ΐλ[ου].

18. ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥ   Ἡρακλείτου.

Geminus titulus est n. 5557. *b.*

19. ΕΥΜΝΑΤοΥ   Θ]ευμνά[σ]του.

Conf. n. 5445.

20. ΙΕΡΩΝ   Ἱέρων[ος].

Archon Hiero est n. 5380. *f.* 5517.

21. ΙΜΑΡΑΤοΥ   Ἱμαράτου.

22. ΙΠΠΟΚΡΑΤΕΝ 'Ἱπποκράτε[υς.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΕΥΣ edidit Th. Mommsenius l. c. p. 773. n. 118. docens Leontinis Romam ad Braunium allatam esse. Infra esse balaustium. Ielonem Leontinum possedisse manubrium inscriptum nomine Hippocratis mense Agrianio auctor est Avolius p. 87. Eodemque nomine ΙΠΠΟΚΡΑΤΕΥΣ inscriptum vas reportavit etiam Fellows (vide Gerhardi Ephem. archaeol. 1847. Beil. n. 3. p. 35.*). Archon Hippocrates est n. 5559. 5678.

23. ΕΠΙΚΑCΙ ΚΡΑΤΕΣ 'Ἐπὶ Κ[λευ]κράτε[υ]ς.

Idem archon est n. 5519. et alibi.

24. ΛΙΚΙΝ Λικιν[ίου.

25. ΜΑΝΙοΣ Μάνιος.

Est a recto Μᾶνις.

26. ΜΙΔΑ Μίδα.

27. ΝΙΚΙΑ Νικία.

Syracusis ap. Ab. Stella vidit Th. Mommsenius l. c. n. 98. p. 781. n. 125.

28. ΝΙΚΩΝ Νίκων.

29. ΕΠΙΠΕΙΣΙ ΣΤΡΑΤοΥ ΔΑΛΙΟΥ 'Ἐπὶ Πεισιστράτου. Δα[λίο]υ.

Nunc in museo Syracusano esse hoc vasculum annotat Th. Mommsenius l. c. n. 98. p. 777. n. 56.

30. ΠοΛΙ ΑΙΝοΥ Πολ[υ]αίνου.

31. ΕΠΙΑΡΑΤοΓΑ ΝΓΥΣ ΑΡΞΑΜΙΤ 'Ἐπὶ 'Αρατο[φ]άν[ε]υς. 'Αρ[τ]αμιτ[ίου.

Archon idem habetur n. 5456. 5668. 5669.

32. ΕΠΙΤΙΜΑΣΑ ΓοΡΑ ΑΓΡΙΑΝΙοΥ 'Ἐπὶ Τιμασαγόρα. 'Αγριανίου.

Idem archon n. 5384. *b.*

33. ΕΠΙΤΙΜΟΥΡΡΟ ΡοΔοΥ ΠΑΝΑΜοΥ 'Ἐπὶ Τιμουρρόδου. Πανάμου.

Idem nomen extat in duobus similibus vasis (vide tit. 34. et n. 5673.). Syllaba ΟΥ vs. 1. male repetita est. Ex foliolo nata videtur Mommsenio.

34. ΕΠΙΕΡΕΩΣ ΤΙΜοΥΡΑΔ ΑΓΡΙΑΝ 'Ἐπ' ἱερέως Τιμουρ[ό]δ[ου. 'Αγ[ρι]αν[ίου.

Citatur hic titulus a Rud. Rochetto Mém. de l'Inst. de France T. XIV. P. II. p. 285. De sacerdote eponymo vide infra.

35. Α ΦΜΛΝΕ-ΟΠΛΝΛΙ

'Ἐπὶ Δα]μ[αι]ν[έτ]ο[υ. Πα]ν[άμου.

De archonte conf. n. 5379. 5661. 5661. *b.*

36. ...ΜΙΝΘΙΟΥΝ Σ]μινθίου.

Nomen archontis post mensem sequi videtur, ut alibi. Conf. n. 5502. 5508. *b.* 5539. 5653. De mense vide infra.

37. ΚΡΑΤΕΙΣ - - - κράτε[υ]ς.

Fuit Κλευ]κράτευς aut Δαμο]κράτευς aut simile.

38. ΙΜΟΝ Fortasse Τ]ιμον[ίκου.

39. ΛΕΝΔΡΟ Fortasse Λε[ά]νδρο[υ aut Κ]λε[ά]νδρο[υ.

40. ΧΚΑΡΙΤΕ. Χάριτε[ς.

De opere fictili, in quo hic titulus, vide Avolio l. c. p. 140.

41. ΤΡΙΟSΙΟ Male transcriptum est.

42. ΑΜΕΑ (vide Avolio l. c. p. 130.).

43. ΕΠΙΠΑΥ ΣΑΝΙΑ ΠΑΝΑΜοΥ ΙΜΑ 'Ἐπὶ Παυσανία. Πανάμου. 'Ιμά(ρατος).

Archon idem est n. 5382. *d.* 5454. 5487. De 'Ιμαράτῳ conf. ad n. 5673. et infra.

Hoc loco visum est menses recensere archontumque nomina collecta ex ansis vasorum fictilium lateribusque per Siciliam repertis. Sunt autem menses hi:

'Αγριάνιος n. 5384. *b.* 5385. 5481. 5486. 5488. 5514. 5536. 5577. 5654. *b.* 5667. 5751. 32. Ex correct. 'Αγ[ριανίου] 5509. 'Α[γ]ριανίου 5532. 'Αγρια[νίου] 5508. *b.* ['Αγρι]ανίου 5662. *b.* 'Α[γ]ρι[ανίο]υ 5380. *d.* 'Αγ[ρια]νίου 5381. *b.* 'Αγρ[ιανί]ου 5385. *d.* 'Αγ[ρ]ιαν[ίου] 5751. 3. 'Αγρ[ιανίο]υ 5751. 10. 'Αγ[ρι]αν[ίου] 5751. 34.

'Αρταμίτιος n. 5377. *e.* 5380. *c.* 5441. 5479. 5485. 5508. 5513. 5521. 5619. *g.* et *k.* 5645. 5670. 5751. 2. 8. Ex correct. ['Αρτ]αμι[τίου] 5377. *c.* 'Αρταμιτ[ίου] 5510. 'Αρτ[α]μ[ι]τίο[υ 5519. 'Α[ρτ]α[μ]ι[τί]ο[υ] 5526. 'Αρ[τ]αμιτ[ίου] 5751. 31. 'Αρταμ[ιτίου] 5748. *d.* 'Αρταμι[τ]ίου 5480. 5556. 5659.

Βαδρόμιος n. 5655. 5673. Ex correct. [Βαδ]ρομίου 5525. [Βαδ]ρ]ομίου 5376.

Δάλιος n. 5377. *d.* 5382. *c.* 5383. 5385. *c.* 5478. 5515. 5519. 5520. 5530. 5619. *l.* 5668. 5671. 5751. 6. Ex correct. [Δ]αλίου 5477. Δα[λίο]υ 5751. 29.

Θεσμοφόριος n. 5375. 5504. 5528. Decurt. [Θ]εσμο(φορίου) 5453. Ex correct. [Θεσ]μοφορί[ου] 5675. *b.* conf. 5375. 5392. *c.*

Θευδα[ί]σιος n. 5523.

Καρνεῖος n. 5378. 5392. *c.* 5659. *b.* 5751. 7. Ex correct. Κ[αρνεί]ου 5380. Καρνε[ί]ου 5656. Κ[αρ]ν[ε]ίου 5671. *b.*

Κνίδιος. Ex correct. Κνιδ[ίου] n. 5380. *b.* Κνιδί[ου] 5497. *b.* Κνι[δίου] 5619. *e.*

Πάναμος n. 5380. *e.* 5446. 5448. 5483. *b.* 5511. 5512. 5560. 5591. *b.* 5661. 5662. 5663. 5665. 5674. 5751. 33. 43. Ex correct. [Π]α[νάμ]ου 5525. *b.* [Παν]άμου 5540. 5541. [Πανά]μου 5662. *c.* Πανά[μ]ου 5661. *b.* [Πα]ν[άμου]

5751. 35. Πανά[μου] 5380. *f.* Πανάμ[ου] 5379. 5751. 14. Πανάμου δευτέρου 5381. *c.* 5382. 5654. 5658.

Πεδαγείτνυος n. 5619. *i.*

Ὑακίνθιος n. 5377. *b.* 5381. 5382. *b.* 5384. 5439. 5484. 5513. 5534. 5659. *c.* 5672. 5675. Ex correct. Ὑακιν[θίου] 5524. [Ὑ]α[κ]ι[νθί]ου 5532. *b.* Ὑακινθίο[υ] 5675. *c.* Ὑα-[κινθ]ίου 5748. *b.* [Ὑακιν]θίου 5672. Ὑα[κινθίου] 5751. 4. Ὑακι[νθ]ίου 5502.

Σμίνθιος n. 5377. 5392. *b.* Ex correct. [Σ]μινθίου 5392. *d.* 5751. 36. [Σ]μιν[θίο]υ 5517. Σμιν[θί]ου 5619. *c.* Σμι[ν]-θίου 5657. *b.*

Castellus et Avolius l. c. p. 83. afferunt etiam Posidonium mensem, qui non admittendus est; falsoque Posidonium mensem ex vasculis Olbiae repertis enotavit C. Fr. Hermannus Über griech. Monatsk. p. 76 sq.

Ex mensibus plurimorum Doriensium communes sunt Ἀρταμίτιος, Θεσμοφόριος, Καρνεῖος, Πάναμος, Ὑακίνθιος: Coorum menses fuerunt Ἀγριάνιος (vide Herm. l. c. p. 98. cf. p. 43. et Bergk Beitr. z. Monatsk. p. 48 sqq.), Θευδαίσιος, Πεδαγείτνυος (Ross. Inscr. ined. III. n. 311. cf. Bergk Beitr. p. 12.). Ut Πεδαγείτνυος cum Metagitnione Atticorum, ita Βαδρόμιος conferri cum Boedromione potest. Δάλιος ex festo quodam Delio videtur repetendus (cf. Herm. l. c. p. 53.). Σμίνθιος de festo Sminthiis dicto denominatus, quod festum Rhodiorum esse constat (cf. Herm. Lehrb. d. gr. Alterth. II. p. 351. 10.). Accedit mensis Κνίδιος. Nempe Dorienses, apud quos hi menses valuerunt, ludos celebrasse videntur Κνίδια dictos, unde nomen mensi inditum; qua de re comparemus licet Δάλια a Delo insula dicta, unde mensis Δάλιος. Videntur autem ludi isti a cultu Triopico Cnidiorum (cf. Herod. I, 144. 174. Schol. ad Theocr. Id. XVII, 69. Boeckh. Vol. I. p. 45.) repetendi, quem cultum etiam Gelae obtinuisse viderunt alii (conf. C. Herm. Lehrb. II. p. 355. 21.). Nam si Cnidus ipsa olim Triopia appellabatur (Plin. H. N. V, 29.) a Triopa conditore (Pausan. X, 11, 1. Diod. V, 61.), facile fieri potuit, ut festum Triopium colonis Cnidium appellaretur.

Iam menses hos non omnium in Sicilia Doriensium communes fuisse et sponte patet et colligi ex calendario Tauromenitano potest (n. 5640.). Igitur vascula, ex quibus menses innotuerunt, alia asservantur Syracusis, alia Panormi, alia Messanae, alia denique Catanae; reperta autem maximam partem Gelae et Eryce feruntur, nonnulla Acris Syracusarum; quaeque in museo Syracusano hodie asservantur, prope omnia Gelae tribuenda esse contendit Mommsenius (Zeitschr. f. Alterthumsw. 1846. n. 97. p. 770.). Unde pronum coniicere cum Bergkio omnia ab urbe Gela Rhodiorum colonia repetenda esse. Cui coniecturae quum alia, ut Sminthius mensis de Sminthiis Rhodi celebratis denominatus, nominaque propria Rhodi frequentata (Αἰνησίδαμος Vol. II. n. 2524. Δαμαίνετος II. n. 2525. *b.* Δαμοκλῆς II. n. 2524. Ἀριστείδας II. n. 2531. Ἀριστόμαχος II. n. 2531. Ἀρατοφάνης Ross. Hellen. I, 2. p. 105. n. 32. *a.*), tum adminiculum adstrui posse videtur ex vasculis similibus Olbiae repertis, quae partim malum Punicum insigne Rhodiorum impressum habent (vide huius operis Vol. II. n. 2085. *l.* et p. 1000. Jen. Litterat. Zeitung 1842. n. 180. conf. Ahrens. de dial. Dor. p. 554. et C. F. Hermann Über die griech. Monatsk. p. 108.), unde inscriptiones innotuerunt hae:

ΑΓΟΡΑΝΑΚΤΟΣ ΑΡΤΑΜΗΤΙΟΥ	Ἀγοράνακτος. Ἀρταμ[ι]τίου.
ΑΡΤΑΜΙΤΙΟΥ ΑΓΑΘΟΚΛΕ	Ἀρταμιτίου. Ἀγαθοκλε[ῦς].
ΑΓΡΙΑΝΙΟΥ ΑΡΙΣΤΕΙΔΑ	Ἀγριανίου. Ἀριστείδα.
ΜΑΡΣΥΑ ΣΥΡΙΑΝΟΥ	Μαρσύα. [Ἀγ]ριαν[ί]ου.
ΜΑΡΣΥΑ ΔΑΛΙΟΥ	Μαρτία. Δαλίου.
ΜΑΡΣΥΑΣ . . . ΑΛΙΡΥ	Μαρσύα. Παν]ά[μο]υ aut Ἀγρι]α[ν]ί[ο]υ.
ΕΠΙΑ. . . . ΘΕΜΙΟΣ	Ἐπὶ [Δαμο]- θέμιος.
ΕΠΙΞΕΝΟΦΑΝΕΥΣ	Ἐπὶ Ξενοφάνευς.
ΕΠΙΕΡΕΩΣΞΥΝΟΦΑΝΕΥΣ	Ἐπ' ἱερέως Ξ[ε]νοφάνευς.
ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΕΥΣ	Ἀριστοκράτευς.
ΔΑΜΟΚΡΑΤΕΥΣ	Δαμοκράτευς.
ΚΛΕΑΡΧΟΥ	Κλεάρχου.
ΙΕΡΩΝΟΣ	Ἱέρωνος.

Comparent ibi menses Ἀρταμίτιος, Ἀγριάνιος, Δάλιος et fortasse Πάναμος. Comparent nomina fere eadem, quae habemus in Siciliensibus: Ἀγαθοκλῆς, Ἀριστείδας, Μαρσύας, Δαμόθεμις, Ξενοφάνης, Ἀριστοκράτης, Δαμοκράτης, Κλέαρχος, Ἱέρων: ut, quae vascula Rhodo oriunda putantur, eadem quovis pignore contendas ex Sicilia potius Olbiam esse allata. Certe malum Punicum non evincit Rhodo oriunda esse: possunt esse ex colonia Rhodiorum insigne illud ex metropoli repetente. Atque etiam hinc ad eandem delabimur coniecturam quam paulo ante indicavimus, vascula in Sicilia reperta, quibus nomina impressa sunt mensium atque archontum, Gelensia esse omnia. At ex titulo n. 5475. constat Gelae sacerdotem, ἱεραπόλον, fuisse eponymum; ex titulo Vol. II. n. 2525. *b.* ἱερέα Rhodi; et tamen vasculis plurimis impressa sunt nomina archontum, paucissimis sacerdotum (n. 5483. 5667. 5673. *b.* 5751. 34. conf. tit. ex vasc. Olbiae reperto et Avolium p. 94. ubi subest ἱερεύς). Hac de re ita iudicandum videtur. Gelae non ex sacerdote solo annus designatur, sed etiam ex κατενιαυσίῳ, quem archontem eponymum civilem fuisse coniecimus ad n. 5475. Et tales κατενιαύσιοι ἄρχοντες videntur esse, quorum impressa vasculis nomina apparent. Cur autem aliquoties sacerdotum nomina sint impressa, causa potest esse, quod archontis defuncti vices gesserint.

Quae si ita sunt, menses habemus Gelensium, unde etiam calendarium Rhodiorum explere quodam modo licebit. Quippe ex mensibus Rhodiorum innotuerunt Διόσθυος et Ὑακίνθιος (Vol. II. n. 2525. *b.*), quorum Διόσθυος non comparet in mensibus nostris. Contra Rhodiis nunc licebit reddere Πεδαγείτνυον, si quidem etiam Porphyr. de Abstin. II, 54. iis Metagitnionem tribuit, Βαδρόμιον, quoniam Theognis ap. Athen. VIII. p. 360. B. iisdem assignat Boedromionem, denique Σμίνθιον, et, ni fallor, Ἀγριάνιον, Ἀρταμίτιον, Θευδαίσιον, quos certe etiam apud Coos fuisse compertum habemus. Quod autem mensis metropolis (Διόσθυος) non apparet in colonia, certe non sine exemplo est.

De consecutione mensium annoque civili statuere difficilius est, nisi quod probabile est Carneum qui dicitur Attico respondere Metagitnioni, quum Gelae in semestre secundum (n. 5475.) incidat, Agrigenti (n. 5491.) in bimestre sextum, paenultimum mensem anni esse ac proinde annum civilem Gelensium aequinoctio auctumnali incepisse; omninoque satis firmata consecutio videtur mensium quae apud C. Hermannum (Gr. Monatsk. p. 109 sq.) haec est:

7.	Ἀρταμίτιος	(Aprilis)
8.	- - -	(Maius)
9.	- - -	(Iunius)
10.	Ὑακίνθιος	(Iulius)
11.	Καρνεῖος	(Augustus)
12.	Πάναμος	(Septembris).

Restant octo menses distribuendi. Iam in insula Co Θευδαίσιον et Πεδαγείτνυον eo ordine sese excepisse, ut prior sit Θευδαίσιος, posterior Πεδαγείτνυος, efficio ex inscriptione ap. Ross. Inscr. inedd. III. n. 311. *A.* vss. 14. 15. *ἀποδιδόντω* Θευ[δ]α[*ισίου μηνὸς - - ὑ*]*πάρχειν ἐς τὰν θυ*[*σίαν μηνὸς* Πεταγειτν]*ύ*[*ο*]*υ*, ubi mensem Θευδαίσιον subesse vidit etiam Bergkius (Beitr. p. 12.), qui si utrumque mensem auctumno tribuit in anno civili Coorum, id certe ad calendarium Gelensium trahi vix potest. Θευδαίσιος mensis est Baccho dicatus (conf. Vol. II. p. 407. *a.*); videndum igitur ne eodem loco sit, quo Διονύσιος Tauromenitanis Artemisio subiectus. Hinc Πεδαγείτνυος fere Iunio responderit. Quodsi Θεσμοφόριος vix ab Octobri removeri posse videtur, ei statim subiiciendus erit Βαδρόμιος, ut Δάλιος in Decembrem cedat, Ἀγριάνιος in Ianuarium. Ita Sminthio et Cnidio locus relictus est in fine prioris semestris.

His ita positis calendarium Gelensium vide ne hoc sit:

1.	Θεσμοφόριος	=	Octobris.
2.	Βαδρόμιος	=	Novembris.
3.	Δάλιος	=	Decembris.
4.	Ἀγριάνιος	=	Ianuarius.
5.	Κνίδιος?	=	Februarius.
6.	Σμίνθιος?.	=	Martius.
7.	Ἀρταμίτιος	=	Aprilis.
8.	Θευδαίσιος	=	Maius.
9.	Πεδαγείτνυος	=	Iunius.
10.	Ὑακίνθιος	=	Iulius.
11.	Καρνεῖος	=	Augustus.
12.	Πάναμος	=	Septembris.

Archontes sunt hi:

Ἀγαθοκλῆς n. 5502. 5653. (n. 5386. 5472. 5503.)
Ἀγέλαος 5654.
Ἀγέστρατος 5375. 5477. fortasse etiam n. 5392. *c.*
Ἀθανόδοτος 5481. 5503. *b.* 5504. 5654. *b.* 5654. *c.*
Αἰνησίδαμος 5376. 5619. *b.*
Αἰνήτωρ 5751. 1.
Αἰνίας 5377.
Ἀλεξιάδας 5751. 2.
Ἀλεξίμαχος 5377. *b. c.* 5508. 5655. 5751. 3.
Ἀναξίβουλος 5377. *d.* 5751. 4.
Ἀρ - - - 5659. *c.*
Ἄρα[τος] 5656.
Ἀρατοφάνης 5456. 5668. 5669. 5751. 31.
Ἀριστείδας 5508. *b.* 5591. *b.*
Ἀριστόγειτος 5377. *e.* 5478. 5751. 6.
Ἀριστόδαμος 5619. *c.*
Ἀριστοκλῆς 5676. *b.*
Ἀριστοκράτης 5548. 5676. *b.*
Ἀριστόμαχος 5479. 5480. 5751. 7.
Ἀριστοφάνης 5657. *b.*
Ἀρίστων 5509. 5751. 8.
Ἀρσίπολις 5658.
Ἀρχ - - - 5659. *b.*
Ἀρχεκράτης 5512. 5619. *d.*
Ἀρχίδαμος 5510. 5511. 5556. 5659.
Ἀρχιλαΐδας 5378. 5645. 5751. 10. (cf. n. 5659. *b.*)
Ἀρχίλας 5751. 9.
Ἀσκληπιόδωρος Ἀγαθοδώρου 5497. *b.*
Ἀστυκράτης 5660.
Ἀτ - - 5675. *c.*
Βάναξ 5513.
Γοργίας 5751. 11.
Δαμαίνετος 5379. 5661. 5661. *b.* 5751. 35.
Δαμόθεμις 5379. *b. c.* 5661. *c.*
Δαμοκλῆς 5439. 5514.
Δαμοκράτης 5390. 5440. 5482. 5751. 12.
Διάκτωρ? 5525.
Διοκλείδας 5676. *c.*
Διονύσιος Ἀσκληπιοδώρου 5619. *e.*
Διόφαντος? 5675. *b.*
Ἐπίγονος 5751. 14.
Ἐπικράτης 5676. *c.*
Ἐρασικλῆς? 5515.
Ἑρμοκράτης? 5392.
Εὔδαμος 5380. 5748. *b.*
Εὐκράτης 5380. *b.*
Εὐκρατίδας 5441.
Ἡραγόρας 5380. *c.*
Ἡρακλείδας 5380. *d.* 5677.
Ἡράκλητος 5677.
Θεαῖος 5662. *b.*
Θεαίνετος 5662.
Θέστωρ 5380. *e.* Θέσ[τωρ] 5483. *b.*
Θούδαμος 5484.
Ἱεροφῶν 5516. *b.* 5540.
Ἱέρων 5380. *f.* 5517. 5751. 20.
Ἱπποκράτης 5559. 5678. 5751. 22.
Καλλικράτης 5381. 5577. 5748. *c.*
Καλλικρατίδας 5662. *c.* 5663.

Sacerdotes:

Alia nomina depravata Italice protulit Avolius l. c. p. 93. 94. quae repetiit Mommsenius Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1846. n. 98. p. 729. n. 88. *a.*

Nomina quae maiore ex parte fuerint figulorum, haec sunt:

Si lectio vera est, extat etiam Τιμῴ femina n. 5566.

Praeterea symbola diversa impressa sunt vasculis, quae nomina archontum exhibent, caput Apollinis radiatum (n. 5456. 5527. 5669.), cornu copiae et globulus (5654. *c.*), balaustium, βαλαύστιον, ἄνθος ἀγρίας ῥοιᾶς Dioscor. H. Pl. I, 155. quod videtur insigne fuisse officinarum figlinarum cf. Münter. Epist. p. 10. (5380. *e.* 5446. 5453. 5661. 5664. *c.* 5440.), foliolum (5385.), caput bovis (5619. *e.*), corona oleaginea (5619. *l.*), stella (5660. 5619. *k.*). In nominibus figulorum deprehenduntur inprimis caduceus (5388. 5443. 5449. 5619. *h.* 5676. 5751. 43.), cornu copiae (5450. 5748. *e.*), balaustium (5442.), flos (5445.).

SECTIO QUARTA.

MELITA, LIPARA, SARDINIA.

5752.

Melitae, in tabula aenea, quam Romae apud Achillem Maffaeum vidit Smetius, longa palm. I. dig. VII., lata palm. I. dig. I.; deinceps possedit Fulvius Ursinus, qui edidit in libro Antonii Augustini de legibus; repetita est deinde in Smetii Collect. vett. inscr. ed. a Lipsio a. 1588. fol. LXXI. 5. Postea apud Odoardum Farnesium fuisse dixit Gualtherus, qui ex Augustino dedit Tabb. ant. Sicil. cet. 1624. p. 63. n. 401. Ex Gualthero petierunt Abela Malta illustr. II, 4. Burmannus Thes. Sicil. T. VII. p. 902. Tomasinus de tesseris hospit. Utini 1647. p. 66. Amstelod. 1670. p. 93. qui solam Hegii Latinam interpret. reddidit. Ex Smetio Gruterus p. CCCC. 8. Castellus Inscr. Sicil. Cl. VIII. p. 82. n. 2. Ex Grutero Vandalius Dissert. p. 767. Taylor ad Demosth. p. 255. Tabula nunc asservatur Neapoli in museo regio, ubi transcripsit Honoratus Bres, qui edidit Malta antica illustrata Rom. 1816. p. 192. accurate et eleganter aeri incisam, male is post Tomasinum pro tessera hospitali venditans. Apographum extat etiam in codice Victorii Monacensi n. 27. fol. 109. unde varias lectiones excerptas misit Spengelius.

ΥΠΕΡΠΡΟΞΕ
ΕΡΓΕΣΙΑΣ
ΔΙΟΔΟΤΟΥ
ΚΑΙΤΟΙΣΕΓ
ΤΟΥ

ΝΙΑΣΚΑΙΕΥ
ΔΗΜΗΤΡΙΩΙ
ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΙ
ΓΟΝΟΙΣΑΥ

Corona.

ΕΠΙΙΕΡΟΘΥΤΟΥΙΚΕΤΑΙΚΕΤΟΥΑΡΧΟΝ
ΤΩΝΔΕΗΡΕΟΥΚΑΙΚΟΤΗΤΟΣ
ΕΔΟΞΕΤΗΙΣΥΓΚΛΗΤΩΚΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙ
ΤΩΝΜΕΛΙΤΑΙΩΝΕΠΕΙΔΗΔΗΜΗ
ΤΡΙΟΣΔΙΟΔΟΤΟΥΣΥΡΑΚΟΣΙΟΣΔΙ
ΑΠΑΝΤΟΣΕΥΝΟΥΣΥΠΑΡΧΩΝ
ΤΟΙΣΤΕΔΗΜΟΣΙΟΙΣΗΜΩΝΠΡΑΓ
ΜΑΣΙΝΚΑΙΕΝΙΕΚΑΣΤΩΙΤΩΝΠΟΛΙ
ΤΩΝΠΑΡΑΙΤΙΟΣΑΓΑΘΟΥΠΟΛΛΑΚΙ
ΓΕΓΕΝΗΤΑΙ
ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙΔΕΔΟΧΘΑΙΔΗΜΗΤΡΙΟΝ
ΔΙΟΔΟΤΟΥΣΥΡΑΚΟΣΙΟΝΠΡΟΞΕ
ΝΟΝΕΙΝΑΙΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΗΝΤΟΥΔΗ
ΜΟΥΤΩΝΜΕΛΙΤΑΙΩΝΚΑΙΤΟΥΣΕΓ
ΓΟΝΟΥΣΑΥΤΟΥΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ
ΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΗΣΕΧΩΝΔΙΑΤΕΛΕΙΕΙΣ
ΤΟΝΗΜΕΤΕΡΟΝΔΗΜΟΝΤΗΝΔΕ
ΠΡΟΞΕΝΙΑΝΤΑΥΤΗΝΑΝΑΓΡΑΨΑΙ
ΕΙΣΧΑΛΚΩΜΑΤΑΔΥΟΚΑΙΤΟΕΝΔΟΥ
ΝΑΙΔΗΜΗΤΡΙΩΙΔΙΟΔΟΤΟΥΣΥΡΑ
ΚΟΣΙΩΙ

Dedimus Bresii apographum. Vs. 7. Smet. ΚΗΤΗΤΟΣ; Gualtherus et ut notatur apud Gruterum Pigh. ms. et in cod. Vict. Monac. ΚΟΤΗΤΟΣ (Bres. Κ ΤΗΤΟΣ). Vs. 8. in cod. Vict. Monac. ΣΥΓΚΛΗΤΩΙ, reliqui ΣΥΓΚΛΗΤΩ. Vs. 12. Smet. ΔΕ p. ΤΕ. Vs. 13. Smet. ΝΑΙ p. ΚΑΙ. Vs. 19. Bres ΤΟΝ, reliqui ΤΩΝ. Vs. 21. in cod. Vict. Monac. ΕΧΩΝ, reliqui ΕΧΟΝ. Vs. 22. omisimus lineolas a Bresio litterae Ο suppositas in vocibus ΤΟΝΗΜΕΤΕΡΟΝΔΗΜΟΝ. Vs. 24. Smet. ΧΑΛΚΟΜΑΤΑ. Iota mutum uno loco vs. 8. ΣΥΓΚΛΗΤΩ omissum est.

Ὑπὲρ προξενίας καὶ εὐεργεσίας Δημητρίῳ Διοδότου Συρακοσίῳ καὶ τοῖς ἐγγόνοις αὐτοῦ.

Ἐπὶ ἱεροθύτου Ἱκέτα Ἱκέτου, ἀρχόντων δὲ Ἡρέου καὶ Κότητος ἔδοξε τῇ συγκλήτῳ καὶ τῷ δήμῳ τῶν Μελιταίων· ἐπειδὴ Δημήτριος Διοδότου Συρακόσιος διὰ παντὸς εὔνους ὑπάρχων τοῖς τε δημοσίοις ἡμῶν πράγμασιν καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν πολιτῶν παραίτιος ἀγαθοῦ πολλάκι γεγένηται, ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθαι Δημήτριον Διοδότου Συρακόσιον πρόξενον εἶναι καὶ εὐεργέτην τοῦ δήμου τῶν Μελιταίων καὶ τοὺς ἐγγόνους αὐτοῦ ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας ἧς ἔχων διατελεῖ εἰς τὸν ἡμέτερον δῆμον. τὴν δὲ προξενίαν ταύτην ἀναγράψαι εἰς χαλκώματα δύο καὶ τὸ ἓν δοῦναι Δημητρίῳ Διοδότου Συρακοσίῳ.

Idem Demetrius Diodoti filius Syracusanus honoratur decreto Agrigentino n. 5491. unde Melitensium hoc decretum et Agrigentinorum apparet eius-

dem aetatis esse. Vide ad n. 5491. Utrumque decretum εἰς χάλκωμα (vide Elem. epigr. Gr. p. 314.) perscriptum est, cuius exemplar vir honoratus utrique civitati acceptum rettulit. De indice argumenti ὑπὲρ προξενίας cet. conf. Elem. epigr. Gr. p. 318. et ad n. 5475. Archontes duo sunt, ut alibi, praemisso nunc summo pontifice, ἱεροθύτῃ, qui Agrigentinis solus eponymus est (n. 5491.). In schedis Lennepianis notatur variatio dialecti Ἱκέτα Ἱκέτου, pro quo exspectatur Ἱκέτα Ἱκέτα ac potius Ἱκέτα τοῦ Ἱκέτα, ideoque ibi vox Ἱκέτου pro insiticia habetur. Sed aliter haec res diiudicanda videtur. Graeci Melitenses maximam partem Iones fuisse videntur, qui licet Doribus Siciliensibus mixti tamen Ionicam magis dialectum conservarunt. Quod nisi esset, titulus hic, cuius aetas ex n. 5491. cognosci potest, vix dialecto communi conceptus esset. Nam si terminationem Ἱκέτα et fortasse formam πολλάκι exceperis, nihil inest quod aut Dorismum aut Ionismum prodat. Sed dialectum Melitensium non prorsus a Dorismis abhorruisse, etiam ex nummo ΜΕΛΙΤΑΣ (Mus. Hunt. p. 195. n. 6.) inscripto videtur colligi posse; quo Bresius l. c. p. 204. argumento usus coniecit Melitam aliquando in potestate Syracusanorum fuisse. Hinc facile fieri potuit, ut in nominibus praesertim propriis orthographia minus constans esset ac proinde ei qui composuit titulum, nec formam Ἱκέτου vitio verterim, nec formam Ἱκέτα. Quippe Dorica forma servata est, quod Pontifex vulgo nomine Siciliensibus usitato Ἱκέτας audiebat. Ἱκέτου autem positum est ad normam communem, ut ἱεροθύτου, ut Ἡρέου a recto Ἡρέας, quod nomen notum est ex Plut. Thes. 20. Sol. 10. Alterius archontis nomen ΚΟΤΗΣ tribus apographis firmatum est, ut nulla causa sit, cur cum Bresio Κ..ΤΗΤΟΣ in ΚΡΑΤΗΤΟΣ mutatum eamus. Idem nomen habetur etiam in decreto Agrigentino n. 5491. vs. 12. Postremo Senatus Melitensium σύγκλητος audit, ut Agrigentinorum, contra praeceptum Eckhelii D. N. Vol. IV. p. 225. Quam in rem Bresius monet etiam Carthaginensium Senatum Polybio vocari σύγκλητον.

5753.

Inscriptio bilinguis, Phoenicia et Graeca, basibus duorum candelabrorum geminorum marmore salino (Salzstein-Marmor) factorum bis insculpta. Candelabrorum alterum in museo bibliothecae publicae Melitensis asservatur, alterum a. 1780. Ludovico XVI. Galliae regi a Rohano, Equitum S. Mariae Hierosol. magistro summo, dono datum in collegium Parisiense Mazarinum delatum est, ubi etiam nunc extat. In exemplo Parisiensi praeter basin etiam maxima pars scapi servata est; brachia fracta perierunt. Reperta esse in insula Melita, non in insula Gaulo (Gozo), ut dixit Biscari Viagg. per tutte le antich. di Sicilia, Nap. 1781. monet Bresius Malta ant. illustr. p. 93. Notante eodem Bresio p. 96. huius monumenti mentionem primus fecit Ignatius Constantius Canonicus Melitensis in litteris a. 1694. datis ad Antonium Bullifonem, insertis Collect. IV. epistolarum memorabilium a. 1697. editae. Inscriptionem edidit Ios. Claudius Guyot de la Marne Saggi di dissert. acad. di Cortona T. I. 2. p. 25. et Mém. de Trevoux a. 1736. p. 155.; ex alio apographo a. 1735. ad Cardinalem Polignac misso edidit Fourmontus Histoire de l'Acad. Roy. T. IX. 1736. p. 167. et Saggi di dissert. acad. di Cortona T. III. 3. p. 89. Post Guyotum et Fourmontum aut repetierunt aut pluribus tractarunt Io. Ant. Ciantar de antiqua inscriptione nuper effossa in Melitae urbe notabili a. 1739. 4. tab. III. aeri incisam sine explicatione; Murator. T. I. p. LXIV. 3. missu Bimardi et iterum Append. T. IV. p. MCMLXXXII. 5. ligno incisam cum nota; Benedictini Nouveau traité diplomat. Vol. I. 1750. p. 657. interpret. Germ. II. 108. Melius et utrumque exemplum, Melitense et Parisiense dedit Barthelemy Mém. de l'Acad. des Inscr. T. XXX. 1764. p. 408. (conf. Journ. des Sav. 1765. p. 640.) ex ectypo gypseo a Comite de Caylus ipsi transmisso, quod apographum repetierunt Swintonus Philosophical Transactions Vol. LIX. p. 219. Franciscus Perez Bayer de l'Alfabeto y lengua de los Fenices cet. ad calcem Sallustii lingua Hispanica a Gabriele de Borbon edit. Madrid. a. 1772. p. 356. quae commentatio ex interpretatione Hollmanni Germanica edita est a Gesenio: Palaeogr. Studien über phoenizische und punische Schrift, 1835. 4. cum meliore apographo Parisiis ab Hohlenbergio facto. Apographum Comitis de Ciantar edidit Castellus Inscr. Sicil. 1784. Cl. I. p. 6. n. 14. et Cl. XX. p. 316. n. 5. ligno incisum, qui Graeca dederat etiam Inscr. Panormit. p. 234. Praeterea tractarunt Gori Difesa dell' Alfabeto Etrusco p. 102. Lupi Dissert. cet. lett. XI. p. 64. 125. ed. Faenza 1785. Eckhel D. N. T. III. p. 396 sqq. Lefebre de Villebrune ad Sil. Ital. p. 10. Tychsen Act. nov. Upsal. VII. p. 94. G. Fabricy de Phoeniciae litteraturae fontibus Part. I. p. 165. Bellermannus de Phoenicum et Poenorum inscriptionibus, Berol. 1810. 8. p. 13 sq. Drummond Class. Journ. T. V. 1812. p. 47. (conf. T. VII. 1813. p. 147. 191. 276.) Bres Malta antica illustr. 1816. 4. p. 34. qui p. 100. dedit inscriptionem accurate aeri incisam una cum interpretationibus Barthelemyi, Swintonis, Bayeri, Fabricyi et commentario. Ex Barthelemyo repetierunt Koppius Bilder und Schriften der Vorzeit T. I. 1819. p. 250. Wihlius Comment. de gravissimis aliquot Phoenicum inscriptionibus, Monach. 1831. p. 18. Novum apographum ad exemplum Parisiense redactum edidit Lindbergius Comment. de inscr. Melitensi Phoenicio-Graeca, Hauniae 1828. 8. Hoc Hohlenbergianum apographum cum basi Parisiensi conferendum curavit Gesenius, qui quum a Schultzio ectypum inscriptionis accepisset nova methodo accuratissime factum, edidit in Scripturae linguaeque Phoeniciae monumm. Lips. 1837. 4. Part. III. tab. 6. novam eamque accuratissimam exempli Parisiensis delineationem una cum totius monumenti imagine ab Hohlenbergio delineata et exempli Melitensis parte Phoenicia ex Barthelemyo desumpta, praemisso commentario amplissimo Part. I. p. 92-102. Melitae praeter hanc bilinguem Phoeniciae inscriptiones tres repertae sunt, quas explicuit Gesenius l. c. p. 102 sqq. Cf. Stadthagen Dissert. de quibusd. marmor. Phoeniciis, Berol. 1846.

[*Textum vide pag. seq.*]

Repraesentavimus exemplum Gesenii. Tituli Graeci Guyot vss. 1. 2. ita distinctos praebet:

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΚΑΙΣΑΡ
ΑΠΙΟΝΟΙΣΑΡΑΠΙΟΝΟΣΤΥΡΙΟΙ

quae distinctio fortasse est in altera basi, scil. in basi Melitensi. Male autem Saxius Act. Litt. Soc. Rheno-Traiect. T. II. p. 228. tuetur lectionem ΣΑΡΑΠΙΟΝ ut ex vetusto scribendi more. ΣΑΡΑΠΙΩΝΟΙΣΑΡΑΠΙΩΝΟΣ in lapide est, item ΑΡΧΗΓΕΤΕΙ, quod frustra correctum ivit Bimardus.

Διονύσιος καὶ Σαραπίων, οἱ Σαραπίωνος, Τύριοι, Ἡρακλεῖ ἀρχηγέτῃ.

Melitam olim Phoenices habuisse colonos testis est

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΚΑΙΣΑΡΑΠΙΩΝΟΙ
ΣΑΡΑΠΙΩΝΟΣΤΥΡΙΟΙ
ΗΡΑΚΛΕΙΑΡΧΗΓΕΤΕΙ

Diodorus V, 12. conf. Thucyd. VI, 2. Mox Graecorum Chalcidensium opinor coloniam hospitalis recepit insula. Conf. n. 5752. Occuparunt eam postea Carthaginienses, quibus primo bello Punico ab Attilio frenatis (Oros. IV, 8.) secundo a Romanis expugnata insula est (Liv. XVI, 51. conf. Bres. l. c. p. 259 sqq.). Phoenices igitur Melitenses Tyro, non Sidone oriundi videntur Bresio, quia Tyrus inprimis ut multarum coloniarum parens celebretur a scriptoribus (Strab. XVI, 757. Plin. H. N. V, 17. Curt. de reb. Alex. IV, 4.). Neque id dissimile veri; etsi Sidoniorum alibi coloniae memorantur, ut Leptin Africae a Sidoniis conditam narrat Sallust. Iug. 78. Iam notus est in Phoenice cultus Herculis Idaei, qui ut urbium conditor (Sallust. Iug. 89.) Tyriis *ἀρχηγέτης* audit etiam in titulo Deliaco Vol. II. n. 2271. *κτίστης* ille vel *οἰκιστὴς* salutatus in nummis populorum praesertim Asianorum (vide Eckhel. D. N. Vol. IV. p. 349.). Hinc etiam Melitenses summa religione Herculem coluerunt Tyrium; cuius templum quum Ptolemaeo Geogr. VIII, 3. memoratur, tum ex ruderibus etiam nunc superstitibus ad portum *Marsa Scirocco*, olim Ἡρακλέους λιμένα appellatum, post Quintinum (Descr. Melit. ap. Burmann. Thes. Sic. Vol. XV.) descripserunt Abela Descr. Melit. T. II. p. 155. et Houel Voy. pitt. de Sicil. cet. p. 255. Conf. Bres. l. c. p. 144. Huius igitur Herculis in templo Melitensi Dionysius et Sarapion origine Tyrii candelabra dedicarunt duo titulis Phoenicio et Graeco inscriptis. Frustra ΤΥΡΙΩΙ pro ΤΥΡΙΟΙ scribendum censuit Van Vaassen in schedis provocans ad Herculem Tyrii cognomine insignem (Vol. II. n. 2271. cf. Murat. p. LXVI. 2. Reines. I, 64.) et ad interpretationem verborum Phoeniciorum a Barthelemyo confectam. Titulos Alexandri M. aetate inferiores esse, quum post Alexandrum et Ptolemaeorum demum aetate Sarapidis cultum introductum esse constet, nunc autem compareat nomen Σαραπίων ex illo formatum, recte monuit Koppius. Sarapis Osiridi substitutus primum comparet in templis arisve inde a Ptolemaeo Philometore in Aegypto dedicatis. Conf. Introduct. in inscript. Aegypti p. 304. Philometoris regnum incipit a. a. Chr. 181. Itaque tituli Melitenses certe eo anno non antiquiores videntur; primum tamen a. Chr. saeculum antecedere qui dixerit vix erraverit. Iam quoniam in simili titulo bilingui Vol. I. n. 894. Phoeniciorum habita ratio est, etiam huius inscriptionis Phoeniciae visum est interpretationem a Gesenio propositam subiungere.

„Genuinam tituli structuram verumque verborum cohaerentiam etiam optimi eius interpretes non perspexerunt, in hos errores inducti 1) falsa verborum אש נדר lin. 1. interpretatione; 2) verbo ‥עבד lin. 2. in quo vera scriptura עבדך nuper demum exemplo Parisiensi denuo examinato patefacta est. Duplici hoc vulnere sanato (Palaeogr. Stud. p. 62 sq.) integrum titulum ita legimus:

לארנז למלקרת בעל צר : אש נדר
עבדך עבדאסר ואחי אסרשמר
שן בן אסרשמר בן עבדאסר : כשמע
קלם יברכם

Domino nostro Melcarto, domino Tyri. Vir vovens (est) servus tuus Abd-Osir cum fratre meo Osirschamar, ambo filii Osirschamari, filii Abdosiri. Ubi audiverit vocem eorum, benedicat iis.

Pronuntiatur enim hoc titulo in utriusque candelabri basi repetito duo haec *κειμήλια* a duobus fratribus ortu Tyriis in Melite insula degentibus, Abdosiro s. Dionysio et Osirschamaro s. Sarapione, Melcarto s. Herculi deo Tyriorum tutelari tanquam *ἀναθήματα* oblata esse. Litterarum Phoeniciarum formae tam vulgares sunt atque obviae et praeterea tam accurate insculptae, ut post ea quae libro I. exposuimus ne de unius quidem potestate dubitari possit" etc. etc. (vide Monum. Phoen. p. 96 - 101.)

5754.

In insula *Melita* ad portam oppidi Melitensis, in marmore cuius pars defossa erat. Hinc versum primum primus protulit Quintinus a. 1536. in Descript. ins. Melitae (in Burmanni Thes. Sic. Vol. XV. 1725.) et ad calcem Hieronymi Comitis Alexandrini de bello Turcarum in insulam Melitam gesto a. 1565. Noribergae a. 1566. p. 66. unde repetierunt Fazellus de rebus Sicul. Dec. I. lib. 1. cap. 1. 1574. (conf. Sicularum rerum scriptores recentiores Francof. 1579. fol.); Cluverius Sic. ant. a. 1619. p. 432. Gualtherus Tabb. antt. Sicil. cet. 1624. p. 51. n. 346. Gruterus p. CCCLXXXVIII. 4. (secundo versu addito ab editore ex Thoma Bartholino); ex Gualthero Murator. T. II. p. MLVIII. 4. et Burmannus Thes. Sic. Vol. VII. p. 861. Totus in lucem protractus est ab Io. Franc. Abela (s. Habela), qui edidit Malta illustr. 1647. p. 185. litteris minusculis. Plenioris huius tituli apographa ediderunt Sponius Rech. d'antiq. a. 1683. p. 463. Reinesius Synt. Inscr. a. 1684. Cl. VI. 7. p. 357. ex schedis Bartholini; Io. Ant. Ciantar de Melitensi naufragio B. Pauli Dissert. Venet. 1738. 4. dissert. XV. p. 321. Ex Abela titulum cum autographo denuo collatum dederunt Castellus Inscr. Sicil. a. 1784. Cl. V. p. 46. n. 10. Bresius Malta illustr. 1816. p. 321. Ex Grutero et Reinesio citat Eckhel. D. N. T. III. p. 227. Disserit de hoc titulo etiam Testaferrata Dissert. sopra S. Publio. Malta 1778. p. 19.

Λ . ΚΛ . ΥΙΟΣ . ΚΥΡ . ΠΡΟΥΔΗΝΣ . ΙΠΠΕΥΣ . ΡΩΜΑΙΩΝ . ΠΡΩΤΟΣ . ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ
ΚΑΙΠΑΤΡΩΝ . ΑΡΞΑΣ . ΚΑΙ . ΑΜΦΙΠΟΛΕΥΣΑΣ . ΘΕΩ . ΑΥΓΟΥΣΤΩ . . . ΕΣΥ . Ν . . . Ε . ΙΝΕ

Inscriptio duabus lineis insculpta fuit testantibus Abela, Castello, Bresio. Quintinus pro Σ habet Ε; unde de suo Gualtherus dedit C, Gruterus Σ, Muratorius C. Punctis singulas voces distinxerunt Quintinus, Reinesius, Sponius, Bresius, licet non constanter. Varietas lectionis haec est. Vs. 1. init. Quint. Λ . ΚΛ . ΥΙΟΕ, Abel. Λ. *κα. Υιος*, Rein. Λ. Κ - - - ΚΙΟΣ, Spon. ΛΥ . . . ΙΟΣ, Cast. Λ . ΚΑΣΤΡΙ ΚΥΟΣ, Bres. Λ . Κ . . ΚΙΟΣ; deinde Cast. ΚΙΡ. Mox Bres. ΠΡΟΥΔΙΝΣ, quam vocem omittit Quintinus. Tum Quint. ΙΠΠΕΥΕΡΩΜΑΙΩΝ, Abel. *ιππευς ρωμαιων*, Rein. ΙΠΠΕΥΣΡΩΜ, Spon. ΙΠΠ . ΡΩΜΑΙΩΝ, Bres. ΙΠΠΕΥΣ . ΡΟΜ, Cast. ΙΠΠΕΥΣΡΩΜΑΙΩΝ. In fine Spon. ΜΕΛΙ . . . Ν. Vs. 2. init. Abel. *και ιατρων απετεας*, Spon. ΚΑΙΙΑΤΡΩΝ . Α . Ρ . ΕΑΣ, Cast. ΚΑΙ ΠΑΤΡΩΝΑΡΧΑΣ, Rein. Bres. quod dedi; deinde Abel. *και αμφιπολειας τεω αυγουστω εσυγγινε*, Rein. ΚΑΙ . ΑΜΦΙΠΟΛΕΥΣΑΣ . ΘΕΩ . ΑΥΓΟΥΣΤΩ . ΣΕΒ., Spon. ΚΑΙΑΜΦΙΠΟΛΕΙΙΑΣ ΘΕΩ ΑΥΓΟΥΣΤΩ ΕΣ ΥΙΝΓ . . . . ΝΕ, Cast. ΚΑΙΑΜΦΙΠΟΛΕΥΣΑΣΘΕΩ ΑΥΓΟΥΣΤΩΕΣΥ . Ν . Ι . ΝΕ, Bres. ΚΑΙ . ΑΜΦΙΠΟ ΛΕΥΣ . ΘΕΩ . ΑΥΓΟΥΣΤΩ . . . ΕΣΚ . Ν . . . Ε . ΙΝΕ.

Λ(ούκιος), Κλ(αυδίου) υἱός, Κυρ(είνᾳ), Προύδηνς, ἱππεὺς Ῥωμαίων, πρῶτος Μελιταίων καὶ πάτρων, ἄρξας καὶ ἀμφιπολεύσας Θεῷ Αὐγούστῳ [ἀν]έσ[τησ]εν.

Melitenses, quos Cicero Verr. V. vocat socios Romanorum, et vicinos Gaulitanos municipium constituisse docent tituli Latini in insula Gaulo reperti (vide Bres. l. c. p. 313 sqq.); in quibus titulis quum frequens sit mentio tribus Quirinae, inde Bresius collegit huic tribui adscriptos ac proinde municipales fuisse cum suffragio. L. Prudens Claudii filius eques Romanus (*ἱππεὺς Ῥωμαίων*, ut in titulo Palmyreno n. 4498. et in titulo Ancyrano n. 4017. ubi tamen Ω mutavi in Ο, optione data ex apographis supparis tituli n. 4016.) princeps Melitensium audit, ut in decreto Pisanorum ad C. Caesaris honorem pertinente Flamen Augustalis *princeps coloniae*, et Publius Melitensis *ὁ πρῶτος τῆς νήσου* in Act. Apostol. XXVIII, 7. quem locum contulerunt etiam interpretes. Idem civibus suis patronus (*πάτρων*) fuit (conf. Eckhel. D. N. Vol. IV. p. 254.); et *patronus municipii* habetur etiam in titulis Latinis ex insula Gaulo paulo ante citatis. Itaque novum commentum de ordinibus municipiorum protulit Bresius, qui quum vidisset in albo Decurionum Canusii apud Fabrettum p. 598. Orell. n. 3721. maiorem numerum recenseri patronorum, coniecit ordines tres municipiorum fuisse patronos, decuriones, plebem, distinguens hoc patronos ab iis, quos singulae provinciae ex civibus Romanis sibi cooptare solebant. At in albo Canusino triginta patroni e Senatorum Romanorum numero, duo equites Romani recensentur; neque equites Romani apud Orellium n. 3703. 3729. 3768. 3835. 3853. 3858. 3888. 3899. Gruter. p. CCCCLXXX. 5. Donium p. 183. n. 88. ob patronatum susceptum continuo omnes pro municipalibus habendi sunt. Peius etiam quod idem Bresius coniunxit *πάτρων ἄρξας* interpretans *archipatronus, princeps patronorum*. *Ἄρξας* h. l. ad duumviratum referri videtur. Praeterea Prudens fuit *ἀμφίπολος Θεοῦ Αὐγούστου*, i. e. *Σεβαστοφάντης*, *Flamen Augustalis* (conf. n. 4016.), vocabulo, ut Bresius coniecit, a Syracusanis recepto, quibus *Ἀμφίπολος* olim *pontifex maximus* fuit (conf. n. 5491. 5742.). Ceterum Augustus ut plurimum in titulis Graecis *Σεβαστὸς* est, rarius *Αὔγουστος* idque praecipue in nummis labentis imperii. Flaminem Augustalem agnovit etiam Bresius, qui tamen audacius ex dignitate Prudentis colligit Publium istum in Act. Apost. l. c. memoratum et ipsum Flaminem Augustalem fuisse. In nominibus Prudentis Reinesius legebat Α. Κ[αστρί]κιος, quod continuo in ordinem verborum recepit Castellus probante Bresio, qui adeo non dissimulavit p. 359. sese habere pro Castricio eo, cuius mentio fit ap. Suet. Aug. 56.; scilicet videtur illud Reinesius coniecisse eadem libertate qua in fine tituli legit ΣΕΒ.

5755.

Prope *Melitam* urbem in vase fictili; edidit Io. Franc. Abela (s. Habela) Malta illustr. a. 1647. p. 187. unde repetiit Castellus Inscr. Sicil. Cl. XVI. p. 248. n. 4. Bres Malta illustr. p. 223.

ΚΑΣΣΕΙΟΥ ΚΑΙΚΕΛΙΑ

Κασσείου (i. e. *Κασσίου*).
Καικελία (i. e. *Καικιλία*).

Nomina coniungenda an dirimenda sint, incertum.

5756.

In insula *Melita* in vase a. 1768. reperto; ex Barbaro Dissert. degli avanzi d' alcuni edificj sopperti in Malta p. 29. dedit Bres Malta ant. illustr. p. 224.

ΕΡΟΣ ῎Ερ[ω]ς. Conf. n. 5434.

5757.

Liparae, in vestibulo domus Episcopi; edidit Burmannus ad calcem Dorvillii Sicul. Syllog. inscr. p. 584. 2. (conf. P. I. p. 20.); inde Castellus Inscr. Sicil. Cl. V. p. 45. n. 7. et iterum Cl. XIV. p. 176. n. 21. ex schedis Episcopi Iosephi Coppolae.

ΓΠΟΥΒΑΣΙΛΙ
ΟΥΓΟΡΓΟΥ
ΚΛωΔΙΑΣ
ΙΛΑΡΑΣ

Forma litterae ω data est in schedis Coppolae.
Γ. Πο(βλίου) Βασιλίου Γόργου [καὶ] Κλωδίας Ἱλαρᾶς.

5758.

Liparae ad domum prope muros; edidit Gualtherus Tabb. antt. Sicil. cet. p. 53. n. 357. unde repetiit Burmannus Thes. Sic. T. VII. p. 867.

ΑΔΕΙΜΑΝ
ΡΙΞ..

᾿Αδείμαν[τος? - - -

5759.

Carali s. *Caralibus* (hodie Cagliari) in insula *Sardinia* in suburbio Santa Tenera dicto ad viam publicam quum aliae cryptae sepulcrales sunt vivo saxo incisae, tum crypta vulgo viperae vocata (grotta dessa Bipera), quae repraesentat monumentum mutilum in speciem templi exstructum cum peristylo, cuius parietibus incisi tituli sunt Latini et Graeci. Hos titulos, quos distinximus *a. b. c. d. e. f. g. h. i.*, excepto tit. *b.* edidit Murator. T. III. p. MDCXXXVIII. 4. unde exceptis fragmentis Graecis repetierunt Bonada Anthologia cet. s. Carmina ex antt. lapid. T. II. 1751. Cl. VI. p. 133. Burmannus Anthol. Lat. T. II. 1759. p. 60. Stephanini Oratione acad. de veteribus Sardiniae laudibus, Caral. 1773. p. 33. Accuratius omnes qui quidem hodie legi possunt titulos transcripsit Albertus de la Marmora, qui edidit Voyage en Sardaigne, Part. II. 1840. tab. XXXV. fig. 1. et p. 486. 487. 488. cum restitutione et explicatione Lebasii p. 570 - 586. Nuper repetiit Welcker Mus. Rhen. Vol. VI. 1848. p. 90 sqq. n. 16. In epistylio aetoma excisum est, cuius ad latera utrinque repraesentantur serpentes et arculae.

[*Textum vide pag. seq.*]

Tit. *a.* positus est in epistylio infra aetoma. Tit. *i.* in epistylio interiore supra ianuam sepulcri. Reliqui tituli utrinque ita dispositi sunt, ut expressimus; titt. *f. g. h.* in pariete vestibuli sinistra, item titt. *k. b.* nisi quod titulus uterque incidit in angulum ita, ut tituli *k.* minor pars, tituli *b.* maior pars perscripta sit in pariete principali; tituli *c. d. e.* positi sunt in pariete vestibuli dextra. In pariete principali etiam ad dextram intuenti inscriptiones fuisse docent nonnullae litterae et ductus hinc inde superstites, ut [ἀθα]νάτων.

Litterae uncis inclusae debentur editori recentiori. Tit. *a.* init. [H]P[Ω]O[N] legebat Burmannus, quem sequitur Lebasius. *Heroum* Latinis litteris scriptum videtur ut ap. Orell. Collect. inscr. Latt. n. 4008. 4530. 4531. Lebasius in fine versus explicat *M*[*aritus*] *S*[*ua*] *P*[*ecunia*]. Siglas nos duce Zumptio interpretati sumus.

Tit. *b.* vs. 2. Marm. post lacunam dedit MA, Stephan. NA, quod deinceps Marm. et ipse dicit se vidisse in lapide (p. 575.) Lebasius igitur aut [*victi*]*ma* aut [*femi*]*na* proponens elegit prius; nos cum Zumptio alterum praetulimus. Vs. 3. Marm. primum dederat NAMSEDEVOVIT[RO]M[AFV] GIENTEMARITO; sed id retractatur in nota ad Lebasii Commentationem p. 575. ubi ex schedis enotatur NM....CIENTE, qua lectione confirmari videtur Lebasii coniectura *iam deficiente.* Vs. 4. extr. Stephan. ILLA, Marm. ILLE, sed concedit (p. 575.) posse legi ILLA. Hinc Lebasius restituit: *rapta viro* [*semper flebit*]*u*[*r*] *illa suo.* Zumptius dedit: *rapta viro vitam servet ut illa suo.* Rectius Welckerus, cuius supplementa dedimus.

Tit. *c.* vs. 2. INFELIX legerunt Bonada, Burmannus, Guarinus, improbantibus ob metrum Schradero Epist. crit. p. 61. et Lebasio p. 576.

Tit. *d.* vs. 1. pro FORTE, quod habet Muratorius, Lebasius monet ab editore recentiore scriptum esse SAEPE, quam lectionem tueri videtur, licet in ordine verborum expressum sit FORTE.

Tit. *e.* Murat. nihil habet nisi versum primum eumque ita mutilatum:

ΕΙΣΙΑΥΟΥΝΟΜ....ΙΠΛΛΑ....ΑΙ...ΚΡΙΝ.Β.
Α...Τ.ΕΙΣΕΙΕΝΥ

quibus tamen servata vera lectio est ΕΙΣΙΑ, pro qua Marm. dedit ΕΡΣΕΑ; de quo quae attulit Lebasius piget repetere. In fine versus ex Murat. addidi ΤΕΙ, pro quo lacunam habet Marm. In hoc titulo spatia vacua plurima vitio lapidis debentur.

Tit. *f.* vs. 1. Schrader apud Burmann. pro *bis* scribendum esse *vix* recte statuit. Non verisimile est Philippum et Atiliam quadraginta duos annos vixisse, nedum coniunctos. Vs. 3. Murat. LETVM, ubi Marm. LETH[EN] et deinceps SIM pro SIT.

In pariete laterali sinistra:

a.

. . P O O . M E M O R I A E . A T I L I A E . L . F . P O M P T I L L A E . B E

k.

HICPOMPTILLAIACETCINERESAMPLEXAPHILIPPI
CONIVGISHISARISINCLVDITVR[ARC]ADVORVM
QVAEFACITADFAMAEVIVENS[ERIT]ARGVMENTVM
IVNONISSEDESINFERNAECERNITECVNCTI
NVMINEMVTATOFVLGETPOMPTILLAPERAEVOM

f.

VNVMETVIGINTIBISIVNCTIVIXIMVSANNOS
VNAFIDESNOBISGAVDIAMVLTADEDIT
ETPRIORADLETH[EN]QV[V]MSITPOMPTILLARECEPTA
TEMPORETVDIXITVIVEPHILLIPPEMEO
NVNCAETERNAQVIESDITISQVESILENTIAMAESTA
HANCSTATVEREAMPLAMPROPIETATEDOMVM

g.

LANGVENTEMTRISTISDVMFLETPOMPTILLAMARITVM
VOVITPROVITACONIVGISIPSAMORI
PROTINVSINPLACIDAMDELABIVISAQVIETEM
OCCIDITOCELERESINMALAVOTADEI
HASAVDIREPRECESVITAMSERVAREMARITO
VTPEREATVITADVLCIORILLAMIHI

h.

ΕΣΤΡΕΨΕΝΜΟΙΡΩΝΜΙΑΝΙΙΜΑΤ.......Ν...Ι...ΙΚΤΥ
ΑΙΣΙΔΙΑΙΣΕΥΧΑΙΣ.ΙΜ..............Ι.........
ΙΠΕΡΙΦΡΩΜΠΙΛΛΑ - - - - - ΚΟ........Ν
ΠΤΙΣ ΠΕΡΓΑΜΕΤΟΥ..............ΙΟΝΙΗ.....

b.

TEMPLAVIRIPIETASFECITPROFVNEREMAGNO
POMPTILLAEMERVIT....NACASTACOLI
NAMSEDEVOVITNM . . . . CIENTEMARITO
RAPTAVIRO..A...... VTILLESVO

i.

D. M.

ATIΛIAE.L.F.POMPTILLAE.MAMMEAE.OPTIMAE.F
ET.]CASSIO.PHILIPPO.PA RENTIBVS.SANCTIS
L.ATILIVS.FELIX....IN...... ET..LIVS
.LVT..C[ASS]IVS.LIB[ERIS.]POSTERISQVE.SVIS

(*a.*) N E D I C T A E . M . S . P

Ν ΛΤΩΝ
ΑΝΔ
ΟΝΙ

ΝΟ ΝΟΜΕΟΙΣ
ΟΓ
ΝΥ
ΑΛ ΙΡΟ

In pariete laterali dextra:

c.

VRBISALVMNAGRAVESCASVSHVCVSQVESECVTA
CONIVGISINFELICISATILIACVRAPHILIPPI
HICSITASVMMANIBVSGRATISSACRATAMARITI
PROCVIVSVITAVITAMPENSAREPRECANTI
INDVLSEREDEINECESSETFAMAMEREMVR

d.

QVODCREDISTEMPLVMQVODFORTEVIATORADORAS
POMPTILLAECINERESOSSAQVEPARVATEGIT
SARDOATELLVRE[P]REMORCOMITATAMARITVM
PROQVEVIROFAMAESTMEVOLVISSEMORI

e.

ΕΙΣΙΑΣΟΥΠΩΜΠΤΙΛΛΑ ΑΙ ΣΚΡΙΝΑΒΛΑ ΤΕΙΣΕΙΕΝ
ΟΣΤΕ ΑΚΑ ΘΑΛΛΟ ΣΕΙ ΠΕΤΑΛΟΙΣ ΡΟΔΩΝ
ΗΔΥΠΝΟΟΥ ΕΚΡΟ ΚΟΥ ΚΑΙΑΓΗΡΑΤΟΥΑΜΑΡΑΝΤ
ΚΕΙΣΚΑΛΑΒΛ ΣΤΗ ΣΑΙΣ ΑΝΘΕΑΛΕΥ ΚΟΙΟΥ
ΩΣΙΣΑΝΑΡΚΙΣΣΩΙΤΕΠΟ ΛΥΚΛΑΥΤΩΙΘΥΑΚΙΝΘΩ Ι
ΑΙΣΟΝΕΝΟΨΙΓΟΝΟ ΑΝΘΟΣΕΧΟΙΤΙΧΡΟΝΟΣ
‾‾Α ΗΝΙΚ ΑΠΝΕ ΥΜΑΜΕ ΩΝΑΠΕΛΥΕΦΙ ΛΙΠΠ ΟΣ
ΝΑΚΡΟΤΑΤ Ο ΙΣΧΕ ΕΣΙΠΡΟΣΠΕ ΛΑΣΑΣ
Σ ΣΑ Ι ΟΨΥΧ ΥΝΤΟΣΥΠΕΡΓΑΜΕΤΟΥ ΠΩΜ ΠΤΙΛΛ
ΤΗΝΚΕΙΝΟΥΞΩΗΝΑΝΤΕ ΒΕΝΘΑ ΙΑ ΟΥ
ΟΙΗΝ ΞΥ Ι ΝΕΤΕΜΕΝΘΕΟ ΣΩΣΤΕΘ ΑΝΕΙΝΜ
ΠΩΜΠΤΙΛΛΑΝΓΛΥΚΕΡΟΥΛΥΤΡΟΝ ΥΠΕΡΓΑΜΕΤΟΥ
Ξ ΝΔΑ ΟΝΤΑΦΙΛ Π ΟΝΕΠΕ Υ ΧΟ ΜΕΝΟΝΔΙΑΠΑΝΤΟ
ΣΥΝΚΕΡΑΣΑΙΨΥΧ ΠΝΕΥΜ ΑΦΙΛΑΝΔΡΟΤ ΑΤΗΙ

Lectionem LETHVM bene se habere statuit Zumptius, quum vox passim ita scripta reperiatur. Vs. 4. Murat. DIXI pro DIXIT. Vs. 6. Murat. MIHI, ubi Marm. AMPLAM. Ceterum ex hoc epigrammate et insequenti quasi unum Marm. componit epigramma. Spatio utrumque distinxit Murat.

Tit. *g.* vs. 2. Murat. VOLVIT; unde Burmannus coniecit *pro vita voluit* transpositione verborum usus. Sed confirmatur nunc quod divinavit Schrader Epist. crit. p. 61. VOVIT. Vs. 5. Bonada legebat AVDITE; deinceps Burmannus voluit *vitam servate marito, ne pereat vita dulcior ille mihi.*

Tit. *h.* ita exhibet Murat.:

ΕΣΤΡΑΨΕΝΜΟΙΡΟΝΜΙΑΝ - - - - - - -
ΑΙΣΙΔΙΑΕΣΤΥΧΑΙΣ - - - - - -
ΗΕΡΙΤΡΟ - - - - - - - - - - - -

Hinc tamen composui verbum primum, ubi Marm. habet FΣ ΡΕΨΕΝ. Vs. 3. init. Marm. p. 487. et in tab. xxxv. expressit: ΙΠΡΙΦΡΩΜΠΙΛΛΑ - -; sed Lebasius in Comment. singillatim edita dedit ΙΠΡΙ ΦΡΩΝΠΩΜΠΤΙΛΛΑ, quod etsi ad verum propius accedit, tamen qua auctoritate nitatur non liquet. Ceterum ex Murat. inserui Ε (ΙΠΕΡΙΦΡΩΝ cet.). Lacunas ap. Marm. non ubique accurate indicatas videri monuit Lebasius.

Tit. *i.* Murat. exhibet ita:

D. M.
ATILIAE.L.F.POMPTILLAE.MA M ƎMRIE
ASSIOTILLA - - - TAA - - - PTINTIIS SANCTIS
LATILIVSFELIX - - - - ET - - - - - IEV
IVTISILVS - - - III - - - - - - IPSO - - - -

quae ex Marm. apographo Lebasius restituit ita:

D. M.
ATILIAE.L.F.POMPTILLAE.MAMMEAE.OPTIMAE.F.
ET.C.]CASSIO.PHILIPPO.PARENTIBVS.SANCTIS
L.ATILIVS.FELIX.[CALAT]IN[VS].ET.[M.ATI]LIVS.[REGV
LV[S.E]T.[L.]C[ASS]IVS.LIBERIS.POSTERISQVE.SVIS

Vide Annotatt.

Tit. *k.* vs. 1. Murat. CONIVNCTA pro AMPLEXA. Vs. 2. idem HILARISINCLV - - - ADVOTVM. Vs. 3. idem QVAEFECITAD - - MEMINE - - - ARGVMENTVM, ubi ex apographo Marm. Lebasius

proposuit: *quae [t]acita[e] famae vivens [erit] argumentum*; Zumptius: *quae [v]a[l]i[d]a[e]* cet.; Welckerus: *quae facit ad famae vivens orbe argumentum.* Vs. 4. init. Mur. IVNONISSEDES cet., Marm. IVNO NISAEDES, quam lectionem ferri posse putavit Lebasius. Mox pro *cernite* Zumptius requirit *spernite* intelligens de morte contemnenda. Vs. 5. init. NV MINE, pro quo exspectatur NOMINE, in lapide esse diserte testatur Marmora. Videndum ne auctor in animo habuerit *in numen mutata* pro eoque dixerit *numine mutato* paulo audacius. In fine Murat. habet AEVVM.

Tit. *a.* *Her]o[um] memoriae Atiliae L. f. Pomptillae Benedictae m(ulieri) s(anctissimae) p(ositum).*

Tit. *b.* *Templa viri pietas fecit pro funere magno*
Pomptillae; meruit [femi]na casta coli.
Nam se devovit [ia]m [defi]ciente marito,
rapta viro, [s]a[lvus staret] ut ille, suo.

Tit. *c.* *Urbis alumna graves casus hucusque secuta*
coniugis infelicis, Atilia, cura Philippi
hic sita sum manibus gratis sacrata mariti,
pro cuius vita vitam pensare precanti
indulsere dei. Ne cesset fama, meremur.

Tit. *d.* *Quod credis templum, quod forte, viator, adoras,*
Pomptillae cineres ossaque parva tegit.
Sardoa tellure [p]remor comitata maritum,
proque viro fama est me voluisse mori.

Tit. *e.* Εἰς ἴα σου, Πώμπτιλλα, [κ]αὶ [εἰ]ς κρίνα βλα[σ]τ[ή]σειεν
ὀστέα κα[ὶ] θαλλο[ῖ]ς ἐ[ν] πετάλοισ[ι] ῥόδων
ἡδυπνόου [τ]ε κρόκου καὶ ἀγηρά[ν]του ἀμαράντ[ου,
κεἰς καλὰ βλ[α]στήσαις ἄνθεα λευκοΐου,
ὡς ἴσα Ναρκίσσῳ τε πολυκλαύτῳ θ' Ὑακίνθῳ
κ]αὶ σὸν ἐν ὀψιγόνο[ις] ἄνθος ἔχοι τι χρόνος.
ἤδε γ]ά[ρ], ἡνίκα πνεῦμα με[λ]ῶν ἀπέλυε Φίλιππος
σιγὴ]ν ἀκροτάτοις χε[ίλ]εσι προσπελάσας,
σ[τα]σ[α λ]ι[π]οψυχ[ο]ῦντος ὑπὲρ γαμέτου Πώμπτιλλ[α
τὴν κείνου ζωὴν ἀντέ[λα]βεν θα[ν]ά[τ]ου.
τ]οίην [συ]ζυ[γ]ί[η]ν ἔτεμεν θεὸς ὥστε θανεῖν μ[ὲν
Πώμπτιλλαν γλυκεροῦ λῦτρον ὑπὲρ γαμέτου,
ζ[ῆ]ν δ' ἄ[κ]οντα Φίλ[ιπ]πον ἐπευχόμενον διὰ παντὸ[ς
συνκεράσαι ψυχ[ῇ] πνεῦμα φιλανδροτάτῃ.

Tit. *f.* *Unum et viginti [v]i[x] iuncti viximus annos,*
una fides nobis gaudia multa dedit;
et prior ad Leth[en] qu[u]m sit Pomptilla recepta,
tempore tu, dixit, vive, Philippe, meo.
Nunc aeterna quies Ditisque silentia moesta
hanc statuere amplam pro pietate domum.

Tit. *g.* *Languentem tristis dum flet Pomptilla maritum,*
vovit pro vita coniugis ipsa mori.
Protinus in placidam delabi visa quietem
occidit. O celeres in mala vota dei!
Has audire preces, vitam servare marito!
ut pereat vita dulcior illa mihi.

Tit. *h.* Ἔστρεψεν Μοιρῶν μία ν[ή]ματ[α· τῆς δ' ἀπέπλησεν
τ]αῖς ἰδίαις εὐχαῖς [θυ]μ[ὸν ἱ[λασσαμένη
ἡ] περίφρω[ν Πώ]μπ[τ]ιλλα, [Φιλίππου κεδνὴ ἄκοιτις,
ἥ]τις [ὑ]πὲρ γαμέτου [τὸν β]ίον [ἐξέλιπεν.

Tit. *i.* *D(iis) m(anibus). Atiliae L. f. Pomptillae, Mammeae optimae f(eminae) [et] Cassio Philippo - - - - [mor]ibus sanctis(simis) L. Atilius Felix [Pompt]in[ius] et [Iu]lius [P]lut[ius] C[ass]ius liberis po[suerunt] suis.*

Tit. *k.* *Hic Pomptilla iacet cineres amplexa Philippi*
coniugis. His aris includitur [arc]a duorum,
quae [t]acita[e] famae vivens [erit] argumentum.
Iunonis sedes infernae cernite cuncti.
Numine mutato fulget Pomptilla per aevom.

Haec epigrammata uni sepulcro imposita satis docent Cassium Philippum ab Imperatore quodam relegatum in insulam Sardiniam fuisse ibique una cum uxore Atilia Pomptilla et fortasse etiam parentibus socerisque degisse. Insulae iniqua temperies effecisse videtur ut Philippus in gravem morbum incideret. Itaque pia uxor, ut marito vitam servaret, ipsa se devovit atque annuente deo mortua est. Cf. n. 6292. 6336. Quippe ex superstitione vetere vita pro vita pensari posse putabatur; unde Pomptilla νέας Ἀλκήστιδος (conf. Anthol. Palat. VII. p. 691.) famam consecuta est. Qua de re Lebasius ad similia exempla ablegat a Casaubono et Salmasio in notis ad Scriptt. hist. Aug. T. I. p. 135. congesta. Exstinctae uxori Philippus monumentum posuit templo simile, cuius in parietibus varia mox inscripta sunt epigrammata (titt. *b. c. d. e. f. g. h.*); quam in rem non opus est ut cum Lebasio certamen poetarum institutum esse a Philippi heredibus putemus. Videoque nunc etiam a Welckero talem improbari coniecturam, qui confert huius operis Vol. II. p. 58. n. 1988. *b.* p. 841. n. 2347. Non multo post quum Philippus defunctus esset, cineribus eius in ara coniugis repositis tituli *i.* et *k.* additi sunt. Difficultatem, quam creat forma tituli *i.*, non perspexit Lebasius, qui restitutum ivit, ut supra indicavimus in varietate lectionis. Quippe si parentibus a filiis titulum positum iudicaveris, filius ibi L. Atilius audit, quum pater sit Cassius Philippus, id quod ferri vix potest. Nam etiamsi filium dicas de matre nomen accepisse, paulo immutatum nomen esse oportuit (conf. Marin. Act. fratr. Arv. I. p. 164.). Itaque A. G. Zumptius qui quid sentiret de hoc titulo liberaliter mecum communicavit, nec lectionem PA RENTIBVS tutam esse sibi persuasit et L. Atilium Felicem patrem Pomptillae esse eiusque nominis *Pomptinii* vestigia superesse in lapide - - IN - - iudicavit. Sequitur, ut alter, qui cum Atilio Felice titulum posuit, pater sit Cassii Philippi. Quibus ita positis Zumptio videtur is qui transcripsit, deceptus similibus formu-

lis de coniectura potius quam de lapide dedisse PO STERISQVE. Nam etiamsi aliter de L. Atilio et Cassio statuas, quum formula sollemnis sit: *sibi liberis posterisque suis*, illi nec sibi nec posteris suis locum dedicare potuerunt, qui cineribus Pomptillae et Philippi destinatus erat. Scilicet arae impositus titulus est; quumque heroum familiae universae dedicari possit, certe ara non potest. His de causis Zumptius non POSTERISQVE sed POSVERVNT in lapide fuisse iudicavit restituitque titulum qualem supra exhibuimus. Atilia Pomptilla igitur in tit. *a. Benedicta* audit, in tit. *i. Mammea* sive malis *Mammia*, quod etsi mirum est, tamen aliquo modo conciliari potest. Lebasius de priore nomine provocat ad Orell. l. c. n. 2311. ubi CLAVDIA.IANVARIA. BENEDICTA.SACRORVM, nomenque feminae a sacris Isidis inditum putat; cuius divinitatis cultum in Sardinia floruisse quum ex serpentibus in monumento Pomptillae sculptis tum ex inscriptione Latina a Marmora reportata (n. 33.) demonstravit. Atque apud Gruter. p. cxxvi. cxxvii. *C. Sossium Benedictum* et *L. Naevium Benedictum* memorari, qui ad templum amplificandum pecunias contulerunt, monuit Zumptius, qui idem non dubitat, quin illi libertini generis fuerint; videturque ei etiam Pomptilla, licet libera, libertino patre nata esse. Nec nomen *Pomptinii*, unde formatum est *Pomptilla*, non aptum est libertino (conf. Murat. p. mdxcvi. 2.). Itaque videndum, ne familia Pomptillae ex illis quattuor millibus libertinorum sit, quae superstitione Aegyptiaca Iudaicaque increbescente Tiberio imperante a. u. c. 772. in insulam Sardiniam relegata sunt. Ulterius coniicere de Cassio Philippo eumque componere cum C. Cassio Longino, quem constat a Nerone in Sardiniam relegatum esse, vix tutum. Quodque Lebasius suspicatus est Cassium Philippum C. Cassii Longini esse filium, id vero falsum esse sponte patet, si titulum *i.* a Zumptio bene restitutum arbitreris. Reperiuntur in inscriptionibus Latinis a Marmora ex Sardinia reportatis, CASSIVS (n. 43.), CAS SIA.SVLPICIA.C.F.CRASSILLA (n. 53.), CASSIANVS (n. 66.), quos ad familiam Cassii Philippi pertinere idem vir doctissimus coniecit probabilius.

Epigrammata Graeca (tit. *e.* et *h.*) restituit et explicavit Lebasius uberius in hos titulos, quam pro instituto nostro, commentatus. In restituendo longiore epigrammate a Lebasio discessimus vss. 1. 3. 8. 11. Dedimus vs. 1. init. εἰς ἴα, quam lectionem praestat apographum apud Murator. expressum; neque ab re est comparare epigramma quod etiam Lebasius protulit, n. 6789. Ἕρσεα retinuit Welckerus. Vs. 3. ἀγηράτου Lebasius et Welckerus, nos ἀγηρά[ν]του. Vs. 8. init. [λήθη]ν dedit Lebasius, quem sequitur Welckerus, nos [σιγή]ν; possis etiam [νάρκη]ν. Vs. 11. init. Lebasius οἴην; voluit haud dubie οἵην; nos τοίην, quod nunc video malle etiam Welckerum. De voto florum e tumulis nascentium Lebasius contulit praeter epigramma paulo ante memoratum etiam ex Iacobs. Anthol. Palat. App. p. 306. epigramma Romanum, quod suo loco (n. 6200.) repetetur, et Latina epigrammata ap. Burmann. Anthol. Lat. T. II. p. 115. 136. 185. praeterea Iuvenal. Sat. VII, 202. Pers. Satyr. I, 38. — Alterum epigramma Lebasius ita restituebat:

Ἔσ[τ]ρεψεν Μοιρῶν μία ν[ή]ματ[α, Κῆρ]α [δὲ π]ικ[ρὰν
τ]αῖς ἰδίαις εὐχαῖς [ἐξ]ι[λέωσε πάρος
ἣ] π[ε]ρίφρω[ν Πώ]μπ[τ]ιλλα [Φιλίππου χρηστὴ ἄ]κο[ιτις
ἥ]τις [ὑ]πὲρ γαμέτου [τὸν β]ίον [ἐξέλιπεν.

in quo ab eo discessimus vss. 1. 2. Sed fragmentum eiusmodi est ut plura tentare quam probare liceat.

5760.

Carali s. *Caralibus* (hodie Cagliari) in insula *Sardinia*, in cippo marmoris candidi in museo regio asservato; edidit Albert. de la Marmora Voyage en Sardaigne tab. xxxiv. fig. 16. et Tab. II. p. 495 sq. cum explicatione Lebasii.

ΓΡΑΥ
ΜΕΘΥC
ΤΡΙΑ
ΖΗCΟΙC

Γραῦ μεθύστρια ζήσοις.

PARS TRICESIMA TERTIA.

INSCRIPTIONES ITALIAE.

SECTIO PRIMA.

INSCRIPTIONES MAGNAE GRAECIAE.

A. *BRUTTII:* RHEGIUM, LOCRI, VICINIA PETILIAE.
LUCANIA: HERACLEA, METAPONTUM, PAESTUM.
CALABRIA: TARENTUM, GNATIA, BALESIUM, BRUNDISIUM.

5761.

Rhegii, in basi marmorea a. 1548. reperta ad portam Chrysaphi dictam; edidit Gualtherus Tabb. antt. Sicil. cet. p. 54. n. 364. ed. Mess. (Thes. Sicil. T. VII. p. 875.); repetiit Murator. T. II. p. MLXXVI. 5. cum Lat. interpret. Denuo ediderunt Martorellus Thec. calam. p. 506. Morisanus Inscr. Rheg. p. 59. Ex Martorello petiit Donatus p. 341. 3.

ΟΔΑΜΟΣΤΩΝΡΗΓΙΝΩΝ
ΝΙΚΑΝΔΡΟΝΝΙΚΟΝΟΣΤΕΙΣ
ΘΕΟΙΣ

Vs. 1. Gualth. ΔΑΜΟC. Vs. 2. Gualth. ΝΙΚΩΝΩΣΤΕΙΣ, Murat. ΝΙΚΩΝΟΣΤΟΙΣ; sed Morisanus p. 61. testatur in lapide esse ΝΙΚΟΝΟΣΤΕΙΣ.

Ὁ δᾶμος τῶν Ῥηγίνων Νίκανδρον Νίκ[ω]νος τ[ο]ῖς θεοῖς.

5762.

Ibidem, in lapide reperto in urbis veteri propugnaculo „della Battagliola", ut docet Politus Chron. Rheg. p. 43 sq.; edidit Gualtherus l. c. p. 54. n. 362. (Thes. Sicil. T. VII. p. 874.) qui vidit prope D. Mariam Catholicam; repetiit Murator. T. II. p. DXLV. 3. cum Lat. interpret. et notis. Ligno incisam dedit Morisanus Inscr. Rheg. p. 1. cum immenso commentario.

ΑΡΧΟΝΤΩΝΔΕ
ΝΙΚΑΝΔΡΟΥΤΟΥΛΕΥΚΙΟΥ
ΣΥΜΜΑΧΟΥΤΟΥΗΡΑΚΛΗΤΟΥ
ΦΙΛΑΚΟΥΤΟΥΦΙΛΙΣΤΙΩΝΟΣ
ΚΡΑΤΙΠΠΟΥΤΟΥΚΡΑΤΙΠΠΟΥ
ΤΟΚΟΙΝΟΝΤΩΝΠΕΡΙΤΟΝΔΙΟΝΥΣΟΝ
ΤΕΧΝΙΤΩΝΚΑΙΠΡΟΣΕΝΩΝ
ΑΙΝΗΣΟΥΝΝΙΚΟΝΟΣΤΗΣ
ΕΥΝΟΙΑΣΕΝΕΚΕΝΤΗΣΕΙΣΑΥΤΟΥΣ

Vs. 7. ΠΡΟΣΕΝΩΝ in lapide esse testatur Morisanus. Murator. dedit ΠΡΟΞΕΝΩΝ ex Gualthero. Vs. 8. extr. Morison. ΤΕΙΣ pro ΤΗΣ.

\- - - - - - - - - -
ἀρχόντων δὲ Νικάνδρου του Λευκίου,
Συμμάχου τοῦ Ἡρακλήτου, Φ[υ]λάκου
τοῦ Φιλιστίωνος, Κρατίππου τοῦ Κρατίππου,
τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν
καὶ προ[ξ]ένων Αἰνησοῦν Νίκ[ω]νος τῆς
εὐνοίας ἕνεκεν τῆς εἰς αὐτούς.

Initio videtur sacerdotis vel alius magistratus eponymi mentio excidisse. Archontes civitatis esse, non collegii artificum sponte patet. Rhegium municipium erat vel Ciceronis aetate, qui Rheginos cives Romanos vocat (Verr. IV, 60. 135.). Itaque videndum, ne quattuor archontes sint magistratus quinquennales, qui prytanes audiunt n. 5763. Aenesus (vs. 8.) fortasse frater est Nicandri, qui honoratur n. 5761. Patrem Niconem quo iure Morisanus putaverit esse Thasium illum celeberrimum Hieronicam, de quo Suidas v. Νίκων, non video. Collegium artificum Dionysiacorum suos habet proxenos, ut collegium mercatorum et nauclerorum in Delo habitantium suum habuit proxenum Athenis (vide Vol. I. n. 124.).

5763.

Ibidem, in monumento anaglypho ornato, quod a. 1727. abstulit Dorvillius; inscriptionem ex huius schedis edidit P. Burmannus in Dorvillii Sicul. T. II. p. 560 sqq. cum notis, deinde Morisanus Inscr. Rheg. p. 83. cum prolixo commentario, aeri incisam uterque. Anaglypho repraesentantur pharetra, tripus serpente circumvolutus, vas sacrificale, patera.

ΠΡΥΤΑΝΙC·ЄΚΤΟΥ·ΙΔΙΟΥ·ΚΑΙ·ΑΡΧѠΝ·ΠΕΝΤΑ
ЄΤΗΡΙΚΟC·CЄΞ·ΝΟΥΜѠΝΙΟC·CЄΞ·Υ·ΜΑΤΟΥΡΟC
CΥΝΠΡΥΤΑΝЄΙC·Κ·ΟΡΤѠΡΙΟC·Κ·Υ·ΒΑΛΒΙΛΛΟC·Μ·ΠЄΠѠ
ΝΙΟC·Μ·Υ·ΠΟΥΛΧЄΡ·Μ·ΚΟΡΝΗΛΙΟC·Μ·Υ·ΜΑΡΤΙΑΛΙC
ΙЄΡΟCΚΟΠΟΙ·ΜΑΝΙΟC·ΚΟΡΝΗΛΙΟC·ΟΥΗΡΟC·Γ·ΑΝΤѠΝΙΟC
ΘΥΤΗC·ΙЄΡΟCΑΛΠΙCΤΗC·Γ·ΙΟΥΛΙΟC·ΡΗΓΙΝΟC·ΙЄΡΟΚΗ
Γ·ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΟC·ΟΥΗΡΟC·ΙЄΡΟΠΑΡЄΚΤΗC·Κ·ΚΑΙΚΙΛΙΟC·
ΡΗΓΙΝΟC·ΤΑΜΙΑC·ΜЄΛΙΦΘΟΝΓΟC·ΜΑΤΟΥΡΟΥ·CΠΟΝΔΑΥΛΗC
ΝΑΤΑΛΙCΚΑΠΝΑΥΓΗC·ЄΛΙΚѠΝΜΑΤΟΥΡΟΥΜ.ΑΠΡΟCΖѠCΙΜΟC ❦

Vs. 8. Dorv. ΤΛΜΙΑC, Moris. ΤΑΜΙΑC. Foliolum habet Dorv.

Πρύτανις ἐκ τοῦ ἰδίου καὶ ἄρχων πενταετηρικὸς Σέξ(τος) Νουμώνιος, Σέξ(του) υ(ἱός), Μάτουρος· συνπρυτάνεις Κ(οΐντος) Ὀρτώριος, Κ(οΐντου) υ(ἱός), Βάλβιλλος, Μ(άρκος) Πε[τρ]ώνιος, Μ(άρκου) υ(ἱός), Ποῦλχερ, Μ(άρκος) Κορνήλιος, Μ(άρκου) υ(ἱός), Μαρτιάλις· ἱεροσκόποι Μάνιος Κορνήλιος Οὖηρος, Γ. Ἀντώνιος θύτης, ἱεροσαλπιστὴς Γ. Ἰούλιος Ῥηγῖνος, ἱεροκῆ(ρυξ) Γ. Καλπούρνιος Οὖηρος, ἱεροπαρέκτης Κ(οΐντος) Καικίλιος Ῥηγῖνος, ταμίας Μελίφθονγος Ματούρου, σπονδαύλης Νατάλις, καπναῦγ[αι] Ἑλίκων Ματούρου, Μ. Ἄπρος Ζώσιμος.

Apud Rheginos cultum Apollinis et Dianae viguisse vel ex iis colligi potest, quae de primis Rhegii conditoribus narrat Strabo VI. p. 257. Dianae templum memoratur a Thucydide VI, 44., Apollinis in inscriptione Latina apud Gualther. p. 54. n. 358. (conf. Odofr. Müller ad Aeschyli Eumen. p. 149.) Ad Apollinem alludunt anaglypha in hoc lapide expressa. Hinc monumentum ad templum Apollinis pertinere videtur. Quodsi Morisanus a prytanibus ministrisque sacerdotalibus positum putat post grassantis morbi cessationem, haud scio an non satis firmari eius sententia possit, praesertim quum ad nihil aliud provocet nisi ad Apollinem Σωτῆρα in Sicilia cultum, cuius epitheton anaglypha in memoriam revocare videantur. Rhegium municipium erat deducta posthac colonia ab Octaviano (Strabo VI. p. 259.), unde fortasse Ptolemaeo Ῥήγιον Ἰούλιον vocatur (conf. Gruter. p. CLXXIV. 7.). Hinc nomina Romana. Sed titulum hunc Augusti aetate recentiorem esse neque attingere rempublicam Romanam, probabile fit ex titulo simillimo n. 5771. in quo nomina etiam recentiora. Et facile utrumque titulum ad aetatem Antoninorum detrudas. Nomen *Rhegini* (vs. 6.) pro gentili habuit Dorvillius, etsi non ignoravit alibi cognomen esse afferens ex Vandalio nummum, in quo ΕΠΙCΤΡ.ΡΗΓΙΝΟΥΜΙΛΗCΙΩΝ. Recte Morisanus h. l. pro cognomine habet. *Helico Maturi filius* (vs. 9.) vix idem videtur *M. Aper Zosimus* audire. Itaque quum in tit. n. 5771. *καπναῦγαι* duo recenseantur, nostro loco huius vocis numerus pluralis restituendus est. — Prytanes nunc quattuor sunt, qui archontes audiunt in titulo vetustiore n. 5762. Primus prytanis *ἄρχων πενταετηρικὸς* est; itaque etiam reliqui tres *πενταετηρικοὶ* sunt, i. e. Quinquennales. Conf. tit. Neapolit. n. 5796. Paulum differt in his titulus n. 5771. ubi tres tantum Prytanes videntur recenseri, nec primus Prytanis *ἄρχων πενταετηρικὸς* audit, sed *ἄρχων* simpliciter. Nihilo vero minus et illi *πενταετηρικοὶ* videntur esse. Prytaneum Rheginorum memoratur etiam in inscriptione Latina ap. Gualther. p. 54. n. 358. Post Prytanes nominantur *ἱεροσκόποι* (i. e. haruspices), quibus quum alibi *ἱεροποιοὶ* adesse dicantur, h. l. fortasse alter haruspicum simul *θύτου* munere fungi putandus est. Nam nec cum Burmanno *θύτης* sine nomine statui potest, nec coniungi *θύτης ἱεροσαλπιστής*, ut fecit Morisanus. Ex reliquis memorabilia sunt munera *ἱεροπαρέκτου* et *καπναύγου*. *Ἱεροπαρέκτης (παρέχειν ἱερά)* Burmanno videtur minister esse victimarii, qui quae ad sacrificium necessaria sunt, praebet; probabilius Morisano est is, qui ex victimae partibus eas exhibebat pontifici, quae sacrae erant et litandae. *Καπναύγης* videtur esse *ἀπὸ τοῦ αὐγάζειν τὸν καπνὸν* dictum et significare eum, qui fumum eiusque per aerem volumina observabat, ut sit similis *καπνομάντεως*, interpretante Burmanno, qui conferri iubet Barnes. ad Eurip. Hel. 752. et Cyrillum c. Iulian. p. 198. ubi verba sunt: *ἐκ τῶν θυσιῶν εἰς ἀέρα διάττοντας πολυπραγμονοῦντες καπνούς*. Etiam in titulo n. 5771. recensentur *ἱεροκῆρυξ, σπονδαύλης* et *καπναῦγαι*; sed pro reliquis ministris nominatur *μάντις*.

5764.

Rhegii, in latere ad D. Mariam de Melisa; edidit Gualtherus Tabb. antt. Sicil. cet. p. 54. n. 361. (Thes. Sicil. T. VII. p. 872.)

ΡΗΓΙΝΩΝ

Ῥηγίνων.

5765.

Ibidem, in muro ad portam Chrysaphi; edidit Gualtherus l. c. p. 54. n. 360. (Thes. Sicil. T. VII. p. 872.)

ΝΙΚΟΣΤΕΑΤΟΥ..

Νικοστ[ρ]άτου.

5766.

Ibidem, in suburbano Rhegino nobb. „Della Boccetta"; edidit Morisanus Inscr. Rheg. p. 429.

Θ Κ ❦
ΠΡѠΤΑCЄΖΗ
CЄΝЄΤΗΗ ❦

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Πρωτᾶς ἔζησεν ἔτη η̄.

Nomen Morisanus minus recte interpretatur *Protasius*.

5767.

Rhegii; edidit Guarini Excurs. epigraph. XIII. p. 60.

ϹΕΚΟΥΝΔΙΩΝΜΕ
ΤΑΤΗϹΦΗΛΙΚΛΑϹ
ΚΑΙΤΗϹΛΕΩΝΤΙ
ΔΟϹΤΥΓΑΤΡΟϹ
ΓΛΥΚΥΤΑΤΗϹ . ΕΙ
ΤΙϹΕΠΑΝΟΘΕΝ
ϹΙΤΕΘΗΝΑΙΛΟ
ΓΟΝΑΠΟΔΟϹΙΕΙϹ
ΤΟΜΕΛΛΟΝ

Σεκουνδίων μετὰ τῆς Φηλίκλας καὶ τῆς Λε[ο]ντίδος [θ]υγατρὸς γλυκυτάτης. εἴ τις ἐπάν[ω] θέ[λοι] τεθῆναι, λόγον ἀποδ[ώ]σ[ε]ι εἰς τὸ μέλλον.

5768.

Ibidem, in aede Fabii Venetiani e regione portae S. Philippi; edidit Gualtherus Tabb. antt. Sicil. cet. p. 54. n. 359. (Thes. Sicil. T. VII. p. 872.); repetiit Murator. T. III. p. MCDLX. 7. Accuratius edidit Morisanus Inscr. Rheg. p. 126. cum nott. ex eoque Biagius Monum. Gr. et Lat. ex Mus. Nan. p. 147.

D ф M
FABIASPERATA
SAKKVSTIS
ACATHOCKES
OCAERODIOS
ΑΤΟΙϹΕΠΟΗϹΑΝ

Vs. 2. Gualth. SPFRATA. Vs. 3. idem SAΛΛV STIS. Vs. 4. idem ACATOCΛES.

D(iis) m(anibus).
Fabia Sperata Sallustis, A[g]athocles
ὁ καὶ Ῥόδιος,
ἑ]ατοῖς ἐπόησαν.

Titulus Graecus maximam partem Latinis litteris scriptus. Nota vs. 5. OCAE i. e. ὁ καί. Vs. 6. scriptura ἀτὸς pro αὐτὸς non infrequens est in titulis aetatis inferioris. Fortasse ἑατοῖς ut scribamus opus non est; potest esse ἀτοῖς (i. e. αὐτοῖς), nec recte haec forma in compendia scripturae relata est ab Auderichio Instit. antiq. p. 158.

5769.

Locris, in vase; edidit M. Arditus in libello: „Illustrazione di un antico vaso trovato nelle ruine di Locri", Nap. 1791. fol. p. 64.

ΑΝΕΘΕΚ
ΑΝΤΑΙΘ
ΕΟΙ

- - ἀνέθηκαν τᾷ θεῷ.

Titulus litteris vetustissimis scriptus non integer videtur.

5769. *b.*

Ibidem, in statua parva aenea litteris antiquis; edidit Viscontus Mus. Pio Clem. III. tab. XLIX. (p. 66.) Citat Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 585.

ΦΡΥΝΟΣ Φρῦνος.

5770.

Ibidem, in vase citharistriae figurae adscriptum; vas a. 1791. repertum asservatur Neapoli (v. Gerhard Neap. ant. Bildw. I. p. 352. 61.); edidit M. Arditus in libello citato ad n. 5769. qui male transcriptum (ΚΑLΕΔΟΝΕΣ) male interpretatus est; rectius Zarillus in dissertatione Italica de nummo ΚΑΥϹΤΑΝΩΝ a. 1755. scripta et a. 1792. repetita, qui explicat καλῇ δοκῇς; verum vidit Villoisonus Magaz. encyclop. a. VII. (1801.) T. II. p. 473. Rursus perversa de hoc titulo statuit Huschkius Anal. crit. p. 8 sqq. et in Comment. de inscr. vasculi Locris in Italia reperti, Rostoch. 1813. 4. qui revocavit lectionem ΚΑLΕΔΟΝΕΣ. Contradicit Bernardus Quaranta in libello: Animadversiones novissimae in vasculum Italo-Graecum a. 1791. Locris effossum, quod in regio museo Borbonico adservatur, Neap. 1817. fol., de quo libello dixit Millin Annal. encycl. a. 1818. T. III. p. 352 sq. qui redit ad alteram Arditi explicationem (ΚΑΛΕΟΡΝΕΣ) eamque dicit etiam Visconto probari. Sed ΚΑLΕΔΟΚΕΣ in vase esse ex inspectione testantur Koehlerus et Osannus in Boettigeri Amalthea T. I. p. 274. et p. 300. Quo magis mirandum quod Rosius Inscr. Graec. vetust. tab. XII. 2. (conf. p. 92 sq.) repetiit ΚΑLΕΔΟΝΕΣ. Postremo titulum citavit et cum Villoisono explicavit Boeckhius ad Pind. fragm. Paean. p. 569. Cf. Elem. epigr. Graec. p. 537. Figura in vasculo expressa poetria putatur esse, qualis innotuit Nossis Locrensis (conf. Welcker Opusc. min. II. p. 163 sq.).

ΚΑLΕΔΟΚΕΣ Καλὴ δοκεῖς. Conf. Vol. I. n. 541.

5771.

In loco Montelione, sub frontispicio templi; ex schedis Viti Capialbi misit Gerhardus.

ΑΝΙϹ·ΚΑΙ·ΑΡΧΩΝ·ΕΚ·ΤΩΝ·ΙΔΙΩΝ·ΓΑΙΟΣ·ΠΟΠΙΛΛΙΟϹ
ΙΟΥΛΙΑΝΟϹ·ϹΥΝΠΡΥΤΑΝΕΙϹ·ΓΑΙΟϹ·ΠΟΠΙΛΛΙΟϹ·ΓΑΙΟΥ·ΥΙΟϹ·ΦΡΕ
ΕΙΝΟϹ·ΤΙΤΟϹ·ΒΕΤΤΙΟϹ·ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ·ΜΑΝΤΙϹ·ΓΑΙΟϹ·ΝΟΥΜΩ
- - ΕΑΛΗϹ·ΙΕΡΟΚΗΡΥΞ·ΓΙΟΥΛΙΟϹ·ϹΥΝΤΡοΦΙΑΝΟϹ
- - -ΛΗϹ·ΚΤΗΤΟϹ·ΚΑΠΝΑΥΓΑΙ·ΒΡΥΑΝΘΟϹ·ΦΗϹ
- - Ϲ·ΕΠΙΤΥΝΧΑΝΟϹ·ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ

Πρύτ]ανις καὶ ἄρχων ἐκ τῶν ἰδίων Γάϊος Ποπίλλιος
Ἰουλιανός· συνπρυτάνεις Γάϊος Ποπίλλιος, Γαΐου υἱός, Φρ[ον-
τ]εῖνος, Τίτος Βέττιος Δομιτιανός· μάντις Γάϊος Νουμώ-
νιος Κερ]εάλης· ἱεροκῆρυξ Γ. Ἰούλιος Συντροφιανός·
σπονδαύ]λης Κτῆτος· καπναῦγαι Βρύανθος Φῆσ-
το]ς, Ἐπιτύνχανος Ἰουλιανοῦ.

Vide de hoc titulo ad n. 5763. Vs. 1. Πρύτανις restituit iam Capialbi; idem vs. 4. init. dedit Ῥεάλης; vs. 5. init. σπονδαύλης; vs. 6. init. τος.

5772.

In lamina aurea mutila prope *Petiliam* reperta, lata circiter 4 centim. longa circiter 3 centim. quam possidet Millingen. Transcripsimus et edidimus Bullett. dell' Instit. archeol. Rom. 1836. p. 149 sq. litteris minusculis. Denuo transcripsit et edidit Car. Goettlingius in programmate, quo indixit sollemnia disput. publ. pro impetrandis magisterii iuribus die XXII. m. Febr. a. 1843. a Car. Volcmare Stoy habendae, p. 7 sq. litteris minusculis. Habeo etiam ex schedis Caroli Bonucci a. 1834. a Gerhardo missis.

ΕΥΡΗΣΕΙΣΔΑΙΔΑΟΔΟΜΩΝΕΠΑΡΙΣΤΕΡΑΛ//ʌν
ΗΝΠΑΡΔΑΥΤΗΙΛΕΥΚΗΝΕΣΤΗΚΥΙΑΝΚΥΠΑΡΙΣΣΟΝ
ΤΑΥΤΗΣΤΗΣΚΡΗΝΗΣΜΗΔΕΣΧΕΔοΝΕΜΠΕΛΑΣΕΙΑΣ
ΕΥΡΗΣΕΙΣΔΕΤΕΡΑΝΤΗΣΜΝΗΜΟΣΥΝΗΣΑΠΟΛΙΜΝΗΣ
ΨΥΧΡΟΝΥΔΩΡΠΡΟΡΕΟΝΦΥΛΑΚΕΣΔΕΠΙΠΡΟΣΘΕΝΕΑΣΙΝ
ΕΙΠΕΙΝΓΗΣΠΑΙΣΕΙΣΙΚΑΙοΥΡΑΝΟΥΑΣΤΕΡΟΕΝΤΟΑΥΤΑΡΕΝ
ιιΓΕΝΟϹΟΥΡΑΝΙΟΝΤΟΔΕΔΙΣΤΕΚΑΙΑΥΤΟ|ΔΙΨΗΙΔΕΙΜΙΔ
ΗΚΑΙΑΠΟΛΛΥΜΑΙΑΛΛΑΔΟΤΑΙΨΑΨΥΧΡΟΝΥΔΩΡΠΡΟΡΕ
ΟΝΤΗΣΜΝΗΜΟΣΥΝΗΣΑΠΟΛΙΜΝΗΣΚΑΥ- ѵΛΛΣΟΥΣΙ
ΠΙΕΙΝΘΕΙΗΣΑΓ - - - ΙΗΣΚΑΙΤΟΙᴱΠΕΙΤΑ - - - ΗΡΩΙ
ΣΣΙΝΑΝΑΞΕΙ - - - - ʼΗΣΤΟΔΕΝ - - - -
ΘΑΝΕΙΣΘ/ - - - - - ʌΛΕΙΜ - -

Εὑρήσεις δ' Ἀΐδαο δόμων ἐπ' ἀριστερὰ [κρήν]ην,
πὰρ δ' αὐτῇ λευκὴν ἑστηκυῖαν κυπάρισσον.
ταύτης τῆς κρήνης μὴ δ[ὴ] σχεδὸν ἐμπελάσειας.
εὑρήσεις δ' ἑτέρ[ο]ν τῆς Μνημοσύνης ἀπὸ λίμνης
ψυχρὸν ὕδωρ προρέον· φύλακες δ' ἐπίπροσθεν ἔασιν.
εἰπεῖν· „γῆς παῖς εἶ σ[ύ] καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντο[ς]·
Fuit olim in agro Heracleensi urbs Siris ad fluvium cognominem sita, unde tota regio Siritis vocabatur, quo nomine apud Strabonem etiam urbs audit. De rebus Siritarum quum pauca tantum memoriae prodita sint, multi disseruerunt, ut Salmasius ad Solin. p. 57 sq. Cluver. Ital. ant. p. 1273. Vinding in Gronovii Thes. ant. Graec. XI. p. 398 sq. Mazoch. ad tab. Heracl. p. 64 sq. Heyne Opusc. II. p. 234 sq. Raoul-Rochette Hist. col. Gr. II. p. 325 sq. Millin Magaz. encycl. T. II. p. 330 sq. Niebuhr Hist. Rom. I. p. 59. 196. Lorentzius de rebus vet. Tarentin. p. 9 sq. Duc de Luynes Monnaies incuses de la Grande Grèce in libro: Nouvelles annales publiées par la section franç. de l'Instit. archéol. T. I. 1836. p. 392 sqq. Urbem Sirin olim Chones inhabitarunt, quos Lycophron pro Ionibus videtur accepisse; ex quo Tzetzes Siritidem antiquissimo tempore vel ante bellum Troianum ab Ionibus habitatam esse perhibuit (conf. Lorentz. l. c. p. 10.). Fabulabantur praeterea Troianos aliquando Sirin tenuisse, argumento utentes, quod ibi Minervae Poliadis Iliacae simulacrum esset dedicatum (Strab. VI, 264. Athen. XII, 523. C. Steph. Byz. v. Σῖρις. Niebuhr l. c. p. 187. 192.); ac sane Ἀθηνᾶ Πολιάς etiam posthac Heracleae colebatur (vide Tab. II.). Fabula de Troianorum in Italiam adventu quomodo accipienda sit, docet Niebuhr Hist. Rom. I. p. 196 sqq. cui veteres Siritidis incolae Pelasgi sunt. At Iones Lydorum imperium fugientes in Siritidem delatos esse auctores locupletes narrant, Aristoteles, Timaeus

(Athen. XII, 523. C.), Strabo (VI, 264.). Quam Ionum migrationem circiter Olymp. 25. vel primo urbis Romae saeculo factam esse probabiliter statuit Niebuhr (l. c. p. 59. conf. Lorentz. l. c. p. 11.). Hinc Athenienses Sirin suam esse gloriabantur (Herodot. VIII, 62. Plutarch. Them. 11.). Ferunt, quum Iones urbe Siride capta supplices ab aris avellerent, Minervae Iliacae simulacrum clausis palpebris oculos solo defixisse (cf. Lorentz. l. c. p. 12.), tumque urbem Πολίειον esse denominatum (Strab. l. c.); quod nomen ab aliis aliter explicatum (Salmas. ad Solin. II, 5.) Tzetzes a Troianis repetebat. Sed praeter Iones seriore tempore etiam Rhodii delati ad littora Italiae inferioris videntur, quippe quibus a nonnullis laus Siridis conditae tribuatur (Lorentz. l. c. p. 12 sq.). Similiter Samios ex Hegesandri commentariis Athenaeus (XII, 656. C.) refert Sybarin navigasse, quumque terram Siritidem occupaturi essent, perdicum evolantium strepitu perterrefactos navibus repetitis discessisse. Iam civitas Siritis celebrata vel ab Archilocho (Athen. XII, 523.) inprimis inter Olymp. 30 - 50. floruisse putanda est (vide Niebuhr l. c. p. 164.). In hoc enim spatium temporis quum alia referenda sunt, quae a scriptoribus narrantur, ut de Siritarum luxuria (Athen. l. c.), ut de Damaso Sirita Agaristae Clisthenis tyranni filiae proco (Herod. VI, 127. conf. Müller. Dor. I. p. 163.), tum foedus a Siritis cum Buxentinis initum (vide numm. ap. Micali Ital. tab. LX. 2. Eckhel. D. N. I. p. 151. Millin Magas. encycl. II. 1814. p. 326 sq. conf. Avellinus Opusc. II. p. 96 sqq. Duc de Luynes l. c. p. 395.). Nam haud scio an non probabile sit Heracleenses pristinum nomen in nummis retinuisse, quemadmodum Thuriis factum videtur (Eckhel. D. N. I. p. 162.). Sed mox attrita Siritarum civitas a Metapontinis circa Olymp. 55. (Iustin. XX, 2. 3. conf. Lorentz. l. c. p. 14.) posteaquam agro incolis parum frequente materia rixarum inter Achaeos et Tarentinos ortarum exstitit (conf. Heyne l. c. p. 239.), tandem pax ita composita est, ut aequo iure Siritis utrinque coleretur, Tarentinorum autem censeretur colonia (Liv. VIII, 24.). Itaque Tarentini Olymp. 84, 4. conscriptis Siritis suisque et Thuriorum colonis urbem novam condiderunt (Diod. Sic. XII, 36.) ad vicinum flumen Acirin, paulo reductam a mari, cui urbi deinceps oppidum Siris navale fuit (Strab. l. c.). Nova urbs Heraclea dicta, sumpto nomine ab heroe patrio Tarentinorum, quos constat a Lacedaemoniis originem duxisse; unde in nummis Heracleensium, ut Tarentinorum, Hercules repraesentatur (Eckhel. D. N. I. p. 148.). Tertium hoc nomen Siridis putatur; quam in rem locus extat ap. auctor. Mirab. auscult. 114. quem Heyneus l. c. p. 237. emendatiorem exhibuit. Fragmentum, ante quod lacuna indicanda, hoc est: *λέγεται δὲ μετὰ τὸ παραλαβεῖν τοὺς Ταραντίνους Ἡράκλειαν τὸν τόπον καλεῖσθαι, ὃν νῦν κατοικοῦσιν, ἐν δὲ τοῖς ἄνω χρόνοις τῶν Ἰώνων κατεχόντων* Πολίειον (vulg. Πλεῖον), *ἔτι δὲ ἐκείνων ἔμπροσθεν ὑπὸ τῶν πρῶτον κατεχόντων* (i. e. *τῶν Χώνων*) Σῖριν (vulg. Σίγειον) *ὠνομάσθαι*. Perverse Schol. Lycophr. 978. *πρῶτα μὲν ἐκαλεῖτο Πολίειον, εἶτα* Ἡράκλειον, *εἶτα* Σῖρις. Perversius etiam Mazochium p. 74 sq. de nominibus Heracleae disputasse monuit Lorentzius l. c. p. 11. Nomen Ἡράκλειον habet etiam Scylax XIV. p. 170. Klaus. Sed trita forma Ἡράκλεια est. Incolae (Ἡρακλεῶται) in tabulis nostris atque etiam in nummis Ἡρακλεῖοι audiunt (cf. Eckhel. D. N. I. p. 153.). Falsaque docet Letronnius Annal. Instit. archaeol. T. XVII. p. 275. Itaque alius situs Heracleae ac Siridis fuit, ut parum accurate dixerit Plinius H. N. III, 15. *est inter Sirin et Acirin Heraclia aliquando Siris vocitata.* Nec minus negligenter Livius (I, 18.), qui Servii Tullii temporibus Heracleam tribuit, quum memorare Sirin debuisset. Sed ut consistamus in sorte Heracleae, floruisse urbem novam a Tarentinis institutam per multos annos inde colligi potest, quod belli a Tarentinis contra Messapios suscepti causa exstitit (Strab. VI, 281.) et sedes fuit conventus civitatium Magnae Graeciae (Strab. VI, 280.). Quodsi fides habenda est Parthenio Erot. c. 7. ex Phania Eresio referenti, Heraclea aliquando etiam tyrannum habuit. Praevaluisse autem Tarentinorum auctoritas videtur, donec Alexander Molossus ab iis arcessitus ad debellandos Bruttios advenit (Liv. VIII, 24. conf. Iustin. XII, 2.). Hic enim dominaturus potius quam auxiliaturus postquam Bruttios Lucanosque feliciter devicit, lacessitus a Tarentinis, res Graecorum ordinare, conventum civitatium Heracleae haberi solitum in agros Thuriorum transferre, urbes capere quum alias, tum Heracleam (Liv. l. c. Strab. VI, 280.). Mox tamen quum initio Olymp. 112. cum Metapontinis, Pediculis, Romanis amicitiam fecisset (Liv. VIII, 17.), bello a Bruttiis Lucanisque repetito ad Pandosiam urbem interfectus est (Iustin. XVII, 3. Liv. VIII, 24. conf. Strab. VI, 280. Pausan. I, 11, 3. Plin. H. N. III, 15. Plut. de fort. Rom. p. 326. (VII. p. 291. R.). Iam Alexander Molossus in Italiam profectus dicitur post inchoatam ab Alexandro M. expeditionem (Gell. XVII, 21.). Cum hac notitia facile conciliatur, quod Alexandri Molossi bellum Italicum ab Antipatro nuntiatum fertur Alexandro M. qui litteras acceperit post mortem Darii (Iustin. XII, 1.). Darius autem non ante Olymp. 112, 3. diem supremum obiit (Diod. XVII, 73.). Accedit quod, quo tempore Alexander Molossus in Italia interiit, Agidem Spartanorum regem contra Antipatrum belligerasse Iustinus narrat; quod bellum incidit in Olymp. 112, 3. (Diod. XVII, 63.). Hinc patet dubiam Livii (VIII, 3.) memoriam esse significantis Alexandrum Molossum in Italiam appulisse a. u. c. 414. i. e. initio Olymp. 110. periisse a. u. c. 428. i. e. Olymp. 113, 3. Recteque Lorentzius (l. c. p. 25.), qui belli ab Alexandro Molosso gesti initium sub finem Olymp. 111. ponit et regem suspicatur fere Olymp. 112, 2. obiisse, ut per triennium in Italia commoratus videatur. Quae si ita sunt, Heraclea circiter Olymp. 112, $\frac{1}{2}$. ab Alexandro Molosso capta esse existimanda erit. Post haec tempora sui iuris factam esse Heracleam nummi a civitate Heracleensium cusi testantur. Postea autem in bello a Romanis contra Tarentinos gesto post Pyrrhi

in Siciliam discessum Olymp. 125, 3. a. u. c. 476. a. Chr. 278. Heraclea a C. Fabricio foedere adstricta dicitur, quod prope singulare et aequissimum foedus vocat Cicero pro Balbo c. 22. Fuit igitur inter foederatas civitates, quae sui iuris essent, ut tamen ex foedere auxilia atque alia, de quibus convenisset, tenerentur mittere. Fundum factum esse populum Heracleensium, quum lege Iulia civitas data esset sociis (a. u. c. 664. a. Chr. 90.), Mazochius docta disputatione contendebat. Quam in rem satis est delegasse ad ea, quae contra disputavit Heyneus Opusc. II. p. 245. 246. not. Ceterum hodie neque Heracleae, quam sitam fuisse, ubi hodie Polychorum vulgo dicitur, Mazochius monuit (p. 110.), nec Siridis rudera supersunt (Bullett. dell' Instit. arch. Rom. 1830. p. 19.).

Sed ut ad tabulas nostras veniamus, magistratus eponymus Heracleensium ephorus est, ut in civitate a Tarentinis Lacedaemoniorum colonis condita. Neque opus est ut de numero quaeramus ephororum, quum satis constet, etiam Lacedaemone unum eorum fuisse ἐπώνυμον (cf. Thucyd. V, 19 cet.). Secundus magistratus polianomi sunt, bini quotannis; quem magistratum etiam Syracusis fuisse Auctor epist. Plat. XIII. significavit his verbis: ὅς τότε, ὅθ' ἡμεῖς ἀπεπλέομεν, ἐπολιανόμει: eodemque nomine praefectos ab Iulio Caesare urbi relictos ap. Dion. Cass. XLIV. audire monuit Mazochius. Tertius magistratus γραμματεὺς est (Tab. I. vs. 187.). Accedunt σιταγέρται et ipsi annui (vs. 102. 110. cf. n. 5640.). Decreta sanciuntur a populo Heracleensium ἐν κατακλήτῳ ἀλίᾳ (Tab. I. vs. 11. Tab. II. vs. 10. cf. Tab. I. vs. 99.) quae vox ἀλία nunc spiritu aspero caret, ut animadvertit Mazochius; id quod neglexit Ahrensius l. c. p. 137. Itaque aetate ea, qua haec monumenta exarata sunt, Heracleam civitatem fuisse liberam suique iuris sponte patet. Hic rerum status existimanti ex iis, quae paulo ante monuimus, incidit inter Olymp. 112, 2. et Olymp. 125, 3. exeunte quarto a. Chr. saeculo. Et Mazochio quidem tabulae positae videntur paulo post bellum, quo Alexander Molossus illas regiones concusserat, Heracleensibus tum libertatem plenam adeptis utpote ereptis ex manibus Tarentinorum. Quae coniectura eiusmodi est, ut neque impugnari argumentis satis idoneis nec defendi queat. Cautiusque de tempore, quo sui iuris facta civitas est, iudicavit Heyneus l. c. p. 241. monens leve esse Mazochii argumentum per Alexandrum Molossum Heracleam libertatis compotem factam esse asserentis. Illud autem facile largimur, si quis in ipso argumento tabularum vestigia renascentis libertatis deprehendere sibi videatur. Agitur enim in utraque de restituendis finibus agrorum sacrorum; cui curae bello sopito recuperataque libertate Heracleenses operam dedisse probabile est. Quod autem Mazochius monet statim ab asserta libertate nihil populo et magistratibus praevertendum ei curae fuisse, ut de civitatis quam optimo statu quam primum restituendo cogitarent, atque consentaneum esse initium cepisse ab instaurandis religionibus, hoc ita verum est, ut tamen nihil sit, cur id factum esse statim post bellum ab Alexandro Molosso gestum putemus. Immo vero qui diis agros restituerunt, eos probabile est non tum primum libertatem adeptos, sed aliquamdiu libera re publica usos esse. Dialectus tabularum Doris est severior diligenter servatis spiritu aspero Ⱶ et digammate quod vocatur Ϝ, de qua dialecto pluribus dicendi otium fecit H. L. Ahrensii liber de dialecto Dorica Gotting. 1843. 8. Tabulam I. anteriorem esse, tabulam II. posteriorem inde colligit Mazochius, quod quum in priore Doris constantior sit, in altera formae recentiores et orthographia Attica irrepserunt, ut ϝείκατι (p. ϝίκατι), τρεῖς (p. τρῖς), τέσσαρες (p. τέτορες), τεσσαράκοντα (p. τετρώκοντα), διακόσιοι (p. διακάτιοι). Quamquam etiam in Tab. I. fragmento Britannico vss. 40. 41. legitur τετρακόσιαι p. τετρακάτιαι, quod haud scio an Maittairii errori tribuendum sit. Eidem Ahrensius l. c. p. 160. tribuit formas χίλιαι, δισχίλιαι p. χήλιαι, δισχήλιαι vss. 36. 37. Sed paucorum tamen annorum inter utriusque tabulae confectionem intervallum intercedere et manifestum est ob finitorum nomina, quae eadem sunt in utraque tabula, et vidit Mazochius.

Tabula I. ex fragmento Britannico (vss. 1-48.) et tribus segmentis tabulae Neapolitanae composita argumento bipartito tota ad agros Bacchi pertinet, cuius cultus Heracleensis etiam nummis superstitibus confirmatur. Fragmentum Britannicum hinc inde mutilum maximam partem restitutum est a primo editore, a quo discessimus vs. 10. (ubi nos dedimus ὥριξαν et cum Mazochio ἐτέρμαξαν ex Tab. II. vss. 8. 9.) et vs. 27. ubi nos in lacuna inseruimus δέ. Prior pars post formulam dedicatoriam (vss. 1-7.) continet descriptionem agrorum a finitoribus publica auctoritate confectam (vss. 8-93.). Altera pars pactum de locatis Bacchi agris sistit (vss. 94-187.). Negotia inter duos annos partita sunt. Priore anno, quo Aristarchus Heraclidae f. ephorus, Philonymus Philonymi f. et Heraclidas Timocratis f. polianomi fuerunt (vss. 1. 165. 166.), dimensio, limitatio, terminatio, quadripartita divisio agrorum instituta est. Eodemque anno statim partem potiorem conductori locaverunt polianomi (vss. 165. 166.). Altero anno, quo Aristio ephorus, Timarchus Niconis f. et Apollonius Apollonii f. polianomi fuerunt, locatio perfecta litteris consignata exhibetur. Uterque titulus positus est eodem mense, Apellaeo. Finitores (ὁρισταὶ) numero quinque (vss. 3-7. et 96-98.) munere funguntur suo, praesidente geometra (vs. 187. de forma γαμέτρας vide Ahrensium l. c. p. 199.). Eorum est ὁρίζειν (finire), quod nunc sine spirito aspero scribitur ὀρίζειν, ut ὅρος, ὁριστής (conf. Ahrens. l. c. p. 36 sq.), τερμάζειν (delimitare), συμμετρεῖν (metiri, mensuram agere), μερίζειν s. κατατέμνειν μερίδας (dividere) vs. 10. (conf. Tab. II. vss. 8. 9.) Agri Bacchi sunt aut terra culta et aratro subacta ἐρρηγεῖα, i. e. ἐρρηγυῖα (vide Ahrens. l. c. p. 331.), aut non arata, quae quidem rursus aut σκῖρος est aut ἄρρηκτος aut δρυμός, de quibus copiose exposuit Mazochius p. 159.

232. Ἄῤῥηκτος γῆ, opposita γῇ ἐῤῥηγείᾳ, est terra quae frangi non potest διὰ τὸ πετρῶδες; σκῖρος autem terra est ut plurimum arboribus et fruticetis conspersa, docente Hesychio: σκεῖρα — χωρία ὕλην ἔχοντα εὐθετοῦσαν εἰς φρύγανα; qualem saltum silvestrem vocavit Mazochius allatis glossis vetustis, ex quibus saltus est ὑλώδης τόπος, et Festo: „saltum Aelius Gallus — ita definit: saltus est, ubi silvae et pastiones sunt, quorum causa casae quoque — si qua particula in eo saltu pastorum aut custodum causa aratur, ea res non peremit nomen saltui"; denique Varrone de l. Lat. V, 4. „quos agros non colebant propter silvas aut id genus, ubi pecus possit pasci et possidebant, ab usu suo saltus nominarunt"; et de re rustica II, 3. „quod potius silvestribus saltibus delectantur; studiose enim de agrestibus fruticibus pascuntur". Et sane vs. 144. docet ligna non solum ex silvis, sed etiam ex σκίροις peti potuisse. Tales saltus sicubi locis editioribus siti sunt, ἀκροσκιρίαι vocari videntur (vss. 65. 71.), quas ab ἀκρωρείᾳ Pandosiae ad radicem collis pertinuisse suspicatur Mazochius p. 188. 234. Postremo a σκίροις ita differunt δρυμοί, ut hi non nisi silvae sint condensae. In definitione locorum omnia fere nos lateant necesse est quippe notitia accurata destitutos. Ad orientem terminus agrorum Bacchi Aciris fuisse videtur: vss. 86-88. τὼς δὲ πάντας χώρως τὼς τῶ Διονύσω τερμάζοντι τοί τε ἄντομοι ὅ τε πὰρ τὰ Ἡρώδεια ἄγων καὶ ὁ πὰρ τὰ Φιντία ἀπὸ τᾶν ἀπορoᾶν ἄνωθα ἄχρι ἐς ποταμὸν τὸν Ἄκιριν. Conf. vss. 15-17. 88. Tab. II. vs. 23. Fluvius hic vocatur etiam simpliciter ὁ ποταμὸς vss. 22. 27. 33. 45. 51. 58. 66. 72. 81. 100. 107. Ἄντομος Mazochio videtur limes esse agrarius aestimanti ex eo quod Tab. II. vs. 65. dicitur: ἐπὶ τὸν ἄντομον τὸν διατάμνοντα τὼς χώρως, τὸν ἐτάμομες ἐκ τῶ ϝικατιδείω ἐς ποταμὸν πᾶσι χρῆσθαι τοῖς τὼς ἱαρὼς χώρως μεμισθωμένοις. Bene ille quidem; modo putetur simul via esse. Dicitur enim modo vs. 12. ἄγειν ὑπὲρ Πανδοσίας, ibid. διατέμνειν τώς τε ἱαρὼς χώρως καὶ τὰν ϝιδίαν γᾶν, vs. 13. ὁρίζειν τὼς τε τῶ Διονύσω χώρως καὶ τὸν Κωνέας ὁ Δίωνος ἐπαμώχη, modo inter terminos relictus esse ad latitudinem xx pedum vs. 62. τὰς μὲν στάλας ἐς τὰν ἱαρὰν γᾶν, τὼς δὲ ἀντόρως ἐς τὰν ϝιδίαν γᾶν καταλιπόντες ϝικατίπεδον ἄντομον, vs. 75. ἀντόρως ἀπέχοντας ἀπ' ἀλλάλων ὡς ἦμεν ϝικατίπεδον ἄντομον. Est igitur via distinguenda tamen ab ὁδῷ (ἁ τριακοντάπεδος ὁδὸς vss. 21. 25. 26. 31. 80. 82. 90. 91. 114. 159. 162. 167. conf. Tab. II. vs. 11. 14. 15. 17. ἁ ἑκατόμπεδος scil. ὁδὸς Tab. II. vs. 24. 31. 38. 47. 53. 60. 69. Ἡρακλεία ὁδὸς vs. 64. 70. Tab. II. vs. 25. 32. 38. 73. 81. 88. 107.) et ab ἁμαξιτῷ vs. 60. quae et ipsa ὁδὸς simpliciter vocatur vs. 73. Itaque ἄντομοι ὅ τε πὰρ τὰ Ἡρώδεια ἄγων καὶ ὁ πὰρ τὰ Φιντία sunt limites qui ab altera parte ducunt ad agros Herodis alicuius, non ad ἡρωΐδων μνημεῖα, ut interpretatus erat Mazochius (conf. vs. 180.), ab altera ad agros Phintiae (Phintias est Cratini filius vs. 168.): quorum quidem agrorum situm hodie nemo sibi videbitur posse reperire. Videtur autem alter fere ad septentrionem, alter ad meridiem vergere (cf. vss. 15-17.), ut ad occidentem quaerendae sint αἱ ἀπορoαί, locus, ut videtur, dictus ob rivos ibi defluentes interprete Mazochio p. 183. Iam ὁ ἄντομος ὁ πὰρ τὰ Ἡρώδεια ἄγων dicitur ille quidem etiam ὁ πὰρ Πανδοσίαν vs. 54. et ὁ ὑπὲρ Πανδοσίας ἄγων vss. 113. 114. unde apparet eum fere agros Pandosiae attingere. Pandosia autem monente Mazochio urbs illa est, inter quam et Heracleam Pyrrhus castra locavit teste Plutarcho Pyrrh. c. 16. bene distinguenda a Pandosia interitu Alexandri Molossi celebri, de cuius situ dicit Duc de Luynes Annal. Instit. Archaeol. Rom. T. V. 1833. p. 5 sqq. Putatur Pandosia Heracleensis sita fuisse in colle illo, cui Anglona oppidum episcopale insidet dirutum, cuius rudera a mari circiter septem, ab Heraclea quattuor millibus passuum distant (Mazoch. p. 104.). Hinc in occidentem ab Heraclea urbem collocavit Kiepertus (Atlas Hellen. tab. xxiv.). Nihil tamen inde emolumenti capimus ad cognitionem locorum, nisi quod agri Bacchi videntur inter Pandosiam et fluvium Acirin siti fuisse. Ad ἄντομον, qui ad Phintiae agros ducit, fuit διῶρυξ (vss. 59. 93.) et locus ἁ βυβλία (vs. 58.) s. ἁ βυβλίνα μασχάλα dictus (vs. 92.), in quam denominationem doctius quam verius commentatus est Mazochius p. 199 sqq. nisi quod recte videtur a vitis genere ex Byblo Phoenicia repetendo derivare; unde etiam Βύβλινος οἶνος Athen. I, 24. Ad quam interpretationem confirmandam facit etiam illud, quod qui illam partem prope agros Phintiae sitam conductam habet, ei praecipitur vs. 169. ut in vitibus colendis inprimis operam studiumque consumat.

Pars prior. Primum describitur agrorum sacrorum dimensio quadripartita (vss. 11-39.). Pars nunc μερὶς nunc μερεία dicitur. Notatur latitudo et longitudo partium singularum addita mensura terrae cultae (ἐῤῥηγείας) et terrae incultae (σκίρω καὶ ἀῤῥήκτω καὶ δρυμῶ). Mensura agitur per σχοίνως, ὀρέγματα, πόδας. Schoenum Aegyptiacum huc non quadrare vidit Mazochius. Nec magis huc facit σχοῖνος in Parthia receptus (Agathem. Geogr. in Geogr. vet. Gr. min. ed. Hudson. Vol. II. p. 166.). Est mensura rustica longitudinis multo minoris. Ὄρεγμα (proprie i. e. βῆμα Hesych.) coniecerit aliquis cum ὀργυιᾷ comparari posse ac pedum sex patuisse. Sed rem dirimunt positiones Tab. II. vss. 32-35.

	σχοῖνοι	138	ὀρέγματα	8.		
ψιλᾶς μὲν	„	133	„	26	ποῦς	1
ἀμπέλων δὲ	„	4	„	11	πόδες	3
	„	138	„	8		

ibid. vss. 47-49.

	σχοῖνοι	59½.		
ψιλᾶς μὲν	„	51	ὀρέγματα	7
ἀμπέλων δὲ	„	8	„	8
	„	59	„	15

ibid. vss. 53-56.

	σχοῖνοι	72	ὀρέγματα	8	πόδες	2.
fuerunt	„	63	„	12		
addita sunt	„	8	„	26	„	2
	„	72	„	8	„	2

ibid. vss. 59-62.

	σχοῖνοι	74	ὀρέγματα	2.
fuerunt	"	$66\frac{1}{2}$		
addita sunt	"	7	"	17
	"	74	"	2

Ex his apparet ὄρεγμα pedum IV patuisse, schoenum autem ὀρεγμάτων XXX, quum ἡμίσχοινον XV ὀρέγματα comprehendat, ac proinde schoenum fuisse aequalem pedibus CXX. Passus quidem Italicus ap. Plin. II, 23. non quattuor sed quinos continebat pedes. Itaque Mazochio pedis Heracleensis modus ita videtur maior Romano fuisse, ut Heracleenses quaterni quinos Romanos aequarent. Schoenus igitur quadrata h. e. area ad pedes Heracleenses CXX quaquaversum porrecta aequalis actui agrario fuerit necesse est. Dimensio particularum quattuor agrorum sacrorum ita se habet:

μερίδες·		σχοῖνοι·		
1.	ἐῤῥηγείας·	201.	σκίρω cet.	$646\frac{1}{2}$.
2.	"	273.	"	500.
3.	"	$312\frac{1}{2}$.	"	$557\frac{1}{2}$.
4.	"	$308\frac{1}{2}$.	"	$541\frac{1}{2}$.
κεφαλά	"	1095.	"	$2225\frac{1}{2}$.

Itaque caput agrorum omnium schoen. $3320\frac{1}{2}$.

Vs. 38. τὰν δὲ νᾶσον τὰν ποτιγεγενημέναν de terra per Acirin amnem aggesta accipit Mazochius. Est potius insula fluvialis, qualis memoratur Tab. II. vs. 101. Exponitur deinceps quantum ex his agris interceptum a privatis deo restitutum sit statimque locatum (vss. 39-53.). Interceptae autem sunt terrae cultae schoeni $303\frac{1}{2}$, incultae 435; et quidem

ex prima particula	terrae cultae schoeni:	terrae incultae schoeni:
	76	185
ex quarta "	$237\frac{1}{2}$	250
	$303\frac{1}{2}$	435

quae efficiunt caput: $738\frac{1}{2}$. Hanc terram finitores deo restituerunt ἐγδικαξάμενοι δίκας τριακοσταίας τοῖς τὰν ἱαρὰν γᾶν ϝιδίαν ποιόντασσιν (vss. 49. 50.). Locutio δίκας τριακοσταίας δικάζεσθαι redit etiam Tab. II. vs. 26. Mazochius eam de usura fructus percepti trigesimo quoque die pensitanda interpretatus est. At δικάζεσθαι δίκας non est multam irrogare, sed litem intendere. Id quod apertum est etiam ex Tab. II. vs. 26. καὶ τοὶ μὲν ἐρίξαντες ἀπέσταν, τοῖς δὲ ἐδικαξάμεθα δίκας τριακοσταίας, quorum sensum non percepit Mazochius. Alii enim sunt, qui post altercationem agrum reddiderunt, alii, quibus nolentibus reddere litem intenderunt finitores. Δίκας τριακοσταίας comparaveris cum iis quae apud Atticos δίκαι ἔμμηνοι vocantur (Meier et Schoemann Att. Proc. p. 695.). Additur postremo (vss. 50-53.): αὕτα ἐμισθώθη [ὡς ἔχει] κατὰ βίω [ἀφ᾽ ὧ]ν ἁμὲς κατεσώσαμες, τριακατίων μεδίμνων τὸ ϝέτος ἕκαστον. ἁ δὲ πᾶσα γᾶ ἁ τῶ Διονύσω τετρακατίων δέκα μεδίμνων, κάδδιχος, τὸ ϝέτος ἕκαστον. Supplementa sunt Mazochii, qui ὡς ἔχει sumpsit ex vs. 99. Itaque terra deo restituta schoen. $738\frac{1}{2}$ locatur medimnis CCC. ex quo apparet, quum omnes agri sacri medimnis CCCCX et cadd. I locentur, illam portionem fructuosissimam fuisse. Summae mercedis singulis particulis impositae in altera parte huius tabulae distributae habentur, ex qua (vs. 180.) pensitantur

in particulam		primam	med. 57	cad. 1
"	"	secundam ...	" 40	
"	"	tertiam	" 35	
"	"	quartam	" 278	
		summa	med. 410	cad. 1.

Mensurae frugum sunt medimnus, chus, caddichus, choenix. Ut a caddicho incipiamus, iam Mazochius Hesychii glossas assumpsit: κάδδιχον ἡμίεκτον — ἡμίεκτον τὸ τετραχοίνικον ὅ ἐστιν ἥμισυ τοῦ ἕκτου· ὁ γὰρ μέδιμνος χοινίκων τεσσαράκοντα ὀκτώ, οὕτως ἕκτον ὀκτὼ χοίνικες. Neque est cur medimnum nunc non octo et quadraginta choenices capere censeamus. Ex quo etiam caddichum partem medimni duodecimam posuit Mazochius, qui idem monet videri κάδδιχον (κατὰ δίχα) designare omne, quod bifariam dividatur. At positiones in tabula II. vs. 99. 106. obviae medimnum plus quindecim caddichos continuisse docent. Unde monente Boeckhio non improbabile fuerit, omnem rationem nobis ex metreta petendam esse. Quippe quum caddichus pro ἡμιέκτῳ habeatur, h. e. pro $\frac{1}{12}$ metretae, si medimni et metretae rationem ex Attica consuetudine 4.3 posueris, τὸ ἡμίεκτον metretae $\frac{1}{16}$ metretae fiet. Nec deest analogia in modio Romano, qui 16 sextarios continet. Hinc iam terni choenices complebunt caddichum, deni seni caddichi medimnum. Difficilior quaestio est de choe, Tab. II. vs. 35. 56. quem nunc mensuram aridorum partemque medimni deprehendimus (conf. Poll. IV, 168. 169.). Monet Boeckhius, quemadmodum congius apud Romanos $\frac{1}{8}$ amphorae est, dici posse medimni et chois rationem nunc esse 1.8 ita ut chus sit i. q. ἡμιμέδιμνος. Quamquam incommodum illud, quod Tab. II. vs. 63. habetur δυῶν καδδίχων, pro quo, si ratio illa valet, exspectaveris χοός. Quod autem attinet ad formam vocabuli vss. 52. 53. 180. κάδδιχος aut mutata constructione nominativus positus est pro genitivo, aut videndum ne κάδδιχος sit genitivus, ut heterocliti (κάδδιξ, ut est ἄδδιξ Poll. IV, 168.).

Tertio loco terminatio agrorum describitur (vss. 53-93.). Termini sunt ὅροι (στῆλαι, quos incipientes s. praesidentes vocant scriptores agrarii), ἄντοροι (ex adverso illis respondentes), μέσσοροι (medii, quos epipedonicos vocant). Hanc ὁροθεσίαν quoniam notitia locorum destitutis non licet exponere enucleatius, in vocabulis singulis explicandis immorabimur. Vss. 53. 54. πλευριὰς (sc. γραμμὴ) nunc substantivi loco positum latus significat, in quo qui defiguntur termini pleurici vocantur a Latinis (vide Goes. R. agr. p. 117.). Latus hoc remotissimum a mari est; hinc ἄνω additur (conf. vss. 77. 89.). Primi hi duo termini paulum removentur a loco ἀποῤῥοαὶ dicto in terram privatam, ne aggestu limoso obruti (de forma καταλυμακωθὴς vide Ahrens. l. c. p. 155.) exstinguerentur. Hic est sensus verborum vss. 56. 57. 59.

ubi repetitum TAN scalptoris incuriae tribuendum. Vs. 58. de βιβλίᾳ supra diximus. Vs. 60. 61. χάραδος i. e. χέραδος (conf. vs. 73.) videtur esse ripa calculis et arena tecta. Conf. Ahrens. de dial. Dor. p. 118. Vss. 64. 70. viae huius duo termini statuendi, hinc Heraclea (ἁ πόλις), illinc Pandosia. Vss. 65. 71. de ἀκροσκιρίαις, in qua voce spiritum asperum notabis admissum, supra occupavimus. Vs. 71. τυρεῖαι nunc locus est, ubi caseus conficitur. Vs. 84. de forma ἀνεπιγρόφως vide Ahrens. l. c. p. 120. Vs. 90. τέτρωρον (medio ω male ι appictum est) vel etiam numero plurali τέτρωρα (vs. 159.), vocabulum ab ὅροι compositum regionem designat quattuor terminis conspicuam, ut recte interpretatur Mazochius p. 197. Explicatur illud vss. 80. 81.

Pars altera: Συνθήκα Διονύσω χώρων. Primum in universum condiciones exponuntur, quibus agri sacri locantur (vss. 100-113.); deinde pacta ad singulos quattuor portionum conductores spectantia (vss. 113-179.); postremo nomina conductorum et praedium (vss. 179-186.). Locatio conductio fit in perpetuum (κατὰ βίω) in speciem emphyteuseos, annua mercedis pensione constituta et datis praedibus in quinquennium (vs. 105.). Si quis conductorum (τῶν μισθωσαμένων s. καρπιζομένων) improlis exsorsque vocis moriatur, civitati solida perceptio fructuum competit (vss. 151. 152.). Praes πρώγγυος (i. e. προὔγγυος, προέγγυος, unde verbum πρωγγυεύειν vs. 155.) τῶ σώματος est, in quo habes vetustum Romanorum morem, apud quos ante legem Papiriam latam creditori debitoris non modo bona sed etiam corpus obnoxium erat (conf. ad n. 4957. vss. 15-26.). De praedibus locus disertus est vss. 154-158. τὼς δὲ πρωγγύως τὼς ἀεὶ γενομένως πεπρωγγυευκῆμεν τῶν τε μισθωμάτων καὶ τῶν ἐπιζαμιωμάτων καὶ τῶν ἀμπωλημάτων καὶ τᾶν καταδικᾶν καὶ αὐτὼς καὶ τὰ χρήματα ἅ κα ἐπιμαρτυρήσωντι cet. ex quo obligantur tam ipsi, quam bona quae testato professi fuerint, ut annuae mercedes rite pensitentur, ut mulctae conductoribus irrogatae solvantur (ἐπιζαμιώματα, conf. vss. 127. 134.), ut ab eo, qui agri relocati annuam mercedem non solverit, summae ad damnum locati resarciendum impositae pendantur (τὰ ἀμπωλήματα conf. vs. 110.), ut denique poenae dentur (αἱ καταδίκαι), si quis officii neglecti καταδικασθῇ (conf. vss. 122. 143. 171.). De conductoribus et praedibus iurisdictio penes polianomos et sitagertas est (vss. 110. 111. 177.), quorum polianomi et ipsi ὑπεύθυνοι sunt populo (vss. 178. 179.). Merces quotannis pensitanda Πανάμω μηνὸς προτερείᾳ (vs. 101.), i. e. prima decade mensis Panemi; neque est cur dubitemus quin menses apud Tarentinos et Heracleenses in decadas fuerint divisi reliquorum Graecorum exemplo (Poll. I, 63.). Certe etiam in tit. Neap. n. 5785. habes Πανθεῶνος μηνὸς ἱσταμένου. Mensis autem Panemus respondebat Septembri, non Iulio, ut putabat Mazochius (vide C. F. Hermann de menolog. Graec. p. 73 sq.). Additur praeceptum, si maturius trituram frugum fecissent conductores (ἀποδίνωντι, conf. Ahrens. l. c. p. 339.): ἀπαξόντι ἐς τὸν δαμόσιον ῥογὸν cet. in quo ῥογὸς est horreum granarium (vide Ahrens. l. c. p. 395.), cui magistratus annui praesunt σιταγέρται; de choe (vs. 103.) ut mensura aridorum supra vidimus. Vs. 105 sq. „si cui alii tradiderint terram quam ipsi conduxerint (μεμισθώσωνται, vide Ahrens. l. c. p. 334.) vel exercuerint (ἀρτύσωντι), aut si fructus vendiderint, praedes praebebunt ii qui terram acceperint aut ii quibus aliquis exerceat terram aut ii qui vendiderint fructus, eodem modo (ἀν' αὐτὰ τά, conf. vs. 126.) quo primus conductor." Difficilior sententia est vss. 110. 111. „Qui non produxerit praedes vel non solverit mercedem, non solum annuam mercedem duplo rependet, sed etiam τὸ ἀναπώλημα solvet polianomis et sitagertis, quantum quidem decretum fuerit ut solvatur una cum mercede prima, quae summa eo maior erit, quo minore pretio agrum relocaverit per primos quinque annos." Ponitur igitur esse, qui primo quinquennio exacto praedes non produxerit et agrum per hos quinque annos relocaverit (id quod fieri potuisse ex vss. 105-108. patet), nec solverit mercedem. Ei irrogatur mulcta (ἀμπώλημα) eo maior, quo minore pretio relocaverit, solvenda una cum mercede prima, i. e. primum constituta. In alia omnia ivit Mazochius, qui interpretatur καὶ τὸ ἀμπώλημα, τοῖς δὲ πολιανόμοις cet. Post haec incipiunt pacta ad singulos conductores spectantia (vss. 113 sqq.). Portiones agrorum in priore titulo constitutae (μερίδες, μερεῖαι) nunc fere χῶροι appellantur. Definitur igitur deinceps quae unicuique conductorum singularum partium iniuncta officia sint, in quo quae de primo agro proferuntur, iis pacta maximam partem omnibus communia continentur. Hinc ad pluralem transit oratio vss. 116-148. οἱ μεμισθωμένοι, vs. 139. ἐν τοῖς χώροις τούτοις (conf. vs. 150.); hinc in sequentibus paragraphis ad illa ablegatur (vs. 169. 175. 176.). Vs. 118. θᾶσθαι est considerare, comparare. De forma verbi conf. Ahrens. l. c. p. 342. Vss. 120. 121. ἐνδεδιωκότα a novo verbo ἐνδιοῦν, quod significare videtur *omni cultu exstruere*. Vs. 121. de forma singulari γεγράψαται vid. Ahrens. l. c. p. 333. Ibid. ποτεχεῖ (i. e. προσεχεῖ) videtur adverbialiter dictum ut διπλεῖ vs. 109. Vs. 123. de nummo Siculo qui nunc pro drachma videtur esse, vide Boeckhium Disquisitt. metrol. p. 310 sqq. coll. Ahrens. l. c. p. 390. Vs. 124. de locutione μετ' αὐτὸς αὐτῶν vide Ahrens. l. c. p. 274 sq. Vs. 125. ἀμφίστασθαι est ἐξετάζειν, teste Hesychio s. v. Ibid. ἤ est εἰ, num; vide Ahrens. l. c. p. 380. Vs. 127. exspectaveris αἴ τινες; sed diserte EI exaratum docet etiam in hac tabula formas inesse ad usum communis linguae accedentes. Vs. 127. de forma ἐπελάσθω, quae numeri pluralis est, vide Ahrens. l. c. p. 195. 297. Vs. 129. πριῶ coniunctivus est verbi πριοῦν, cuius futurum habes vs. 135. Vs. 130. πολιστῶν pro genitivo primae declinationis haberi non potest, qui esset πολιστᾶν. Nec magis ὡς πολιστῶν cum Mazochio trahi ad sequentia potest (οὓς πολιστῶν). Neque Hesychii glossa: πολίστην· Σικελίαν ἀντὶ τοῦ νῆσον, quam affert Mazochius recteque interpretatur Ignarra de pal. Neap. p. 22. quidquam adstruit. Immo videtur

statui posse ἀπόλιστος i. e. ἄπολις, eo fere sensu dictum, quo dicitur περιπολιστικός, circumforaneus.

Quod paulo post (vs. 132.) τὰ πὰρ τὰ αὐτῶν χωρία ῥέοντα dicitur, nunc sunt αἱ τράφοι (i. e. τάφροι) αἱ διὰ τῶν χώρων ῥέωσαι καὶ οἱ ῥόοι, quae cavetur, ne suffodiantur neve perfodiantur ob aquam cet. praecipitur ut purgentur (ἀνκοθαρίοντι e. p. ἀνακαθαροῦσι, ut κοθαρὲς e. p. καθαρὸς vs. 103. conf. Ahrens. l. c. p. 120.). Vs. 133. ἀρασόντι videtur ab ἀράω verbo obsoleto derivandum esse, quod significat *laedere*. Cf. ἀρημένος in lexicis. Vs. 134. ἀὲς semel hoc loco, reliquis ἀεὶ scribitur (vide Arens. l. c. p. 379.). Deinde legitur ΕΠΙΚΑΤΑΒΑΝΟΝΤΙ (ἐπικαταβάνοντι), ita tamen ut in proclivi sit ΕΠΙΚΑΤΑΒΑΛΙΟΝΤΙ reponere, quod fecit Ahrens. l. c. p. 209. interpretans de mulctis irrogandis (conf. ἐπιβάλλειν apud Atticos). Vs. 136. τήνῳ i. e. ἐκείνῳ refertur ad οὐδὲ ἧς i. e. οὐδὲ εἷς; vide Ahrens. l. c. p. 154. 269. Γαιῶνες videntur esse colles s. sepes terreae. Eiusdem vocis forma reconditior ΓΑΕΩΝ habetur n. 5594. col. II. 83. 86. Halucinatur de hac voce Mazochius, cui melius successit interpretatio verbi sequentis σαρμεύειν, quod videtur esse *arenam effodere*; ad quam interpretationem deducit Hesychius v. σαρμός, σωρὸς γῆς — ἄλλοι ψάμμον. Hoc igitur interdicitur ne fiat nisi ad aedificandum; in quo cur οἰκοδομῆται pro perfecti coniunctivo habendum sit (Ahrens. l. c. p. 286. 333.), non video. Est praesens, ad quod refertur deinceps οἰκοδομησῆται cet. vs. 138. Vs. 137. τοφιῶνας lautumias tophaceas recte interpretatur Mazochius, qui Latinorum *tofus* a Graeco vocabulo repetit. Vs. 138. οἰκία nunc est villa rustica, qualis memoratur etiam Tab. II. vs. 44. 50., constans ex tribus his: βοῶνι, μυχῷ, ἀχυρίῳ. Ex his βοῶνα (bovile) ad ἀγροικίας rettulit etiam Hesychius s. v. Τὸν μυχὸν Mazochius secessum s. latrinam interpretatur parum probabiliter. Videtur potius statio esse ad asservanda ea, quae agriculturae necessaria sunt. Ad τὸν ἀχύριον pertinere videtur glossa Hesychii: ἄχυρος, ὁ ἀχυρών. Certe ὁ ἀχύριος potest esse palearium, ut interpretatur Mazochius. Vs. 142. ἐν τοῖς χρόνοις cet. Hoc tempus definitum est vs. 121. Vs. 145. καττὰς ῥήτρας i. e. κατὰ τοὺς νόμους. Apteque Mazochius ex Etymol. M. attulit: ῥήτρα - - Ταραντῖνοι δὲ νόμον καὶ οἷον ψήφισμα. Vox est Lacedaemone oriunda. Vss. 146. 147. ad casas (ἐποίκια) et ad vites iugandas lignis utantur quibus voluerint (δήλωνται, vide Ahrens. l. c. p. 150 sq.); ex aridis vero lignis caedant quaecunque ipsis ad villam rusticam necessaria fuerint. Vss. 149. 150. ὑπογράφεσθαι est pignori opponere, obligare; τίμαμα pretium pro fundo oppignerato acceptum, ut recte Mazochius. Hoc vetitum legibus (ῥήτραις) erat; hinc dicitur ὑπόλογος καττὰς ῥήτρας simpliciter (cf. ad vs. 145.). Vs. 152. ἐγϝηληθίωντι est i. q. ἐξειληθῶσι a verbo ἐξειλεῖν, ἐκβαλεῖν (conf. ἐξίλλειν), ut recte Ahrens. l. c. p. 160. 209. 292. interpretatur. Vs. 153. ἀνέωσθαι i. e. ἀνεῖσθαι; vide Ahrens. l. c. p. 344. Igitur si conductores bellis flagrantibus prohibentur quo minus utantur fruanturque agris, Heracleenses decernunt de rescindenda locatione. Vss. 154-156. supra explicavimus. Additur praedibus nullum locum esse infitiandi neque in controversiis repetendi actiones easdem omninoque nec civitati eos negotium facessere debere neque iis qui pro civitate agunt (i. e. polianomis et sitagertis). Ἀτελὲς est irritum.

Citius res in secundo et tertio conductore absolvitur vss. 158-164. Vs. 160. ὅσος κ᾽ εἶ i. e. ὅσσος κα ᾖ; vide Ahrens. l. c. p. 294. Illud additur ad indicandum agri ambitum breviter, ut in re, quam rursus describere enucleatius non opus sit. Vs. 164 sqq. quarti agri pars quoniam statim post dimensionem anno praecedente locata est (vss. 50. 51.), nunc id significatur memoratis utriusque anni ephoris et polianomis. In designandis finibus agri vitium irrepsisse videtur (ἀπὸ τῶ ἀντόμω τῶ τρίτω ἀπὸ τᾶς τριακοιταπέδω cet.). Voluit exarare aerarius ἀπὸ τῶ ἀντόμω τῶ δευτέρω ἀπὸ τᾶς τριακονταπέδω cet., vide vss. 30. 31. Vs. 168. παμωχεῖν *possidere*; vide Ahrens. l. c. p. 108. 201. 204. Conf. supra vs. 14. Ὁ ἀνελόμενος hic et vs. 176. eodem fere modo dicitur quo ὁ μισθωσάμενος reliquis locis. Vs. 169. καθὼς καὶ τὼς λοιπὼς γέγραπται scil. ἐργάζεσθαι. Vs. 171. προκαδδεδικάσθω, iam nunc praedamnatus esto. Vs. 172. συκίας nunc scriptum est pro συκέας, vide Ahrens. l. c. p. 121. Vs. 173. ad verba περισκάπτειν et ποτισκάπτειν apte Mazochius confert Columell. XI, 2. *omnes arbores fructiferae circumfossae aggerari debent, ut ante solstitium hoc opus peractum sit.* Περικόπτειν est *circumcidere*. Vs. 175. plantandae oleae in terra arboribus nuda respondentes arboribus ante satis parique numero. Vss. 176. 177. ἐν τοῖς χρόνοις τοῖς γεγραμμένοις vide vs. 121. Vss. 179-186. nomina conductorum et praedium. De singulis mercedibus supra occupavimus. In nominibus propriis memorabile est vss. 6. 9. Ἱστίειος (conf. ad n. 5475. 5594.), et vs. 180. Βορμίων, quod videtur esse pro Βρομίων (Βρόμιος, βρόμος) nisi est a voce βόρμος (avena) repetendum, quae vox tamen et ipsa videtur pro βρόμος dici (vide Hesych.). Restat ut dicendum sit de siglis insignibusque personarum nominibus praepositis. Quippe exceptis ephoris tribusque privatis (vs. 14. Κωνέας ὁ Δίωνος, vs. 168. Φιντίας ὁ Κρατίνω, vs. 180. ὁ Ἡρώδας, ut mittam vs. 187. ubi Χαιρέας Δάμωνος Νεαπολίτ[illegible] in quo notabis formam Νεαπολίτας pro Νεοπολίτας (conf. Introd. ad Neapol.), reliquorum, qui hac in tabula memorantur, hominum nominibus praemissa sigla sunt, non minus ignota illa, quam quae nominibus Tauromenitanis n. 5640. videmus apposita. Ea sigla sunt α̅, α̅ι̅, α̅λ̅, α̅σ̅, ϝ̅ε̅, κν, μ̅ε̅, π̅ε̅, quibus adduntur varia insignia, ut ἄνθεμα, ἄνθεμον, βότρυς, γυῖον (pes aut manus), ἔμβολος (rostrum navis), ἐπιστύλιον (capitulum columnae), θρῖναξ (tridens), καρύκειον (caduceus), κιβώτιον, λωτήριον (i. e. λουτήριον, vide Ahrens. l. c. p. 205.), πέλτα, σφαιρωτῆρες (lora calceorum), τρίπους. Sic memorantur:

polianomi: ʿα̅ ἄνθεμα, Φιλώνυμος Φιλωνύμω,
ʿα̅ ἔμβολος, Ἡρακλείδας Τιμοκράτιος vs. 166.
α̅σ̅ βότρυς, Τίμαρχος Νίκωνος,
ϝ̅ε̅ ἄνθεμον, Ἀπολλώνιος Ἀπολλωνίω vss. 95. 96.

finitores: ϝε τρίπους, Φιλώνυμος Ζωπυρίσκω,
πε καρύκειον, Ἀπολλώνιος Ἡρακλήτω,
αἰ πέλτα, Δάζιμος Πύῤῥω,
κν θρῖναξ, Φιλώτας Ἱστιείω,
με ἐπιστύλιον, Ἡρακλείδας Ζωπύρω vss. 3-7. 96-98. cf. Tab. II. vss. 2-4.

scriba: ϝε γυῖον, Ἀριστόδαμος Συμμάχω vs. 187.

conductores: με κιβώτιον, Βορμίων Φιλώτα vs. 180.
ἁ ἔμβολος, Δάμαρχος Φιλωνύμω vs. 182.
ϝε γυῖον, Πεισίας Λεοντίσκω vs. 183.
ἀλ λωτήριον, Φίλιππος Φιλίππω vss. 184. 185.

praedes: με κιβώτιον, Ἀρκὰς Φιλώτα vs. 181.
- - - - Θεόδωρος Θεοδώρω vs. 182. ubi insignia scribenti non innotuerant.
κν σφαιρωτῆρες, Ἀριστόδαμος - - - vs. 184. ubi patris nomen scribenti non innotuerat.
πε καρύκειον, Ἀπολλώνιος Ἡρακλήτω vss. 185. 186. qui idem finitor est vss. 4. 97. cf. Tab. II. vs. 3.

Quod cuivis primum in mentem venit, siglis his primam syllabam nominum contineri tribuum vel obarum, quibus singuli homines se adscriptos profiteantur, id qua solet prolixitate monuit Mazochius. Neque est cur de ea re dubitemus. Quum vero probabile sit Tarentinos institutis Lacedaemoniorum usos esse, ex quibus plurima transiissent in Heracleam ab iis conditam, videndum, ne tribuum obarumque rationem apud Heracleenses expressam ad illorum exemplum iure quodam arbitremur. Quodsi ita est, de antiquissima in tribus tres divisione cogitari nunc non posse sponte patet. At ne quinarius quidem numerus tribuum ex geographica populi divisione petitus (vide Vol. I. p. 609. *b.*) congruit. Fuerunt enim tribus Spartanae Pitana, Limnae, Mesoa, Cynosura, et coniiciente Boeckhio Dyme, quarum etiamsi quis Mesoa et Cynosura siglis ΜΕ et ΚΝ subesse credideris, tamen reliqua sigla interpretationem non nanciscuntur, quae insuper plura numero sunt quam pro quinque tribubus; ut tribuum nomina subesse vel sic statui nequeat. Restant obae triginta, in quas divisae tribus Spartanorum erant; quae et ipsae aliquando vago vocabuli usu φυλαὶ vocabantur (vide Vol. I. p. 609. *b.*). Talis oba videtur gens fuisse Aegidarum ab Herodoto IV, 149. memorata (conf. Vol. I. p. 65. *b.*); et coniecerit aliquis siglo ΑΙ ipsam illam Αἰγειδῶν subesse obam. Atque omnino gentes intelligi siglis illis etiam inde colligi potest, quod, quae in symbolorum speciem adscripta sunt insignia, ut ἄνθεμα, βότρυς, multo probabilius est ea ad gentes familiasque pertinere. In quo apte Mazochius monet saepe in monumentis, gemmis, annulis familiarum expressa esse insignia, atque etiam in nummis haud raro magistratuum nummariorum deprehendi διακριτικὰ ἐπίσημα, ut tripodem, flores et alia generis eiusdem. Conf. pag. 678. *b.* et Avellinus Observatt. in Francisci Carellii nummorum veterum Italiae descriptionem Neap. 1834. p. 12. At variant insignia ista in una eademque gente; sic:

ἁ ἄνθεμα vs. 166.
ἁ ἔμβολος vss. 166. 182.
ϝε ἄνθεμον vs. 96.
ϝε τρίπους vss. 3. 96. cf. T. II. vs. 2.
ϝε γυῖον vss. 183. 187.
κν θρῖναξ vss. 5. 98.
κν σφαιρωτῆρες vs. 184.
με ἐπιστύλιον vss. 6. 98.
με κιβώτιον vss. 179. 180.

Hinc apparet symbola illa non ad gentem designandam addita esse. Addita igitur videntur ad familias distinguendas. Itaque Pisias Leontisci f. et Aristodamus Symmachi f. quorum utrique praemissa sunt eadem insignia: ϝε γυῖον (vss. 183. 187.) et Bormio Philotae f. et Arcas Philotae f. qui notantur με κιβώτιον (vss. 179. 180.), utrique ad eandem familiam pertinere videntur.

Postremo quod in fine tituli post aliquot versuum intervallum incisum est Ν quid sibi velit, non liquet. Mazochio videtur numeri quinquagenarii signum esse, ut notetur in tabulario fuisse hoc aes pro quinquagesimo numeratum. Minus probabile est quod addit idem posse etiam pro numero XIII accipi.

Tabula II. in fine mutila est. Continetur dimensio et partitio locatioque agrorum Minervae Poliadi sacrorum, cuius deae cultus vel ab antiquissimis Siritidis incolis repetebatur (vide p. 703. *b.*). Finitores nunc tres sunt, iidem, qui etiam in Tab. I. recensentur; unde coniectura fieri potest paucorum annorum inter utriusque tabulae confectionem intervallum intercedere. In ephoro Dazimo huius tabulae atque ephoro Aristione Tab. I. vss. 95. 165. cur nomen patris omissum sit, Mazochius causam quaerit censetque ideo taceri utriusque patrem, quod uterque νόθος fuerit. Quaerere fortasse poterat maiori iure, cur Tab. I. vs. 1. ephoro Aristarcho patris adscriptum nomen sit. Nam in archontibus eponymis fere nomen patris exulare solet; nisi quod tituli a gente Dorica oriundi non certam quandam hac in re normam retentam docent. Ceterum praescripta huius tabulae a priore eo quoque differunt, quod mensis non indicatus est. Agri Minervae Poliadis ἐν Κοίλᾳ siti dicuntur, regione ita dicta, ut Κοίλη Atticae et Κοῖλα Euboeae (vide Leake Demi Att. ex translat. German. Westermanni p. 23. 228. 185.). Illam igitur regionem flumen Acirin tangere docent vss. 107. 108. Videtur autem Heraclea in orientem sita fuisse, ut suspicatur Mazochius, qui tamen quae de ichnographia habet p. 271. ea iusto confidentius dicta sunt. Quippe illi campus Minervae a septentrione Aciri alluebatur; ab occasu Heracleam aut contingebat aut ex vicino spectabat, a meridie via Heracleensi et ϝικατιδείῳ (ab ortu in occidentem) pervadebatur, denique orientem versus mare aut proxime aut ex vicino prospiciebat. Quae terminatio certe eo nomine falsa est, quod Aciris alium cursum tenet ac statuit Mazochius. Praeterea difficultas est in constituendo ϝικατιδείῳ, quod et ipsum unde denominatum sit, non liquet.

Nomen masculini generis est ὁ ϝικατίδειος (vss. 18. 42. 77.) unde corrigendum erat quod est vs. 37. ποττὸ ϝικατίδειον. Ἄντομον (vide ad Tab. I.) subiectum intelligendum esse bene suspicatur Mazochius. Statuit idem (p. 181.) antomum ϝικατίπεδον (viginti pedes latum) qui inde a vs. 72. memoratur, et antomum ϝικατίδειον limites maximos esse sese normaliter decussantes, ut alter cardini Latinorum, alter decumano maximo respondeat. Quumque ϝικατίπεδος nomine suo se prodat pedes xx in latum patuisse, quo ipso cardini respondeat, ϝικατίδειον antomum decumano maximo videri aequiparari, etsi vocabulo non satis diserte expressa sit latitudinis dupla ratio. Itaque ϝικατίδειος ei videtur esse antomus bis viginti pedes latus. Hoc vero est hariolari. Nemo enim intelligit, cur decumanus ille si intelligendus est, non τετρωκοντάπεδος dictus sit. Nimirum latet nos ratio nominis ex ϝίκατι formati. Tangebat autem hic antomus Acirin, ut docent verba vss. 45. 46. ἀπὸ τῶ ϝικατιδείω τῶ ποτ' Ἄκιριν. Nec magis verum videtur quod putat Mazochius viam ἑκατόμπεδον et viam Heracleensem iuxta Acirin fuisse παραλλήλους. Illud solum probabile utramque viam ab occasu in ortum progredi. Quod autem ad tabulam I. monuimus, hic quoque licet repetere, plurima inesse in hac expositione locorum, quae nos lateant necesse est. Terra omnis Minervae sacra aut ψιλὰ est aut ἄμπελοι (vss. 33. 34. 39. 40.). Dimensionis sectiones distingui tres possunt parum dilucide illae quidem compositae. In prima sectione, quae est vss. 10-41., quoniam ea pars agrorum antiquitus erat in γύας divisa, haec mensura retinetur a finitoribus, ut tamen aliquoties ad vulgarem mensuram per σχοίνως, ὀρέγματα, πόδας redigatur, de qua mensura supra occupavimus ad Tab. I. Iam ὁ γύης — is enim vocabuli nominativus est, ut docet vs. 13. τῶν γυᾶν, non ἁ γύα — videtur sane aream ἐπίπεδον significare in latum ac longum porrectam, ut apud Latinos iugerum, quod vulgo latitudine pedum cxx, longitudine ccxl definitur (Goes. Rei agr. auct. p. 291.); nisi quod triiugerum (τρίγυον) videmus etiam ad mensuram linearem indicandam esse adhibitum (vss. 31. 37.). In quo quum triiugerum latitudine efficiatur, mensura vulgaris habetur nunc cxxxviii σχοίν. viii ὀρεγμ. nunc cxxxix σχοίν. Utrobique terra collecta τρίγυον appellatur (vss. 29. 30. 36. 37. 40.). Unde colligas iugerum nunc circiter xlvi σχοίνων sive v.mdlx pedum patuisse. Sed utcunque se res habet, pars prima agrorum divisa fuit in γύας viginti (vss. 13-15.), in τριημίγυα decem (vss. 15-19.), in τρίγυα δύο (vss. 19-23. vss. 29-41.); ex quo etiam particulae singulae γύαι (vs. 13. διὰ τῶν γυᾶν), τριημίγυα (vs. 16. διὰ τῶν τριημιγύων), τρίγυα (vs. 19.) denominantur. Situs iugerum integrorum (γυᾶν) significatur vs. 11. ἀπὸ τῶ ἀντόμω τῶ ἀπὸ Καινᾶν ἄγοντος ἐπὶ τὰν ὁδὸν τὰν τριακοντάπεδον τὰν ἐπὶ θάλασσαν ἄγωσαν. Locus Καιναὶ dictus videtur ille quidem Heraclea in orientem situs fuisse; via xxx pedes lata (τριακοντάπεδος) num illa ipsa sit, quae etiam Tab. I. crebro memoratur, non liquet: potest tamen eadem esse. Inter utrumque terminum (Καινᾶς et τριακοντάπεδον) fuit βουβῆτις (vss. 13. 14.), quam pro via accepit Mazochius, nos pro fonte (κρήνη) habemus, quum dicatur ῥέωσα. Videtur dictus de bobus qui eum frequentabant (βοῦς, βαίνω). Cave autem putes βωβῆτις esse scribendum (vide Ahrens. l. c. p. 165. et 240.). Pergitur ad regionem τριημιγύων vs. 15. ἀπὸ δὲ τᾶς τριακονταπέδω ἐπὶ τὰν τριακοντάπεδον τὰν διὰ τῶν τριημιγύων ἄγωσαν, quae ita intelligit Mazochius, ut sit a via τριακονταπέδω usque ad eiusdem viae partem eam, quae per trihemigya ducit. Mire. Videtur potius diversa esse altera ab altera. Inter utramque igitur τριακοντάπεδον novem sunt τριημίγυα; decimum τριημίγυον trans viam τριακοντάπεδον, quae per trihemigya ducit, colligitur versus antomum ϝικατίδειον dictum (vss. 17-19.). Reliquus ager trans illam τριακοντάπεδον situs olim duo trigya efficiebat (vs. 20.). Haec tum quum finitores ad dimetiendos agros accedebant, οὐκ ἐξεπόϊον, i. e. non absolvebantur, ut recte Mazochius. Duo autem trigya sunt duodecim semiiugera, ex quibus quinque semiiugera tantum servata erant (πενθημίγυον vs. 20.), reliqua privati interceperant. Praeter hanc terram intercepta erat etiam ea, quae post antomum ϝικατίδειον ad flumen Acirin pertinuit inter viam hecatompedam et Heracleensem. Utraque terra deae restituta (de locutione δικάζεσθαι δίκας τριακοσταίας vide ad Tab. I. p. 707. *a*.), finitores primum cis antomum ϝικατίδειον duo illa trigya dimensi sunt adhibita simul mensura longitudinis usitatiore et additis locationis condicionibus (vss. 29-41.). Effecerunt autem primum trigyum propter trihemigyum illud decimum (vss. 18. 19.) ita, ut ad quinque illa semiiugera relicta (vs. 20.) adderent ex terra recuperata tantum, quantum satis esset ad explendam latitudinem triiugeralem (vss. 30. 31. ubi quod est ἔκπλεον, de eo vide Ahrens. l. c. p. 228.), quod trigyum longitudine terram inter viam hecatompedam et Heracleensem sitam explebat. Et haec quidem terra statim locata est in primum quinquennium (cf. ad Tab. I. vs. 105.) mercede constituta (in quo de mensura frugum vide ad Tab. I. p. 707. *b*.). Iuxta hoc trigyum alterum ad latitudinem trigyum dimensi sunt in longum patens quantum inter viam hecatompedam et Heracleensem fuit. Hic finitur prima sectio, in qua obiter monent finitores se etiam reliquam terram recuperatam καταδάσσασθαι καὶ πᾶξαι ὅρως ἐφ' ἑκάστας τᾶς μερίδος (vs. 28.). Haec reliqua terra sita fuit trans antomum ϝικατίδειον inter viam hecatompedam et Heracleensem versus flumen Acirin (vss. 23. 24.), et quidem usque ad antomum viginti pedes latum (ϝικατίπεδον vs. 72.), qui dicitur permeare agros sacros, excisus a finitoribus inde a ϝικατιδείω ad flumen Acirin usque, quo uterentur conductores agrorum (vss. 65-67.). Hunc tractum quomodo dimensi sint finitores, secunda sectione exponunt (vss. 42-71.). Distribuerunt autem in particulas quattuor adhibita mensura usitata per σχοίνως et additis locationis particularum singularum condicionibus. Iuxta viam hecatompedam porrigebatur ἀμπελωργικὰ γᾶ (vs. 43.), divisa in tria segmenta (διαστολάς), quibus accedit quartum, quod nunc δια-

στολὰ πλαγία dicitur (vs. 46.). Atque in prima quidem particula finitores ψιλὰν γᾶν et ἀμπέλως iunctim dimetiuntur (vss. 42-50.). In secunda, tertia, quarta divisione singulis particulis ψιλᾶς singula segmenta vitium tribuunt: secundae particulae primum segmentum, tertiae secundum, quartae tertium. Tertia haec διαστολὰ dicitur ποτικλαΐγωσα ποττὰν πόθοδον τὰν ὀκτάπεδον (conf. vs. 45.), in quo quod est verbum ποτικλαΐγω (ποτικλῄζω), idem redit vs. 107. ex quo verbo forma κλὰξ (vide Ahrens. l. c. p. 141.) explicari posse videtur. Dicitur autem illa διαστολὰ terminari s. claudi ad aditum cet. Cum hac dictione Mazochius bene confert Hygini ap. Goes. p. 181. *clusare latus*, et *angulus clusaris*, et Fabrett. Inscr. antt. p. 239. De οἰκίᾳ, quae in secunda particula (vs. 50.) fuisse dicitur, conf. ad Tab. I. vs. 138. Haec igitur finitoribus sectio secunda dimetientibus fuit. Sectio tertia incipit ab antomo viginti pedes lato (ϝικατιπέδω) usque ad flumen Acirin (vs. 71-111.). Ex particulis, in quas dividitur hic tractus, descriptae sex supersunt tabula extrema mutila. His quoque particulis ψιλᾶς singulis fere singula segmenta vitium tribuuntur a finitoribus, στάσεις ἀμπέλων vocata, quae vocabulorum variatio Mazochio inde videtur orta esse, quod in hac sectione singulis segmentis hic titulus inscriptus fuisset ΣΤΑΣΙΣ ΠΡΑΤΑ, ΣΤΑΣΙΣ ΔΕΥΤΕΡΑ cet. in illa autem ΔΙΑΣΤΟΛΑ ΠΡΑΤΑ, ΔΙΑΣΤΟΛΑ ΔΕΥΤΕΡΑ. Verum non apparet, cur illic vocabulum ΣΤΑΣΙΣ, hic vocabulum ΔΙΑΣΤΟΛΑ sit adhibitum. Prima στάσις videtur cis antomum ϝικατίδειον posita fuisse (ποττὸν ϝικατίδειον vs. 77. conf. vs. 18.); reliquae trans hunc antomum (ἀπὸ τῶ ϝικατιδείω vss. 84. 91. 97. 103. conf. vs. 23.). Etiam huius sectionis in particula secunda οἰκία dicitur fuisse (vs. 80. conf. vs. 50.). Latitudo particularum secundae, tertiae, quartae ἀπὸ τῶν ὅρων ἐπὶ τὼς ὅρως definitur, i. e. a terminis superioris particulae usque ad terminos insequentis. Quinta particula (vs. 101.) lata dicitur ἀπὸ τῶν ὅρων (sc. quartae particulae) ἐπὶ τὰν νᾶσον, quae insula videtur ad flumen Acirin fuisse. Similis insula memoratur Tab. I. vs. 38. Sextam partem (vs. 107.) efficit τὸ ἔγγωνον (sc. χωρίον) τὸ πὰρ τὰς ἀμπέλως, i. e. angulus iuxta vineas, cuius latera clusaria sunt ad viam Heracleensem et ad flumen Acirin (conf. ad vs. 69.). Huic particulae finitores attribuernnt ἀμπέλων ὀκτὼ σχοίνως ἡμίσχοινον τὰς ἐχομένας τῶ χωρί[ω τούτω, in quibus verbis perperam Mazochius mutatum ibat ΤΑΣ in ΓΑΣ. Quippe τὰς ἐχομένας pertinet ad σχοίνως. Lacunam explevimus pronomine τούτω; nam hoc ipsum illud ἔγγωνον est, quod dictum antea sextam effecisse particulam. Postremo notabis brevitatem dicendi in formula καὶ ἐγένετο vss. 82. 89. 95. 101. 108. quam formulam male interpretatur Mazochius. Intelligenda est ἁ μερὶς αὕτα, ut vss. 75. 76.

5776.

In lapide aëtoma repraesentante in regione Basilicata dicta prope *Metapontum* reperta. Dicit de hoc lapide Lombardi Memorie dell' Inst. Archeol. Rom. Fasc. III. p. 231. ubi etiam edita inscriptio est. Habeo etiam ex schedis Gerhardi.

Vix haec Graeca inscriptio est licet Graecis litteris concepta. Prima vox videtur esse Πωτεολ. quod in memoriam revocat Puteolos. Ceterum hinc inde occurrere videtur terminatio vocabulorum in ΩΜ, ut in nummis habes ΛΟΥΚΑΝΟΜ (Avellin. Opusc. II. p. 76 sq. et p. 157 sqq.). Conf. n. 5622.

5777.

In corona aurea effossa in sepulcro quodam regionis Basilicata. Corona est' ex foliis querneis et hedera cum glandibus et bacis hederae, item cum floribus rosarum similibus aliisque, quos caerulei lapilli exprimunt, insidentibus hinc inde apibus; in fronte sunt sex figurae elaboratae, quarum media et maxima alata est et vestita, capiti imposito calatho, ex quo flos eminet; pedes insistunt scabello, in quo est inscriptio. In latere scabelli utroque est pica, et pone utramque duae aliae. Nunc possidet rex Bavariae. Vide Raoul-Rochette Mém. de l'Acad. des inscr. cet. T. XIII. p. 653. n. 4. Gerhard Antike Bildwerke tab. LX. Edidit Avellinus Memor. della R. Accademia Ercolanese di archeologia. Nap. 1822. T. I. p. 207 sqq. cum commentario (conf. Kunstblatt 1823. p. 338.); ex eoque Lombardi Memorie dell' Instit. archeol. Rom. fasc. III. p. 247. idem Io. Petrettinus Annal. Vindob. T XXXV. 1823. Iul. Aug. Sept. Anzeigeblatt p. 33. Dicit de ea Welcker de Aeschyli trilogia Prometh. p. 597. qui coronam referendam putat ad Pythicam penteteridem: quod reiecit Minervinus (L'ant. lapida Napol. di Tettia Casta p. 22.). Corona est sepulcralis (conf. n. 5818. 5838).

Petrettini:	Avellino:
ΚΡΕΙΘΩΝ	ΚΡΕΙΘΩΝΙ
ΙΟΣΗΘΗΚΑ	ΟΣΗΘΗΚΗ
ΤΟΕΙΣΤΗ	ΤΟΕΙΣΤΗ
ΦΑΝΟΝ	ΦΑΝΟΝ

Κρειθώνιος ἤθηκα τὸ[ν] στήφανον.

Nomen Κρειθώνιος revocari potest ad Κρήθων Il. V, 542. ut ΕΙ scriptum sit pro Η. In ἤθηκα et στήφανον notabis barbarum usum litterae Η pro Ε. Cf. n. 6168.

5778.

In lamina aurea *Posidoniae* s. *Paesti* reperta; ediderunt Avellinus et Welckerus Mus. Rhen. 1835. p. 581 sqq.

Τᾶς ϑεοῦ τσ. παιδός εἰμι.

Inscriptionem vetustissimam esse litterarum formae docent. Ἁ ϑεοῦ παῖς Proserpina videtur Welckero, qui vocabulum decurtatum agnovit et ingeniose τ(ρι)σ(έμνου) subesse suspicatur, monens etiam in litteris ad me datis deos haud raro talibus compositis invocari, quo pertineant ἀριάγνη, τριφίλητος, πρευμενής. Certe et Ceres et Proserpina epitheto σεμνή gaudent (Hymn. Hom. in Cer. vs. 1. et 486. Cf. Creuzer Symb. et myth. Vol. IV. edit. 3. p. 335.). Videtur lamina haec statuae vel donario Proserpinae affixa fuisse.

5778. b.

In galea prope *Paestum* reperta quae asservatur in museo Neapolitano (conf. Gerhard et Panofka Neap. ant. Bildwerke I. p. 219.); ediderunt Millin Descr. des tomb. de Canosa, init. et Rose Inscr. Graec. vetust. Prolegg. Addend. (p. VI.) Habeo etiam ex schedis Rosii.

Millin:

ERIΘONAI

KEMΕ+ENAΛΑΤ

Rose:

EPIΦONAI

KEME+ENAI

Initio utriusque versus aliquid deesse coniicit Rosius qui transcripsit. Coniicias - - Ἐριφόνα [ἀνέϑη]κέ με sumens ἐριφόνα epitheton esse numinis, ut Dianae. In fine fuerit +ENAΓORAΣ (Ξεναγόρας), quo posito verba ad numerum senarii proxime accedunt.

5779.

In vase terrae coctae *Tarenti* reperto; edidit Millin Description d'un vase trouvé à Tarente, Par. 1814. 8. (conf. Magaz. encycl. 1815. T. I. p. 469 sqq.). Plane eadem inscriptio ex simillimo vase et ipso Tarenti, ut videtur, reperto edita est a Tochone d'Anneci in libello: Dissertation sur l'inscription grecque IACONOCΛYKION et sur les pierres antiques qui servaient de cachets aux medecins oculistes, Par. 1816. 4. (conf. Visconti Journ. des Sav. 1817. p. 167. et Millin Annal. encycl. 1818. T. III. p. 373 sqq.). Aliud exemplum eiusdem vasis cum eadem inscriptione fuit in museo Bartholdiano (vide Panofka Descr. Mus. Barthold. p. 77.).

IACONOC
ΛYKION

Ἰάσονος. Λύκιον.

De λυκίῳ conf. n. 5681. Vas est pharmacopolae, cuius nomen Iason. Similes inscriptiones Romanas collegit Tochon d' Anneci in libello supra citato. Inscriptionem ante Tochonem a Gerardo de Rossi similiter explicatam annotat Millinus Annal. encyclop. 1818. T. III. p. 373.

5780.

In caduceo aheneo, qui repertus in agro *Tarentino* a. 1795. asservatur Neapoli in museo Burbonico; edita est in Collect. inscr. Clem. Cardinalis Giorn. Arcad. T. XI. p. 232. Extat etiam in bibliotheca Gottingensi apographum, quod transcriptum misit Müllerus. Serpentes forma rotunda sunt, scapus angularis.

BΛATOIHI
KAΛATORAΣ
BAΛETΘIHI

Vs. 1. Card. BΛAΘIHI, vs. 3. BAΛEΘIHI.

His Müllero videbantur fines contineri versuum. Nam scapus videri potest abscissus esse eo loco quo incipit scriptura. Nec sane commode explicari potest titulus ut nunc se habet; praesertim quum vs. 1. idem perscriptum videtur, quod vs. 3. In medio apparet καλάτορας, i. e. *calatores*. Calatores sunt servi publici, qui sacerdotibus apparebant et munere praeconum simillimo fungebantur, unde Romanis calata comitia. Serv. ad Virgil. Georg. I, 268. Curiam Calabram sine calatione aperiri non potuisse monet Varro de ling. Lat. V, 1 extr. cf. Macrob. Sat. I, 15. Praeco igitur qui ad comitia convocat multitudinem, ipse calator audit. Vss. 1. 3. nomen urbis Aletiae (Strabo VI, 282.) tertio casu scriptum est orthographia insolentiore: Βαλετϑίᾳ pro Βαληϑίᾳ aut Βαλητίᾳ, quod nomen alii aliter scripserunt; vide lemma ad n. 5782.

5781.

In loco Fasano, ubi vetus *Gnathia* (*Egnatia*) fuit, in caduceo aheneo, litteris punctis delineatis; edidit Minervinus Bullett. dell' Inst. arch. 1845. p. 44 sq. conf. Bullett. arch. Napol. IV. p. 101. 111.

ΓNAΘINΩN   Γναϑίνων.

Hinc de orthographia et origine nominis urbis iudicari potest.

5782.

In lapide reperto inter rudera *Balesii* in Calabria; edidit Imm. Mola in Diario Neapolit. litter. Vol. 101. et deinde Cantinus Inscr. Acad. Columb. Florent. T. I. 1800. p. 72. Locus antiquitus Melae II, 4, 7. est *Valetium*, Plinio III, 16. *Balesium*, in itin. Hieros. p. 609. *Valentia*, in tab. Peuting. *Balentium*, Straboni VI, 282. Ἀλητία, ubi fortasse scribendum Βαλητία, ut iam alii voluerunt. Conf. ad n. 5780.

ΤΑΒΑRΑΔΑΜΑΤRΙΑ

Ταβάρα Δαματρία.

Quid sit ταβάρα, non liquet. Lapis pro pondere Cereali habetur. Lapides inscripti ΤΑΒΑΡΑ plures reperti sunt in ea regione.

5783.

Brundisii pro foribus aedium Diomedis Athenaei medici in basi; edidit Fulvius Ursinus Imagg. 1570. p. 72. aeri incisam. Apographum Pighianum editum est in Smetii collect. inscr. ed. I. Lipsio, 1588. fol. p. LXXXIV. 5. unde repetiit Gruterus p. CCCCVI. 2. Graeca citat Kirchmannus de funeribus Rom. 1605. II, 25. ex quo sumpsit Paciaud. Monum. Pelopon. Vol. II. p. 26. Extat etiam in chartis Spanhemianis ex schedis Duperac, et in cod. Vatic. n. 5241. p. 572. unde transcriptum misit Niebuhrius.

ΕΥΚΡΑΤΙΔΑΣΠΕΙΣΙΔΑΜΟΥΡΟΔΙΟΣ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΣΕΠΙΚΟΥΡΕΙΟΣΤΟΝ
ΤΟΠΟΝΤΗΣΒΡΟΥΝΔΕΣΙΝΩΝΒΟΥ
ΛΗΣΕΙΣΤΑΦΗΝΨΗΦΙΣΑΜΕΝΗΣ
EVCRATIDAS.ΠISIDAMI.F.RHODIVS
PHILOSOPHVS.EPICVREVS.L.P.D.D.D

Apud Smetium liberius distincti versus sunt et forma C est pro Σ. Apographum quod est in cod. Vatic. idem est atque Ursini. Apud Gruterum etiam Ligorii varietas lectionis annotatur. Vs. 1. Duperac ΠЄΙΣΙ cet. Vs. 3. Smet. ΒΡΕΝΔΕCΙΝѠΝ, Urs. ΒΡΟΥΝΤΕΣΙΝΩΝ, Dup. ΒΡΟΥΝΔΕΣΙΝΩΝ, Lig. ΒΡΟΝΤΕΣΙΝѠΝ. Vs. 4. Smet. ΨΗΦΙΖΑΜΕΝΗC, Lig. ΨΗΦΙΣΑΜΕΝΟΣ, Dup. ... ΡΙΣΑΜΕΝΗΣ, Urs. quod dedi. Vs. 6. Urs. EPICVRIVS, Lig. EPICVREIVS, Smet. Dup. EPICVREVS.

Εὐκρατίδας Πεισιδάμου Ῥόδιος, φιλόσοφος Ἐπικούρειος, τὸν τόπον τῆς Βρουνδεσίνων βουλῆς εἰς ταφὴν ψηφισαμένης.
Eucratidas Pisidami f. Rhodius, philosophus Epicureus, l(oco) p(ublico) d(ato) d(ecreto) D(ecurionum).

Brundisium Graecis Βρεντέσιον est (Strab. VI, 282. et Polybius, ut praebent codices) vel Βρεντήσιον (Steph. Byz. v.) vel Βρενδέσιον (Ptolem.). Lapis noster videtur etiam Βρουνδέσιον praestare. Conf. n. 5784.

5784.

In lapide qui ubi repertus sit non constat. Inest anaglyphum, in quo mulier sedens adstante puerulo. Edidit Biagi Collect. Mus. Nan. n. 100. Monum. Graec. n. XVII. aeri incisam.

Supra: ΤΕΡΤΙΑΙΑΣΟΝΘΣ
ΒΡΕΝΤΕΣΙΝΗ
ΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ

Infra: ΙΑΣΩΝΧΑΙΡΕ

Τερτία Ἰάσονος Βρεντεσίνη χρηστὴ χαῖρε.
Ἰάσων χαῖρε.
De voce Βρεντεσίνη conf. n. 5783.

B. *CAMPANIA:* NEAPOLIS, PUTEOLI, VICINIA BAIARUM, CUMAE, INSULA AENARIA, HERCULANUM, POMPEII, STABIAE, SURRENTUM, CAPREAE, CANUSIUM, CALATIA, CAPUA.

In titulis Neapolitanis ordinandis primum posui titulos dedicatorios praemisso maiore fragmento de donatione phratriaca, deinde honorarios, quorum agmen claudunt agonistici, tum titulos operibus publicis impositos et si qui sunt ex monumentis artis decerpti, postremo epitaphia. Hic etsi inscriptionum fons non abundanter fluit, tamen visum est de fatis urbis celebris pauca praefari.

1. Ut de initiis urbis incipiam, regio videtur olim dicta fuisse Phalerum (Steph. Byz. v. Φάληρον), quod nomen sane originem Pelasgicam testatur (cf. Ignarra de phratr. p. 80 sq.). Colonis mature Thessalos fuisse admixtos arguit Statius Neapolitanus Silv. IV, 8. qui urbem, an regionem Palaepolitanam Eumelin vocat manifesto de Eumelo Pheretiada Admeti filio denominatam, cuius herois cultum per coloniam Euboicam delatum esse Neapolim ibidem significatur; unde et Neapolitani apud Silium XII, 158. ex vera Ignarrae correctione Pheretiadae appellantur poetice, et phratria Eumelidarum denominationem habet (vide §. 2.). Accedunt Rhodii, qui urbem condidisse Parthenopen feruntur (Strab. XIV, 654. Steph. Byz. v. Παρθενόπη), sumpta, ut vulgo putant, de Sirene fabulosa denominatione (cf. Ignarra

l. c. p. 74 sq.). Sed urbem, quam deinceps Cumani coluerunt (Vell. Paterc. I, 4. Liv. VIII, 22. Plin. H. N. III, 9.) a Chalcidensibus et Aeolensibus quibusdam oriundi (Scymni Chii Perieg. p. 238. 39.), Palaepolin vocitarunt post Neapolim vicinam a diversis gentibus Graecis conditam: id quod factum esse circiter Olymp. 91. coniecit Niebuhrius (Vorträge üb. Röm. Gesch. I. p. 473.). Condendae autem novae urbis partem habuerunt Chalcidenses, Pithecussaei, Athenienses (Strab. V, 246.). Palaepolis, ait Livius VIII, 2., fuit haud procul inde ubi nunc Neapolis sita est; duabus urbibus populus idem habitabat. Urbes a Pausilypo diremptas fuisse ita ut vetus Neapolis mediam urbem hodiernam occuparet, monet Niebuhrius l. c. Iam Palaepolitani quidem stolide sollicitatis Romanis a. u. c. 428. a. Chr. 326. in potestatem eorum venerunt, videturque urbs Palaepolis tum funditus delata esse (vide Niebuhr. l. c. p. 475.). Neapolitani autem foedus icerunt cum Romanis honorificum (Liv. VIII, 26. conf. Polyb. VI, 14.). Hinc nummos, in quibus scriptum est ΝΕΟΠΟΛΙΤΩΝ, non ultra hanc epocham foederis Neapolitani retrahendos esse censet Ignarra. Eodemque tempore factum videtur, quod narrat Strabo V, 246. Neapolitanos obortis dissidiis coactos esse in civitatem recipere Campanos sibi infensissimos (cf. Ignarra l. c. p. 196 sq.). Sed quum populus Neapolitanus ex gentibus stirpis Ionicae habeatur compositus, satis mira est inscriptio nummi apud Eckhelium Syll. I. tab. 1. ΝΕΟΠΟΛΙΤΑΣ et alius nummi musei Berolinensis ΝΕΟΠΟΛΙΤΑΝ, quam dialectum Doricam ex colonia Rhodiorum repetendum esse arbitratur Heynius Opusc. II. p. 268. Vix recte. Ceterum formam rariorem ΝΕΑΠΟΛΙΤΗΣ p. ΝΕΟΠΟΛΙΤΗΣ in nummis obviam (cf. Letronn. Revue de philologie T. I. p. 400.) tuetur lectio aeris Heracleensis n. 5774. 5775. tab. I. extr.

2. Quemadmodum Thuriis decem tribus institutae sunt, ex sua cuique gente indito nomine (Diod. Sic. XII.), ita etiam Neapoli cives in gentes sive curias distributi erant, quae φρητρίαι vocabantur (Strab. V, 246. Varro de ling. Lat. IV, 15. V, 25. Bip.), ex diversis singulae colonorum agminibus compositae. De phratriis Neapolitanis bene meritus est Ignarra licet prolixius is disputans in libro citato de phratriis primis Graecorum politicis societatibus Neap. 1797. 4. Disputarunt de phratriis Salmasius ad ius Att. et Rom. c. 4. p. 89 sqq. Vandalius Diss. p. 728 sq. Buttmannus Mythol. II. p. 318 sqq. Mitto Martorelli commenta Thec. cal. II. p. 591 sqq. et Mazzarella-Farao Sulle XII fratrie attico-neapolitane, quem librum non vidi. Ut post ea quae a Boeckhio dicta sunt Vol. II. p. 650. paucis defungar, Ignarra satis docuit φρατρίαν curiam, φράτορα curionem, φρατριέας curiales esse: nam Neapoli nullum inter gentem et curiam discrimen; ut nec Gallandus Thes. Ant. Gr. Vol. VII. p. 376. accurate φρήτορας interpretatus sit gentiles et frustra de hac re laboraverit Gronovius Thes. Vol. VII. p. 15. Phratriae igitur singulae ex familiis eiusdem populi compositae communionis auctorem sacraque sua patria habebant. In diis phratriarum distinguendi sunt phratrii (θεοὶ φρήτριοι n. 5785. 5787. 5802. b. θεοὶ φρήτορες n. 5788. 5869.) et dii gentis (θεοὶ πατρῷοι n. 5786.); ab his gentes singulae sese ortas gloriabantur, illi ipsis phratriam constituentibus praeerant. Sic Eumelidarum phratriae Eumelus θεὸς πατρῷος est, quod Eumelidae ab Eumelo originem ducebant, sed simul iis est phratrius, quia ipsorum praeest phratriae (n. 5786.). Alii rursus sunt dii patrii, quos universa civitas venerabatur (Creuzer Symb. III. edit. 3. p. 580. C. Hermann. Enchir. antiq. Gr. II. p. 28.), ut Neapoli sunt Apollo, Ceres Actaea, Dioscuri, quos ex Palaepoli transmissos patrios penates vocat Statius Silv. IV, 8. qui quam dicit felicem Eumelin, ea etsi proprie est phratria Eumelidarum, tamen nunc pro urbe tota dicitur. Unde etiam in phratria Eumelidarum statuae araeque Dioscurorum positae (n. 5805.), Dioscuris urbique exstructum templum (n. 5791.), atque in nummis Neapolitanis alter Dioscurorum expressus, ut post Ignarram (l. c. p. 178.) putat Avellinus (Opusc. II. p. 46.). Falsus autem est Ignarra, qui etsi bene distinguit deos phratrios et patrios (p. 95.), tamen Eumelum, qui Eumelidis θεὸς πατρῷος est, tanquam deum patriae habitum esse arbitratur, non solum ab Eumelidis, sed etiam ab iis populis advenis, quos Eumelidae in societatem civitatis recepissent (p. 97.). Cautius de his iudicavit Avellinus Bullett. arch. Napol. 1843. p. 23. Ceterum phratrias consentaneum est unum θεὸν πατρῷον habuisse, plures phratrios (n. 5785. 5787.). Magistratus singularum phratriarum fuerunt φρήταρχος, χαλκολόγοι, φροντιστής, διοικηταί (n. 5785.). Ex his φρήταρχος i. e. φρατρίαρχος curiae magister est, ut cum Plauto loquar (Aulul. II, 1, 29. III, 2, 3.); χαλκολόγοι sunt exactores, qui aera i. e. pecunias colligebant (cf. ad n. 5785. vs. 15.); φροντιστής, qui memoratur n. 5785. 5786. est fisci procurator ex usu inferioris Graecitatis (cf. Vol. II. n. 3612.), ut ἐπιμελητής apud Atticos; denique διοικηταὶ sunt administratores s. oeconomi. Phretarchum annuum magistratum fuisse putabat Ignarra. Locus ubi conveniebant phratores eiusdem phratriae, φρήτριον (φράτριον Pollux III, 52.), dicebatur, ut colligi potest ex inscriptione Latina ap. Gruter. p. CCXIV. CCXV. 1. (Orell. n. 3787. 3788.) ubi curia Augustalium phetrium i. e. phretrium vocatur (conf. A. W. Zumptius de Augustalibus et seviris August. 1846. p. 44.); vel φρητρία n. 5805. quemadmodum etiam curiae duplex significatio est. Idem autem denotare videtur ἀγορευτήριον n. 5789. quod proprie locus est, ubi concionabantur phratores. Nam ἀγορεύειν est i. q. δημηγορεῖν. Conventus phratriae est ἄγαῤῥις n. 5785. vocabulo ab ἀγείρειν ut videtur repetendo, ut ἄγερσις mutatum sit in ἄγεῤῥις assumpta littera α pro ε. Certe Hesychio ἄγαῤῥις est ἄθροισις ἢ πλῆθος, συναγωγή emendante Ruhnkenio. Ceterum, ne quid omittam, vocabulo non intellecto, ΑΓΑΡΡΕΥΣ pro nova phratria venditavit Martorellus (Thec. cal. T. II. p. 630.).

Phratriarum aliae vetustiores sunt, utpote ex Palaepoli translatae, aliae recentiores. Denomina-

bantur autem aliae patronymicis, aliae aliis nominibus, ut gentes Atticae. Innotuerunt phratriae hae:

Εὐμηλίδαι ab Eumelo Pheretiada, Admeti filio, Homericis carminibus nobilitato dicti (n. 5786. 5805.). Hanc phratriam Pelasgicam vocat Ignarra, quippe ex Pelasgiotide, ubi regnavit Eumelus, oriundam atque omnino vetustissimam esse vel inde patet quod Statius l. c. urbem totam Eumelin appellat utpote ab Eumelidis origines ducentem; neque enim ille phratriam Eumelidarum solam alloquitur, quae Martorelli sententia fuit. Idem Statius docet Eumelidas pro Abantum progenie habitos esse. Itaque Euboica colonia Neapolim vel potius Palaepolin traduxit Eumelidas, tanta vetustate celebres, ut pro primis urbis incolis haberi possent. Eumelum pro patre Parthenopes venditavit Reinesius Synt. p. 179. 180. satis ille refutatus a Martorello Thec. cal. p. 615. et ab Ignarra de phratr. p. 100. Altius hariolatur Macciucca de ant. colon. Neap. T. I. p. 269. Eumelum Phoenicium nomen fingens.

Εὐνοστίδαι, quae phratria memoratur n. 5818. et in titulo Latino ap. Fabrett. c. VI. p. 462. qui haec habet:

P·SVFENATI·P·F·
PAL·SEVERO·SEMPRO
NIANO·DECVRIALI
SCRIBARVM·AEDILIVM·CVRV
LIVM·FRETRIACO·NEAPOLI·EV
NOSTIDON·DECVRIONI·ET
SACERDOTI·APOLLI
NIS·ALBANI·LONG
ANI·BOVILLENSES·OB·MERI
TA·SVFENATIS·HER
METIS·PATRIS·EIVS
L·D·D·D·

Phratriam Fabrettus ab Eunosto repetit heroe Tanagrae Boeoticae culto, de quo multus est Plutarchus Quaest. Gr. 40. T. II. p. 230. ed. Wytt. Quod probans Ignarra Eunostidas ait fuisse Tanagraeos Boeotiae; neque id incredibile; praeterea argumento utitur etiam eo, quod Neapoli in regione Portus parieti affixum marmor extat, in quo repraesentatur Orion (conf. Capac. Hist. Neap. T. I. c. 14. p. 227.), cuius herois monumentum etiam Tanagrae monstrabatur (Pausan. IX, 20, 3.). Tertiumque ei argumentum est Lenaeon mensis (n. 5838.), a Boeotis repetendus. Quibus argumentis erit qui minus nitendum putaverit. De vetustate mensis Lenaeonis cf. C. Hermannus Die griech. Monatskunde p. 16. Hic autem mensis Ionicus est; quamquam inde non coniecerim de colonia Atheniensi Neapolim deducta (Minervinus L'ant. lap. Nap. di Tettia Casta p. 8.). Certum illud, Eunostidas ab heroe Eunosto repetiisse originem suam. Itaque ut Eumelidis Eumelus, ita Eunostidis Eunostus θεὸς πατρῷος fuerit. Mitto commenta Martorelli satis illa castigata ab Ignarra.

Θεωτάδαι, ab ignoto quodam heroe Theota dicti, ut Butadae Atheniensium a Buta (n. 5787.). Phratriam hanc recte agnoverunt Reinesius Synt. inscr. Cl. VI. 37. Mazochius de cathedr. eccles. Neapol. p. 140. Avellinus Bullett. arch. Nap. ann. I. 1843. p. 22 sqq.

Παγκλεῖδαι, ab heroe quodam Pancle, ignoto illo quidem, sed ideo non magis expellendo, quam Theota (n. 5789.). Frustraque laborat Ignarra l. c. p. 171 sq. ut demonstret ΠΑΝΗΛΕΙΔΩΝ scribendum esse: quippe non reputavit, si ab Elide repetendum vocabulum esset, Πανηλεῖοι dicendum fuisse, ut Πανέλληνες, Παναχαιοί, non Πανηλεῖδαι; quae forma patronymica ipsa deducit ad originem ab heroe quodam repetendam.

Ἀριστταῖοι (n. 5785.) unde dicti sint non liquet. Nec Mazochii (Cathedr. Neap. p. 140.) commentum, qui ab Ἄρης derivandum vocabulum putat, nec Martorelli (Thec. cal. p. 629.), qui ab heroe quodam Aristo, ferri potest. Paulo credibiliore modo Ignarra (de phratr. p. 138.), qui de Artemide Arista Athenis culta (Pausan. I, 29.) cogitavit, ut Aristaei ex colonia Atheniensium nati viderentur, quibus Neapolitani etiam lampadephoriae certamen in honorem Cereris institutum (conf. Vol. I. ad n. 287.) deberent. At parum tamen hoc probabile est. Cei Apollinem et Iovem Aristaeum habuerunt (cf. Boeckh. Vol. II. ad n. 2364.). De eo cognomento cogitare licet etiam in Aristaeis Neapolitanis.

Ἀρτεμίσιοι (n. 5798.). Ignarrae de Artemisio Euboeae promontorio denominati videntur, quum constet Euboeenses in primis conditoribus Neapolis numerari. De veritate coniecturae est cur dubites. Illud constat ex nummis, Dianae cultum floruisse Neapoli.

Κυμαῖοι (n. 5788.) sunt Cumani conditores novae urbis Neapolis, origine Chalcidenses (vide paulo ante p. 715. *a*.).

Οἰνωναῖοι, quam phratriam praestare titulus n. 5797. videtur, undecunque denominatam. Neque enim patet ab Οἰνόῃ Attica repetendum vocabulum esse, cum qua etiam Strabo IX, 375. vetustum Aeginae nomen Οἰνώνη composuit, loco non extra controversiam posito. Certe Athenienses quidem olim a Neapolitanis in civitatem receptos esse constat (Strab. V, 246.). Ut autem non improbabile putem Oenonaeos Neapolitanos origine fuisse Oenaeos Atticos facit titulus Deliacus Vol. II. n. 2299. quem Apollonius Neapolita sacerdotio fungente Sosione Oenaeo posuit. De Atheniensibus aut Aeginetis cogitavit etiam Ignarra de phratriis p. 174.

Ἀντινοῖται, phratria a Neapolitanis in gratiam Hadriani Imperatoris instituta, nota ex inscriptione Latina apud Fabrett. Inscr. p. 456.

P·SVFENATI·P·F·PAL·MYRONI
EQVITI·ROMANO·DECV
RIALI·SCRIBARVM·AEDILI
VM·LVPERCO·LAVRENTI
LAVINATI·FRETRIACO·NEAPOLI·ANTI
NOITON·ET·EVNOSTIDON·DE
CVRIONI·IIII·VIRO·ALBA
NI·LONGANI·BOVILLEN
SES·DECVRIONES·OB·ME
RITA·EIVS·L·D·D·D·

Quam inscriptionem qui repetiit Ignarra l. c. p. 198. statuit Antinoi templum ibi stetisse, ubi postea aedes S. Ioannis maioris exstructa fuerit. Quod autem ex mense Neapolitano Pantheone collegit Neapoli ab Hadriano Pantheum exstructum esse, in quo coleretur Antinous, idque Pantheum ipsum illud Antinoi templum fuisse, libidine quadam coniiciendi abreptus fecisse putandus est. De Antinoi apotheosi nota omnia. Memorabilis Sufenas duabus simul phratriis adscriptus; nisi forte coniicias Eunostidarum phratriam et Antinoitarum unam fuisse, ut qui antea Eunostidae postea novo titulo assumpto etiam Antinoitae vocarentur: certe Antinoitas non est credibile peculiarem gentem constituisse aliunde advectam.

Haec hactenus de phratriis, quarum denominationes innotuerunt. Progressu temporis Ignarra suspicatur abolito phratriae vocabulo ad exemplum Romanorum Neapoli introductas regiones esse, ut, quae antea phratria, deinceps regio diceretur gentis illius, ex qua phratria denominabatur. Hoc demonstratum ivit titulo Latino (ap. Gruter. p. CCCCXXXIX. 6.) ad Neapolim coloniam Romanam pertinente, ex quo regio primaria splendidissima Herculanensium L. Munatio Concessiano v. p. patrono coloniae statuam ponendam decrevit quo tempore etiam Munatii Concessiani filii demarchia cumulatiore sumptu liberalitatis abundantia[m] universis exhibuit civibus. Qui titulus in agro Neapolitano repertus ut vel ob demarchiae mentionem dubitari non potest quin Neapolitanus sit, ita facile largimur quinto fere saeculo assignandum titulum esse. Sed quod Ignarra inde collegit de regionibus urbis Neapolis, haud scio an parum iuste fecerit. Nam quum vel phratriis florentibus partes urbis regiones dici potuerunt a natura loci cognominatae, quo pertinere videtur regio Thermensis de aquis ibi calidis (Gruter. p. CCCCXXX. 6.), tum gentes non Graecae originis, quae quidem Neapoli in civitatem receptae sunt, videri possunt non phratrias, sed regiones constituisse, ut coniicias et Campanos in civitatem receptos (Strab. V, 246.) regionis Campanorum, non phratriae auctores exstitisse, licet curiam eos habuisse ex curia Capuana superstite appareat, et Herculanenses quocunque tempore sede patria profugos regioni potius, quam phratriae originem dedisse utpote togatos, non palliatos. Itaque etsi non improbabile Ignarrae commentum est, tamen ex regione Herculanensium non arbitror coniici posse de phratriis in regiones mutatis.

3. Formam reipublicae Neapolitanae democratiam fuisse vel ex phratriarum ratione patet; nec probabile Cumanos, apud quos et ipsos fere populi potestas summa erat, multum immutasse in urbe nova condenda. Idem prodit summus magistratus δήμαρχος, quem eponymum fuisse, ut Athenis archontem, etiam ex Strabone V, 246. colligi potest (n. 5790. 5797. 5799.), vocabulo ipso potestatem populi commonstrante. Eligebatur is, ni fallor, ex opulentioribus civibus, quos, si coniectura fieri potest ex Chalcidensium institutis (Herodot. V, 77.), etiam Cumani ac proinde Neapolitani ἱπποβότας vocaverint. Atque haec dignitas, cuius honorem etiam Imperatores passi sunt sibi offerri, ut Hadrianus (Spartian. Vit. Hadr. 19. *per latina oppida dictator et aedilis et IIvir fuit: apud Neapolim demarchus*, cf. n. 5809. 5810.) vel post coloniam Romanam deductam perduravit (Gruter. p. CCCCXXXIX. 6.). Demarcho procurationem annonae inter alia commendatum fuisse ex titulo Latino Herculanensium paulo ante memorato colligit Ignarra de phratr. p. 223. qui praeterea dignitatem non dissimilem fuisse suspicatur eius, qui recentiore aevo Electus populi vocari solet. Ex magistratibus Neapolitanis innotuit praeterea ἐπιτροπία (n. 5790.), γραμματεία (n. 5797.), qua qui fungitur, etiam ἀναγραφεύς audit (n. 5843.), et λαυκελαρχία (n. 5790. 5796. 5797.), de qua vide ad n. 5790., γυμνασιαρχία, ἀγωνοθεσία (n. 5809.), ἀγορανομία (n. 5836.).

4. De fatis Neapolis, postquam in potestatem Romanorum venit, quum multi sententiam tulerunt, in his Capacius (Hist. Neap.), Lasena (de gymnas. Neap.), Camillus Peregrinus (de Camp. fel.), Mazochius (diatrib. de col. Neap. ad calc. dissert. de cathedral. eccles. Neap. et ad Tab. Heracl.), Martorellus (Theca reg. calam.), tum accuratissime exposuit Ignarra (de palaestra Neap. p. 159 sqq.). Is tres aetates urbis ponens demonstravit, ubi primum in potestatem Romanorum venisset (a. u. c. 477. a. Chr. 277.), civitatem fuisse foederatam (Cic. pro Corn. Balbo 8.), foedere iniquo, quippe ex qua stipendium et naves exigerentur (Liv. XXXV, 16.), mox (a. u. c. 664. a. Chr. 90.) Neapolitanos foederis pertaesos lege Iulia oblatam civitatem Romanam adoptasse post nonnullas concertationes (Cic. pro Corn. Balbo 8, 24. de agrar. II, 31.), et quidem antequam lex Plautia lata esset: unde municipium vocatur a Cicerone Epist. ad fam. XIII, 30. (conf. Mazoch. ad Tab. Heracl. p. 492.). Et hanc aetatem descripsit Strabo V, 246. μηνύει δὲ τὰ τῶν δημάρχων ὀνόματα, τὰ μὲν πρῶτα Ἑλληνικὰ ὄντα, τὰ δ᾽ ὕστερα τοῖς Ἑλληνικοῖς ἀναμὶξ τὰ Καμπανικά. πλεῖστα δ᾽ ἴχνη τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐνταῦθα σώζεται, γυμνάσιά τε καὶ ἐφηβεῖα καὶ φρατρίαι καὶ ὀνόματα Ἑλληνικά, καίπερ ὄντων Ῥωμαίων. Nimirum Graeca ex vetere rei publicae statu residua, ut recte alibi Strabo VI, 253. dicere potuerit Neapolim non ἐκβεβαρβαρῶσθαι, et Tacitus Annal. XV, 33. quasi Graecam urbem vocarit, institutis quibusdam patriis etiam tum superantibus: Romana tamen multa illata ex legum Romanarum, in quas Neapolitani fundi facti fuerunt, adoptione recens facta. Ex verbis autem καίπερ ὄντων Ῥωμαίων apparet Neapolim municipium fuisse eiusque cives optimo iure Romanos et appellatos esse et habitos.

De tertia aetate, quae coloniam Romanam vidit Neapolim, multum concertatum est a viris doctis. Nam quum Neapolis colonia audiat in titulis Latinis ap. Gruter. p. CX. 8. CCCLXXIII. 2. ap. Reines. Synt. inscr. Cl. VI. 10. qui petiit ex Capacio, satis id mature factum esse etiam Fulvius Ursinus (Fam. Rom.

p. 190.) suspicatus est. Sed de tempore tam parum constat, ut viri docti inopia testimoniorum historicorum inducti colligerent honorifico urbem titulo coloniae usum esse, non re fuisse coloniam; parum considerate. Et Mazochius quidem titulo Latino suppositicio usus demonstratum ibat coloniam institutam esse Domitiano imperante, quod qui notavit Ignarra huic quaestioni operam parum fructuosam impendit (de pal. Neap. p. 182 sqq.) contendens ne Hadriani quidem temporibus Neapolim coloniam factam esse, quippe cuius in honorem phratria esset Antinoitarum instituta; neque adeo Commodo imperitante videri coloniam fuisse, quum ludi etiam tum Neapolitani floruissent (vide ad n. 5805.); palaestram autem Neapolitanam dato iure coloniae interiisse maxime veri esse simile. Itaque existimabat, si constaret de aetate compositi Satirici, cui nomen inscriptum Petronii Arbitri, in quo quae Graeca urbs colonia vocaretur esset Neapolis, compertum fore quo tempore facta esset colonia. Hinc postquam demonstravit Graecam urbem, in qua colonia recens facta coena Trimalchionis pararetur, esse Neapolim, auctoremque exeunte Graecismo Neapolitano et ineunte colonia Romana vixisse, monuit ibidem c. 58. mentionem fieri vicesimae servorum manumissorum, quam constaret a Caracalla in decimam esse mutatam (Dio Cass. LXXVII, 9.); indeque sequi putabat Neapolim ante Caracallae de civitate communicanda constitutionem coloniam factam esse; ut recte statuisse fratres Valesii viderentur, qui Petronium aetate Antoninorum vixisse censuerunt; probandamque esse Burmanni coniecturam, qui posuit Petronii Arbitri titulum esse ficticium ad imitationem Petronii Cos, a Nerone elegantiae arbitri assumpti (Tacit. Annal. XVI, 18.). Quodsi ita esset, Neapolim ad ius coloniae evocatam esse inter a. p. Chr. 192-211. In his, ut mittam commenta similia auctoris Isagoges ad volumina Herculanensia 53. 98 sq., adversarium Ignarra nactus est Cataldum Ianellium Cod. Perott. Vol. II. p. CCXXX sqq. qui etsi multa bene, tamen si urbem Graecam Petronii Puteolos potius quam Neapolim esse contendit, redargui posse videtur glossario Petronii, ex quo c. 81. Graeca urbs illa diserte Neapolis est. At si in urbe Petronii constituenda vincit Ignarra, inde non sequitur reliquam eius de aetate Satirici Petroniani argumentationem posse probari. Vidit id etiam Studer, qui de hac re accuratissime exposuit in Mus. Rhen. II. 1843. p. 50-92. et p. 202-223. singulisque Ignarrae aliorumque argumentis acute refutatis demonstravit frustra esse, si quis ex colonia Neapoli Petronii aetatem constituere auctoris Satirici allaboraret, pristinoque de opere iudicio usus satis probabile reddidit Satiricum Petronii fetum aetatis esse Neronianae. In quo ut largiamur auctorem Satirici esse eundem illum C. Petronium Neroni elegantiae arbitrum, tamen insunt in rationibus Studeri, quae offendere legentem possint, recteque F. Ritterus in Mus. Rhen. l. c. p. 561-572. monuit Satirici quod superest fragmentum aliud prorsus scriptum esse atque illud quod Petronius ante mortem codicillis composuisse et Neroni misisse traditur Tacito (Annal. XVI, 19.). De temporibus Satirici multis exposuit Niebuhrius Act. Acad. Boruss. 1823. II. p. 251 sqq. qui collata inscriptione Latina scriptum coniecit aetate Alexandri Severi. Argumenta Niebuhrii refutavit Orellius Coll. inscr. Latt. I. p. 257. Nec multum novi protulit Teuffelius (Mus. Rhen. IV. 1845. p. 511 sqq.) qui Eckermannum Niebuhrii rationes defendentem (Allg. Encyclop. III. art. 19.) impugnans Petronium Tacito memoratum a Petronio auctore Satirici distinguendum esse contendit, eo argumento usus quod Tacitus, si ei innotuisset opus illud, aeque memorasset ac codicillos a Petronio Neroni transmissos. Ceterum de aetate Satirici Teuffelio convenit cum Studero et Rittero. Sed parum firmum eius argumentum, praesertim quum nihil obstet, quo minus opus Petronii Tacito sero innotuisse statuamus. At haec non huius loci est pluribus persequi. Videtur certe Satiricum fetus esse Neronianae aetatis. Quod si probabile est Satiricum Petronianum primo Christianae epochae saeculo esse compositum, efficitur Neapolim, quae ibi colonia vocatur, etiam illo saeculo esse ius adeptam coloniae. Hinc explicanda forma senatusconsultorum, in quibus quum designatio temporis fit ex consulibus, tum archontes et senatores fere omnes Romanis comparent nominibus instructi (n. 5836. 5838. 5843. conf. Eckhel. D. N. IV. p. 483 sqq. Marinus fratr. Arv. p. 481. 528. 725 sq.). Perdurarunt igitur ex institutis Graecis magistratus paulo ante (§. 3.) memorati aliaque ad imaginem quandam veteris reipublicae tuendam, ut honores a populo decreti aliquoties (n. 5796. 5800.), ut phratriarum institutio; unde etiam Hadriani aetate creata Antinoitarum phratria. Accesserunt magistratus Romani, in his ἄρχοντες (n. 5836. 5838. 5843.) s. ἀρχοντικοί (n. 5799.), et vicarii archontum ἀντάρχοντες (n. 5838. cf. Vol. I. n. 353. Vol. II. n. 2222.), quos decemviros recte intellexit Reinesius (Synt. inscr. p. 429.), licet obloquentibus Falconio (Vita di S. Genn. p. CCCLXXI sq.) et Minervino (L' ant. lap. Nap. di Tettia Casta, Nap. 1845. p. 56.); τέσσαρες ἄνδρες, quattuorviri (n. 5796.), ἄρχοντες οἱ διὰ πέντε ἐτῶν τιμητικοί, ἄρχοντες πενταετηρικοί, quinquennales (n. 5796. 5797.), ἀγορανομικοί, aedilicii (n. 5799.) cet. Senatus nunc βουλή (n. 5836. 5838. vs. 14.), nunc σύγκλητος (n. 5799.), nunc οἱ ἐν προσκλήτῳ (n. 5838. 5843.) vocatur, formaque senatusconsultorum eiusmodi est, ut fluctuantem rerum conditionem prodat: quo pertinet mensis Graeci et Romani promiscua designatio (n. 5838.). Loquebantur tum Neapolitani Graece et Latine, ut tamen sermo Graecus in litteris publicis retineretur ad tuendam linguae patriae dignitatem: unde etiam in titulis bilinguibus fere Latina Graecis subiiciuntur (n. 5809. 5820. 5836. 5843.). Memorabile exemplum promiscui usus linguae utriusque videre est in titulo a. u. c. 812. p. Chr. 59. posito, quem commentatus est Borghesius Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1831. p. 51.:

M . COMINIO . M . F . MAE . VERECVNDO
QVINTIA . DIA . FILIO . PIISSIMO
ΕΠΙΥΠΑΤΩΝΓΟΥΕΙΨΤΑΝΟΥΑΠΡΩΝΙΑΝΟΥΚΑΙΓΦΟΝΤΕΙΟΥΚΑΠΙΤ

5785.

Neapoli, in aedibus Hadriani Gulielmi in tabula marmorea quadrata alta palmos III, crassa pollicem I, mutilata undequaque non alium ad finem, quam ut conveniret inscriptioni, quae postea in altero latere insculpta est. Litterae indistinctae sunt. Quattuor in marmore foramina sunt, quae tamen non antiqua, sed recentiora esse iudicat Ignarra. Prima linea maioribus, altera mediis, reliquae minutioribus litteris scriptae sunt. Initio tamen plura perierunt, in fine nihil. Inscriptionem viderunt et transcripserunt Morillus et Pighius; unde est apud Smetium fol. XXXV. 2. et apud Gruterum p. CXXV. 1. Versus priores septem litteris minusculis edidit Capacius Hist. Neapol. I. p. 238. Interpretati sunt Martorellus Theca calam. T. II. p. 624. Ignarra de phratriis p. 133 sqq. Dicit de ea Vandalius Dissert. antiq. p. 738 sqq.

ΑΡΙΣΤΩΝΟΣΤΟΙΙ　　　ΤΟΥ　　ΑΛΕΡΙΑΣ
ΜΟΥΣΗΣΤΗΣΕΑΥΤΟΥΓΥΝΑΙΚΟΣΜΗΕΞΟΥΣΙΑΝΔΕΕΧΕΤΩ
ΣΑΝΟΦΡΗΤΑΡΧΟΣΗΟΙΧΑΛΚΟΛΟΓΟΙΗΟΦΡΟΝΤΙΣΤΗΣΗΟΙΔΙΟ.
ΚΗΤΑΙΗΑΛΛΟΣΤΙΣΤΗΣΦΡΗΤΡΙΑΣΤΗΣΑΡΙΣΤΑΙΩΝΤΗΝΘΥΣΙΑΝ
ΗΤΟΔΕΙΠΝΟΝΥΠΕΡΤΙΘΕΣΘΑΙΠΑΡΑΤΑΣΤΕΤΑΓΜΕΝΑΣΗΜΕΡΑΣ
Κ..ΑΧΕΙΛΙΑΚΑΙΔΙΑΚΟΣΙΑΔΕΙΝΑΡΙΑΔΑΝΕΙΣΕΣΘΩΜΗ..ΗΟ.
ΕΙ...ΟΝΟΜΑΤΙΔΕΙΝΑΡΙΑΔΙΑΚΟΣΙΑΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑΚΑΙΤΗΠ...ΕΙ.
ΜΗΕΞΟΥΣΙΑΝΕΧΕΤΩΟΦΡΗΤΑΡΧΟΣΗΟΙΧΑΛΚΟΛΟΓΟΙΗΟΦΡΟΝ
ΤΙΣΤΗΣΗΟΙΔΙΟΙΚΗΤΑΙΗΑΛΛΟΣΤΙΣΤΗΣΦΡΗΤΡΙΑΣΤΗΣΑΡΙΣΤΑΙΣ.
ΦΡΗΤΟΡΑΥΠΕΡΤΟΥΤΩΝΤΩΝΟΝΟΜΑΤΩΝΛΑΜΒΑΝΕΙΝΟΥ.
ΠΙΣΤΕΙΔΟΘΗΣΕΤΑΙΟΝΔΕΑΝΟΔΑΝΕΙΖΟΜΕΝΟΣΔΙΔΩΑΛΛΟΦΡ.
ΤΟΡΑΕΝΑΓΑΡΡΕΙΕΙΣΔΙΔΟΣΘΩΚΑΙΕΑΝΔΟΞΗΤΗΑΓΑΡΡΕΙ.....
ΚΑΘΩΣΚΑΙΥΠΕΡΦΡΗΤΑΡΧΟΥΚΑΙΧΑΛΚΟΛΟΓΩΝΔΟΓΜΑΤΙΣ..
ΤΑΙΤΟΤΕΗΟΙΚΟΝΟΜΙΑΥΠΟΤΩΝΠΡΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΝΓΕΙΝΕΣΘ.
ΤΟΥΣΔΕΧΑΛΚΟΥΣΟΙΔΕΔΑΝΕΙΣΜΕΝΟΙΚΑΤΑΦΕΡΕΤΩΣΑΝΤ.
ΕΒΔΟΜΗΤΟΥΠΑΝΘΕΩΝΟΣΜΗΝΟΣΙΣΤΑΜΕΝΟΥΕΙΣΑΓΑΡΡΕΙ.
ΠΛΗΘΗΟΥΣΑΝΚΑΙΕΠΙΨΗΦΙΣΕΤΩΗΦΗΤΡΙΑΘΙΣΘΕΛΕΙΔΑΝΙΖΕ.
ΚΑΙΟΥΤΩΣΤΟΤΕΑΛΛΗΟΙΚΟΝΟΜΙΑΓΙΝΕΣΘΩΚΑΘΕΚΑΣΘΟΝ
ΤΟΣΕΝΤΕΤΑΙΣΗΜΕΡΑΙΣΤΑΥΤΑΙΣΤΑΙΣΔΥΣΙΝΑΙΣΘΙΟΝΤΕΣΔ..
ΠΝΟΥΣΙΝΟΥΑΛΕΡΙΑΜΟΥΣΗΔΙΔΟΣΘΩΤΑΚΑΤΑΧΕΡΑΤΟΔΕΓΡ
Π...ΟΤΕΘΕΝΗΤΟΠΡΟΣΗΛΩΟΕΝΟΦΕΛΕΤΟΣΑΝΟΦΡΗ..ΡΧΟ.
ΗΟ...ΛΚΟΛΟΓΟΙΗΟΦΡΟΝΤΙΣΤΗΣΗΟΙΔΙΟΙΚΗΤΑΙΜΕΤΑ...ΡΑΔ.
ΔΟΝΑΙΤΟΙΣΑΕΙΥΠΟΤΗΣΦΗΤΡΙΑΣΚΑΘΙΣΤΑΜΕΝΟΙΣΕΑΝΔΕΤΙΠ.
ΡΑΤΑΥΤΑΤΑΥΠΕΡΑΝΩΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑΟΦΡΗΤΑΡΧΟΣΗΟΙΧΑΛΚΟΛ.
ΓΟΙΗΟΦΡΟΝΤΙΣΤΗΣΗΟΙΔΙΟΙΚΗΤΑΙΗΟΙΔΕΔΑΝΕΙΣΜΕΝΟΙΗΑΛΛΟΣ
ΤΙΣΠΟΙΗΣΗΑΠΟΤΕΙΣΑΤΩΙΕΡΑΤΩΝΩΕΩΝΤΩ ΦΗΤΡΙΩΝΑΡΓΥ
ΑΚΟΣΙΑ　　　Ι·ΗΕΚΠΡΑΞΙΣΕΣΤΙ

In contextu quot puncta posui, tot litterae traduntur excidisse. Ad vocem ΧΑΛΚΟΥΣ vs. 15. in margine appictum est ap. Smet. et Grut. ΧΑΛΚΟΛΟΥΣ lap. Gud.

\- - - - - - - - -

Ἀρίστωνος το[ῦ] - - - - - του [ὑπὲρ Οὐ]αλερίας
Μούσης τῆς ἑαυτοῦ γυναικός. μὴ ἐξουσίαν δὲ ἐχέτω-
σαν ὁ φρήταρχος ἢ οἱ χαλκολόγοι ἢ ὁ φροντιστὴς ἢ οἱ διο[ι-
κηταὶ ἢ ἄλλος τις τῆς φρητρίας τῆς Ἀρισταίων τὴν θυσίαν
ἢ τὸ δεῖπνον ὑπερτίθεσθαι παρὰ τὰς τεταγμένας ἡμέρας,
κ[αὶ τ]ὰ χείλια καὶ διακόσια δεινάρια δανειζέσθω μη[δέπ]ο[τε
εἰ [μὴ ἐπ'] ὀνόματι δεινάρια διακόσια πεντήκοντα καὶ τῇ π[όλ]ει.
μὴ ἐξουσίαν ἐχέτω ὁ φρήταρχος ἢ οἱ χαλκολόγοι ἢ ὁ φρον-
τιστὴς ἢ οἱ διοικηταὶ ἢ ἄλλος τις τῆς φρητρίας τῆς Ἀρισταί[ων
φρήτορα ὑπὲρ τούτων τῶν ὀνομάτων λαμβάνειν, οὐ[δὲ
πίστει δοθήσεται. ὃν δὲ ἂν ὁ δανειζόμενος διδῷ ἀλλοφρ[ή-
τορα, ἐν ἀγάῤῥει εἰσδιδόσθω, καὶ ἐὰν δόξῃ τῇ ἀγάῤῥει [οὕτως,
καθὼς καὶ ὑπὲρ φρητάρχου καὶ χαλκολόγων δογματί[ζε-
ται, τότε ἡ οἰκονομία ὑπ[ὲρ] τῶν προγεγραμμένων γεινέσθ[ω.
τοὺς δὲ χαλκοὺς οἱ δεδανεισμένοι καταφερέτωσαν τ[ῇ
ἑβδόμῃ τοῦ Πανθεῶνος μηνὸς ἱσταμένου εἰς ἀγαῤῥ[ιν

πληθ[ύ]ουσαν, καὶ ἐπιψηφι[ζ]έτω ἡ φ[ρ]ητρία, [ο]ἷς θέλει δανείζει[ν· καὶ οὕτως τότε ἄλλη οἰκονομία γινέσθω καθ᾽ ἕκασ[τ]ον [ἔ-τος· ἔν τε ταῖς ἡμέραις ταύταις ταῖς δυσίν, αἷς θ[ύ]οντες δ[ει-πνοῦσιν, Οὐαλερίᾳ Μούσῃ διδόσθω τὰ κατάχ[ρε]α, τὸ δὲ γρ[α-π[τὸν ἢ πρ]οτεθὲν ἢ τὸ προσηλω[θ]ὲν ὀφε[ι]λέτ[ω]σαν ὁ φρή[τα]ρχο[ς ἢ ο[ἱ χα]λκολόγοι ἢ ὁ φροντιστὴς ἢ οἱ διοικηταὶ μετα[πα]ραδ[ι-δόναι τοῖς ἀεὶ ὑπὸ τῆς φ[ρ]ητρίας καθισταμένοις· ἐὰν δέ τι π[α-ρὰ ταῦτα τὰ ὑπεράνω γεγραμμένα ὁ φρήταρχος ἢ οἱ χαλκολ[ό-γοι ἢ ὁ φροντιστὴς ἢ οἱ διοικηταὶ ἢ οἱ δεδανεισμένοι ἢ ἄλλος τις ποιήσῃ, ἀποτεισάτω ἱερὰ τῶν [θ]εῶν τῶ[ν] φ[ρ]ητρίων ἀργυ-ρίου δειν άρια δι]ακόσια [πεντήκοντα, ὧν κα]ὶ ἡ ἔκπραξίς ἐστι.

Plurima bene restituit Ignarra. Minus recte vs. 10. extr. dedit οὔτε; vs. 16. extr. ἀγαῤῥέα, vs. 26. θεῶν φητρίων omisso articulo τῶν. Missa facimus commenta Martorelli, a quo tamen vs. 1. recepimus ὑπέρ. Vss. 16. 17. ΕΙΣΑΓΑΡΡΙΝΠΛΗΘΥΟΥΣΑΝ et vs. 26. ΤΩΝΘΕΩΝΤΩΝΦΡΗΤΡΙΩΝ restituta sunt in notis Scaligeri ap. Grut. p. CCCVI. Vs. 14. ὑπ[ὲρ] Boeckhius reposuit. Testamentum inesse putabat Scaliger de re nummaria (Thes. Graev. T. IX.) eumque secutus Salmasius de mod. usur. c. 1. extr. Ignarra pro decreto phratriae Aristaeorum (vide p. 716. *b.*) habuit. Verum argumentum deprehendit Boeckhius comparatis decreto Corcyraeo de ludis Dionysiacis Vol. II. n. 1845. et testamento Epictetae ibid. n. 2448. Nempe Aristo quidam phratriae testamento legaverat MCC denarios ad epulas celebrandas; haec fenebris danda pecunia erat, ut ex usuris epularum sumptus praestarentur; iam hoc legatum quomodo administrandum sit, phratria Aristaeorum decernit titulo nostro, cuius quod superest fragmentum in locanda fenori pecunia atque in cautionibus praestandis versatur. Sollemnia quotannis statis diebus celebranda bidua (vs. 19.) ab Aristone instituta erant. Hinc cautum est a phratria vss. 2-5. ne illi dies differrentur. Errat Ignarra quum ὑπερτίθεσθαι vertit *adiicere*. Vss. 6-7. denarii MCC qui legati sunt, non aliter iubentur fenori dari (δανείζεσθαι), nisi ita, ut aut civitati crederentur, aut privatis, sed his non ultra CCL denarios. Ὄνομα est creditor privatus satisdationem exhibens. Ei opponitur civitas, cui etiam plus credi possit. Sensum huius loci non perspexit Ignarra, qui inductus a Scaligero l. c. p. 1545. illos denarios CCL putabat fenus esse fere ἐπίπεμπτον et τῇ πόλει dictum esse pro ἐν τῇ πόλει. Vss. 8-14. exponitur non posse phratorem fideiussorem fieri pro debitore, ne quando deficiente debitore phratria contra fideiussorem agere coacta phratorem in ius vocare deberet; nec satis dari fide phratoris, i. e. non credi pecuniam fideiussore phratore adhibito. Si autem alius phratriae consortem vel civem non Aristaeorum phratorem det debitor, repraesentator ille in conventu (ἀγαῤῥει, vide p. 715. *b.*), ut approbetur. In quo quod ἀλλοφρήτορα dedit Ignarra, id exemplis firmavit (ἀλλόφυλος). Sequitur: et si ita placuerit ut de debitore approbando decernatur, quemadmodum de eligendis phretarcho vel chalcologis, i. e. si tantus numerus calculorum pro debitore sit, quantus requiritur pro phretarcho, vel alia huius generis, quae observari in creandis magistratibus solent, tum administratio instituenda ita ut praescripta serventur. Quinque vs. 12. deesse litterae dicuntur, unde Ignarra in fine versus ἀθρόῃ addendum rebatur. Vocabulum οἰκονομία de reditibus inter phratores distribuendis intellexit Ignarra. Intelligendum potius, ni fallor, de administrandis sollemnibus. Vss. 15-18. χαλκοί, unde χαλκολόγοι dicti, sunt aera mutuo data. Vocabulum χαλκοὶ nunc dictum est pro pecunia in universum, ad morem Romanorum, qui aera eodem sensu dicunt. Post collectas usuras rursus de fenore locando constituit phratria; et prout annui reditus sunt, administratio componenda est. Mensem Pantheonem inde denominatum statuit Ignarra (p. 145. et p. 201 sqq.), quod eo anni tempore ab Hadriano Pantheum Antinoi venerandi causa institutum sit. Quae coniectura vana est; neque enim constat Neapoli Pantheum ullum fuisse. Denominatus mensis videtur de festo omnibus diis dicato. Formam φητρία vs. 17. tuetur Ignarra, quum redeat vs. 23. et vs. 26. et in inscriptione Neapolitana Latina ap. Gruter. p. CCCCXVIII. 6. Vss. 19. 20. in sollemnibus biduis ab Aristone institutis eius uxori Valeriae Musae praestantor (διδόσθω), quae ei debentur ex testamento mariti. Haec sunt κατάχρεα, ut bene restituit Ignarra, qui tamen sensum huius loci non perspexit vertens *ea quibus Valeria Musa se obligavit*; sed ΜΟΥΣΗ dativum esse et διδόσθω passivum sponte patet. Vss. 20-27. scriptum, propositum, affixum formula sollemni dictum est ut in stilo quem vocant curiali. Ceterum bene monet Ignarra foramina quattuor, quae sunt in marmore, non esse causam cur ad istud τὸ προσηλωθὲν referamus. Mox vs. extr. Saliger in notis ap. Grut. refingebat ΑΡΓΥΡΙΑΧΕΙΛΙΑΚΑΙΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑΩΝΗΤΙΣΙΣΚΑΙΗΕΚΠΡΑΞΙΣΕΣΤΙ; melius Ignarra ἀργυ[ρίου δεινάρια δι]ακόσια πεντήκοντα κα]ὶ ἡ ἔκπραξίς ἐστι, ubi solum ὧν inseruimus.

5786.

Neapoli, in aedibus Tiberii Coppulae in lapide, quo ad conscendendos equos utuntur. Edidit Capacius Hist. Neapol. I. p. 35., atque inde repetierunt Reinesius Epist. ad Hoffmannum et Rupertum, 1660. p. 252. Syntagm. Inscr. class. I. CLVI. p. 179. cum not. Sponius Arae ignot. deor. in Gronovii Thes. Ant. Gr. T. VII. p. 254 et Miscell. erud. antiq. III. 85. p. 108. cum not. Hol-

stenius in Not. et castig. ad Steph. Byz. p. 342. Ex Reinesio petiit Corsinus Dissert. agonist. p. 105. cum Lat. interpret. et not. ex eoque Gorius Symb. litter. I. 1748. p. 187. Ex Capacio Vargas Macciucca de antiquis Neapol. colonis T. I. p. 269. et Martorellus Thec. calam. T. II. p 608. Commentatur hanc inscriptionem Ignarra de phratriis p. 96 sqq. Nuperrime ex Reinesio repetiit Letronnius Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Égypte T. I. p. 101. litteris minusculis.

ΕΥΜΗΛΟΝ·ΘΕΟΝ·ΠΑΤΡΩΟΝ
ΦΡΗΤΟΡΣΙΝ·ΕΥΜΗΛΕΙΔΩΝ
Τ·ΦΛΑΥΙΟΣ·ΠΙΟΣ
ΦΡΟΝΤΙΣΤΗΣ·ΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΣΥΝ·Τ·ΦΛΑΥΙΩΙ·ΤΕΚΝΩΙ

Est Ignarrae apographum. Vs. 1. Capac. ΠΑΤΡΩΩΝ. Vs. 2. idem ΦΡΙΤΟΡΣΙΝ. Vs. 5. Spon. ΣΥΝ ΤΩ ΦΛΑΥΙΩ ΤΕΚΝΩ.

Εὔμηλον θεὸν πατρῷον φρήτορσιν Εὐμηλειδῶν Τ. Φλαύϊος Πῖος φροντιστὴς ἀνέθηκεν σὺν Τ. Φλαυΐῳ τέκνῳ.

Nomen phratriae proprie ΕΥΜΗΛΙΔΩΝ scribendum fuisse monet Ignarra. Vocabulum πατρῷον non intellexit Sponius. Vide Introd. p. 715. *b.* De φροντιστῇ vide ibid.

5787.

Neapoli, in domo Vincentii Baravaldi prope templum cathedrale in lapide, qui liminis superioris pars est, littera pulchra palmari. Vidit et transcripsit Pighius, unde est apud Smetium Inscr. fol. VI. 9. apud Gruterum p. CXII. 8. conf. not. p. CCCVI. Edidit etiam Capacius Hist. Neapol. T. I p. 257 Unde repetiit Martorellus Thec. calam T. II. p. 672. Tractarunt Ignarra de phratriis p. 94 sq et Avellinus Bullett. archeol. Napolet. a. 1. 1843. p. 22 sqq. qui docet lapidem nunc esse in museo regio et monet: „oltre gli ornamenti, che ha questo monumento, anche un incavo che è nella sua faccia inferiore ed alcuni perni rimasi in parte in essa mostrano aver servito da architrave forse di qualche tempietto. Un' edicola con architrave simile a questo può vedersi nei Saggi di Cortona T. II. tab. *a.* p. 211."

ΘΕΟΙΣ.ΣΕΒ.ΚΑΙ.ΘΕΟΙΣ.ΦΡΗΤΡΙΟΙΣ.ΘΕΩΤΑΔΑΙ

Ita Pighius, ut notatur ap. Smet. et Grut. Capacius sic dedit titulum:

ΘΕΟΙΣ.ΣΕΒΑΣΤΟΙΣ.ΚΑΙ
ΘΕΟΙΣ.ΦΡΗΤΡΙΟΙΣ.ΘΕΩΤΕ.ΔΑΙΜ

Qui ex Grutero titulum habuit Ignarra extremum vocabulum nescio quo iure ΘΕΩΤΑΔΑΙΜ repraesentat.

Θεοῖς Σεβ(αστοῖς) καὶ θεοῖς φρητρίοις Θεωτάδαι.

De phratria Theotadarum vide Introd. p. 716. *a.* Martorellus et Ignarra apographo Capacii inducti titulum ita interpretandum esse censuerunt; *Diis Augustis et phratriis deoque genio (urbis).* Putat autem Ignarra deos Augustos et phratrios h. l. esse patrios deos Neapolis coloniae Augustae, in quo egregie fallitur. Θεοὶ Σεβαστοὶ sunt domus Augusta, ut alias (cf. Vol. I. n. 1298. 1730. 2508.); θεοὶ φρήτριοι sunt dii phratriae, quae nunc Θεωταδῶν audit. Neque illud θεῷ τε δαίμονι ferri debebat, pro quo dicendum erat καὶ θεῷ τῷ δεῖνι καὶ δαίμονι τῷ δεῖνι. Ex forma litterarum Avellinus coniicit inscriptionem aetate supparem esse titulis n. 5809. et n. 5838. quos constat aetate Domitiani et Titi esse positos. Hinc θεοὺς Σεβαστοὺς suspicatur nunc esse Vespasianum et Titum, quos in nummo Domitiani, in quo Patinus videatur legisse ΘΕΩΝΣΕΒΑΣΤΩΝ, intelligendos esse coniecit Harduinus (Opp. sel. p. 740.). Sed res valde dubia est, praesertim quum nihil obstet, quo minus Θεοὶ Σεβαστοὶ Imperator et Augusta etiam tum vivi intelligantur esse.

5788.

Neapoli, in marmore apud PP. Cruciferos, quod postea delatum est in museum Farnesianum. Transcripsit Martorellus, unde edidit Maffeius Mus. Veron. p. CCCCLXXIX. 5. ex quo repetiit Donatus Inscr. p. 59. 10. cum nota Maffeii. Ex Diario litt. Florent. T. IV. P. III. p. 230. dedit Corsinus Not. Graec. p. 17. Explicarunt Martorellus Thec. calam. T. II. p. 658 sqq. et Ignarra de phratriis p. 183 sqq. qui apographum Martorelli per Matthiam Zarillum custodem musei Farnesiani diligenter conferendum cum marmore et emendandum curavit. Habeo etiam ex schedis Münteri cum nota: *in arce regia Capo di Monte.*

ΜΚΟΚΚΗΙΟϹϹЄ....
ΑΠЄΛЄΥΘЄΡΟϹΚΑΛ....
ϹΥΝΤΟΙϹΙΔΙΟΙϹΤЄΚ....
ΤΙΤΙѠ ΑΚΙΛЄΙΝѠ
5 ΚΑΙΦΛΑΥΙѠΚΡΗϹΚΗΝΤΙ
ΤΟΝϹΚΥΦΟΝЄΚΛΝ-Ϲ
ΟΥ Δ-Ϲ
ΘЄΟΙϹΦΡΗΤΟΡϹΙΚΥΜΑΙѠΝ

Dedi Martorelli apographum correctum ex Ignarra. Vs. 1. extr. Mart. ϹϹ..., Ign. ΣΕ.... quae omittit Maffeius, qui solum puncta ponit; Münt. ϹЄΒΑϹΤΟΥ. Vs. 2. extr. Maff. ΚΑΙ, Mart. ΚΑ', Ign. ΚΑΛ ...., Münt. ΚΑΛΛΙϹΤΟϹ. Vs. 3. extr. Maff. ΤΕΚ.., Ign. ΤΕ...., Mart. ΤЄΚ, Münt. ΤЄΚΝΟΙϹ. Vs. 4. Maff. ΤΙΤΙΩΑΚΙΛΕΙΝΩ, Ign. ΤΙΤΙΩΑΚΙΛΙΝΩ, Münt. ΤΙΤΙѠΑΚΙΛЄΙΝѠ. Vs. 5. Maff. Ign. ΦΛΑΥΙΩ, Münt. ΦΛΑΟΥΙΑ; idem mox ΚΡΗϹΚЄΝΤΙ, ubi reliqui ΚΡΗϹΚΗΝΤΙ vel ΚΡΗΣΚΗΝΤΙ. Vs. 6. extr. Maff. ΕΚΔ.., Mart. ЄΚΔΝ-Ϲ, Ign. ΕΚΛΝ-Ϲ, Münt. ЄΚΛV'Ϛ. Vs. 7. Maff. puncta habet; Mart. ϹΥ Δ-Ϲ, Ign. ΟΥ Δ-Ϲ, Münt. ЄLΔϚ. Vs. 8. extr. Maff. ΚΥΝΑΙΩΝ, Mart. ΚΥΝΑΙѠΝ, Ign. ΚΥΜΑΙΩΝ, Münt. ΚΥΜΑΙѠΝ.ѠΗ.

Μ. Κοκκήϊος Σε[βαστοῦ] ἀπελεύθερος Κά[λλιστος] σὺν τοῖς ἰδίοις τέκ[νοις], Τιτίῳ Ἀκιλείνῳ καὶ Φλαυΐῳ Κρήσκ[ε]ντι, τὸν σκύφον ἐκ λ(ιτρῶν) ν, οὐ(γκιῶν) δ, θεοῖς φρήτορσι Κυμαίων.

Supplementa vss. 1. 2. 3. sunt Martorelli probata ab Ignarra, quae unde Münterus in ordinem verborum receperit, non constat. Corsinus vs. 1. male supplebat Σέξτου υἱὸς et vs. 2. Καίσαρος. Notus est Callistus Claudii libertus (Tacit. Annal. XI, 29, 38.). Nostrum Callistum a M. Cocceio Nerva, qui a. p. Chr. 116. Augustus salutatus est, libertatem consecutum esse vidit Ignarra. Unde de aetate tituli existimari potest. Notabile est filios liberti illius alia ac patrem nomina et cognomina habere, quae propterea Ignarra coniicit diversa esse, quod filii a diversis civibus Romanis fuerint adoptati, quum adscriberentur in tribum; nam patrem Cocceium, utpote libertum, tribu caruisse (conf. Fabrett. Inscr. c. 10. p. 715. G.). Res dedicata scyphus est sacris faciundis (vide Serv. ad Virg. Aen. VIII, 278.). Ponderis notas (recte interpretatus est Ignarra, conf. Vol. II. n. 3607.), qui ex hac accurata notatione suspicatur scyphum ex pretioso metallo, fortasse argento, factum fuisse. Quod autem notis numeralibus appictum signum est -C, potest pro signo interpunctionis haberi, nisi est ξ, quae littera, ut notat Ignarra, tachygraphis videtur significasse ἀριθμόν (vide Du-Cange Lex. med. et inf. Graec. T. II. extr. p. 11. lin. 20.). De phratria Cumanorum vide Introd. p. 716. *b*.

5789.

Neapoli, in marmore anno ferme 1744 pone aedem SS. Cosmi et Damiani effosso in vicinia aedis S. Petri in vinculis. Inscriptionem a Martorello, ut videtur, acceptam edidit Maffeius Mus. Veron. p. CCCCLXXIX. 2. Tractarunt Martorellus Thec. cal. T. II. p. 487. (conf. p. 652), qui dedit lignea forma expressam, et Ignarra de phratriis p. 167 sqq. Ex Martorello repetiit Biagi Monum. Gr. p. 202.

Γ× ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΟΣ
ΦΗΛΙΞ
ΤΑΧΡΕΙΣΜΑΤΑ·ΚΑΙΤΗΝ·ΟΡΟ
ΦΗΝ·ΚΑΙΤΑΓΕΞΩ<ΤΟΥ·ΑΓΟΡΕΥΤΗΡΙΟΥ
ΤΗΙΔΙΑ·ΔΑΠΑΝΗ·ΦΡΗΤΟΡΣΙ·ΠΑΝΚΛΕΙΔΩΝ·

Vs. 4. Mart. ΙΟΥ, Maff. Ign. ΤΟΥ.

Γ. Καλπούρνιος Φῆλιξ τὰ χρείσματα καὶ τὴν ὀροφὴν καὶ τὰ ἔξω τοῦ ἀγορευτηρίου τῇ ἰδίᾳ δαπάνῃ φρήτορσι Πανκλειδῶν.

Aetas tituli incerta. Martorellus inepte ad quintum p. Chr. n. saeculum detrudit. Ἀγορευτήριον est curia phratriae (vide Introd. p. 715. *b*.). Vs. 3. Maffeius et Ignarra certatim ΕΡΕΙΣΜΑΤΑ restituebant quae fulcra interpretantur ex intervallo parietibus apposita, ne tecti onere pressi parietes ruant. Quae etsi ingeniosa coniectura est, tamen quum in lapide diserte sit ΧΡΕΙϹΜΑΤΑ, id explicandum videtur. Ut mittam Martorelli interpretationem ridiculam, τὰ χρείσματα i. e. χρίσματα videri possunt nunc esse tectoria parietum (vide Lex.), ut Felix dicatur haec restituisse et dedicasse phratriae. Etiam ὀροφὴ hoc loco potest esse i. q. φατνώματα alias dicitur. Cum hac autem interpretatione haud scio an optime conveniant verba τὰ ἔξω τοῦ ἀγορευτηρίου, quae de ornatu externo curiae intelligenda videntur. De phratria Panclidarum vide Introd. p. 716. *b*.

5790.

Neapoli, in lapide ad aedes Iac. Sannazarii; primus edidit Petrus Summontius ad Pontani poemata Basil. 1531. dein Apianus Inscr. p. CVIII. 2. et Capacius Hist. Neap. T. I. p. 74. et p. 185. (Graevii Thes. Ital. T. IX. P. I.), Marcus Antonius Surgens Neap. illustr. c. XX. in Thes. Ital. T. IX. P. III. p. 195. 196. qui monet citari hanc inscriptionem ab Apiano, a Greg. Gyraldo (de deis gentium synt. 8.) et ab annotatore quodam Pontani. Ex Apiano repetiit Gruter. p. XXXVI. 5. qui habuit etiam ex schedis Cantonii; ex Ligorio et schedis fratris Iucundi Murator. T. I. p. XCVII. 1. ex Capacio Martorellus Thec. T. II. p. 673. Vargas Macciucca de ant. Neap. col. T. I. p. 236. Citant ex Capacio Reinesius Var. lect. III. p. 597. (conf. p. 603.), Caylus Rec. d'antiq. cet. T. IV. p. 165. Ignarra de phratriis p. 177.

ΗΒΩΝΙ.ΕΠΙΦΑΝΕ
ΣΤΑΤΩΙ.ΘΕΩΙ
Γ.ΙΟΥΝΙΟΣ.ΑΚΥΛΑΣ
ΝΕΩΤΕΡΟΣ.ΣΤΡΑΤΕΥΣΑ
ΜΕΝΟΣ.ΕΠΙΤΡΟΠΕΥΣΑΣ
ΔΗΜΑΡΧΗΣΑΣ.ΝΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΣ

Distinctio versuum est ex Apiano. Capacius et Muratorius et, ut notatur apud Gruterum, Cantonius aliter distinguunt versus. Illis primus versus est ΗΒΩΝΙΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩΙΘΕΩΙ, secundus Γ.ΙΟΥΝΙΟΣΑΚΥΛΑΣΝΕΩΤΕΡΟΣ, tertius ΣΤΡΑΤΕΥΣΑΜΕΝΟΣΕΠΙΤΡΟΠΕΥΣΑΣ, quartus ΔΗΜΑΡΧΗΣΑΣ ΛΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΣ. Ab hac distinctione rursus discedit Surgens qui fere singulis verbis versum effecit. Ap. Grut. vs. 3. ΑΚΥΛΛΑΣ et vs. 4. ΣΡΑΤΕΥΣΑ videntur deberi typothetae. Vs. 5. ΛΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΣ omittit Apianus, habent Summontius, Capacius, qui monet se castissime verba descripsisse; pro eo Surgens habet ΜΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΣ (quod et ipsum nihil est nisi ΛΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΣ); in schedis Merulae, quas habuit Cantonius, in alteris ΛΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΣ, in alteris ΝΑΥΚΕΜΑΡΧΗΣΑΣ fuisse dicitur apud Gruter. not. p. CCCV. Murator. expressit ΛΑΥΚΕΔΑΡΧΗΣΑΣ, Macciucca ΝΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΣ ex coniectura, ut videtur, Reinesii.

Ἥβωνι ἐπιφανεστάτῳ θεῷ Γ. Ἰούνιος Ἀκύλας νεώτερος, στρατευσάμενος, ἐπιτροπεύσας, δημαρχήσας, λαυκελαρχήσας.

Hebon Neapolitanis Bacchus est Apollini et Soli

aequiparatus docente Macrobio Sat. I, 18. Cf. Avellinus Opusc. I. p. 81 sqq. II. p. 139 sqq. p. 275. Fr. Streber über den Stier mit dem Menschengesichte cet. München 1836. et Creuzer Symb. et Mythol. T. IV. edit. 3. p. 18. 112. 141. 273. Is deus ἐπιφανέστατος audit, quod Van Vaassen in schedis bene inpretatur „*maxime conspicuus et praesens*", Burmannus ad Thes. Ital. T. IX. P. I. Praef. p. 2. „*praesentissimus*". Ex dignitatibus dedicantis nota est δημαρχία, qui summus apud Neapolitanos magistratus fuisse putatur (vide Introd. p. 717. *a*.). Inferior magistratus videtur ἐπιτροπεία fuisse. Qualis autem magistratus fuerit λαυκελαρχία, unde λαυκελαρχεῖν, non patet. Unde viri docti lectionem mutatum iverunt; in quibus, ut mittam Antonii Surgentis et Muratorii commenta, qui apographis seducti alter μυκαλαρχήσας, alter λευκαδαρχήσας restituebant, inprimis Reinesius memorandus est, qui l. c. ΝΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΣ scribendum existimavit idque Du Cangio v. Ναυκέλια, Martorello, Macciuccae, Saxio (Act. Soc. Traiect. T. II. p. 265.) persuatit verum esse. At iure obloquitur Ignarra qui vidit acquiescendum omnino in lectione ΛΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΣ esse confirmata illa etiam duabus aliis inscriptionibus n. 5796. et n. 5797. Festinantius autem ille vocem ex λαὸς et κέλης compositam putans λαυκελάρχην publici celetum spectaculi praesidem interpretabatur, qui magistratus aut certamini equorum i. e. κελήτων esset praepositus aut publico nautico certamini invigilaret, voce κέλης etiam parvum navigium designante. Nobis omnino magistratum rerum maritimarum desiderantibus ita statuendum videtur de vocabulo λαυκελαρχεῖν, ut hoc liquidis permutatis (cf. λίτρον, νίτρον) dictum censeatur pro ναυκελαρχεῖν. Subest manifesto Latinum *naucella, navicella* licet paulo alia significatione, ut λαυκελάρχης fere ἐπιστάτης τῶν νεωρίων fuisse videatur.

5791.

Neapoli, in coronide prostyli templi Castoris et Pollucis, quod postea dicebatur S. Pauli, opere Corinthiaco, litteris praegrandibus. Ex schedis Pighii et ex libello edito Neapoli a. 1589. edidit Gruter. p. XCVIII. 7. cum Lat. interpret. Ediderat etiam Smetius fol. VI. 10. et Capacius Hist. Neap. T. I. p. 220. Rursus edita est in libro: Delle notizie del bello, dell' antico e del curioso della città di Napoli, date dal Canonico Carlo Celano Napolitano ediz II. Nap. 1721. Giornata II. p. 124. cf. p. 118. cum interpretatione a Bernardo di Christoforo facta, unde transcriptum titulum misit Müllerus; a Martorello Thec. calam. T. II. p. 470. a Müntero Efterretninger om begge Sicilierne, Kisbenhavn 1788. p. 50. 51. (Münter Nachr. von Neapel u. Sicilien, p. 55.) ex alienis schedis. Ex Grutero repetierunt Ignarra de phratriis p. 185. et Letronnius Recherches pour servir à l'hist. de l'Égypte, p. 429 sq.

ΤΙΒΕΡΙΟΣΙΟΥΛΙΟΣΤΑΡΣΟΣΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙΣΚΑΙΤΗΙΠΟΛΕΙΤΟΝΝΑΟΝ
ΚΑΙΤΑΕΝΤΩΙΝΑΩΙΠΕΛΑΓΩΝΣΕΒΑΣΤΟΥΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣΚΑΙ
ΕΠΙΤΡΟΠΟΣΣΥΝΤΕΛΕΣΑΣΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΚΑΘΙΕΡΩΣΕΝ

Apud Smetium et Gruterum duobus versibus absolvitur titulus, quorum prior terminatur voce ΝΑΩΙ. Etiam Martorellus ait binis versibus distingui titulum. Capacius quattuor effecit versus, quorum primus terminatur voce ΠΟΛΕΙ, secundus ΣΕΒΑΣΤΟΥ, tertius ΤΩΝ. Item Martorellus et Münterus aliam uterque et ab illis diversam versuum distinctionem offerunt. Nos ita distributos versus dedimus ut ex tabula libelli Neapolitani deprompsit Müllerus. Vs. 1. Münt. ΔΙΟΣΚΟΡΟΙΣ, Grut. ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΥΣ. Vs. 2. Smet. ΠΕΛΑΓΟΝ; deinde Müll. ΣΕΒΑΣΤΟΣ, reliqui ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Vs. 3. ΛΕΣΑΣΕΚ omisit Smet. In fine Smet. Capac. Münt. ΚΑΘΙΕΡΟΣΕΝ, reliqui ΚΑΘΙΕΡΩΣΕΝ.

Τιβέριος Ἰούλιος Τάρσος Διοσκούροις καὶ τῇ πόλει τὸν ναὸν καὶ τὰ ἐν τῷ ναῷ. Πελάγων Σεβαστοῦ ἀπελεύθερος καὶ ἐπίτροπος συντελέσας ἐκ τῶν ἰδίων καθιέρωσεν.

Tiberius Iulius Tarsus manifesto libertus est Tiberii Imperatoris, quem constat genti Iuliae adscitum esse, atque haud dubie eiusdem Imperatoris libertus et procurator fuit Pelagon, qui templum a Tib. Iulio Tarso exstructum absolvit et dedicavit. Ita senserunt etiam Itali rerum patriarum scriptores, quorum sententiam contra Martorellum (p. 469.) tuetur Ignarra l. c. Minus recte de Pelagone spadone Neronis cogitarunt Gruterus et Letronnius. De cultu Dioscurorum Neapoli frequentato vide p. 715. *b*.

5792.

Neapoli, in aedibus Marii Altimaris Iurisconsultis; edidit Capacius Hist. Neap. T. I. p. 230., ex schedis Vallamberti, Scaligeri, Pighii edidit Gruter. p. LXXV. 7. cum lemmate: apud Io. Andream de Curtis. Repetierunt Montfaucon Palaeogr. Gr. p. 175. et Siebenkees Exposit. tab. hospit. p. 18.

Μ.ΜΑΡΙΟϹ.ЄΠΙΚΤΗΤΟϹ.ΤΗΙ
ΤΥΧΗΙ.ΝЄΑϹ.ΠΟΛЄΩϹ.ΑΝЄ
ΘΗΚЄΝ.ΧΑΡΙϹΤΗΡΙΟΝ

Sic Gruterus. Aliter tradit Capacius:

Μ.ΜΑΡΙΟΣ.ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ
ΤΗΙ.ΤΥΧΗΙ
ΝΕΑΣ.ΠΟΛΕΩΣ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Rursus aliter Iordanus transcripsit teste Avellino Bullett. archeol. Nap. a. 1. 1843. p. 40. qui dedit sic:

Μ.ΜΑΡΙΟΣ.ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ
ΤΗΙ ΤΥΧΗΙ ΝΕΑΠΟΛΕΩΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

Μ. Μάριος Ἐπίκτητος τῇ Τύχῃ Νέας πόλεως ἀνέθηκεν χαριστήριον.

Bene Avellinus: „Questa Tyche di Napoli parci non esser altra cosa che il genio di questa città no-

stra, che prendeva, giusto un uso assai noto, il nome di fortuna della città; ed è cosa assai singolare il vederla figurata in un contorniato pubblicato dal Sanclementi (T. I. p. 123 sq.), come i simili genii delle città asiatiche, cioè qual donna alata e turrita sedente col Sebeto nuotante a' suoi piedi, e colla iscrizione ΠΑΡΘΕΝΟΠΗ." De genio urbis vide quae monet Gerhardus Monatsber. d. Akad. d. Wiss. zu Berl. Juni 1847. p. 203 sq.

5793.

Neapoli; edidit Martorellus Thec. calam. T. II. p. 475. et p. 644. cum interpret. et not. indeque repetiit Donatus Inscr. p. 42. 4.

ΙΣΙΔΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΑ.ΩΡΟΝ
ΑΡΠΟΚΡΑΤΗΝ
Μ.ΟΨΙΟΣ.ΝΑΟΥΙΟΣ
Ο.ΑΝΝΙΑΝΟΣ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ.ΕΠΑΡΧοΣ
ΣΕΙΤΟΥ.ΔΟΣΕΩΣ.ΔΟΓΜΑΤΙ
ΣΥΓΚΛΗΤΟΥ.ΡΩΜΑΙΩΝ
ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΣ.ΤΑΜΙΑΣ.ΠοΝ
ΤΟΥ.ΒΕΙΘΥΝΙΑΣ.ΧΕΙΛΙΑΡ.ΛΕΓ.Ε
ΜΑΚΕΔΟΝΙΚ.ΑΡΞΑΣ.Ι.ΑΝΔΡΩΝ
ΑΡΧΗΝ.ΕΠΙ.ΡΩΜΗΣ

Ἴσιδι Ἀπόλλωνα, Ὧρον, Ἁρποκράτην Μ. Ὄψιος Ναούϊος ὁ Ἀννιανός, στρατηγός, ἔπαρχος σείτου δόσεως δόγματι συγκλήτου Ῥωμαίων, ἀγορανόμος, ταμίας Πόντου, Βειθυνίας, χειλίαρ(χος) λεγ(εῶνος) ε̄ Μακεδονικ(ῆς), ἄρξας δέκα ἀνδρῶν ἀρχὴν ἐπὶ Ῥώμης.

In templo Isidis statuae aliorum deorum, Apollinis, Hori, Harpocratis, dedicantur; de quo more conf. ad n. 4683. *b*. Horus Isidis et Osiris filius celebratur (vide p. 304. *a*.). Harpocrates, cuius crebra mentio in titulis Deliacis (Vol. II. n. 2293. 2297. 2302.), proprie Horus infans est, ut ex hieroglyphis exsculpsit Lepsius. Aegyptiorum deorum cultum Neapoli obtinentem prodidit etiam ara a Neapolitano quodam in insula Delo posita Anubidi (Vol. II. n. 2299.). Nunc notabis sollemnem, quem vocant, syncretismum, quo celebratur trias deorum (conf. n. 7045.). Homo qui dedicavit statuas, variis Romae muneribus functus est. De praetore conf. n. 4011. *Ἔπαρχος σείτου δόσεως* est praefectus annonae dividundae, de quo Martorellus ablegat ad Sueton. Aug. c. 37. et Dion. Cass. p. 746. ed. Rein. De coniunctis Ponto et Bithynia conf. Vol. II. n. 3548. *Ταμίαν Βιθυνίας* habes etiam Vol. II. n. 2590. Legio v. Macedonica fere in Dacia agebat. De Decemviris conf. n. 4029. Ceterum hominem ex iis Romanis esse, qui, ut Strabo V, 246. narrat, animi causa Neapolim secesserint ibique degerint, non male coniicit Martorellus.

5794.

Neapoli, in museo studiorum in marmore quadrato, Miseni reperto. Primum edita est in Antiq. Hercul. T. VII. 1779. p. 263. not. sine distinctione versuum; Latina maioribus litteris, Graeca minoribus scripta sunt; et Latina quidem inscriptio quaternis lapidis lateribus repetita est, Graeca Latinae subiecta trinis solis. Ex Romanellio Viaggio a Pompeji T. II. p. 202. dedit Osannus Syllog. p. 543. 2. unde titulum Graecum repetiit Welckerus Mus. Rhen. 1836. p. 420. titulum Latinum Orellius Collect. inscr. Latt. n. 3596.

A.

DEO MAGNO
ET FATO BONO
VAL.VALENS
V.P.PRAEFEC
TVS CLASSIS
MISEN P.V.
GORDIANAE
VOTVM SOLVIT

B.

ΘΕΩΜΕΓΙΣΤΩΚΑΙΚΑΛΗ
ΜΟΙΡΑΟΥΑΛΗϹΑΡΧΗΝ
ΛΑΧΩΝΕΠΑΡΧΟΝΜΕΙϹΗ
ΝΩΝϹΤΟΛΟΥΕϹΤΗϹΑ
ΒΩΜΟΝΕΚΤΕΛΩΝ
ΕΥΧΗΝΕΜΗΝ

B. in Ant. Herc. vs. 3. ΜΕΙΣΗΝΟΝ, vs. 5. ΕΚΗ ΛΩΝ.

Deo magno et Fato bono Val. Valens, v(ir) p(erfectissimus), Praefectus classis Misen(ensis) p(iae) v(ictricis) Gordianae votum solvit.

Θεῷ μεγίστῳ καὶ καλῇ Μοίρᾳ Οὐάλης
ἀρχὴν λαχὼν ἔπαρχον Μεισηνῶν στόλου
ἔστησα βωμὸν ἐκτελῶν εὐχὴν ἐμήν.

Versus sunt trimetri, quorum secundus vitiosus est. De classe Misenensi nota sunt omnia. Eam nunc a Gordiano nomine Gordianae auctam esse, sicut etiam cohortes Gordianae habeantur, monet Osannus. Fortasse in bello Maximini, quum Senatus omnes portus confirmaret (Iul. Capitol. in Maxim. c. 23.), praecipuam in Gordianum fidem ostendit classis Misenensis (Misenatium scripserunt viri docti in Ant. Hercul.), ut cognomento isto augeretur. Epitheta (piae victricis aut, ut viri docti in Ant. Hercul. dederunt, vindicis) dedit A. W. Zumptius monens similia epitheta classibus tribui solere testantibus titulis apud Orell. n. 3598. 3600. Notabis euphemismum quem vocant in epitheto *καλή*, quo quidem epitheto solo in aliis monumentis celebratur Parca.

5795.

Neapoli, in basi statuae muliebris; ex schedis Pighii et Metelli edidit Gruter. p. CCLXXXVIII. 4. Citat Droysen Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1843. n. 9.

ΒΑϹΙΛΙϹϹΑΝΑΡϹΙΝΟΗΝΒΑϹΙΛΕΩϹ
ΠΤΟΛΟΜΑΙΟΥΚΑΙΒΑϹΙΛΙϹϹΗϹΒΕΡΕΝΙΚΗϹ
ϹΤΡΑΤΟΝΙΚΗΒΑϹΙΛΕΩϹΔΗΜΗΤΡΙΟΥ

Βασίλισσαν Ἀρσινόην βασιλέως Πτολ[ε]μαίου καὶ βασιλίσσης Βερενίκης Στρατονίκη βασιλέως Δημητρίου.

Stratonice est filia Demetrii Poliorcetae. Haec statua honorat Arsinoen II. sororem et secundam uxorem Ptolemaei Philadelphi post a. a. Chr. 276. Fortasse mutilus in fine titulus est. Vs. 2. alterum O in nomine ΠΤΟΛΟΜΑΙΟΥ videtur natum esse ex Є. Quamquam vix recte tradita sunt elementa huius tituli, cuius aetati forma Ʃ unice conveniret. Conf. ad n. 4694. Ceterum ubi statua posita fuerit, non constat.

5796.

Neapoli, in lapide ex antiquis domus Marcelli Muscettolae equitis fundamentis eruto vel, ut Lasena docet, in parietibus Sedilis Montaneae; edidit Capacius Hist. Neap. App. p. 900. unde repetierunt Reinesius Synt. inscr. Class. I. CCIV. p. 203. cum nota, Lasena de gymnas. Neap. p. 28. Martorellus Thec. calam. T. II. p. 654. cum commentario. Citat Ignarra de phratriis p. 180.

ΟΙΠΟΛΙΤΑΙΣΕΛΕΥΚΟΝΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΔΙΣΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝΑΡΞΑΝΤΑ
ΤΕΣΣΑΡΩΝΑΝΔΡΩΝΛΑΥΚΕΛ
ΑΡΧΗΣΑΝΤΑΑΡΧΟΝΤΑΤΟΝΔΙΑ
ΠΕΝΤΕΕΤΩΝΤΙΜΗΤΙΚΟΝ - - - -
ΑΦΡΟΔΙΤΗΣΕΥΝΟΙΑΣΘΕΟΙΣ

Vss. 3. 4. ΝΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΝΤΑ Mart. ex coniectura Reinesii.

Οἱ πολῖται Σέλευκον Σελεύκου, δὶς γυμνασίαρχον, ἄρξαντα τεσσάρων ἀνδρῶν, λαυκελαρχήσαντα, ἄρχοντα τὸν διὰ πέντε ἐτῶν τιμητικόν, [ἱερέα] Ἀφροδίτης, εὐνοίας θεοῖς.

Quattuorviri municipiorum noti sunt. De voce *λαυκελαρχήσαντα* vide ad n. 5790. *Ἄρχων ὁ διὰ πέντε ἐτῶν τιμητικὸς* Quinquennalis est Ignarrae. Nam quum Censoribus Romae in municipiis respondeant Quinquennales (Spartian. Vit. Hadr. 19.), qui et ipsi aliquando censores vocantur, talis censor municipalis n. 5797. *ἄρχων ὁ πενταετηρικὸς* audire ei videtur. Et talem fuisse etiam Seleucum; sed quod dicitur *τιμητικός*, hanc vocem supervacaneam iudicans Ignarra, quia satis sit Quinquennalem dixisse, ita interpretandum arbitratur, ut sit Quinquennalis honorarius s. honorariis codicillis dignitatem quinquennaliciam consecutus. Vix vere. Comparatis enim inter se titulis n. 5796. et 5797. Quinquennalis nunc dictus videtur *ἄρχων τὸν διὰ πέντε ἐτῶν τιμητικὸν* sive *ἄρχων τὸν πενταετηρικόν*. Conf. ad n. 5797. In omnia alia abit Martorellus, qui tamen vs. 5. extr. non male supplevit *ἱερέα*; sed idem quod *εὐνοίας χάριν* scribendum putat, falsus est; cf. Vol. I. n. 1365. 1450.

5797.

Neapoli, in lapide ibidem eruto, ubi n. 5796. Edidit Capacius Hist. Neap. App. p. 900. unde repetierunt Reinesius Synt. Cl. I. CCIII. p. 203. Lasena de gymnas. Neap. p. 29. Martorellus Thec. calam. T. II. p. 653. Vargas Macciucca de antiq. Neapol. colon. T. I. p. 279. Ignarra de phratriis p. 173. cum commentario.

ΗΦΡΗΤΡΙΑΗΟΝΙΟΝΑΕΩΝΛΕΥΚΙΟΝ
ΕΡΕΝΝΙΟΝΠΥΘΩΝΟΣΥΙΟΝΑΡΙΣΤΟΝ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ
ΔΗΜΑΡΧΗΣΑΝΤΑΛΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΝ
ΤΑΓΡΑΜΜΑΤΙΣΑΝΤΑΑΡΞΑΝΤΑΤΟΝ
ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΚΟΝΘΕΟΙΣ

Ἡ φρητρία ἡ Ο[ἰνω]να[ί]ων Λεύκιον Ἑρέννιον, Πύθωνος υἱόν, Ἄριστον, ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐεργεσίας, δημαρχήσαντα, λαυκελαρχήσαντα, γραμματ[εύ]σαντα, ἄρξαντα τὸν πενταετηρικὸν θεοῖς.

Monstrum istud ΗΟΝΙΟΝΑΕΩΝ Reinesius aut *ἡ Οἰνοίων* (immo *Οἰνοαίων*) aut *ἡ Οἰνωναίων* statuit esse; Martorellus et Macciucca *τῶν Ἰοναίων* exsculpserunt. Alteram Reinesii interpretationem (*ἡ Οἰνωναίων*) unice probat Ignarra, iure. Litterae ΟΙΝ transcribentem fefellerunt, qui sibi visus est vidisse ΟΝΙ. De hac phratria vide p. 716. *b*. L. Herennii cognomen est *Ἄριστος*. De *δημαρχίᾳ* et de *λαυκελαρχίᾳ* vide p. 717. *a*. et ad n. 5790. *Γραμματίζειν* Ignarra putabat i. q. *γραμματεύειν* esse. Idem nihil monuit de forma ΑΡΞΑΝΤΑ, quae docere videtur dictum esse *ἄρχειν τὸν πενταετηρικόν*, pro quo n. 5796. dicitur *ἄρχων τὸν διὰ πέντε ἐτῶν τιμητικόν*. Cui formulae subesse videtur *ἄρχειν τὴν τοῦ πενταετηρικοῦ τιμητικοῦ λόγου ἀρχήν*. Sensum vocabuli additi *θεοῖς* (cf. n. 5796.) non percepit Ignarra. Vide Elem. epigr. Gr. p. 330.

5798.

Neapoli, in tabula marmorea, quae ex aedibus Hippolytae Ruffo ad sacerdotes Theatinos D. Mariae Maioris templum incolentes devenit; ediderunt Capacius Hist. Neap. T. I. p. 75. et Summontius de regno Neap. I. c. 6. p. 127. (edit. 1748. p. 148.) Ex Capacio repetierunt Reinesius Epist. ad Hoffmann. et Rupert. p. 278. Synt. inscr. Cl. VI. XXXVII. p. 411. Martorellus Thec. calam. T. II. p. 519. et 620. Citavit Mazochius de cathedr. eccles. Neap. p. 140. not.

ΛΚΡΕΠΕΡΕΙΟΝΠΡΟΚΛΟΝ
ΥΠΑΤΟΝΑΝΘΥΠΑΤΟΝΤΩΝΙΛΙΟΝ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΙΦΡΗΤΟΡΕΣ
ΑΜΟΙΒΗΣΧΑΡΙΝ

Distinctio versuum est ex Capacio. Summontius primos tres versus in quinque dispescit. Idem omittit puncta post singulas voces addita a Capacio. Vs. 1. Cap. Λ.ΚΡΕΠΕΡΛΙΟΝ.ΠΡΟΚΛΟΝ, Summ. Α.ΚΡΕΠΕΡΕΙΟΥ|ΠΡΟΚΛΟΥ. Vs. 2. Cap. ΑΝΤΙΠΑ ΤΟΝ.ΤΩΝ.ΙΛΙΩΝ, Summ. ΑΝΘΥ||ΠΑΤΟΥΤΩΝ ΙΛΙΟΝ, quae composui. Vs. 3. Summ. ΕΥΕΡΓΕΙΗΙ. Vs. 5. Cap. ΧΑΡΗΝ, Summ. ΧΑΡΙΝ. Reinesius in Epist. ad Hoffm. et Rupert. vs. 1. dedit Α.ΚΡΕΠΡΕ ΕΙΟΝ cet. vs. 2. ΑΝΘΥΠΑΤΟΝΤΟΝΕΔΙΟΝ, nescio unde.

Λ. Κρεπερ[ή]ϊον Πρόκλον, ὕπατον, ἀνθύπατον, τ[ὸ]ν ἴ[δ]ιον εὐεργέτην, Ἀρτεμίσιοι φρήτορες ἀμοιβῆς χάριν.

Nomen Κρεπερήϊον legit Mazochius notans gentem Crepereiam ex nummis et lapidibus notissimam esse. Idem vidit intelligendum esse Consularem Campaniae, quales Consulares in marmoribus et libris ἀνθύπατοι saepe vocarentur (cf. Vol. II. n. 2597.). Contra quam sententiam quae protulit Martorellus, sciens omitto. Quod autem Mazochio videtur Proculus a phratria Artemisiorum (vide p. 716. *b.*) statua ornatus sub Hadriano, a quo Consulares Campaniae instituti sunt (Spartian. vit. Hadr.), Consul suffectus et Consularis Campaniae fuisse, addubitans Ignarra bene monet fieri posse, ut de Proculo M. Aurelii Antonini Imperatoris olim praeceptore (Capitolin. vit. M. Aurelii Antonini) cogitemus, quem grammaticum doctissimum sui temporis virum praedicat Trebellius Pollio in XXX tyrannis de Aemiliano. Hunc Proculum Capitolinus ait ab Antonino usque ad Proconsulatum esse provectum, in quo quum Casaubonus aequius esse censeret consulatum memorari, Ignarra coniicit a Capitolino scriptum fuisse: *Proculum vero usque ad consulatum et proconsulatum provexit.* Sed maioris momenti est, quod in lapide Puteolano Neapolim translato Proculus Consul et Proconsul apparet; cuius lapidis inscriptio Latina haec est (Ignarra l. c. p. 154.):

D · M ·
IVLIAE PROCV NAE
VXORI PVDICIS MAE
ET OPSEQVENT SIMAE
AQVILLIVS PRO VLVS
CONSVL PRO CON
SVL · XV · V
ET · SI

Hunc enim Proculum unusquisque facile cum Ignarra eundem agnoverit, quem offert inscriptio Graeca, licet discrepante cognomine. Scilicet cumulatis pro aetatis ratione nominibus ex duobus nominibus videri possunt Neapolitani alterum, alterum Puteolani praetulisse. Nihilo vero minus de Aquillio Proculo M. Aurelii Antonini praeceptore non omnia certa sunt, nisi verum esse iudicaris, quod Ignarra in verbis Capitolini pro *Eutychio* (codd. *Cutidio*) *Proculo* restituit *Aquilio Proculo.* Vs. 2. τὸν ἴδιον debetur Reinesio. Mitto Martorelli commenta.

5799.

Neapoli, in pariete ad aedem D. Pauli; edidit Capacius Hist. Neap. T. I. p. 215. unde repetierunt Reinesius Epist. ad Hoffm. et Rupert. p. 252. Synt. inscr. Cl. V. IX. p. 358. Martorellus Thec. calam. T. II. p. 712. Donatus Inscr. p. 79. 7. cum interpr. Martorelli. Nuper citavit etiam Minervinus L'ant. lap. Nap. di Tettia Casta, Nap. 1845. p. 61. Inscriptionem damnat Maffeius.

ΚΟΜΙΝΙΑΙ.ΠΛΟΥΤΟΓΕΝΙΑΙ.ΙΕΡΙΑΙΔΗΜΗΤΡΟΣΘΕΞΜΟΦΟΡΟΥΣΑ
ΘΥΓΑΤΡΙ.ΓΙΝΑΙΚΙ.ΓΑΚΚΙΟΥΚΑ.ΑΗΔΟΥΑΡΧΟΝΤΙΚΟΥΚΑΙ.ΜΗΤΡΙ
ΠΑΚΚΙΟΥΚΑ.ΑΗΔΙΑΝΟΥ.ΑΓΟΡΑΝΟΜΙΚΟΥΜΑΜΜΗ.ΚΑΣΤΡΙΚΙΟΥ
ΠΟΛΑΙΩΝΟΣΑΡΧΟΝΤΙΚΟΥ.ΕΙ.ΚΑΣΤΡΙΚΙΟΣ.ΚΑΛΗΔΙΑΝΟΣ.ΔΗ
ΜΑΡΧΗΣΑΣ.ΤΗ.ΠΡΟΜΑΜΜΗΕΥΣΕΒΙΑΣ.ΕΝΕΚΑ
ΑΟΓΜΑΤΙ.ΣΥΓΚΛΙΤΟΥ.

Κομινίᾳ Πλουτογενίᾳ ἱερίᾳ Δήμητρος Θε[σ]μοφόρου, Σα- - - - θυγατρί, γ[υ]ναικὶ Παккίου Κα[λ]ήδου ἀρχοντικοῦ, καὶ μητρὶ Παккίου Κα[λ]ηδιανοῦ ἀγορανομικοῦ, μάμμῃ Καστρικίου Πολ[λ]ίωνος ἀρχοντικοῦ, [Τ]ι. Καστρίκιος Καληδιανὸς δημαρχήσας τῇ προμάμμῃ εὐσεβίας ἕνεκα. [δ]όγματι συγκλ[ή]του.

Patet Cominiam Plutogeniam fuisse matrem Paccii Malediani, filii ex patre Paccio Caledo, aviam Castricii Pollionis, et proaviam Castricii Calediani. Stemma igitur hoc est:

Paccius Caledus et Cominia
|
Paccius Caledianus
|
Castricius Pollio
|
Ti. Castricius Caledianus.

Cominiae maritum Paccium Caledum habes n. 5836. ubi audit ἄρχων, unde coniectura fieri de aetate nostri tituli potest. Nomen *Paccius* (Πάκιος n. 5861.) frequens esse in Campania monuit Minervinus citans R. Rochette Mém. de numism. et d'ant. p. 113 sqq. Iorio Guida di Pozzuoli tab. II. n. 20. p. 119. coll. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn p. 337. ed. sec. Avellino congh. sopra una iscrizione Sannit. p. 3. 5. Nomen patris Cominiae excidisse vidit Martorellus, qui male Θεσμοφορούσης scribens lacunam post θυγατρὶ statuit. Videtur potius in ΣΑ latere prima syllaba nominis patris Cominiae. Nonnulla menda sustulit Reinesius, qui de suo dedit vs. 2. ΚΑΛΗΔΟΥ, vs. 3. ΚΑΛΗΔΙΑΝΟΥ, vs. 4. ΠΟΛΛΙΩΝΟΣ. Ibidem quod legitur ΕΙ, id in ΤΙ mutavit Martorellus, qui homo

ridicule doctus contra vocem ΣΥΓΚΛΙΤΟΥ militat reponens ΠΑΓΚΛΕΙΔΩΝ. De ἀρχοντικοῖς vide p. 718. b. De sacerdotibus Cereris Neapolitanis locus insignis est ap. Cic. pro Corn. Balbo 24. Senatus Neapolitanus Castricio demarchiae (vide n. 5790.) munere perfuncto potestatem dedit titulum ponendi.

5800.

Neapoli, iuxta nosocomium populi; ex schedis Ignatii Mariae Como edidit Murat. T. II. p. MLXII. 4. cum not.

. . . . . . ΥΤΗΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΩΕΠΑΡΧΕΙΑΣ
. . . . ΔΟΝΙΑΣΑΝΘΥΠΑΤΩΕΠΑΧΗΣ
. . . . ΑΡΒΩΝΗΣΙΑΣΑΓΑΝΩΘΕΤΗ
ΗΠΟΛΙΣ

Τῷ δεῖνι - - - - -] ἀντιστρατήγῳ ἐπαρχείας [Μακε]δονίας, ἀνθυπάτῳ ἐπα[ρ]χ[εία]ς [Γαλατίας τῆς Ν]αρβωνησίας, ἀγ[ω]ν[ο]θέτῃ, ἡ πόλις.

5801.

Neapoli, in basi statuae; edidit Capacius Hist. Neap. T. I. p. 65. unde repetiit Reinesius Synt. inscr. Cl. III. LIV. p. 323. Rursus transcripsit et edidit Martorellus Thec. calam. T. II. p. 658. cum commentario, unde citat Ignarra de phratriis p. 205.

- - - -
ΤΗ ΘΕΙΟΤΑΤΗ ΚΑΙ ΕΥΣΕΒΕΣ
ΤΑΤΗ ΣΕΒΑΣΤΗ
- - - - - - - - - - - - -
ΕΥΗΡΕ - - - - - -

Vs. 1. ΤΗ addit Martor., omittit Capac. Vs. 2. post ΤΑΤΗ Mart. inseruit ΚΑΙ. Merito ab Ignarra vapulat Martorellus, qui nimio phratriacarum rerum studio ultimas duas lineas a Capacio ignoratas exsculpere sibi visus est, quorum in paenultimo init. legebat ΦΡ - -, in ultimo init. ΕΥΜΕΙΔΑΙ, ut esset nova phratria. Testatus autem est Ignarrae Vincentius Calà Ossorius de Figueroa ex villae novae Marchionibus, metropolitanae ecclesiae canonicus, in paenultimo versu nihil plane superesse, in ultimo videri potius esse ΕΥΗΡΕ - -

- - - τῇ θειοτάτῃ καὶ εὐσεβεστάτῃ Σεβαστῇ - - - -

Augustam Capacius Helenam Constantini matrem putabat esse coniectura ridicula. Paulo melius Martorellus, qui Faustinam Marci Aurelii uxorem intelligendam censuit. Quae coniectura etsi satis firmari argumentis non potest, tamen, quod ornamenta divinitatis integra servantur, inde nemo cum Ignarra colligat Faustinam non esse intelligendam, cuius honores a Caracalla ereptos constet. Possunt enim deleta esse nomina intactis epithetis.

5802.

Neapoli, in aedibus Fabii Cincinelli vel prope aedes Iacobi Carraccioli e ducibus Cryptaliarum, ut tradit Martorellus, fragmentum; edidit Capacius Hist. Neap. T. I. p. 62. unde repetiit Reinesius Epist. ad Hoffm. et Rupert. p. 278. Synt. inscr. Cl. I. CXLVII. p. 173. Ex hac inscriptione solum vocabula ΑΝΤΟΝΙΑΣΕΒΑΣΤ dedit Gudius Ind. Gudianae collectionis p. XLVIII., ΑΝΤΩΝΙΑΣΣΕΒΑΣΤΗΣ Martorellus Thec. calam. T. II. p. 659.

. . . . ΙΜΕΛΗΘΕΝΤΩΝ
ΠΑΝΙ . ΤΩ. ΕΚ
ΣΥΒΑΡΙΔΟΣ
ΑΝΤΩΝΙΑΣ ΣΕΒΑΣΤΗΣ

Vs. 1. Reines. ΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΩΝ de coniectura, ut videtur. Vs. 4. Capac. ΑΝΤΟΝΙΑΣΣΕΒΑΣΤ. Mart. quod dedi. Fragmentum obscurum, neque audeo membra orationis parum congrua componere.

Antoniam Augustam Capacius male Iustiniani uxorem intelligit. De Antonia Drusi maioris uxore, quam etiam Gudius agnovit, Martorellus ad Dion. Cass. p. 904. et annot. Reimari ablegat. Vs. 1. ἐπ]ιμεληθέντων [τῶν δεῖνα]. Vss. 2. 3. Reinesius legit Πανὶ τῷ ἐκ Συβάριδος. „Signo autem illo Panis repraesentabatur puer, quem e Crathide caprario et capra cum hircinis pedibus Sybaritae in deos retulerant. Vide Aelian. Hist. animal. VI, 42. Hic est ille Pan ὁ ἐκ Συβάριδος Neapoli. Signum Panis etiam aliud Neapoli laudat Capacius II, 3." Conf. Probus ad Virgil. Georg. I, 20.

5802. *b*.

Neapoli, ut videtur; edidit Muratorius T. I. p. CV. 9. cum lemmate: „Aquilae, misit Antonius Antinorius Aquilanus".

ΚΛΑΥΔΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΘΕΟΙΣ ΦΡΗΤΡΙΟΙΣ
ΝΑΟΥΙΟΣ ΑΤΤΟΣ
ΑΠΟΚΑΤΑΣΤΕΙΣ ΥΠΟ ΑΥΤΟΥ
ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΔΑ

Κλαύδιον Καίσαρα Σεβαστὸν θεοῖς φρητρίοις Ναούϊος Ἄττος ἀποκαταστ[αθ]εὶς ὑπὸ αὐτοῦ εἰς τὴν πατρίδα.

Neapolitanum titulum esse produnt θεοὶ φρήτριοι, de quibus vide p. 715. b. Vocem ἀποκατασταθεὶς restituit Dorvillius in schedis Van Vaassenii.

5803.

Neapoli, fragmentum; edidit Martorellus Thec. calam. T. II. p. 476.

ΧΙΕΡΕΙ.
Ι.ΤΟΓΠ
ΙΠ

Est ex titulo Imperatori cuidam posito:
- - - ἀρ]χιερεῖ [μεγίστῳ, αὐτοκράτορ]ι τὸ γ̅, π[ατρὶ πατρίδος - - -

Potest esse Caracalla. Conf. Vol. I. n. 1321.

5804.

Neapoli, in marmore tres palmos Neap. quaquaversum lato, quinque alto, a. 1764. in aedibus monasterii S. Mariae Aegyptiacae ad portam-Nolanam effosso, in regione, in qua scriptores Neapolitani vetustiores olim gymnasium fuisse commonstrarunt (conf. n. 5809.). Edidit et docto commentario illustravit Ignarra de palaestra Neapolitana, Neap. 1770. 4. qui monet in superiore basis superficie nullum statuae impositae vestigium apparere.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΗΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΣΚΑΙΦΙΛΟΡΩΜΑ
ΞΑΝΔΡΕΩΝΠΕΡΙΠΟΛΙΣΤΙΚΗΕΥΣΕΒΗ
ΕΤΙΜΗΣΕΝΤ·ΦΛΑΟΥΙΟΝΚΥΡ·ΑΡΧΙΒΙΟΝΤΟΝ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑΑΡΧΙΕΡΕΑΔΙΑΒΙΟΥΤΟΥΣΥΜΠ
ΠΑΡΑΔΟΞΟΝΙΚΗΝΝΙΚΗΣΑΝΤΑΤΗΝΣΚ·ΟΛ
ΤΗΝΣΚΑ·ΟΛΥΜΠΙΑΔΑΑΝΔΡΩΝΠΑΓΚΡΑΤ
ΡΩΜΗΙΤΑΜΕΓΑΛΑΚΑΠΕΤΩΛΕΙΑΤΗΝΤΡΙΤΗΙ
ΑΓΕΝΕΙΩΝΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΣΤΕΦΑΝΩΘΕΝΤΑΚΑ
ΑΝΔΡΩΝΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΝΙΚΗΣΑΝΤΑΚΑΙΤΗΝΠΕΜΓ
ΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΣΤΕΦΑΝΩΘΕΝΤΑΚΑΙΤΗΝΕΚΤΗΝΟΙ
ΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΣΤΕΦΑΝΩΘΕΝΤΑΠΡΩΤΟΝΑΝΘΡΩΠΩ
ΗΡΑΚΛΕΙΑΕΠΙΝΙΚΙΑΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣΝΕΡΟΥΑΤΡΑΙΑΝΟΥΚ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥΔΑΚΙΚΟΥΣΤΕΦΑΝΩΘΕΝΤΑΑΝΔΡΩΝΠΑΓΚΡΑ
ΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΚΑΙΤΗΙΕΞΗΣΠΥΘΙΑΔΙΑΝΔΡΩΝΠΑΛΗΝΚΑΙΠ
ΕΞΗΣΑΝΔΡΩΝΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΠΡΩΤΟΝΑΝΘΡΩΠΩΝΝΕΜΕΙΑΠ
ΚΑΙΤΡΙΣΚΑΤΑΤΟΕΞΗΣΑΝΔΡΩΝΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΠΡΩΤΟΝΑΝ
ΑΝΔΡΩΝΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΑΚΤΙΑΑΓΕΝΕΙΩΝΠΑΛΗΠΑΓΚΡΑΤ
ΤΟΕΞΗΣΑΝΔΡΩΝΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΠΡΩΤΟΝΑΝΘΡΩΠΩΝΝΕΑΝΓ
ΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΚΑΙΔΙΣΚΑΤΑΤΟΕΞΗΣΑΝΔΡΩΝΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝ
ΩΝΠΑΛΗΝΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΚΑΙΔΙΣΚΑΤΑΤΟΕΞΗΣΑΝΔΡΩΝΠΑΛΗΝΠΑΓΚΡ
ΑΝΔΡΩΝΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΠΡΩΤΟΝΑΝΘΡΩΠΩΝΤΑΕΝΕΦΕΣΩΙΒΑΛΒΙΛΛΕΙΑ
ΜΗΝΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΠΡΩΤΟΝΑΝΘΡΩΠΩΝΚΑΙΤΟΝΕΝΑΝΤΙΟΧΕΙΑΙΙΕΡΟΝΠΕΝ
ΑΚΤΙΑΚΩΝΠΑΙΔΩΝΠΑΓΚΡΑΤΙΩΝΚΑΙΤΗΙΕΞΗΣΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΔΙΑΓΕΝ
ΜΗΝΚΑΙΤΗΙΕΞΗΣΑΝΔΡΩΝΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΚΑΙΤΗΙΕΞΗΣΟΜΟΙΩΣΑΝΔ
ΠΡΩΤΟΝΑΝΘΡΩΠΩΝΣΜΥΡΝΑΝΚΟΙΝΟΝΑΣΙΑΣΑΓΕΝΕΙΩΝΠΑ
ΚΑΙΤΟΝΕΝΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΙΕΡΟΝΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΚΟΝΑΓΩΝΑΑΚ
ΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΚΑΙΜΕΤΑΜΙΑΝΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΔΑΑΝΔΡΩΝΠΑ
ΚΑΙΤΗΙΕΞΗΣΟΜΟΙΩΣΑΝΔΡΩΝΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΚΑΙΤΗΙΕ
ΑΝΔΡΩΝΠΑΛΗΝΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΠΡΩΤΟΝΑΝΘΡΩΠΩΝΕΧΕ
ΑΡΓΟΥΣΑΣΠΙΔΑΚΑΙΑΛΛΟΥΣΠΛΕΙΣΤΟΥΣΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΚ
ΠΑΙΔΩΝΑΓΕΝΕΙΩΝΑΝΔΡΩΝΠΑΛΑΣΚΑΙΠΑΓΚΡΑΤΙΑ

Ἀγαθῇ τύχῃ
ἡ φιλοσέβαστος καὶ φιλορώμα[ιος Ἀλε-
ξανδρέων περιπολιστικὴ εὐσεβ[ὴς σύνοδος
ἐτίμησεν Τ. Φλαούϊον Κυρ(είνᾳ) Ἀρχίβιον τὸν [καὶ Ζώσιμον
Ἀλεξανδρέα, ἀρχιερέα διὰ βίου τοῦ σύμπ[αντος ξυστοῦ,
παραδοξονίκην, νικήσαντα τὴν σ̅κ̅ Ὀλ[υμπιάδα καὶ
τὴν σ̅κ̅α̅ Ὀλυμπιάδα ἀνδρῶν παγκράτ[ιον καὶ ἐν τῇ
Ῥώμῃ τὰ μεγάλα Καπετώλεια τὴν τρίτη[ν Ὀλυμπιάδα
ἀγενείων παγκράτιον στεφανωθέντα κα[ὶ τὴν τετάρτην
ἀνδρῶν παγκράτιον νικήσαντα καὶ τὴν πέμπ[την ἀνδρῶν
παγκράτιον στεφανωθέντα καὶ τὴν ἕκτην ὁ[μοίως ἀνδρῶν
παγκράτιον στεφανωθέντα πρῶτον ἀνθρώπω[ν· ἔτι δὲ τὰ ἐν
Ἡρακλείᾳ ἐπινίκια Αὐτοκράτορος Νερύα Τραϊανοῦ Κ[αίσαρος Σεβαστοῦ
Γερμανικοῦ Δακικοῦ στεφανωθέντα ἀνδρῶν παγκρά[τιον· Πύθια ἀνδρῶν

παγκράτιον καὶ τῇ ἑξῆς Πυθιάδι ἀνδρῶν πάλην καὶ π[αγκράτιον καὶ τῇ ἑξῆς ἀνδρῶν παγκράτιον πρῶτον ἀνθρώπων· Νέμεια π[αίδων παγκράτιον καὶ τρὶς κατὰ τὸ ἑξῆς ἀνδρῶν παγκράτιον πρῶτον ἀν[θρώπων· Ἴσθμια ἀνδρῶν παγκράτιον· Ἄκτια ἀγενείων πάλη[ν] παγκράτ[ιον καὶ τρὶς κατὰ τὸ ἑξῆς ἀνδρῶν παγκράτιον πρῶτον ἀνθρώπων· Νέαν [πόλιν ἀγενείων παγκράτιον καὶ δὶς κατὰ τὸ ἑξῆς ἀνδρῶν παγκράτιον· [- - - ἀγενείων πάλην παγκράτιον καὶ δὶς κατὰ τὸ ἑξῆς ἀνδρῶν πάλην παγκρ[άτιον· - - - ἀνδρῶν παγκράτιον πρῶτον ἀνθρώπων· τὰ ἐν Ἐφέσῳ Βαλβίλλεια [ἀνδρῶν πάλην, πυγμήν, παγκράτιον, πρῶτον ἀνθρώπων, καὶ τὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἱερὸν πεν[ταετηρικὸν ἀγῶνα Ἀκτιακῶν παίδων παγκράτι[ο]ν καὶ τῇ ἑξῆς πενταετηρίδι ἀγεν[είων πάλην καὶ πυγμὴν καὶ τῇ ἑξῆς ἀνδρῶν παγκράτιον καὶ τῇ ἑξῆς ὁμοίως ἀνδ[ρῶν παγκράτιον πρῶτον ἀνθρώπων· Σμύρναν κοινὸν Ἀσίας ἀγενείων πά[λην παγκράτιον καὶ τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἱερὸν πενταετηρικὸν ἀγῶνα Ἀκ[τιακῶν παίδων παγκράτιον καὶ μετὰ μίαν πενταετηρίδα ἀνδρῶν πά[λην παγκράτιον καὶ τῇ ἑξῆς ὁμοίως ἀνδρῶν παγκράτιον καὶ τῇ ἑ[ξῆς ὡσαύτως ἀνδρῶν πάλην παγκράτιον πρῶτον ἀνθρώπων· Ἐχε[λίδας, τὴν ἐξ Ἄργους ἀσπίδα καὶ ἄλλους πλείστους πενταετηρικ[οὺς ἀγῶνας παίδων, ἀγενείων, ἀνδρῶν πάλας καὶ παγκράτια.

Supplementa, ubi nihil moneo, sunt Ignarrae, qui ut plurimum ingeniose feliciterque restituit, sedulo operam dans, ne plus minusve litterarum in ordinem verborum adscisceretur: quod pro ratione litterarum in parte superstite apparentium exacte instituit commodeque perfecit. Nam litterarum numerus admodum varius est, ut vs. 2. litterae sunt viginti quattuor, vs. 23. elementa amplius quinquaginta stipantur. Idem latitudinem inscriptionis integrae ad symmetriae leges ex vs. 1. cum reliqua inscriptione collato optime definivit adhibitis inprimis vss. 2. et 31. atque ita dextrum scripturae latus fixit.

Titulus in honorem T. Flavii Archibii athletae Alexandrini positus a synodo gymnica Alexandrinorum. Ex quo de fatis palaestrae Neapolitanae, quam etiam Strabo (V, 246. *γυμνάσιά τε καὶ ἐφηβεῖα*) commemorat, existimari potest. Synodus illa est *περιπολιστική* (conf. Vol. I. n. 349. Vol. II. n. 3476. *b.* et ad n. 3067.) epithetis *φιλοσέβαστος* et *φιλορώμαιος* se ipsa ornans in gratiam Imperatorum populique Romani. Neque enim inde repetendum epitheton *φιλοσέβαστος*, quod Alexandria ipsa olim dicta est *Σεβαστή* (Steph. Byz. v. *Ἀλεξάνδρεια*). T. Flavius Archibius Alexandrinus et ipse dicitur estque civis Romanus, ut patet ex tribu. Ut de Neapolitano verba facit Ignarra monens Flavios multos fuisse Neapoli a Flaviis Imperatoribus desumpto nomine coniiciensque alterum Archibii nomen fuisse *Ζώσιμον*, quod nomen satis incertum ita tuetur, ut dicat Archibium videri cum T. Flavio Zosimo n. 5805. genere coniunctum fuisse, inutili coniectura. Nam si Neapolitani plures nomen Flavii adepti putantur, non est cur statuamus alterum Flavium cum altero coniunctum genere fuisse, eoque minus, quum alter Alexandrinus dicatur. Potest quidem Archibius etiam Neapolitana civitate donatus fuisse, ut Hermodorus in titulo Romano n. 5913.; sed cur id nunc statuatur, causa nulla est; nec quidquam de hac difficultate Ignarra. Nihilo vero minus supplementum *καὶ Ζώσιμον* exempli causa retinuimus. Fuit Archibius *ἀρχιερεὺς τοῦ σύμπαντος ξυστοῦ διὰ βίου* (conf. tit. Rom. n. 5913.) et *παραδοξονίκης* i. e. *περιοδονίκης παράδοξος* (vide Vol. II. n. 2682. et ad n. 3427.). In exponendis victoriis hominis initium fit a certaminibus celeberrimis, Olympiis, Pythiis, Nemeis, Isthmiis, ita tamen ut certamina in aemulationem Olympicorum ab Imperatoribus instituta interserantur; quo pertinent Capitolina, Epinicia Traiani, Actiaca. Et Olympia quidem ex Olympiadibus Pisaeis 220 et 221. significantur (conf. Vol. II. n. 3230.), quibus vir vicit Archibius, Capitolina a Domitiano instituta (Vol. II. n. 2682.) quae et ipsa Olympia vocantur (Vol. II. n. 2810. *b.* Add.), ex Olympiadibus Capitolinis ab a. Chr. 86. Olymp. 216, 2. computandis, ut ex Censorino constat (conf. Vol. II. n. 3674.). Vicit autem Archibius in his III. IV. V. VI. penteteride, quae penteterides s. Olympiades respondent Olympiadibus Pisaeis 218, 2. 219, 2. 220, 2. 221, 2. Itaque victoriae duae in his ludis primum ab eo partae antecedunt victorias eius Pisaeas. Perverse Ignarra, qui (p. 40 sq.) penteteridem Capitolinam cum Olympiadibus Pisaeis confundens contendebat ad *τρίτην Ὀλυμπιάδα* cet. annumerandam esse 220, ut Olympiades 223. 225. 226. intelligantur; quem errorem notavit etiam Boeckhius Vol. II. n. 2810. *b.* De introductis novis Olympiadibus conf. Vol. II. n. 3208. Idem Ignarra vs. 9. extr. *κα[ὶ κατὰ τὸ ἑξῆς* supplebat; nos fidenter *κα[ὶ τὴν τετάρτην* reposuimus licet supplemento una littera maiore. Sequuntur vs. 12. *τὰ ἐν Ἡρακλείᾳ ἐπινίκια* (ΗΡΑΚΛΕΙΑ sine Iota ut vs. 27. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ). Heracleam Bithyniae esse bene exputavit Ignarra argumento petito ex Plinii Epist. X, 79. ubi auctor significat se cogitare de ludis quinquennalibus in honorem Traiani instituendis. Hos autem ludos institutos esse quum nostra inscriptio docet tum Plinius ipse Epist. X, 119. 120. tribus verbis prodit in numerum certaminum iselasticorum ab Imperatore relatos significans. Iam Traianus audit *Δακικός*; unde coniectura fieri potest epinicia Traiani ad victoriam de Dacis reportatam referenda esse, ut Romae epinicia celebrabantur in honorem M. Aurelii et L. Veri de Parthis trium-

phantium (Vol. II. n. 3674.); videnturque Traiani epinicia eadem esse, quae alias Τραϊάνεια vocantur (Vol. II. n. 3208. 3428.). Tempus victoriae incidit inter a. Chr. 103. quo anno Traianus coepit Dacicus vocari, et a. Chr. 116. quo Parthicus. His ludis quinquennalibus in titulo nostro subiici Pythia, Nemea, Isthmia vidit Ignarra. Pythia penteterica computantur ab Olymp. 48, 3. (vide Vol. II. p. 307.), non ab Olymp. 49, 3. ut putavit Ignarra. Itaque tres Pythiades, quibus vir vicit Archibius (vss. 14. 15. 16.), sunt Pythiades 172. 173. 174. quibus respondent Olympiades 219, 3. 220, 3. 221, 3. Unde simul apparet, qui vir vicerit Olympiade Capitolina IV. i. e. Olymp. 219, 2. (vs. 10.) etiam Pythiade 172. i. e. Olymp. 219, 3. vicisse virum. Primam Nemeorum victoriam ita constituit Ignarra vs. 16. Νέμεια π[άλην παγκράτιον, in quo particula καὶ exsulat ut vss. 18. 21. At opus est ut significetur cum quibus commissus sit Archibius. Hinc scripsimus Νέμεια π[αίδων παγκράτιον. Et tribus aetatibus vicisse Archibium quum Ἀκτιακοὶ παῖδες (vss. 24. 27.), tum diserta mentio vs. 32. ostendunt. Prima igitur Nemeorum victoria incidit ante tertiam Olympiadem Capitolinam i. e. ante Olymp. 218, 2. quo anno vicit imberbis (vs. 9.). Isthmiis adiiciuntur Actia, quae τῆς περιόδου censebantur (n. 4472.). Haec pridem coronaria celebrata in honorem Apollinis Actii ab Augusto post victoriam Actiacam condita Nicopoli etiam celebriora facta sunt (Strab. VII, 325.). Nam quum antea essent trieterica (Steph. Byz. v. Ἄκτια. Ἀπόλλωνος γυμνικὸς ἀγὼν καὶ ἱππικὸς καὶ πλοίων ἅμιλλα διὰ τριετηρίδος ἦν), Augustus ludos illos ad similitudinem quattuor magnorum certaminum et sacros esse et quinquennales iussit (Dion. Cass. LI. init.), ut fere ἀγὼν ἰσολύμπιος evaderet. Certamen Actiacum Olympico aequiparatum esse etiam inde patet, quod et Actiades numerabantur, ut Olympiades, et victores dicebantur Actionicae, ut Olympionicae, Hieronicae. Quid quod Actia Ὀλύμπια vocavit Strabo l. c. Quumque sacra certamina simul essent εἰσελαστικά, data hieronicis potestate ut veluti triumphantes in urbem ingrederentur, etiam ex iis ludis, qui ad imitationem illorum instituti sunt, plurimi eadem dignitate ornabantur, ἀγῶνες ἱεροὶ εἰσελαστικοί (Vol. II. n. 3426. conf. Ignarra l. c. p. 72. et p. 144 sq.), vulgo ἀγῶνες ἱεροὶ πενταετηρικοί, quo nomine etiam Actia vocantur nostri tituli vss. 23. 27. Celebrabantur enim Actia etiam aliis in urbibus, posteaquam semel Romae edita sunt. Antiochiae et Alexandriae edita esse Ἀκτιακῶν παίδων mentio vss. 24. 27. docet. Hinc interdum distinctio: Ἄκτια ἐν Νεικοπόλει (Vol. I. n. 1068. Vol. III. n. 4472. ubi p. 221. *a.* dele: *Nicopolis Seleucidis est.* Cf. tit. Rom. n. 5913.). Ex reliquis ludis primus locus datur Neapolitanis, ut consentaneum est in titulo Neapoli posito. Certamina sunt Augustalia, Σεβαστά (conf. Vol. II. n. 2810. *b.* Add. et n. 5913.), sive Ῥωμαῖα Σεβαστά (n. 3902. *b.*), plenius Ἰταλικὰ Ῥωμαῖα Σεβαστὰ ἰσολύμπια dicta n. 5805. ubi additum Ἰταλικά, quo ab Augustalibus alibi celebratis, ut Alexandriae (conf. n. 5915.), dignoscerentur, ἰσολύμπια ob parem cum Olympiis honorem; unde a Strabone V, 246. vocatur ἱερὸς πεντετηρικὸς ἀγὼν — ἐνάμιλλος τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα. Instituta autem Neapoli sunt in honorem Augusti a. p. Chr. 2. a. u. c. 755. Olymp. 195, 2. ex quo anno initium Italidum s. Olympiadum Italicarum deducendum est (vide ad n. 5805.). Prima igitur Neapolitana victoria, quam imberbis reportavit Archibius, si verum est vs. 19. ἀγενείων, incidit, ni fallor, in Olympiadem Italicam XXIV, quae respondet Olympiadi Pisaeae 218, 2. qua Olympiade Archibium Capitolinis imberbem vicisse supra vidimus. Quae de palma Archibii Neapolitana coniicit Ignarra p. 45. cassa sunt. Post Augustalia sequuntur duo certamina, quorum nomina perierunt in lacuna. Alterum vs. 20. Ignarra Ἀθῆνας ἀγενεί]ων arbitratur esse, improbabili coniectura, quum exspectaveris Παναθήναια; nec commoda Athenarum mentio, si vs. 30. Echelidas recte positos iudices. Incertum etiam ἀγενείων. Altero loco vs. 21. fidenter Ποτιόλους reposuit, quo Εὐσέβεια ab Antonino Pio instituta in honorem Hadriani intelligerentur (vide ad n. 5810.). Cui coniecturae ut succurreret in titulo Hadriani aetate posito, p. 317. monuit Antoninum videri non primum Puteolis gymnasium aperuisse, sed agonem gymnicum ibi fortasse celebratum in honorem patris instaurasse magnificentius. At de Puteolanis hoc loco conclamatum videtur. Vs. 22. nota etiam aliunde Barbillia Ephesi celebrata, denominata illa de Barbillo astrologo Vespasiani Imperatoris (vide Dion. Cass. LXVI, 9.), unde proprie vocantur Βαρβίλλεια (conf. Vol. II. n. 2810. 3208. 3675.); nunc dicuntur Βαλβίλλεια, ut Vol. II. n. 2810. *b.* in Add. usitata litterae Ρ et Λ permutatione. Sequuntur Actia Antiochiae, ὁ κοινὸς Ἀσίας ἀγὼν Smyrnae, Actia Alexandriae. Ex quibus notissima sunt τὰ κοινὰ vel οἱ κοινοὶ Ἀσίας ἀγῶνες (cf. Vol. I. n. 1421.) alias in aliis urbibus Asiae proconsularis μητροπόλεσιν et νεωκόροις celebrata praesidente Asiarcha (Vandal. Dissert. agon. p. 274 sqq. Krause de civit. neocor. p. 71 sq.), ut Smyrnae (Vol. I. n. 1720. Vol. II. n. 2810. *b.* in Add. n. 3208.), Pergami (Vol. I. n. 1720. cf. Vol. II. n. 2810.), Ephesi (Euseb. Hist. eccl. IV, 13.), Philadelphiae (Vol. I. n. 1068. Vol. II. n. 3428.). Cum pueris Actiacis Ignarra comparat νεανίσκους Ἱερωνείους tituli Siciliensis n. 5466. Similiores sunt παῖδες Κλαυδιανοὶ Vol. II. n. 2810. *b.* in Add. (conf. ad n. 5805.) Vs. 29. supplementum Ignarrae ὡσαύτως admodum incertum est. Postremo memorantur Ἐχελίδαι, demus Atticus notus ex Steph. Byz. Etym. M. Hesych. v. ἐν Ἐχελιδῶν, ubi gymnica certamina edebantur Panathenaeis teste Steph. Byz. Quod nomen feliciter restituit Ignarra, falsus in eo, quod τὴν ἐξ Ἄργους ἀσπίδα (vide Vol. I. n. 234. cf. C. Hermann. Enchir. ant. Gr. II. p. 262.) apud Echelidas vicisse Archibium putavit. Sunt duo diversi ludi, quos vicit haud dubie lucta vel pancratio; id quod notare accuratius non operae pretium duxit auctor tituli contracta in fine ludorum variorum mentione. Neve quis credat lucta vel pancratio non potuisse aliquem vincere τὴν ἐξ Ἄργους

ἀσπίδα. Docuit Boeckhius non dereptum esse Argis clypeum affixum, sed praemium fuisse clypeum in ludo qualicunque Heraeorum s. Hecatombaeorum. Quodsi vera essent, quae de hac re Ignarra proposuit, clypei ludus Argis ad solos ὁπλιτοδρόμους pertineret. Narrant varia proverbiorum scriptores, ex quibus bene illi, qui clypeum arduo loco affixum referunt; affixum fuisse etiam aliunde constat. Sed dissensio ipsa scriptorum docet non a ludis notissimis desumptum proverbium esse; quod si esset, de origine eius non potuisset dubitari. Omnino hac in quaestione Ignarra longissime a vero aberravit, non felicius versatus is in temporibus victoriarum Archibii; quippe eum latuit Olympiadum ratio. Olympias Capitolina III. in Olympiadem Pisaeam 218. incidit. Hac Olympiade quum Capitolinis imberbis vicerit Archibius, patet in illam fere aetatem incidere victoriam eius Actiacam ἀγενείων (vs. 18.), Neapolitanam ἀγενείων (vs. 19.), Smyrnaeam ἀγενείων (vs. 26.), Antiochenam secundam (vs. 24.) et si quam aliam vs. 20. subesse putaveris; ante Olymp. 218. autem victorias a puero esse reportatas, ex quibus memorantur Nemea prima (vs. 16.), Antiochena prima (vss. 23. 24.), Alexandrina prima (vs. 27.), post quam interiecta penteteride (μετὰ μίαν πενταετηρίδα) in viris comparet. Ponamus puerum vicisse Olymp. 217. a. p. Chr. circiter 90., pueritia eius gymnastica in Domitiani tempora incidit. Prima eius inter viros victoria ex Olymp. Capit. IV. s. Olymp. Pis. 219, 2. enotatur; insequuntur victoriae Pythiis (Olymp. 219, 3. 220, 3. 221, 3.) et Olympiis (Olymp. 220, 1. 221, 1.) partae; in quae circiter tempora cadunt etiam reliquae victoriae inter viros relatae. Quam ob rem tabulam concinnavimus ad n. 5805. in qua quum Olympiadum, Pythiadum, Italidum, penteteridum Capitolinarum ratio habita est, tum victorias potiores Archibii aliorumque victorum in titulis memoratorum enotatas habebis videbisque quantum a vero aberraverit Ignarra, qui Archibium studia gymnica inter a. Chr. 101. (Olymp. 220, 1.) et 125. ponenda esse putavit. Restat ut de formula πρῶτος ἀνθρώπων hoc in titulo frequentissima pauca dicamus, cuius vim non perspexit Ignarra. Nam is, quum exploratum sit in certaminibus plura paria athletarum in unoquoque ludi genere esse commissa ac praeterea proposita fuisse athletis praemia maiora et minora, illa primis, haec secundis certantium paribus auferenda (Faber Agonist. III, 19. Potter Archaeol. II, 23.), πρῶτον ἀνθρώπων eum intellexit, qui in primo pari decertasset. Nec quemcunque victorem coronari putabat, sed illum tantum, cui coronae praerogativam brabeutae arbitrium fecisset; unde dictum esse στεφανωθέντα vss. 9. 11. 12. 14. Futilia haec. Πρῶτος ἀνθρώπων dicitur vicisse aut qui primus in quodam genere certaminum nuper institutorum vicit, ut in primis ludis Capitolinis Olymp. 216, 2. institutis Metrobius Olymp. 217. primus viros vicit dolicho (Vol. II. n. 2682.); qualis victoria etiam Archibio nostro obtigisse videtur in Balbilliis vs. 22. et in alio ludo nescio quo vs. 21.; aut qui id assecutus est, ut in ludi quodam genere repetitis vicibus et continuo victorias reportarit, ut Archibius pancratio quattuor Olympiadibus continuis, semel imberbis, ter vir, tribus Pythiadibus continuis, tribus Nemeadibus continuis, tribus Actiadibus continuis (legimus enim τρίς, ubi δίς dedit Ignarra), similiterque pluries continuo vicit in Actiis Antiochiae et Alexandriae celebratis. Quod autem de verbo στεφανωθῆναι excogitavit Ignarra, id nunc diversam a verbo νικᾶν significationem non habet, sed varietatis causa delectum videtur ab auctore tituli, fortasse etiam propterea quod crebrius in usu Latino est: *coronatus est.*

5805.

Neapoli, in cippo elegantissimo tribus lateribus inscripto, in regione Thermensi prope portam Nolanam, in aedibus PP. Cruciferorum. Lapide recens eruto apographum tituli a Gorio acceptum edidit Corsinus Dissert. agonist. p. 103 sqq. cum Lat. interpret. et not. Deinde Maffeius Mus. Veron. p. CCCCLXXIX. 1. et Martorellus Thec. calam. T. II. p. 516 sq. et p. 609. 612. lignea forma expressum; Vargas Macciucca de ant. Neap. colon. T. I. p. 270. 272. litteris minusculis, confuse is et ignoranter, ut solet, disputans. Ex lapide edidit et explicuit Ignarra de palaestr. Neapolit. p. 148 sqq. indeque potissima excerpta dedit in libro de phratriis p. 106 sq. Partem maiorem (vss. 1-14.) habeo etiam ex schedis Münteri, qui lapidem vidit in arce regia Capo di Monte titulique quam dixi partem edidit in libro: Efterretninger om begye Sicilierne T. I. 1788. p. 63. (Nachrichten üb. Neap. u. Sicil. p. 44.), unde petiit Köhler de insulis et cursu Achillis in Act. Acad. Petrop. T. X. p. 247. n. 152. in Sicilia repertum titulum dictitans et vs. 4. pro $\overline{\text{MΓ}}$ legens ΜΕΓΑΛΗΣ.

Τ.ΦΛΑΒΙΩΙ.Τ.ΥΙΩΙ
ΕΥΑΝΘΗΙΝΙΚΗΣΑΝΤΙ
ΙΤΑΛΙΚΑΡΩΜΑΙΑΣΕΒΑΣΤΑ
ΙΣΟΛΥΜΠΙΑΤΗΣ.$\overline{\text{Μ}}$.$\overline{\text{Γ}}$.
ΙΤΑΛΙΔΟΣ.ΠΑΙΔΩΝ
ΠΟΛΙΤΙΚΩΝ.ΔΙΑΥΛΟΝ
ΑΝΑΘΕΝΤΙΕΝΤΗΙΦΡΗΤΡΙΑΙ
ΑΝΔΡΙΑΝΤΑΣ.ΔΙΟΣΚΟΥΡΩΝ
ΣΥΝ.Τ.ΦΛΑΒΙΩΙ.ΖΩΣΙΜΩΙ
ΑΔΕΛΦΩΙΤΩΑΥΤΩΑΓΩΝΙ
ΤΑΓΜΑΝΙΚΗΣΑΝΤΙΚΑΙ
ΒΡΑΒΙΟΝ.ΛΑΒΟΝΤΙ
ΕΥΜΗΛΕΙΔΑΙ.ΦΡΗΤΟΡΕΣ
ΑΜΟΙΒΗΣ.ΕΝΕΚΕΝ

In altera marmoris facie:

ΣΕΟΥΗΡΩΙΚΑΙΕΡΕΝΝΙΑΝοΥΠΑΤ
ΠΡ°Ε.ΕΙΔΩΝΜΑΡΤΙΩΝ
Τ.ΦΛΑΒΙΟΣΖΩΣΙΜΟΣΚΑΙ
ΦΛΑΒΙΑΦΟΡΤΟΥΝΑΤΑΓΟΝΕΙΣ
ΧΑΡΙΣΑΜΕΝΟΙΛΥΧΝΙΑΣΜΕΤΑ
ΛΥΧΝΩΝΚΑΙΒΩΜΟΥΣΔΙΟΣΚΟΥΡ
ΑΥΘΙΣΚΑΘΙΕΡΩΣΑΝ

Ad latus
in laurea corona:

ΣΕΒΑΣΤΑ

Vs. 2. Maff. ΕΥΑΝΘΗ. Vs. 3. Mart. ITALIKA, quod notavit Ignarra, ne quis exemplari lignea forma expresso deceptus Latinam litteram cum Graecis elementis consulte intertextam arbitraretur. Vs. 10. Münt. ΑΔΕΛΦΟΙ, dein Maff. Mart. Münt. ΤΩΙΑΥ ΤΩΙ. Vs. 15. ΕΡΕΝΝΙΑΝΩΙ expressit Ignarra de phratr. p. 106. Vs. 18. Maff. Ign. ΓΟΝΕΙΣ, Mart. ΓΟΝΕΙΣ. Vs. 21. Mart. ΑΥΤΙΣ.

Τ. Φλαβίῳ Τ(ίτου) υἱῷ Εὐάνθῃ νικήσαντι Ἰταλικὰ Ῥωμαῖα Σεβαστὰ ἰσολύμπια τῆς μγ̅ Ἰταλίδος παίδων πολιτικῶν δίαυλον, ἀναθέντι ἐν τῇ φρητρίᾳ ἀνδριάντας Διοσκούρων σὺν Τ. Φλαβίῳ Ζωσίμῳ ἀδελφῷ τῷ αὐτῷ ἀγῶνι τάγμα νικήσαντι καὶ βραβῖον λαβόντι Εὐμηλεῖδαι φρήτορες ἀμοιβῆς ἕνεκεν. Σεουήρῳ καὶ Ἐρεννιαν(ῷ) ὑπάτ(οις) πρὸ ε̅ εἰδῶν Μαρτίων Τ. Φλάβιος Ζώσιμος καὶ Φλαβία Φορτουνάτα γονεῖς χαρισάμενοι λυχνίας μετὰ λύχνων καὶ βωμοὺς Διοσκούρ(οις) αὖθις καθιέρωσαν.

Σεβαστά.

T. Flavius Euanthes in Augustalibus Neapolitanis, quae epithetis suis ornantur in titulo maiore: Ἰταλικὰ Ῥωμαῖα Σεβαστὰ ἰσολύμπια (cf. ad n. 5804.), diaulo vicerat παῖδας πολιτικούς, i. e. pueros urbanos, oppositos illos pueris peregrinis τῆς περιπολιστικῆς συνόδου (vide ad n. 5804.), ut recte annotavit Ignarra p. 180. coll. interpret. ad Sueton. Calig. 58. Ner. 20. Conf. Vol. II. n. 2758. Eodem in certamine i. e. diaulo, eademque in classe (τάγματι) scil. τῶν πολιτικῶν παίδων vicit etiam frater T. Flavius Zosimus. Itaque quum ambo in curia (cf. ad n. 5789.) Eumelidarum (vide ad n. 5786.) statuas Dioscurorum (cf. n. 5791.) dedicassent, in honorem eorum a phratria positus titulus est. Honorem filiis habitum mox auxerunt parentes, qui gratificantes (χαρισάμενοι, quod Corsinus „filiis obsequentes", Martorellus „voti compotes", Ignarra melius „elargiti" verterunt) candelabra cum lucernis et aras Dioscurorum dedicarunt. Ludi Augustales, quibus vicit Euanthes, signantur τῆς μγ̅ Ἰταλίδος, in quo explicando egregie lapsi sunt Martorellus et Koehlerus. Ἰταλὶς scil. πενταετηρὶς est penteteris Italica Augustalium sive, ut Ignarra post Corsinum vertit, Olympias Italica. Italis XLIII, ut ex Consulibus Severo et Herenniano a. u. c. 924. colligitur, incidit fere in a. p. Chr. 171. Sed aestate Augustalia Neapoli celebrata esse ut Olympia inde patet quod quinquennali certamini Neapolitano Augustus interfuisse dicitur paulo ante obitum, a. d. XIV. Kal. Sept. i. e. d. XIX. m. Augusti (Sueton. Aug. 98.). Itaque recte Ignarra Italidem XLIII. posuit in a. p. Chr. 170. Unde subductis calculis sequitur institutos Neapoli ludos Augustales esse aestate a. u. c. 755. a. p. Chr. 2. Olymp. 195, 2. in eamque primam incidere Italidem. Vidit etiam Scaliger (de emend. temp. V. p. 478.) a. p. Chr. 14. qui ultimus annus est Augusti, edita esse Neapoli Augustalia. Nunc addere licet Augustum Italide IV. prospectasse certamina. Proinde Ignarra docet cum his calculis egregie convenire etiam aliam de Augustalibus Neapoli actis notitiam. Quippe Claudium Imp. quem Neapoli in ludis gymnicis veste purpurea et corona aurea indutum prodiisse narrat Dio Cass. LX, 6. (conf. Sueton. Claud. 11.), Ignarra pro agonotheta sedisse bene notat (coll. Sueton. Domit. 4.) idque factum ostendit a. p. Chr. 42. in quem annum incidit Italis XI. Non convenit illa notitia, ex qua scimus Neronem a. p. Chr. 68. qui annus III est Italidis XVII. Neapoli athletas effusissimo studio spectasse (Sueton. Ner. 40. Dion. Cass. LXIII, 26.). Nempe illa sollemnia in Neronis gratiam extra temporum ordinem acta putanda sunt praesertim quum constet Neronem morae quinquennalis impatientem crebro ludos ante praestitutam diem revocasse (Sueton. Ner. 21. 32.), aut omnino non pertinet illa notitia ad Augustalia, sed peculiaris erat agon in honorem Neronis tum praesentis institutus; nec male Ignarra de agone Neroneo cogitavit, quem Romae institutum a. p. Chr. 60. Olymp. 209, 4. iteratum teste Eusebio a. p. Chr. 64. Olymp. 210, 4. Neapolitani videri possint celebrasse a. p. Chr. 68. Olymp. 211, 4. eadem quinquennii intercapedine. Similiterque iudicandum de ludis Neapolitanis, quibus extra seriem Italidum Titum interfuisse a. p. Chr. 81. qui est annus IV Italidis XX, titulus n. 5809. docet. Archibius pancratiasta imberbis vicit Neapoli Augustalibus, quam victoriam demonstravimus ad n. 5804. incidere in Olymp. 218. unde apparet vicisse eum a. p. Chr. 94. Olymp. 218, 2. sive Italide XXIV. Haec autem Italidum ratio satis digna visa est, in quam tabula concinnaretur ratione habita victoriarum Archibii, aliorumque, quorum memoria ad nos pervenit.

TABULA AGONISTICA.

a. Chr.	Olymp. Pis.	Pyth.	Italis	Capit.	
2	195, 2		1	-	
3	3	148			
4	4				
5	196, 1				
6	2		2	-	
7	3	149			
8	4				
9	197, 1				
10	2		3	-	
11	3	150			
12	4				
13	198, 1				
14	2		4	-	Augustus Imp. Neapoli lu-
15	3	151			dos Augustales prospectat.
16	198, 4				
17	199, 1				
18	2		5	-	
19	3	152			
20	4				
21	200, 1				
22	2		6	-	
23	3	153			
24	4				
25	201, 1				
26	2		7	-	
27	3	154			
28	4				
29	202, 1				

a. Chr.	Olymp. Pis.	Pyth.	Italis	Capit.	
30	202, 2		8	–	
31	3	155			
32	4				
33	203, 1				
34	2		9	–	
35	3	156			
36	4				
37	204, 1				
38	2		10	–	
39	3	157			
40	4				
41	205, 1				
42	2		11	–	Claudius Imp. Neapoli in
43	3	158			ludis Augustalibus pro ago-
44	4				notheta sedet.
45	206, 1				
46	2		12	–	
47	3	159			
48	4				
49	207, 1				
50	2		13	–	
51	3	160			
52	4				
53	208, 1				
54	2		14	–	
55	3	161			
56	4				
57	209, 1				
58	2		15	–	
59	3	162			
60	4				
61	210, 1				
62	2		16	–	
63	3	163			
64	4				
65	211, 1				
66	2		17	–	
67	3	164			
68	4				Nero Imp. Neapoli ludo
69	212, 1				gymnico peculiari interest.
70	2		18	–	
71	3	165			
72	4				
73	213, 1				
74	2		19	–	
75	3	166			
76	4				
ἡλικίης τελέσας δὶς δέκα καὶ δύ' ἔτη.

Vs. 4. Welckerus scripsit Ἀθηνίων Ἀνόπτ[οι]. Athenio eidem videtur maritus esse Thinamaxes. Recte, ut videtur.

5861.

In inlusa *Aenaria*, *Pithecusa* dicta, hodie Ischia, in monte mari imminente in silice molis praegrandis, litteris affabre sculptis; edidit Vargas Macciucca de primis Neap. colonis T. I. p. 262. aeri incisam, rectius Ignarra de palaestr. Neap. p. 301. Habetur etiam in Tableau topogr. et hist. des Isles d'Ischia, Napl. 1822. p. 86. Denuo de lapide transcripsit Raoul-Rochette et edidit Mém. de l'Inst. Roy. de France T. XIV. P. II. 1840. p. 299. (conf. tab. lithogr. n. 10.), item Theod. Mommsen Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1846. p. 156.

ΠΑΚΙ◦ϹΝΥΜΦΙ◦Ϲ
ΜΑΙ◦ϹΠΑΚΥΛΛ◦Υ
ΑΡΞΑΝΤΕϹ
ΑΝΕΘΗΚΑΝ
Τ◦Τ◦ΙΧΙ◦Ν
ΚΑΙ◦ΙϹΤΡΑ
ΤΙΩΤΑΙ

Vs. 1. Momms. ΝϤΜΨΙ◦Υ. Vs. 2. Macc. ΠΑΚΥΔΛΟ, Ignarra ΠΑΚΥΛΑϹ, editor in tabl. topogr. ΠΑΚΥΛΛΟϹ. Littera Ω dicitur in lapide esse Ω (vide Ignarra p. 300.).

Πάκιος Νύμφιος, Μάϊος Πακύλλου ἄρξαντες ἀνέθηκαν τὸ τ[ε]ιχίον καὶ οἱ στρατιῶται.

Archontes sunt duo Campani, ut nomina demonstrant. De nomine Πάκιος conf. ad n. 5799. 5858. De nomine Μάϊος conf. Theod. Mommsenius l. c. Νύμφιος nunc genitivus est a recto Νύμφις, nec puto verum quod enotavit Mommsenius ΝΥΜΨΙΟΥ. Homines exstruxerunt castellum, ut nihil attineat refellere opinionem Ignarrae de muro Hieroneorum militum (Strabo V, 248.) cogitantis, quam miror a R. Rochetto quodam modo probatam esse. De his copiis Campanorum vide Mommsenium l. c.

5862.

Herculani, in horologio solari; edita est in ephemeride Londinensi: Litterarian Gazett. 1823. Maii p. 283. litteris minusculis, unde repetita est in Férussac Bulletin des sciences hist. 1824. T. I. p. 230. Citat Ideler Enchir. Chron. II. p. 616. ex Brunckio.

Ἐξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται· αἱ δὲ μετ' αὐτὰς
γράμμασι δεικνύμεναι ΖΗΘΙ λέγουσι βροτοῖς.

Editor primus animadvertit distichon hoc iam ex libris cognitum fuisse. Extat ap. Brunck. Anthol.

III. n. 242. An. II, 2. p. 12. ap. Iacobs. Anthol. Pal. T. II. p. 292. n. 43. Vide Salmas. in Plinianis p. 447. In codicibus vetus hoc scholion legitur in hoc distichon: ὅτι, φασί, δεῖ μέχρι τῆς ἕκτης ὥρας τῆς ἡμέρας ἐργάζεσθαι, μετὰ δὲ ταύτην ἐπ' ἄριστον ἔρχεσθαι. τοῦτο δέ φασι δηλοῦν καὶ τὸ ὡρολόγιον· τὰ γὰρ μετὰ τὴν ἕκτην σημεῖα, τουτέστι τὸ τῆς ἑβδόμης τὸ Ζ καὶ τῆς ὀγδόης τὸ Η καὶ τῆς ἐνάτης τὸ Θ καὶ τῆς δεκάτης τὸ Ι κατὰ συλλαβὰς συναπτόμενα ζῆθι δίδωσιν ἀναγινώσκειν τουτέστι προτρέπεται· φάγε ἵνα ζῆν ἔχῃς. Brunck.

5863.

Herculani, in tabula marmorea picturis ornata; edita est Pictur. Herculan. (Le Pitture antiche d' Ercolano cet. Nap. 1757. fol.) T. I. tab. 1. Parum accurate dedit Martorellus Thec. cal. II. p. 389. Citant Bracci Memorie degli incisori T. II. p. 260. Müller Enchirid. archaeol. ed. sec. p. 239. Clarac. Catal. des artistes p. 18.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΕΓΡΑΦΕΝ.
ΑΓΛΑΙΗ ΛΗΤΩ ΝΙΟΒΗ ΦΟΙΒΗ ΙΛΕΑΙΡΑ

Nomina adscripta personis depictis, quarum Aglaia et Hileaera repraesentantur astragalis ludentes, Supra scripsit auctor:

Ἀλέξανδρος Ἀθηναῖος ἔγραφεν.

5864.

Herculani; edita est in Symbol. litter. Vol. I. decad. sec. Rom. 1751. p. 9.

ΜΗΝΟΦΙΛΟΣ
ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ
ΧΑΙΡΕ

Μηνόφιλος Φιλήμονος χαῖρε.

5865.

Pompeiis, ut videtur, repertum anaglyphum, translatum Venetias, ibique asservatum in bibliotheca D. Marci; anaglypho repraesentatur sacerdos Cereris, sinistra cultrum tenens plantasque, dextra discum; infra corbis et sus; a latere ara, cuius in facie serpens; edidit Martinus Pompeii rediviv. (das gleichsam auflebende Pompeii, Leipz. 1779. 8.) p. 330. Conf. Bibliotheca philologica Lips. Vol. II. 1780. p. 223. unde petiit Orellius Inscr. Lat. collect. T. I. p. 376. Graeca habeo etiam ex schedis G. F. Rinckii, qui edidit in Kunstblatt 1828. n. 41.

ΤΕΡΕΝΤΙΑΠΑΡΑΜΟΝΗΙΕΡΕΙΑ
ΔΗΜΗΤΡΟϹΘΕϹΜΟΦΟΡΟΥ
TERENTIA.PAROMONE.SACERDOS
CERERIS.LEGIFERAE

Vs. 1. Mart. ΠΑΡΟΜΟΝΗ, Rinck. ΠΑΡΑΜΟΝΗ.
Τερεντία Παραμονὴ ἱέρεια Δήμητρος Θεσμοφόρου.
Terentia Par[a]mone sacerdos Cereris legiferae.
Conieceris titulum Neapoli positum fuisse. Conf. n. 5799.

5866.

Pompeiis, in picturis Musas exhibentibus: edita sunt in Picturis Herculan. (Le pitture antiche d' Ercolano) T. II. tab. II-IX. Disserit de his Barthélemy Oeuvres diverses T. I. p. 277 sqq. Citant Villoisonus Anecd. II. p. 165. Martinus Pompeiis redivivis c. 9. Viscontus Mus. Pio-Clem. I. p. 113. ed. Mil.

Forma ✝ nota est ex n. 4709. 4710.

ΚΛΕΙѠ·ΙϹΤΟΡΙΑΝ
ΘΑΛΕΙΑ·ΚѠΜΟΔΙΑΝ
ΜΕΛΠΟΜΕΝΗ·ΤΡΑΓѠΔΙΑΝ
ΤΕΡΨΙΧΟΡΗ·ΛΥΡΑΝ
5 ΕΡΑΤѠ·✝ΑΛΤΡΙΑ
ΠΟΛΥΜΝΙΑ·ΜΥΘΟΥϹ
ΚΑΛΛΙΟΠΗ·ΠΟΙΗΜΑ

Κλειὼ ἱστορίαν.
Θάλεια κωμ[ῳ]δίαν.
Μελπομένη τραγῳδίαν.
Τερψιχόρη λύραν.
5 Ἐρατὼ ψάλτρια.
Πολυμνία μύθους.
Καλλιόπη ποίημα.

Repraesentantur octo Musae omissa Euterpe. Uraniae nulla addita inscriptio est. Singulis Musarum nominibus adscriptum argumentum est, cui praesident, casu accusativo. Sola Erato quae in imagine psalterium habet novem chordarum, videtur audire ψάλτρια, quum exspectaveris ψαλτήριον, quemadmodum Terpsichorae adscriptum est λύραν. Polyhymniae nunc fabulae tribuuntur, quae omnis cantus materia sint. De formis Musarum arte expressis vide Odofr. Müller Enchir. archaeol. ed. sec. p. 594 sq. Conf. Creuzer. Symb. et Myth. Vol. IV. p. 222 sq. ed. III.

5866. *b.*

Pompeiis, in operibus musivis duobus; edidit Winckelmannus Tratt. prelim. p. XCVII. Conf. Com. de Clarac Catal. des artistes de l'antiq. p. 93.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΗΣΣΑΜΙΟΣ
ΕΠΟΙΗΣΕ

Διοσκουρίδης Σάμιος ἐποίησε.

In castris militaribus a. 1767. *Pompeiis* iuxta portam detectis Graeca et Latina vocabula columnis gipsatis areae allita conspiciuntur. Litterae sunt longae atque anguste positae, graphiis, clavis aliisque instrumentis αὐτοσχεδίως incisae. Earum delineationem ab amico acceptam edidit Christoph. Theophilus de Murr in libello: „Specimina antiquissima scripturae Graecae tenuioris seu cursivae" cet. Norimb. 1792. 4. cum acutis passim absurdisque explicationibus, repetiitque paulo accuratius aeri incisam in Mantissa a. 1793. edita. Ex his inscriptionibus sufficit notasse: ΑΡΠΟΚΡΑ et ΑΡΠΟΡ (i. e. Ἁρποκράτης), ΚΑΛΑΣ (i. e. καλάς, scil. γυναῖκας ἐθέλω interprete Murrio), ΠΟΜΠΑΙΟΣ (quod de Mercurio Italus delineator recte interpretari videtur), ΠΑΡΑΧΕ (quod παραχεῖτο esse putavit Murrius), Δ ΔΠΟΥΔΙ (quod explicaverit aliquis Δ δ[ι]που[ν]δί[ου] i. e. cunnus dupondii), ΦΙΛΩΗΣΟΑΡΙΘΜΟΣ (fortasse Φίλω[νο]ς ὁ ἀριθμὸς i. e. cohors). Sed non commoramur in his quisquiliis.

5867.

Stabiis; edidit Capacius Hist. Neap. T. I. p. 473. cum lemmate: „in aedibus Caesaris Coppulae"; unde repetiit Reinesius Synt. inscr. Cl. XII. n. LIX. p. 669.

ΜΥΡΙΝΟϹ.ΚΑΙ.ΥΓΙΕΙΑ.ΘΕΟΤΗΜΩΙ
ΤΩΙ.ΥΙΩΙ.ΕΤΩΝ.ΙΓ.ΜΝΗΜΗϹ.ΧΑΡΙΝ.

Μυρῖνος καὶ Ὑγίεια Θεοτ[ει]μῳ τῷ υἱῷ ἐτῶν ιγ μνήμης χάριν.

Nomen mulieris Ὑγίεια habetur etiam Vol. I. n. 1488.

5868.

Stabiis, edidit Capacius l. c. p. 473. „in aedibus Caesaris Coppulae"; unde repetiit Reinesius Synt. inscr. Cl. VIII. n. II. p. 509. cum nota.

P.AELIO.AVDACI.EQVES.IN.AVG.IVR.
M.VLPIVS.L.F.SII.C.IVLIVS.PROBVS
H.B.M.F

ΘΕΛΩ.ΤΥΧΗΣ.ΣΤΑΛ...
ΑΓΜΩΝ.Η.ΦΡΕΝΩΝ ΓΙΘΟΝ

P. Aelio Audaci equ[iti] sin(gulari) Aug(usti) [nostri] M. Ulpius L. f. [et] C. Iulius Probus h(oc) b(ene) m(erenti) f(ecerunt).

Θέλω τύχης σταλαγμ[ὸ]ν ἢ φρενῶν [π]ίθον.

Correxit Reinesius, qui haec monet: Iambum quidam Ptolemaeo regi tribuunt, qui Sotadem philosophum Alexandrinum in summa miseria vitam exigentem sic illuserit. Arsenius in apophth. Diogeni Cynico adscribit. Cum enim Alexander Diogenem in dolio dormientem conspicatus ὦ πίθε μεστὲ φρενῶν exclamasset, hic experrectus ὦ βασιλεῦ μέγιστε inquit θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον. Gregorius Nazianzenus ista plenius:

ἔφησέ τίς που τῶν φιλοχρύσων τάδε·
θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον.
πρὸς ὃν τις ἀντέφησε τῶν φιλοφρόνων·
ῥανὶς φρενῶν μοι μᾶλλον ἢ βυθὸς τύχης.

5869.

Surrenti, in horto archiepiscopi; edidit Capacius l. c. p. 238. Habeo etiam ex schedis Bellermanni a Gerhardo missis.

ΚΑΙΔΗ . . Α . . Μ
ΘΥΙ ΗΡΟΥΙΚΤΡΙΞ
ΦΡΗΤΟΡϹΙΘΕΟΙϹ
ΒΑϹΙΝϹΚΥΦΩΙ

Apographum Capacii hoc est: ΚΙΔΙΜΙΑ . . . . ΘΗΓΑΘΡ.ΦΡΗΤΟΡϹΙ.ΘΕΟΙϹ.

Και[κιλί]α, [τοῦ δεῖνος] θυ[γάτ]ηρ, Οὐίκτριξ φρήτορσι θεοῖς [τὴν] βάσιν - - - -

Est titulus Neapolitanus. De φρήτορσι θεοῖς cf. p. 715. *b*.

5870.

Surrenti, in ecclesia; edidit Capacius Hist. Neap. T. II. p. 508. unde repetiit Reinesius Synt. inscr. Cl. XIV. xxx. p. 730. cum nota.

Δ. Ε. Μ.
ΑΥΡΙΛΙΟΥϹ.ΙΝ ΠΕΤΡΑ ΤΟΥϹ.Β.Κ.Μ.ΒΕΙ....
ΑΝΟ.Η.ΜΗΖΕϹ.S.ΔΕΙ.Ν.ΚΟΖΟΥϹΙΜΒΕΙΑ
ΕΙΡΗΝΑ.ΜΑΡΙΤΟ.ΒΕΝΕΜΕΡΕΝΤΙ.ΙΝ.ΚΕΤ.

Latinus titulus Graecis litteris scriptus et Graecis vocabulis mixtus (cf. n. 6708 sqq.). Vs. 1. bene Reinesius Ε pro foliolo habuit: Δ(ἰς) μ(άνιβους) i. e. *Diis manibus*. Deinceps: Αὐρ[ή]λιους Ἰνπετράτους β. κ. μ. βεῖ[ξιτ] ἄνο(ς) -, μῆζες s(eptem), δεῖ(ες) n(ovem). κο[ί]ου[ς] σ[ύ]μβεια Εἰρήνα μαρίτο βενὲ μερέντι [φῆ]κετ. quae sunt: *Aurelius Inpetratus - - vixit annos -, menses septem, dies novem, cuius* σύμβεια Εἰρήνα *marito bene merenti fecit*. Quid siglis ΒΚΜ subsit, non liquet. Nota numeralis Η vitiose scripta videtur.

5870. *b*.

In insula *Capreis*, in marmore reperto ad locum S. Valentini dictum; edidit Raim. Guarinus Bullett. dell' Instit. arch. Rom. 1832. p. 155.

ΑΘΑΝΟΔΟΡΟΣΑΓΗΣΑΝΔΡΟΥ
ΡΟΔΙΟΣΕΠΟΙΗΣΕ

Ἀθανόδ[ω]ρος Ἀγησάνδρου Ῥόδιος ἐποίησε.

Idem titulus ex alio opere repertus est prope Antium n. 6133.

5871.

In insula *Capreis*, in fragmento marmoris reperto in colle dicto S. Niccola; edidit R. Guarinus l. c.

. . . ΣΕΒΑΣΤΩΙ
. . . . ΟΥΙΟΣΑΠΕ
. . . . ΟΜΗΣΑΝΤΕ

Αὐτοκράτορι Καίσαρι - - -] Σεβαστῷ
ὁ δεῖνα καὶ Τίτος Φλα]ούϊος ἀπε-
λεύθερος - - - ἀγοραν]ομήσαντε[ς
[ἀνέθηκαν.]

5872.

In insula *Capreis*; edidit Murator. T. III. p. MDCLXXXVII. 2. „misit Ignatius Como", cum interpret. Lat. Iosephus Maria Secundus Relazione delle antichità di Capri apud Gorium Symb. litter. Vol. II. decad. II. p. 25 sqq. qui addidit annotationes. Denuo edidit Martorellus Theca calam. T. II. p. 476. Ex Muratorio repetiit Iacobs Paralip. II. n. 42. p. 797. Anthol. Palat. App. n. 268. Habeo etiam ex schedis Georgii Hadereri.

ΟΙΣΤΥΓΙΟΝΧΩΡΟΝΥΠΟΙ'ΑΙΕΤΕΔ/
ΜΟΝΕΣΘΛΟΙ
ΔΕΞΑΣΘΕΙΣΑΙΔΗΝΚΜΕΤΟΝΟΙΚΤΡΟΤΑΤΟΝ
ΟΥΚΡΙΣΕΙΕΓΜΟΙΡΩΝΗΡΠΑΣΜΕΝΟΝΑΛ/
ΑΒΙΑΙΩΙ
ΑΙΦΝΙΔΙΩΙΘΑΝΑΤΩΙΜΗΝΙΟCΕΞΑΔΙΚΟΥ
ΑΡΤΙΜΟΥΕΝΠΡΟΚΟΠΗΣΤΑΞΕΙΠΑΡΑΔΕΣΠΟ
ΘΗΟΝΤΙ
ΑΡΤΙΔΕΚ^ΙΓΟΝΕΩΝΕΛΠΙΔΕΜΗΝΣΤΕΡΕ
ΣΑΣ
ΟΥΔΕΚΑ ΝΘΕΤΕΩΝΟΥΔΕΙΚΟCΙΤΕΡΜΕΝΙΑΥ
ΤΩΝ
ΕΚΤΕΛΕΣΑΣΓΟΕΡΟΣΟΥΚΕΣΟΡΩΤΟΦΑΟΣ
ΤΟΥΝΟΜΑΜΟΙΥΠΑΤΟΣΟΛΙΤΟΜΑΙΔΕΤΙΤΟΝ
ΣΥΝΟΜΑΙΜΟΝ
ΤΟΥΣΤΕΓΟΝΕΙΣΚΛΑΙΕΙΝΜΗΚΕΤΙΤΟΥΣΤ
ΑΛΑΝΑΣ

Dedi apographum Hadereri accuratissime de lapide transcriptum. Vs. 1. Mur. ΥΠΟΝΑΙΕΤΕΔ... Vs. 3. Mur. ΚΑΙ p. Κ. Vs. 4. Mur. ΕΚ p. ЄΓ, et in fine ΑΛΛ. Vs. 5. Gor. Κ p. Β. Vs. 9. Mur. ΚΑΙ; idem omittit ΕΛΠΙΔΙ — ΕΤΕΩΝ, ut statim post ΓΟΝΕΩΝ sequatur ΟΥΔ. Vs. 12. Gor. ΕΚΟΙΞ p. ΕΙΚΟCΙ. Vs. 14. Mur. ΑΕ p. ΔΕ, Gor. ΛΕ.

Οἳ στύγιον χῶρον ὑποναίετε, δ[αί]μονες [ἐσ]θλοί,
δέξασθ' εἰς Ἀΐδην κ[ἀ]μὲ τὸν οἰκτρότατον,
οὐ κρίσει ἐγ Μοιρῶν ἡρπασμένον, ἀλ[λ]ὰ βιαίῳ
αἰφνιδίῳ θανάτῳ μήνιος ἐξ ἀδίκου,
ἄρτι μ[ὲν] ἐν προκοπῆς τάξει παρὰ δεσπότῃ ὄντ[α],
ἄρτι δὲ κ[αὶ] γονέων ἐλπίδ' ἐμὴν στερέσας·
οὐ δέκα [πέ]νθ' ἐτέων οὐδ' εἴκοσι τέρμ' ἐνιαυτῶν
ἐκτελέσας γοερὸς οὐκέ[θ'] ὁρῶ τὸ φάος.
τοὔνομά μοι Ὕπατος· λίτομαι δ' ἔτι τὸν συνόμαιμον
τούς τε γονεῖς κλαίειν μηκέτι τοὺς τάλανας.

Vs. 5. βιαίῳ legerunt Leichius in Menckenii Miscell. Lips. nov. Vol. I. p. 493. et Gorius; βιαίως praetulit cum Kulenkampio Iacobsius. Vss. 7. 8. μὲν et ὄντα restituit Iacobsius; idem vs. 9. tentavit ἄρτι δὲ καὶ γενειῶντ' p. γονέων post Dorvillium ad Charit. p. 30. qui proposuit ἀρτιγενειάζοντ'. De προκοπῇ cf. n. 6283. Deinceps male Gorius legebat ἐλπίδα μέν. Ἐλπὶς ἐμὴ est spes in me posita. Male auctor στερέσας, quasi hic versus ad sequentia trahendus esset. Vs. 11. Gorius οὐδ' ἑκατόν τ' putabat legi posse. Melius idem vs. 13. οὐκέθ' ὁρῶ proposuit, et vs. 14. δ' ἔτι τὸν pro Τίτον, quod commentus erat Secundus, annotatque non verisimile esse, Hypatum omisso patris nomine fratrem appellari voluisse. Vs. 13. γοερῶς coniiciunt Dorvillius et Iacobsius. Vs. 14. Ο post ΥΠΑΤΟΣ nihil nisi vitium est quadratarii. Vs. 16. τοὺς δὲ dedit Iacobsius.

5873.

In insula *Capreis* in lapide; edidit R. Guarinus l. c.

ΘΕΑΝΩ ΘΗΝΙΚΟΥ
ΧΑΙΡΕ

Θεανὼ [Ἐπι]νίκου χαῖρε.

Nota C p. Є, ut aliquando Λ p. Α sculptum reperitur.

5874.

In vico prope montem *Pelusium*, vulgo Grassano dictum, in lapide non exiguo; edidit Martorellus Theca calam. T. II. p. 504. unde repetiit Donatus Inscr. p. 9. n. 5. cum Martorelli Lat. interpret. et supplementis.

. . . . . . : ΛΛΙΙVΣ
. . ΑΡΑΥ. . ΙΑΓΥΝΑ
ΑΥΤοΥΕFΧΑΝΑΠΕΛ
ΔΩΚΕ ΤΩ ΔΙΙ ΚΩΜΝΑ
ΡΩΙΙΑΙΔΙΙΕΛΕ.ΥΟΕΥΙΩΙ
ΥΠΕΡΑΥΤ.οΥ. ΚΑΙΠοΛΙ
ΤΩΝΙΡΤΙΝΩ'ΝΥΓΙΑΣ
ΤΑΥΤΑΠΑΝΤΑΠΕΦΥ. .

῾Ο δεῖνα καὶ ἁ δεῖνα] ἁ γυνὰ αὐτοῦ. ἐϝχὰν ἀπέδωκε τῷ Δὶι Κωμναρῷ [κ]αὶ Δὶι ᾿Ελευ[θ]ε[ρ]ίῳ ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ πολιτῶν ῾Ιρ[π]ίνων ὑγίας ταῦτα πάντα πεφυ[τευκώς.

Martorellus vs. 1. extr. legit ᾿Αχι]λλεύς, vs. 2. κ]α[ὶ] Αὐ[ρηλ]ία. Parum circumspecte. Si genuina est haec inscriptio, et satis antiqua est, et nonnulla continet obscuriora: quo pertinet Ζεὺς Κωμναρός, ut mittam numerum singularem ἀπέδωκε—ὑπὲρ αὐτοῦ, quum vir et uxor posuerint titulum. Noti Hirpini (Strab. V, 250.). Ζεὺς ἐλευθέριος redit in titulo Anxanensi n. 5879. a cuius aetate non multum discedit inscriptio nostra. Notabis etiam EFXAN p. EYXAN, quod per se remotiori aetati vindicare titulum videtur.

5875.

In protome *Canusii* reperta; edidit Avellinus Notizia di un busto inedito di Demostene, letta all' Accademia Ercolanese, Nap. 1841. conf. Bullett. archeol. Nap. a. I. 1843. p. 87 sqq. Ex Avellino repetiit Welckerus Mus. Rhen. a. III. 1845. p. 274. n. 54. litteris minusculis.

ΘΕΩ·ΑΘΑΝΑ
ΔΥΝΑΜΙοϹ
ΔΑΜοϹΘΕΝΗΝ

Θεῷ ᾿Αθάνᾳ Δυνάμιος Δαμοσθένην.

Recte Welckerus, qui miratur quid sit quod Avellinus sibi passus sit persuaderi, in nomine dedicantis et dedicati et ipsius denique deae, cui marmor dedicatur, quippe quam etiam Σθενιάδα vocatam esse sciunt doctiores, alium quam fortuitum significationis concursum existere. Trimetrum esse quivis videt hiatu parum laudabilem.

5875. *b.*

In ara reperta in ruinis *Calatiae* in via Appia, octo millibus passuum ab urbe *Capua*; repraesentatur Minerva scuto et galea instructa; ex schedis Holstenianis edidit Reinesius Synt. inscr. Cl. I. CXXIX. p. 166. ex Ligorio affert Holstenius Nott. et castig. ad Steph. Byz. p. 194. Hinc Cuperus Apoth. Hom. p. 252. Gorius in aris ante Donium editis Tab. IV. 4. (cf. p. XLIX.); ex Donio dedit Muratorius T. I. p. LII. 3. Est etiam in schedis Spanhemianis apographum Steph. Duperac.

ΘΕΑΝ.ΜΑΓΑΡΣΙΔΑ
ΤΙ.ΙΟΥΛΙΟΣ ΣΥΡ
ΑΝΕΘΙ ΚΕΝ

Θεὰν Μαγαρσίδα Τι. ᾿Ιούλιος Σύρ(ος) ἀνέθηκεν.

Vs. 1. C p. Σ dedit Reinesius. Vs. 2. Dup. ΙΟΥΛΙΟ; deinde post ΣΥΡ puncta tria ponit Reinesius. Vs. 3. sic Murat.; reliqui ΑΝΕΘΗΚΕΝ. Spatium vss. 2. 3. vacuum pars anaglyphi occupat.

Dea Magarsis est Minerva de Magarso vico Ciliciae denominata, ubi templum Minervae (Strab. XIV, 676. conf. Stephan. Byz. v. Μάγαρσος. Arrian. Exped. Alex. II, 5, 9. Lycophr. 444.).

5875. *c.*

Capuae, in ara marmorea; edidit Gudius p. CCCXXXII. 16. (IↃCCLXXIII. 3.); ex Ligorio Muratorius T. III. p. MDCCLV. 7. cum Lat. interpret.

ϹЄΜΝΟΝ
ΤΡΥΦΑΙΝΗϹ
ϹωΜΑ

Σεμνὸν Τρυφαίνης σῶμα.

Est titulus sepulcralis. Muratorius male expressit ΤΡΙΦΩΝΟΣ p. ΤΡΥΦΑΙΝΗϹ.

5875. *d.*

Capuae; e schedis Philippi Argelati edidit Muratorius T. IV. Append. p. MMXCIII. 1. cum Lat. interpret.

ΙΟΥΛΙΑ ΜΑΡΚΕΛΛΑ
ΙΟΥΛΙΟΥ ΒΑϹϹΟΥ
ΘΥΓΑΤΗΡ

᾿Ιουλία Μαρκέλλα
᾿Ιουλίου Βάσσου
θυγάτηρ.

5875. *e.*

Calatiae, in ara, in qua vasa insculpta; edidit Gorius in aris ante Donii Inscr. tab. XI. 4. (conf. p. LXXIX.) Ex Donio et Ligorio edidit Muratorius T. II. p. CMXL. 1. ligno incisam cum Lat. interpret. et not. Est etiam in schedis Stephani Duperac inter Spanhemiana.

ΛΑΥΡΕΛΙΩ.ΛΑ
ΠΥΝΩ.ΟΝΑΓΡΩ
ΚΑΙΑΥΡΕΛΙ....
L.AVRELIVS.SABI
NVS DOLIARI
VS.FECIT.SIBI
ET.SVIS

Λ. Αὐρ[η]λίῳ [Σ]α[βί]νῳ Ὀνάγρῳ καὶ Αὐρ[η]λί[ᾳ].
L. Aurelius Sabinus doliarius fecit sibi et suis.

5876.

In lapide affixo parieti in via, quae a nova *Capua* ad veterem ducit; edidit Camillus Peregrinus Dissert. de Campania felici in Addend. p. 780., hinc repetiit Cuperus Harpocr. p. 152. Habet etiam Gudius p. LV. 13. sine inscriptione Latina; ex Cupero Bonada Anthol. T. I. p. 81. Novum apographum protulit Martorellus Thec. calam. T. II. p. 436. unde petiit Ignarra de phratriis p. 200. Graecam inscriptionem ex Gudio receperunt Brunckius III. p. 183. n. 166. An. III. 1. p. 380. et Iacobs Anthol. Palat. App. n. 143.

ΔΕϹΠΟΙΝΗΝΕΜΕϹΕΙ
ΚΑΙϹΥΝΝΑΟΙϹΙΘΕΟΙϹΙΝ
ΑΡΡΙΑΝΟϹΒΩΜΟΝ
ΤΟΝΔΕΚΑΘΕΙΔΡΥϹΑΤΟ
IVSTITIAENEMESI
ATISQVAMVOVERATARAM
NVMINASANCTACOLENS
CAMMARIVSPOSVIT

Apographum Peregrini et Martorelli.
Δεσποίνῃ Νεμέσει καὶ συνναόισι θεοῖσιν
Ἀῤῥιανὸς βωμὸν τόνδε καθειδρύσατο.

Iustitiae, Nemesi, Atis quam voverat aram,
numina sancta colens Cammarius posuit.

De prosodia in voce Ἀῤῥιανὸς Martorellus comparat Παφιανὸς tituli n. 5629. De correptione syllabae longae in verbo ἱδρύειν conf. ad n. 4708. Arrianus alio nomine audit in titulo Latino, ubi ob hiatum Cuperus restituebat FATIS; Ignarra notat synaloephen neglectam esse, ut in Virgiliano: *stant et iuniperi et castaneae hirsutae*; ATIS autem esse Ἄταις, quae sint Furiae, ut apud Eurip. in Oreste. Nec certe offenderint in templo Nemesis σύνναοι θεοὶ *Iustitia* et *Furiae* (Erinnyes).

SECTIO SECUNDA.

HIRPINI, PELIGNI, FRENTANI.

5877.

Aeculani Hirpinorum, hodie Eclano, in basi marmorea, litteris pulchris; edidit Aemilius Braun ex schedis Guarini Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1837. p. 19. 20. unde repetiit Osannus Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1843. p. 216.

Γ·ΣΑΛΟΥΙΟΣ·ΑΤΤΙΚΙΑΝΟΣ
ΑΡΧΙΑΤΡΟΣ·ΠΟΛΕΩΣ·ΑΝΑΘΗΜΑ
ΘΕΩΙ·ΑΣΚΛΗΠΙΩΙ

Γ. Σαλουΐος Ἀττικιανός, ἀρχίατρος πόλεως, ἀνάθημα θεῷ Ἀσκληπιῷ.

Conf. Goldhorn de archiatris Rom. Lips. 1841. et Keil. Syll. inscr. Boeot. p. 153.

5877. *b.*

Beneventi, in ara; in anaglypho est Hercules poma decerpens ex arbore; circum oleae truncum serpens; sub ea mulier dormiens; primus edidit Io. Bapt. Ferrarius Senensis in libro: Hesperides s. de malorum aureorum cultura et usu, Rom. 1646. p. 27. deinde Donius p. 43. tab. VII. 2. aeri incisam (explicatio Gorii extat p. LVIII.); tum Spanhemius ad Iulian. Caes. p. 108. ex cod. Duquesneliano; post Gronovius Thes. Ant. Gr. T. I. ad tab. Aaaa. Ex Donio repetierunt Ioh. de Vita in Thes. antiq. Benevent. Diss. II. c. 1. p. 72. et in Inscript. Benevent. I, 13. p. 111. et Muratorius T. I. p. LXV. 8. Est etiam in schedis Spanhemianis a Steph. Duperac scriptis.

ΗΡΑΚΛΗ
ϹΩΤΗΡΙ
Π.ΙΟΥΝΙΟϹ
ΙΑΝΟΥΑΡΙΟϹ
ΑΥΓΟΥΡ
ΑΝΕΘΗ
ΚΕΝ

Vs. 5. Spanh. ΑΥΓΟΥϹ, Dup. ΑΥΓΟΥΕ, Mur. ΑΥΓΟΥΡ, quod verum esse monet Saxius Act. Trai. T. II. p. 230. quoniam par titulus Latinus extat Beneventi:

HERCVLI
SERVATORI
P.IVNIVS
IANVARIVS
AVGVR
POSVIT

teste Nicastro de S. Ianuarii patria in Giornale de' letterati T.VIII. art. xii. p. 358. et Neapoli ap. Maffeium Mus. Ver. p. cccxlix. 1.

Ἡρακλῆ σωτῆρι Π. Ἰούνιος Ἰανουάριος Αὔγουρ ἀνέθηκεν.

5877. c.

In basi reperta in *Pelignis*; ex Ligorio edidit Gudius p. xxiii. 7.

ΑΜΠΕΛΟΦΥΤΗΣ.ΚΡοΝΟΣ

In postica:

SOLI.INVICTO.SACR
M.ETEORIVS.M.F
CLAVD.SABINVS

Ἀμπελοφύτης Κρόνος.

Soli invicto sacr(um) M. [Sert]orius M. f. Claud. Sabinus.

5877. d.

Aeserniae Samnitum apud Sanctimoniales Sanctae Clarae; misit P. Alexander Berti ad Muratorium, qui edidit T. II. p. dci. 6. cum Lat. interpret.

ΟΙΚΟΣΨΙΛΟΣ
ΟΙΚΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΣ

Οἶκος ψιλὸς οἶκος ἄριστος.

Est versus paroemiacus (cf. Vol. I. p. 883 sq.); sed inest vitium prosodiacum.

5878.

Anxani Frentanorum (hodie Lanciano) in marmore fracto palm. iv. initio huius saeculi effosso, quod non amplius extare putatur. „Anxanenses Neapolim deferendum curarunt, iudicium de eo praestolaturi Academiae Herculanensis, auspice Iosepho Zurlo, qui tunc ab interioribus regni negotiis erat. Monumenti fidem faciunt praeter ceteros Paschalis Liberator, notae vir probitatis honoribusque functus et vir illustris Antonius Columna, qui illud et oculis suis viderunt et manibus contrectarunt." Haec Raymundus Guarinus, qui tituli primum membranis chartaceis expressi, deinde in tabula aenea descripti et singulari folio editi authentiam vindicare studet Excurs. II. epigr. Comment. XIII. Neap. 1831. p. 39 sqq. tradens praeterea allatum esse tertium apographum ad lapidis magnitudinem delineatum, quod cum superioribus plane consentiat, nisi quod vs. 12. praebeat ΣΕΝΑΙΑΩΝ pro ΣΕΝΑΛΩΝ.

ΙΕΥΣΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ
ΗΙΑΡΑΣΗΟΜοΝοΙΑΤΑΣΑΛΩσας
ΕΥΡΩΝΦΡΕΝΤΑΝΩΝΣΥΜΜΑχων
ΤΟΒΟΥΛΗΤΩΑΝΞΑΝΩΠΑΛΛΑνω
ΑΝΣΑΝΤΩΤΑΣΒΥΚΙΑΣΡοΜΥΛΑΑς
ΚΑΙΟΡΤοΝΙΑΣΤοΙοΝΗοΝΙΣΤΑΝΙΩνκαι
ΤΩΑΤΕΡΝΩΚΑΙΦοΡΑΝΤΩΑΕΙιατε
πανΤοΝοΜΟΙΤοΚοΙΝοΝΤΑΣΚΛΥΙουιας
καιτΩΝΣΑΡΑΝΤΩΝΦΕΝΤΡΙΩΝσυνο
διακαιτΩΝΑΥΔΩΝΓΙΡΥΛΩΝΦΙΚιων
καιτωνπαΝΤΥΤΑΛΙΩΝΤΡΙΝΙΩΝκαιτων
παντωντΩΝΣΕΝΑΛΩΝΚΑικωμαςκαι
βοικουςΠΑΝΤΕΣΦΙΛοΠΑΤριδεςεκα
τομβΑΝΗΑΡΑΝΒΥΜΑετελεσαν

Ζεὺς Ἐλευθέριος.
Ἱαρᾶς ὁμονοία[ς] τᾶς Ἀλω - -
ευρων Φρεντανῶν. συμμα[χία
τὸ βουλῆ(ον) τῶ Ἀνξάνω, Παλλά[νω,
Ἀνσάντω, τᾶς Βυκίας, Ῥ[ω]μυλάα[ς,
καὶ Ὀρτ[ω]νίας· τὸ ζ[ω]νῆον Ἰστανίω [καὶ
τῶ Ἀτέρνω καὶ Φοράντω· Ἀ - -
- τονόμοι· τὸ κοινὸν τᾶς Κλυι[ουΐας,
τ]ῶν Σαράντων, Φεντρίων, - -
- - ων, Αὐδῶν, Γιρύλων, Φι[σίων,
- - ω]ν, Τυταλίων, Τρινίων, - -
- - - ων, Σενάλων κα[ὶ - -
- - πάντες φιλοπατ[ρίας εἵ-
νεκα τ]ὰν ἱαρὰν [σ]υμ[μ]α[χίαν ἔγ-
ραψαν.]

Guarinus neque omni suspicione liberavit titulum nec qua par erat diligentia explicavit. Videtur sane genuina esse inscriptio, quod insunt, quae reconditiorem quam falsarii doctrinam desiderant vitiaque ipsa usum linguae Graecae produnt tenuiorem. Satis enim constat Frentanos, Samnitum progeniem, lingua Osca usos esse; etsi horum quoque origines vulgo a Diomede Troianisque repetuntur (vide Romanelli Scoverte Frentane I. p. 17. II. p. 89.). Hinc fuerunt, qui confictum ab aliquo monumentum putarent, ut scilicet origo Graeca populo vindicaretur. At enim maxime probabile est Magnae Graeciae splendorem ac potentiam in causa fuisse, cur gentes vicinae ἀλλόγλωσσοι, praesertim illitteratae, linguam Graecam adoptarent in litteris publicis: quod num nunc in Romanorum odium factum sit a Fren-

tanis, ut iudicavit Guarinus, in medio relinquo. Sed satis vetustum titulum esse et scriptura prodit et forma foederis et Doris severior, contra quam semel peccatum videtur in voce ΒΟΥΛΗ (vs. 4.): ut non multum aberraverit, qui contendat non ita multo post tabulas Heracleenses positum titulum esse, et quidem ante a. u. c. 435. quo anno Frentani primum in potestatem Romanorum venerunt (Romanelli l. c. I. p. 46.). Praescriptum Ζεὺς ἐλευθέριος casu nominativo, ut in titulo Petiliensi Θεὸς Τύχα (Vol. I. n. 4. conf. Elem. epigr. Gr. p. 318.); et Iovis Eleutherii mentio fit etiam in titulo ex vicinia Frentanorum reportato n. 5874. Initium est ἱαρᾶς ὁμονοίας — Φρενταναν; quae intermedia posita sunt ΑΛΩ - - - ΕΥΡΩΝ quid significent, non exputo. Subesse videtur nomen Frentanorum proprium idque antiquius. De reliqua forma tituli postea videbimus. Dicimus primum de oppidis populisque, qui foedus initum hoc monumento celebrarunt. Frentanorum oppida nota sunt: Ἄνξανον (Plin. H. N. III, 17. Ptolem. Geogr. III, 1. conf. Romanelli l. c. II. p. 81 sqq.); Παλλάνον, Pallanum (in tab. August. ap. Cellar. Geogr. I. p. 703.), Βυκία, vulgo Buca (Strab. V, 242. Plin. l. c. Pomp. Mela II, 4. quod male scribitur Βούβα ap. Ptolem. et Steph. Byz. vide Romanelli l. c. I. p. 309 sqq.); Ῥωμυλέα, vulgo Romulea (Liv. X, 11.), quod oppidum Frentanis vindicavit Romanellius l. c. II. p. 30 sqq.; Ὀρτωνία, vulgo Ὄρτων (Strab. V, 242. Ptolem. l. c. qui Pelignis tribuit) s. Ortona (Plin. l. c. conf. Romanelli l. c. II. p. 233 sqq.); Ἰστάνιον, vulgo Ἰστόνιον (Ptol. l. c.), Istonium (tab. August. ap. Cellar. l. c. Frontin. de coloniis p. 125.), Histonium (Plin. l. c. Pomp. Mela l. c. Inscriptt. Latt. ap. Romanellium l. c. I. p. 176 sq. p. 196.); Αὐδοὶ et Φίσιοι, quos aliquando Anxanensium conciliabula constituisse Guarinus feliciter demonstravit ex aere Anxanensi minus bene explicato a Romanellio l. c. II. p. 127. quod haec habet:

ANXANVM	L D
EMP. FRENT	NVND
L. ARIO	CONCILIAB
ET. M. GAVIO	FISIOEUSAN
COS	FELTROROTAE
	TILIOETAV
	DO
	D D

Neque offendit mentio Τριυίων (vs. 11.), qui accolae fuisse fluminis Trinii Frentanorum videntur (Plin. III, 17.); nec Σάραντοι (vs. 9.) non habent quo se tueantur in Frentanis, ubi oppidum est Città di Saro, in litteris monasterii D. Ioannis in Venere ibi constituti *Civitas Saretina* appellata, quo Romanellio l. c. I. p. 344 sqq. pertinere videntur Carentini supernates et infernates a Plinio III, 17. memorati; ut facile nunc adducar, ut exemplo inscriptionis nostrae apud Plinium *Sarentini* pro *Carentini* cum Romanellio scribendum putem. Sed praeterea in Frentanis nunc recensentur Ἄνσαντον (vs. 5.), quod alicui videatur esse Anxantum Marsorum ap. Plin. III, 17. s. Anxates titulorum Latinorum (Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1846. p. 180 sq.), nisi potius intelligendi sunt Anxates Frentanorum quos habes in titulo ap. Murator. p. CCCLXVII. 1. Gud. p. CXLI. 9.; deinde Ἄτερνον (vs. 7.), quod oppidum fuisse Pelignorum et Marrucinorum dicitur a Strabone V, 241.; Κλυιουΐα (vs. 8.), vulgo Cluvia, quod oppidum Samnitum dicitur Liv. IX, 31.; Φέντροι (vs. 9.), quos Pentros Samnites esse recte statuit Guarinus (Liv. IX, 31. conf. Excerpt. Dionys. Halicarn. ad Vales. p. 533. ubi Πέντροι vocantur); unde colligi potest haec oppida olim Frentanorum fuisse. Nam Φόραντον (vs. 7.) distinguendum videtur a Forento Apuliae oppido atque a Forentino Hernicorum, eiusque nomen a Foro flumine Frentanorum repetit Guarinus, qui idem Σενάλων (vs. 12.) nomen recte ad flumen, quod est Teaten inter et Ortonam, hodie Senello dictum referendum censet. Reliquarum gentium aliae ignotae sunt, ut Γίρυλοι (vs. 10.), quod iam Guarinus monet cavendum ne quis confundat cum Κηρίλλοις Bruttiorum (Strab. VI, 255.), et Τυτάλιοι (vs. 11.); aliarum mentio in lacunis lapidis interiit. Ceterum notabis in aliis oppidorum nomina commemorari, ut vss. 1. 2 sqq. in aliis nomina ethnica, ut vss. 9. 10 sqq. Recensus oppidorum populorumque, ni fallor, tripartitus est. Prima in parte, in qua recensentur Anxanum, Pallanum, Anxantum, Buca, Romulea, Ortona, horum mentioni praescriptum est ΤοΒοΥΛΗ, quod intelligi non potest nisi vocabulum decurtatum sumas pro ΤοΒοΥΛΗοΝ, i. e. τὸ βουλήϊον s. βουλεῖον, quo nomine significetur principatus et πρεσβεία oppidorum. Exspectaveris ΒΩΛ p. ΒοΥΛ; sed quis ausit dicere qua aetate forma ΒοΥΛΑ pro ΒΩΛΑ in Magna Graecia invaluerit (conf. Ahrens ling. Graec. dial. II. p. 170.). Secundae parti praescriptum videtur ΤοΙ[Ω]ΝΗοΝ, i. e. τὸ ζωνήϊον s. ζωνεῖον, quod nomen videndum ne a situ oppidorum repetendum sit, quippe qui cinguli instar fuerit. Certe Aternum et Histonium oppida maritima dici possunt a latere maris cingere Frentanos. Similisque metaphora etiam Cingulo oppido Picenorum videtur nomen dedisse. Utcunque est, si de praescripto partis primae recte iudicavimus, in altera parte oppida inferioris ordinis recenseri sponte patet. Sunt autem Histonium, Aternum, Forantum. Cum vocabulo mutilo ΑΕΙ - - tertia pars initium capit; falliturque Guarinus qui ΑΕΤΙΩΤΕ coniicit suspicans Aetium dici municipium a Frontino memoratum. Vocabulum ibi praescriptum videtur compositum esse ex verbo νέμω, exempli gratia ἀγρονόμοι; in eoque gradu dignitatis qui positi sunt populi, ii κοινὰ constituunt, ut patet ex praemisso τὸ κοινὸν τᾶς Κλυιουΐας.

SECTIO TERTIA.

LATIUM, ETRURIA, UMBRIA.

Inscriptiones huius tractus non secundum singulas civitates sed per classes disposui, in singulis classibus initio facto a Romanis. Primam classem Senatusconsultum quod superest Romanum conficit: altera titulos honorarios complectitur, in quibus praecedunt honores populi Romani, sequuntur honores Imperatorum, magistratuum, sacerdotum, privatorum, etiam mulierum. Tertia classe composui agonistica, quarta donationes deorum, quinta nomina titulosque minores operibus artis inscriptos et nomina artificum, quibus inserui tabulam Iliacam et fragmenta similia, sexta inscriptiones operum publicorum et miscellanea, in quibus sunt calendaria, solaria, anemoscopia. Septima denique classis comprehendit epitaphia et nomina singula.

CLASSIS PRIMA.

5879.

Romae in tabula aenea apud Fulvium Ursinum, quae nunc asservatur Neapoli in museo regio: primus edidit P. Victorius ad Calcem editionis epistolarum Ciceronis ad Atticum, ad Brutum et ad Q. fratrem, Flor. 1571. 8. deinde Brissonius de formulis cet. Par. 1583. p. 266. tum Fulvius Ursinus ad Ant. Augustini libr. de legibus XXIV. Fragmentum Lat. dedit Lipsius Auct. inscr. ad Smet. p. 9. Senatusconsultum ex Graeco conversum et suppletum exhibet Sigonius de ant. iure prov. libr. I. cap. I. Utrumque edidit Gruterus p. DIII. DIV. Ex recentioribus repetierunt Haubold Antiq. Rom. monumenta legalia extra libros iuris Rom. sparsa edit. Spangenberg, Berol. 1830. p. 90. n. 15. A. E. Egger Lat. sermonis vetust. reliq. Par. 1843. p. 275 sq. p. 378 sq. Goettlingius Fünfzehn Römische Urkunden auf Erz und Stein, Halle 1845. p. 50 sqq. qui novum apographum dedit. Habeo etiam ex volumine inscriptionum ms. (fol. 106.) quod olim fuit P. Victorii, nunc in bibliotheca Monacensi asservatur, transcribentibus Cramens IC. et Spengelio.

[*Textum vide in tabula inserta.*]

Vs. 1. solus habet Goettlingius. Vs. 2. extr. Grut. Lips. VXO.., Vict. VXO, Goettl. VX... Vs. 3. Grut. SIVE. Vs. 4. init. M solus habet Goettl.; in fine Vict. SEIQVA. Vs. 5. Vict. SEIQVAS; idem in fine CIV sine punctis. Vs. 6. Grut. QVEICOMQVE; in fine Grut. Vict. Lips. VECTIGALVE, Goettl. VECTIGAL·VE. Vs. 7. init. Grut. Vict. Lips. EMILIVS, Goettl. AEMILIVS; deinde Grut. Vict. Lips. S·E·V·, Goettl. S·C·V· Vs. 9. init. Grut. Vict. VTI, Goettl. VT; in fine Grut. VTEIQ. Vs. 10. init. Grut. Lips. SI·EI·V·F·, Vict. SI·EI·V·E·, Goettl. SEIVE. Vs. 11. inter FIERI et I·V·E· cet. spatium relictum est ap. Vict.; deinde Grut. Briss. I·V·E·R·P·F·S·V·C·, Lips. I.I.V.E.R.P.F.S.V.C. In Graecis formas litterarum ex Victorio dedi. Is habet C Є ω, Gruterus C E Ω. Apud Grut. et Vict. versus 12. 13. 14. productiores sunt marginem versus, hisque rursus productiores versus 15. 16 sqq. Apud eosdem singula fere vocabula punctis distinguuntur. Vs. 12. extr. Grut. Vict. AIMI ΛΙΟΥ, Goettl. AIM......; in fine Vict. addit Κοΐντου υἱοῦ. Hunc versum litteris maiusculis expressit Goettlingius, reliquos litteris minusculis. Vs. 14. extr. Grut. CYNEBOY..., Vict. CYNЄBOYΛευσεν, Goettl. συνεβου... Vs. 15. Grut. KOMITIΩI; in fine Grut. ΓΑΙΟC......ΛΕΥ, Vict. ΓΑΙΟC.....λευ, Goettl. γαιος... Vs. 16. init. Goettl. ποπλιαια; sub finem καταος solus habet Goettlingius; in fine Ασκληπιαδην addit Vict. Vs. 17. med. Grut. Vict. MЄNICKON, Göttl. μενοικον, quod esse in aere idem annotat; in fine Grut. ΜΙΛΗCΙΟΥ, Vict. ΜΙΛΗσιον, Goettl. μιλη.... Vs. 18. Grut. Vict. ЄΠΑΡΧΟΜЄΝΟΥ, Goettl. εξαρχομενου; deinde Grut. Vict. ЄΠΑΝΔΡΟΝ, Goettl. ευανδρον; in fine Grut. ΗΜΕΤΕΡΟΙC....., Vict. ΗΜЄΤЄΡοις παρεσχηκε-, Goettl. ημετεροις.... Vs. 19. init. Grut. Vict. NAI, Goettl. και; in fine Grut. ΥΠ ΑΥΤΩΝ, Vict. ΥΠΑΥΤωΝ ανδρα-, Goettl. υπα... Vs. 20. Grut. ΔΗΜΩΣΙΑ; deinde Grut. Vict. ЄΔΟ ΚЄΝ, Goettl. εδοξεν; in fine Vict. ΚΛΑΖομενιον. Vs. 21. extr. Grut. ΦΙΛΟΥC, Vict. ΦΙΛους, Goettl. φιλ... Vs. 22. Grut. Vict. ΔΗΜΟΝΤΟΝ, Goettl. δημον των; deinde Grut. Vict. ΔΙΑΛΑΜΒΑΝЄΙΝ, Goettl. διαλανβανειν; in fine Grut. ΗΜΕΡΟΙC pro ΗΜΕΤΕΡΟΙC. Vs. 23. init. Goettl. συγλητον. Vs. 24. Grut. ΕΙCΠΕ ΠΡΑΓΜΕΝΟΙ, Vict. ЄΙCΠЄΠΡΑΓΜЄΝΑΙ, Goettl. εισπεπραγμεναι; deinde Grut. ΤΟΥC pro ΤΟΥΤΟΥC; sub finem Grut. ΑΥΤΑΙC p. ΑΥΤΟΙC; in fine Grut. Vict. ΤΙΝЄC, Goettl. τινεις τε. Vs. 26. Grut. ΩΡΜΗ CAN, Vict. ΟΡΜΗCΑΙ, Goettl. ορμησαι. Vs. 27. Grut. Vict. ΟΦЄΙΛΗΤΑΙ, Goettl. οφειλεται; deinde Vict. Briss. ΜЄΤΑΠΟΡЄΥCЄCΘΑΙ. Vs. 28. Grut. ΜΕΤΑ ΠΟΡΕΥΟΝΤΑΙ. Vs. 30. Grut. Vict. ΒΟΥΛωΝΤΑΙ, Goettl. βουλονται; deinde Grut. Vict. ΚΡΙΝЄCΘΑΙΗ ЄΠΙΤωΝ, Goettl. κρινεσθαι η ει εκ των. Vs. 33. ΤΑ omittit Grut. Vs. 37. Grut. ΑΠΟCΤΕΛΛΑΙ pro ΑΠΟ CΤΕΙΛΑΙΤΕ. Vs. 38. Grut. ΑΠΟCΤΕΛΛΕΙΗ. Vs. 39. omisit Brissonius. Vs. 40. extr. Grut. ΥΠΑΡΧΕΙΑC. Vs. 42. Grut. ΤΗC omittit; idem habet ΦΑΙΝΗΤΑΙ.

QVOTQVE · HEREDITATES · E]IS · LEIBERISVE · E[ORVM · VENERVNT · VTEI · HAS · HABERENT · TENERENT · FRVERENTVRQVE · QVAEQVE · IPSI · LEIBEREI · POSTEREI · VXORESQVE
EORVM · AB · ALIO · REPETERENT · SEIVE · AB ·] EIS · LEIBEREIS · POSTEREIS · VXO[RIBVSQVE · EORVM · ALII · REPETERENT · VTEI · HORVM · LEIBERORVM · POSTERORVM · VXORVMQVE · EORVM · POTESTAS · ET · OPTIOSIET
SEIVE · DOMI · SECVNDVM · LEGES · SVAS · VELINT] · CERTARE · SEIVE · APVD · MAGISTRATVS · [NOSTROS · ITALICIS · IVDICIBVS · SEIVE · APVD · CIVITATEM · LEIBERAM · EARVM · QVAE · SEMPER · IN · AMICI
TIA · POPVLI · ROMANI · PERMANSERVNT] · VBEI · VELINT · VTEI · IBEI · IVDICIVM · DE · EIS · REBVS · FIAT · SEI · QVA[· IVDICIA · DE · EIS · ABSENTIBVS · POSTQVAM · DOMO · PROFECTI · SVNT · ERVNT ·
FACTA · EA · VTEI · IN · INTEGRVM · RESTITVA]NTVR · ET · DE · INTEGRO · IVDICIVM · EX · S · C · FIAT · SEI · QVAS · PECVNIAS · CIV[ITATES · EORVM · PVBLICE · DEBERENT · NE · QVID · IN · EAS · PECV
NIAS · CONFERRE · DEBERENT · MAGISTRAT]VS · NOSTRI · QVEIQVOMQVE · ASIAM · EVBOEAM · LOCABVNT · VECTIGAL · VE · ASIAE · [EVBOEAE · IMPONENT · CAVERENT · NE · QVID · HI · DARE · DEBE
RENT · VTEI · QVE · Q · LVTATIVS · M] · AEMILIVS · COS · A · A · S · E · V · EOS · IN · AMEICORVM · FORMVLAM · REFERVNDOS · CVRARENT · EIS[QVE · TABVLAM · AENEAM · AMICITIAE · IN · CAPITOLIO · PONERE
SACRIFICIVMQVE ·] FACERE · LICERET · MVNVSQVE · EIS · EX · FORMVLA · LOCVM · LAVTIAQVE · Q · VRB · EIS · LOCARE · MITTEREQ[VE · IVBERENT · SEIVE · DE · SVIS · REBVS · LEGATOS · AD · SENATVM
MITTERE · IPSEIVE ·]VENEIRE · VELLENT · VTI · EIS · LEIBEREIS · POSTEREISQVE · EORVM · LEGATOS · VENIRE · MITTEREQVE · LICERET · VTEI · Q[VE · Q · LVTATIVS · M · AEMILIVS · COS · A · A ·
S · E · I · V · F · LITTERAS · AD · MAGISTRATVS · NOSTROS · QVEI · ASIAM · MACEDONIAM · PROVINCIAS · OPTINENT · ET · AD · MAGISTRATVS · EORVM · MITT[ERENT · SENATVM · VELLE · ET
AEQVOM · CENSERE · EA · ITA · FIERI · I · V · E · E · R · P · F · S · V · C ·

ΕΠΙΥΠΑΤΩΝΚΟΙΝΤΟΥΛΥΤΑΤΙΟΥΚΟΙΝΤΟΥΥΙΟΥΚΑΤΛΟΥΚΑΙΜΑΡΚΟΥ.ΑΙΜΙΛΙΟΥ
ΜΑΡΚΟΥΥΙΩΝΟΥΛΙΠΕΔΟΥCΤΡΑΤΗΓΟΥΔΕΚΑΤΑΠΟΛΙΝΚΑΙΕΠΙΤΩΝΞΕΝΩΝΛΕΥΚΙΟΥΚΟΡΝΗΛΙΟΥ . . .
CICENNAMHNOCMAIOYKOINTOCΛYTATIOCKOINTOYYIOCKATΛOCYΠATOCCYΓKΛHTΩICYNEBOYΛ . . .
ΠΡΟΗΜΕΡΩΝΕΝΔΕΚΑΚΑΛΑΝΔΩΝΙΟΥΝΙΩΝΕΝΚΟΜΕΤΙΩΙΓΡΑΦΟΜΕΝΩΙΠΑΡΗCΑΝΛΕΥΚΙΟCΦΑΒΕΡΙΟCΛΕΥΚΙΟΥΥΙΟCCΕΡΓΙΑΓΑΙΟC . . . . ΛΕΥ
ΚΙΟΥΥΙΟCΠΟΠΛΙΛΙΑΚΟΙΝΤΟCΠΕΤΙΛΛΙΟCΤΙΤΟΥΥΙΟCCΕΡΓΙΑΠΕΡΙΩΝΚΟΙΝΤΟCΛΥΤΑΤΙΟCΚΟΙΝΤΟΥΥΙΟCΚΑΤΛΟCΥΠΑΤΟCΛΟΓΟΥCΕΠΟΙΗCΑΤΟ . . .
ΦΙΛΙΝΟΥΥΙΟΝΚΛΑΖΟΜΕΝΙΟΝΠΟΛΥCΤΡΑΤΟΝΠΟΛΥΑΡΚΟΥΥΙΟΝΚΑΡΥCΤΙΟΝΜΕΝΟΙΚΟΝΕΙΡΗΝΑΙΟΥΤΟΝΓΕΓΟΝΟΤΑΜΕΝΙCΚΟΝΘΑΡΓΗΛΙΟΥΥΙΟΝΜΙΛΗCΙΟ
ΕΝΤΟΙCΠΛΟΙΟΙCΠΑΡΑΓΕΓΟΝΕΝΑΙΤΟΥΠΟΛΕΜΟΥΤΟΥΙΤΑΛΙΚΟΥΕΞΑΡΧΟΜΕΝΟΥΤΟΥΤΟΥCΕΡΓΑCΙΑΝΕΥΑΝΔΡΟΝΚΑΙΠΙCΤΗΝΤΟΙCΔΗΜΟCΙΟΙCΠΡΑΓΜΑCΙΝΤΟΙCΗΜΕΤΕΡΟΙC . . . . .
ΝΑΙΤΟΥΤΟΥCΕΑΥΤΟΝΚΑΤΑΤΟΤΗCCΥΓΚΛΗΤΟΥΔΟΓΜΑΕΙCΤΑCΠΑΤΡΙΔΑCΑΠΟΛΥCΑΙΒΟΥΛΕCΘΑΙΕΑΝΑΥΤΩΙΦΑΙΝΗΤΑΙΟΠΩCΥΠΕΡΤΩΝΚΑΛΩCΠΕΠΡΑΓΜΕΝΩΝΥΠΑΥΤΩΝ . . . . .
ΓΑΘΗΜΑΤΩΝΕΙCΤΑΔΗΜΟCΙΑΠΡΑΓΜΑΤΑΤΑΗΜΕΤΕΡΑΚΑΤΑΛΟΓΗΑΥΤΩΝΓΕΝΗΤΑΙΠΕΡΙΤΟΥΤΟΥΤΟΥΠΡΑΓΜΑΤΟCΟΥΤΩCΕΔΟΞΕΝΑCΚΛΗΠΙΑΔΗΝΦΙΛΙΝΟΥΥΙΟΝΚΛΑΖ . . .
ΠΟΛΥCΤΡΑΤΟΝΠΟΛΥΑΡΚΟΥΥΙΟΝΚΑΡΥCΤΙΟΝΜΕΝΙCΚΟΝΕΙΡΗΝΑΙΟΥΥΙΟΝΜΙΛΗCΙΟΝΤΟΝΓΕΓΟΝΟΤΑΜΕΝΙCΚΟΝΑΝΩΘΕΝΔΕΘΑΡΓΗΛΙΟΥΑΝΔΡΑCΚΑΛΟΥCΚΑΙΑΓΑΘΟΥCΚΑΙΦΙΛΟΥC . . .
ΑΓΟΡΕΥCΑΙΤΗΝCΥΓΚΛΗΤΟΝΚΑΙΤΟΝΔΗΜΟΝΤΟΝΡΩΜΑΙΩΝΔΙΑΛΑΝΒΑΝΕΙΝΤΗΝΤΟΥΤΩΝΕΡΓΑCΙΑΝΚΑΛΗΝΚΑΙΕΠΑΝΔΡΟΝΚΑΙΠΙCΤΗΝΤΟΙCΔΗΜΟCΙΟΙCΠΡΑΓΜΑCΙΝΤΟΙCΗΜΕΤΕΡΟΙCΓΕΓΟΝΕΝΑΙ
ΔΙΗΝΑΙΤΙΑΝΤΗΝCΥΓΚΛΗΤΟΝΚΡΙΝΕΙΝΟΠΩCΟΥΤΟΙΤΕΚΝΑΕΚΓΟΝΟΙΤΕΑΥΤΩΝΕΝΤΑΙCΕΑΥΤΩΝΠΑΤΡΙCΙΝΑΛΕΙΤΟΥΡΓΗΤΟΙΠΑΝΤΩΝΤΩΝΠΡΑΓΜΑΤΩΝΚΑΙΑΝΕΚΦΟΡΟΙΩCΙΝΕΙΤΙΝΕCΕΙCΦΟΡΑΙΕΚΤΩΝ
ΥΠΑΡΧΟΝΤΩΝΑΥΤΩΝΕΙCΠΕΠΡΑΓΜΕΝΑΙΕΙCΙΝΜΕΤΑΤΟΤΟΥΤΟΥCΤΩΝΔΗΜΟCΙΩΝΠΡΑΓΜΑΤΩΝΤΩΝΗΜΕΤΕΡΩΝΧΑΡΙΝΟΡΜΗCΑΙΤΟCΑΥΤΑΙΑΥΤΟΙCΑΠΟΔΟΘΩCΙΝΑΠΟΚΑΤΑCΤΑΘΩCΙΝΕΙΤΕΤΙΝΕC
ΑΓΡΟΙΟΙΚΙΑΙΥΠΑΡΧΟΝΤΑΑΥΤΩΝΠΕΠΡΑΝΤΑΙΜΕΤΑΤΟΕΚΤΗCΠΑΤΡΙΔΟCΤΩΝΔΗΜΟCΙΩΝΠΡΑΓΜΑΤΩΝΤΩΝΗΜΕΤΕΡΩΝΧΑΡΙΝΟΡΜΗCΑΙΟΠΩCΤΑΥΤΑΠΑΝΤΑΑΥΤΟΙCΕΙCΑΚΕΡΑΙΟΝΑΠΟΚΑΤΑCΤΑ
ΘΗΙΕΙΤΕΤΙCΠΡΟΘΕCΜΙΑΠΑΡΕΛΗΛΥΘΕΝΑΦΟΥΕΚΤΗCΠΑΤΡΙΔΟCΤΩΝΔΗΜΟCΙΩΝΠΡΑΓΜΑΤΩΝΤΩΝΗΜΕΤΕΡΩΝΧΑΡΙΝΟΡΜΗCΑΙΜΗΤΙΤΟΥΤΟΤΟΠΡΑΓΜΑΑΥΤΟΙCΒΛΑΒΕΡΟΝΓΕΝΗΤΑΙ
ΜΗΔΕΤΙΑΥΤΟΙCΔΙΑΤΑΥΤΗΝΤΗΝΑΙΤΙΑΝΕΛΑCCΟΝΟΦΕΙΛΗΤΑΙΜΗΔΕΤΙΕΛΑCCΟΝΑΥΤΟΙCΜΕΤΑΠΟΡΕΥΕCΘΑΙΠΡΑCCΕΙΝΕΞΗΙΟCΑΙΤΕΚΛΗΡΟΝΟΜΙΑΙΑΥΤΟΙCΗΤΟΙCΤΕΚΝΟΙCΑΥΤΩΝ
ΠΑΡΕΓΕΝΟΝΤΟΟΠΩCΤΑΥΤΑCΕΧΩCΙΝΔΙΑΚΑΤΕΧΩCΙΝΚΑΡΠΕΥΩΝΤΑΙΤΕΟCΑΤΕΑΝΑΥΤΟΙΤΕΚΝΑΕΚΓΟΝΟΙΓΥΝΑΙΚΕCΤΕΑΥΤΩΝΠΑΡΕΤΕΡΟΥΜΕΤΑΠΟΡΕΥΩΝΤΑΙΕΑΝΤΕΤΙΠΑ
ΡΑΥΤΩΝΤΕΚΝΩΝΕΚΓΟΝΩΝΓΥΝΑΙΚΩΝΤΕΑΥΤΩΝΕΤΕΡΟΙΜΕΤΑΠΟΡΕΥΩΝΤΑΙΟΠΩCΤΟΥΤΩΝΤΕΚΝΩΝΕΚΓΟΝΩΝΓΥΝΑΙΚΩΝΤΕΑΥΤΩΝΕΞΟΥCΙΑΚΑΙΑΙΡΕCΙCΕΑΝΤΕΕΝΤΑΙCΠΑ
ΤΡΙCΙΝΚΑΤΑΤΟΥCΙΔΙΟΥCΝΟΜΟΥCΒΟΥΛΩΝΤΑΙΚΡΙΝΕCΘΑΙΗΕΙΕΚΤΩΝΗΜΕΤΕΡΩΝΑΡΧΟΝΤΩΝΕΠΙΙΤΑΛΙΚΩΝΚΡΙΤΩΝΕΑΝΤΕΕΠΙΠΟΛΕΩCΕΛΕΥΘΕΡΑCΤΩΝΔΙΑΤΕΛΟΥC
ΕΝΤΗΙΦΙΛΙΑΙΤΟΥΔΗΜΟΥΤΟΥΡΩΜΑΙΩΝΜΕΜΕΝΗΚΥΙΩΝΟΥΑΝΠΡΟΑΙΡΩΝΤΑΙΟΠΩCΕΚΕΙΤΟΚΡΙΤΗΡΙΟΝΠΕΡΙΤΟΥΤΩΝΤΩΝΠΡΑΓΜΑΤΩΝΓΙΝΗΤΑΙΕΙΤΙΝΑΚΡΙΤΗΡΙΑ
ΠΕΡΙΑΥΤΩΝΑΠΟΝΤΩΝΜΕΤΑΤΟΕΚΤΗCΠΑΤΡΙΔΟCΟΡΜΗCΑΙΓΕΓΟΝΟΤΑΕCΤΙΝΤΑΥΤΑΟΠΩCΕΙCΑΚΕΡΑΙΟΝΑΠΟΚΑΤΑCΤΑΘΗΙΚΑΙΕΞΑΚΕΡΑΙΟΥΚΡΙΤΗΡΙΟΝΚΑΤΑ
ΤΟΤΗCCΥΓΚΛΗΤΟΥΔΟΓΜΑΓΕΝΗΤΑΙΕΙΤΙΝΑΧΡΗΜΑΤΑΑΙΠΟΛΕΙCΑΥΤΩΝΔΗΜΟCΙΑΙΟΦΕΙΛΩCΙΝΜΗΤΙΕΙCΤΑΥΤΑΤΑΧΡΗΜΑΤΑΔΟΥΝΑΙΟΦΕΙΛΩCΙΝ
ΑΡΧΟΝΤΕCΗΜΕΤΕΡΟΙΟΙΤΙΝΕCΑΝΠΟΤΕΑCΙΑΝΕΥΒΟΙΑΝΜΙCΘΩCΙΝΗΠΡΟCΟΔΟΥCΑCΙΑΙΕΥΒΟΙΑΙΕΝΤΙΘΩCΙΝΦΥΛΑΞΩΝΤΑΙΜΗΤΙΟΥΤΟΙΔΟΥΝΑΙΟΦΕΙΛΩCΙΝ
ΟΠΩCΤΕΚΟΙΝΤΟCΛΥΤΑΤΙΟCΜΑΡΚΟCΑΙΜΙΛΙΟCΥΠΑΤΟΙΟΕΤΕΡΟCΗΑΜΦΟΤΕΡΟΙΕΑΝΑΥΤΟΙCΦΑΙΝΗΤΑΙΤΟΥΤΟΥCΕΙCΤΟΤΩΝΦΙΛΩΝΔΙΑΤΑΓΜΑΑΝΕΝΕΧΘΗ
ΝΑΙΦΡΟΝΤΙCΩCΙΝΤΟΥΤΟΙCΤΕΠΙΝΑΧΑΛΚΟΥΝΦΙΛΙΑCΕΝΤΩΙΚΑΠΕΤΩΛΙΩΙΑΝΑΘΕΙΝΑΙΘΥCΙΑΝΤΕΠΟΙΗCΑΙΕΞΗΙΞΕΝΙΑΤΕΑΥΤΟΙCΚΑΤΑΤΟΔΙΑΤΑ
ΓΜΑΤΟΠΟΝΠΑΡΟΧΗΝΤΕΤΟΝΤΑΜΙΑΝΤΟΝΚΑΤΑΠΟΛΙΝΤΟΥΤΟΙCΜΙCΘΩCΑΙΑΠΟCΤΕΙΛΑΙΤΕΚΕΛΕΥΩCΙΝΕΑΝΤΕΠΕΡΙΤΩΝΙΔΙΩΝΠΡΑΓΜΑΤΩΝ
ΠΡΕCΒΕΥΤΑCΠΡΟCΤΗΝCΥΓΚΛΗΤΟΝΑΠΟCΤΕΛΛΕΙΝΑΥΤΟΙΤΕΠΑΡΑΓΙΝΕCΘΑΙΠΡΟΑΙΡΩΝΤΑΙΟΠΩCΑΥΤΟΙCΤΕΚΝΟΙCΕΚΓΟΝΟΙCΤΟΙCΑΥΤΩΝ
ΠΡΕCΒΕΥΤΑCΠΑΡΑΓΙΝΕCΘΑΙΚΑΙΑΠΟCΤΕΛΛΕΙΝΤΕΕΞΗΙΟΠΩCΤΕΚΟΙΝΤΟCΛΥΤΑΤΙΟCΜΑΡΚΟCΑΙΜΙΛΙΟCΥΠΑΤΟΙΟΕΤΕΡΟCΗΑΜΦΟΤΕΡΟΙ
ΕΑΝΑΥΤΟΙCΦΑΙΝΗΤΑΙΓΡΑΜΜΑΤΑΠΡΟCΤΟΥCΑΡΧΟΝΤΑCΤΟΥCΗΜΕΤΕΡΟΥCΟΙΤΙΝΕCΑCΙΑΝΜΑΚΕΔΟΝΙΑΝΕΠΑΡΧΕΙΑCΔΙΑΚΑΤΕΧΟΥCΙΝ
ΚΑΙΠΡΟCΤΟΥCΑΡΧΟΝΤΑCΑΥΤΩΝΑΠΟCΤΕΙΛΩCΙΝΤΗΝCΥΓΚΛΗΤΟΝΘΕΛΕΙΝΚΑΙΔΙΚΑΙΟΝΗΓΕΙCΘΑΙΤΑΥΤΑΟΥΤΩΓΙΝΕCΘΑΙ
ΟΥΤΩCΩCΑΝΑΥΤΟΙCΕΚΤΩΝΔΗΜΟCΙΩΝΠΡΑΓΜΑΤΩΝΠΙCΤΕΩCΤΕΤΗCΙΔΙΑCΦΑΝΗΤΑΙ ΕΔΟΞΕΝ

ΑCΚΛΗΠΙΑΔΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΙΝΟΥ ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΟΥ ΠΟΛΥCΤΡΑΤΟΥ ΤΟΥ ΠΟΛΥΑΡΚΟΥ
ΚΑΡΥCΤΙΟΥ ΜΕΝΙCΚΟΥ ΤΟΥ ΕΙΡΗΝΑΙΟΥ ΜΙΛΗCΙΟΥ

Ἐπὶ ὑπάτων Κοΐντου Λυτατίου, Κοΐντου υἱοῦ, Κάτλου καὶ Μάρκου Αἰμιλίου, [Κοΐντου υἱοῦ, Μάρκου υἱωνοῦ, Λ[ε]π[ί]δου, στρατηγοῦ δὲ κατὰ πόλιν καὶ ἐπὶ τῶν ξένων Λευκίου Κορνηλίου Σισέννα, μηνὸς Μαΐου· Κόϊντος Λυτάτιος, Κοΐντου υἱός, Κάτλος ὕπατος συγκλήτῳ συνεβούλ[ευσεν πρὸ ἡμερῶν ἕνδεκα Καλανδῶν Ἰουνίων ἐν κομετίῳ· γραφομένῳ παρῆσαν Λεύκιος Φαβέριος Λευκίου υἱὸς Σεργίᾳ, Γάϊος - - - Λευκίου υἱὸς Ποπλιλίᾳ, Κόϊντος Πετίλλιος Τίτου υἱὸς Σεργίᾳ· περὶ ὧν Κόϊντος Λυτάτιος, Κοΐντου υἱός, Κάτ[λ]ος ὕπατος λόγους ἐποιήσατο, [Ἀσκληπιάδην Φιλίνου υἱὸν Κλαζομένιον, Πολύστρατον Πολυάρκου υἱὸν Καρύστιον, Μεν[ίσ]κον Εἰρηναίου, τὸν γεγονότα Μενίσκον Θαργηλίου υἱὸν Μιλήσιο[ν ἐν τοῖς πλοίοις παραγεγονέναι τοῦ πολέμου τοῦ Ἰταλικοῦ ἐξαρχομένου, τούτους ἐργασίαν ἔ[π]ανδρον καὶ πιστὴν τοῖς δημοσίοις πράγμασιν τοῖς ἡμετέροις [παρεσχηκέναι, τούτους ἑαυτὸν κατὰ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα εἰς τὰς πατρίδας ἀπολῦσαι βούλεσθαι, ἐὰν αὐτ[ῇ] φαίνηται, ὅπως ὑπὲρ τῶν καλῶς πεπραγμένων ὑπ' αὐτῶν [καὶ ἀνδραγαθημάτων εἰς τὰ δημόσια πράγματα τὰ ἡμέτερα καταλογὴ αὐτῶν γένηται, περὶ τούτου τοῦ πράγματος οὕτως ἔδοξεν· Ἀσκληπιάδην Φιλίνου υἱὸν Κλαζ[ομένιον, Πολύστρατον Πολυάρκου υἱὸν Καρύστιον, Μενίσκον Εἰρηναίου υἱὸν Μιλήσιον, τὸν γεγονότα Μενίσκον ἄνωθεν δὲ Θαργηλίου, ἄνδρας καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς καὶ φίλους [προσαγορεῦσαι τὴν σύγκλητον καὶ τὸν δῆμον τὸν Ῥωμαίων, διαλανβάνειν [τε] τὴν τούτων ἐργασίαν καλὴν καὶ ἔπανδρον καὶ πιστὴν τοῖς δημοσίοις πράγμασιν τοῖς ἡμετέροις γεγονέναι, δι' ἣν αἰτίαν τὴν σύγκλητον κρίνειν, ὅπως οὗτοι, τέκνα ἔκγονοί τε αὐτῶν, ἐν ταῖς ἑαυτῶν πατρίσιν ἀλειτούργητοι πάντων τῶν πραγμάτων καὶ ἀνε[ίσ]φοροι ὦσιν· εἴ [τέ] τινες εἰσφοραὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῶν εἰσπεπραγμέναι εἰσὶν μετὰ τὸ τούτους τῶν δημοσίων πραγμάτων τῶν ἡμετέρων χάριν ὁρμῆσαι, ταῦται αὐτοῖς ἀποδοθῶσιν ἀποκατασταθῶσιν, εἴ τέ τινες ἀγροί, οἰκίαι, ὑπάρχοντα αὐτῶν πέπρανται μετὰ τὸ ἐκ τῆς πατρίδος τῶν δημοσίων πραγμάτων τῶν ἡμετέρων χάριν ὁρμῆσαι, ὅπως ταῦτα πάντα αὐτοῖς εἰς ἀκέραιον ἀποκατασταθῇ, εἴ τέ τις προθεσμία παρελήλυθεν ἀφ' οὗ ἐκ τῆς πατρίδος τῶν δημοσίων πραγμάτων τῶν ἡμετέρων χάριν ὁρμῆσαι, μή τι τοῦτο τὸ πρᾶγμα αὐτοῖς βλαβερὸν γένηται μηδέ τι αὐτοῖς διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἔλασσον ὀφείληται μηδέ τι ἔλασσον αὐτοῖς μεταπορεύεσθαι πράσσειν ἐξῇ, ὅσαι τε κληρονομίαι αὐτοῖς ἢ τοῖς τέκνοις αὐτῶν παρεγένοντο, ὅπως ταύτας ἔχωσιν, διακατέχωσιν καρπεύωνταί τε, ὅσα τε ἂν αὐτοί, τέκνα, ἔκγονοι, γυναῖκές τε αὐτῶν παρ' ἑτέρου μεταπορεύωνται, ἐάν τέ τι παρ' αὐτῶν, τέκνων, ἐκγόνων, γυναικῶν τε αὐτῶν ἕτεροι μεταπορεύωνται, ὅπως τούτων, τέκνων, ἐκγόνων, γυναικῶν τε αὐτῶν ἐξουσία καὶ αἵρεσις [ᾖ]· ἐάν τε ἐν ταῖς πατρίσιν κατὰ τοὺς ἰδίους νόμους βούλωνται κρίνεσθαι [ἐάν τε] ἐκ τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων ἐπὶ Ἰταλικῶν κριτῶν, ἐάν τε ἐπὶ πόλεως ἐλευθέρας τῶν διὰ τέλους ἐν τῇ φιλίᾳ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων μεμενηκυιῶν οὗ ἂν προαιρῶνται, ὅπως ἐκεῖ τὸ κριτήριον περὶ τούτων τῶν πραγμάτων γίνηται, εἴ τινα κριτήρια περὶ αὐτῶν ἀπόντων μετὰ τὸ ἐκ τῆς πατρίδος ὁρμῆσαι γεγονότα ἐστίν, ταῦτα ὅπως εἰς ἀκέραιον ἀποκατασταθῇ καὶ ἐξ ἀκεραίου κριτήριον κατὰ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα γένηται· εἴ τινα χρήματα αἱ πόλεις αὐτῶν δημοσίᾳ ὀφείλωσιν, μή τι εἰς ταῦτα τὰ χρήματα δοῦναι ὀφείλωσιν· ἄρχοντες ἡμέτεροι οἵτινες ἂν ποτε Ἀσίαν, Εὔβοιαν μισθῶσιν ἢ προσόδους Ἀσίᾳ, Εὐβοίᾳ ἐντιθῶσιν, φυλάξωνται μή τι οὗτοι δοῦναι ὀφείλωσιν· ὅπως τε Κόϊντος Λυτάτιος, Μάρκος Αἰμίλιος, ὕπατοι, ὁ ἕτερος ἢ ἀμφότεροι, ἐὰν αὐτοῖς φαίνηται, τούτους εἰς τὸ τῶν φίλων διάταγμα ἀνενεχθῆναι φροντίσωσιν, τούτοις τε πίνα[κα] χαλκοῦν φιλίας ἐν τῷ Καπετωλίῳ ἀναθεῖναι θυσίαν τε ποιῆσαι ἐξῇ, ξένιά τε αὐτοῖς κατὰ τὸ διάταγμα, τόπον, παροχήν τε τὸν ταμίαν τὸν κατὰ πόλιν τούτοις μισθῶσαι ἀποστεῖλαί τε κελεύσωσιν· ἐάν τε περὶ τῶν ἰδίων πραγμάτων πρεσβευτὰς πρὸς τὴν σύγκλητον ἀποστέλλειν αὐτοί τε παραγίνεσθαι προαιρῶνται, ὅπως αὐτοῖς, τέκνοις, ἐκγόνοις τοῖς αὐτῶν πρεσβευτὰς παραγίνεσθαι ἀποστέλλειν τε ἐξῇ· ὅπως τε Κόϊντος Λυτάτιος, Μάρκος Αἰμίλιος, ὕπατοι, ὁ ἕτερος ἢ ἀμφότεροι, ἐὰν αὐτοῖς φαίνηται, γράμματα πρὸς τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἡμετέρους, οἵτινες Ἀσίαν, Μακεδονίαν ἐπαρχείας διακατέχουσιν, καὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν ἀποστείλωσιν, τὴν σύγκλητον θέλειν καὶ δίκαιον ἡγεῖσθαι ταῦτα οὕτω γίνεσθαι, οὕτως ὡς ἂν αὐτοῖς ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων πίστεώς τε τῆς ἰδίας φα[ί]νηται. Ἔδοξεν.

Ἀσκληπιάδου τοῦ Φιλίνου Κλαζομενίου. Πολυστράτου τοῦ Πολυάρκου Καρυστίου. Μενίσκου τοῦ Εἰρηναίου Μιλησίου.

Est Senatusconsultum Romanum de honesta missione trium Graecorum, qui initio belli Italici populo Romano operam praestiterunt atque in classe Romana stipendia meruerunt. Exemplar esse prototypi Senatusconsulti docet addita interpretatio Graeca, quae quidem tam Latine composita est, ut lusus sit, partem deperditam tituli Latini in integrum restituere, quod factum est a Sigonio. Senatusconsulta Romana in Graecam linguam translata habes Vol. II. n. 2485. 2905. Est igitur haec tabula una ex iis, quae tribus illis militibus honesta missione donatis traditae sunt.

Factum est Senatusconsultum a. d. xi. Kal. Iunias a. u. c. 676. (a. Chr. 78.) M. Aemilio Lepido, Q. Lutatio Catulo Coss. in Comitio, qui locus significatur etiam in Senatusconsulto ap. Ioseph. Ant. Iud. XIII, 9. (17.), ut vidit Brissonius (de formulis p. 177. 221.). Comitium Romanum aedificium tectum fuisse, non aream in fori speciem, contra Beckerum (Enchirid. antiq. T. I. p. 274 sqq.) recte statuit Goettlingius l. c. p. 51 sq. De situ comitii nuper pluribus egit Th. Mommsenius Annal. Inst. arch. Rom. T. XVI. 1844. p. 288 sqq. Vs. 1. extr. *Κοΐντου υἱοῦ* suppleverunt Vict. Goettl. Vs. 2. Vict. supplevit . . . *υἱοῦ·* sed nihil deesse videtur; neque est cur patris Sisennae nomine opus esse putemus. Vs. 3. extr. syllabas *ευσεν* suppleverunt Vict. Goettl. Vs. 5. *Ἀσκληπιάδην* supplementum eorundem est; iidemque suppleverunt vss. 6. 7. 8. 9. extr. nisi quod vs. 8. *καὶ* recte inseruit Goettlingius. Vs. 7. male *τούτους* inseruit interpres, ut vs. 26. Idem ibidem et vs. 11. loco *ἐργασίας* dicere debebat *χρείαν*. Vs. 8. *αὐτῇ* corrigendam esse vidit Goettlingius. Vs. 10. incondite interpres: *τὸν γεγονότα Μενίσκον ἄνωθεν δὲ Θαργηλίου*; paulo tolerabilius vs. 6. rem expressit. Quippe Meniscus Thargelii filius, adoptione autem Irenaeï fuit. Ibidem extr. et vs. 11. init. *προσαγορεῦσαι* scribendum esse vidit Boeckhius Vol. II. ad n. 2095. Vs. 12. *τῶν πραγμάτων* melius abesset. Ibidem de meo dedi *ἀνείσφοροι* pro lectione tradita *ἀνέκφοροι*, quod vix intelligi potest. Vs. 15. *ὁρμῆσαι* si in aere est, bene se habet recteque Goettlingius, qui monet non opus esse ut scribatur *ὥρμησαν*. Vs. 18. *ᾗ* inseruit Brissonius. Vs. 19. de meo dedi *ἐάν τε*, etsi concedo interpretem scribere potuisse *ᾗ εἰ* utpote ad verbum reddentem Latina. Vs. 25. *πίνακα* coniecerunt Brissonius l. c. et Boeckhius in schedis. Tabula amicitiae testis affigebatur in Capitolio, quemadmodum etiam tabulae honestae missionis (cf. Arneth. Zwölf Römische Militär-Diplome tab. IV. VIII. XII.). Vs. 26. *τούτοις* praeter rem inseruit interpres. Conf. vs. 7. Vs. 28. omisi *καὶ* ante *ἀποστέλλειν τε* praeter rem insertum ab interprete. Vs. 31. Graeca docent quomodo explicanda siglá sint exemplaris Latini: *ita ut eis e re publica fideque sua videbitur. censuit* (sc. *Senatus*). Vss. 32. 33. subscripta sunt nomina honoratorum, ut in aliis tabulis aereis (conf. Vol. II. n. 1841. 1843. 1844.); quo de more Goettlingius non inepte comparat tabulas honestae missionis ab Imperatoribus datas, quarum in parte aversa nomina militum dimissorum secundo casu perscribi solebant (conf. Arneth. Zwölf Römische Militär-Diplome p. 34. 40. 45. 55. 65.).

CLASSIS SECUNDA.

5880.

Romae, in area palatii Capitolini in lapide utrinque fracto; edidit Boissardus P. III. p. 97. aeri incisam; unde repetiit Gruterus p. MIX. 5. qui habuit etiam ex schedis Sismondi et Gutenstenii. Citat Vandalius Dissert. p. 294.

COMMVNL . RESTITVTAE . IN . MAIORVM . LEIBERTATEM
ROMAE . IOVEI . CAPITOLINO . ET . POPLO . ROMANO . VIRTVTIS
BENIVOLENTIAE . BENEFICIQ . CAVSSA . ERGA . LVCIOS AC COMMVNE

ΛΥΚΙΩΝΤΟΚΟΙΝΟΝΚΟΜΙΣΑΜΕΝΟΝΤΗΝΠΑΤΡΙΟΝΔΗΜΟ
ΚΡΑΤΙΑΝΤΗΙΡΩΜΗΙΔΙΙΚΑΠΕΤΩΛΙΩΙΚΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙΤΩ
ΡΩΜΑΙΩΝΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΚΑΙΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ
ΤΗΣΕΙΣΤΟΚΟΙΝΟΝΤΩΝΛΥΚΙΩΝ

Vs. 1. init. Boiss. MVN . L . RESTITVTAE, Sism. COMMVNI RESTITVTO, Gutenst. . . . MVNI . RE STITVIT . EI. In fine versus Boiss. LEIBERI, Sism. LIBERTATEM. Vs. 2. init. Boiss. ROMA, Sism. RO MAE; extr. Boiss. VM, Sism. VIRTVTIS. Vs. 3. extr. Boiss. LYCIOSABCOMMVN, Sism. LVCIOSACCOM MVNE. Vs. 4. init. Boiss. ΑΚΙΩΝ, Sism. ΛΥΚΙΩΝ; deinde Boiss. ΚΟΜΙΣΑΜΕΝΩΝ, Sism. Gutenst. ΚΟ ΜΙΣΑΜΕΝΟΝ. Vs. 5. Boiss. ΤΗΝΡΩΜΗΝ, Sism. ΤΗΙΡΩΜΗΙ; deinde Boiss. ΔΗ, Sism. Gutenst. ΔΙΙ; tum Boiss. ΔΙΩΙ, Sism. et Gutenst. ΛΙΩΙ; in fine versus Sism. ΤΩΝ. Vs. 7. Sism. ΤΟ pro ΤΩΝ.

Lyciorum] commun[e] restitut[um] in maiorum leibertatem Romae, Iovi Capitolino et poplo Romano virtutis, benivolentiae beneficique caussa erga Lycios ac commune.

Λυκίων τὸ κοινὸν κομισάμενον τὴν πάτριον δημοκρατίαν τῇ Ῥώμῃ, Διῒ Καπετωλίῳ καὶ τῷ δήμῳ τῷ Ῥωμαίων ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας καὶ εὐεργεσίας τῆς εἰς τὸ κοινὸν τῶν Λυκίων.

Titulus positus videtur post restitutam Caribus Lyciisque libertatem a. u. c. 586. a. Chr. 168. (Polyb. XXX, 5. Liv. XLIV, 14. 15.)

5881.

Romae in museo Cardinalis de Zelada in lapidibus duobus Tiburtinis satis magnis, litteris grandibus et profunde incisis. Inscriptionem *A* edidit Sponius Itin. T. III. P. I. p. 145. eiusque inscriptionis Graecam partem Holstenius in Notis et castigationibus ad Stephan. Byz. p. 187. ex eoque Muratorius Thes. T. II. p. MLIII. 5. Totam inscriptionem *A.* denuo dedit Gudius p. CXLIII. 1. [CCCCXLVII. 1.] Repetierunt Harduinus Num. pop. ant. p. 284. Schläger Comment. de diis hominibusque servator. p. 70. Orellius ad Cic. pro Plancio p. 111. Tit. *B.* edidit Anonymus in Giorn. Arcad. 1820. T. VIII. p. 276. Inscriptiones *A* et *B.* ediderunt Marinus Fratr. Arv. T. II. p. 768. et Osannus Syll. p. 449 sqq. Habeo etiam ex schedis Thorlacii a Petersenio missis.

A.

POPVLVS·LAODICENSIS·A·F·LYCO
POPVLVM·ROMANVM·QVEI·SIBEI

SALVTEI·FVIT·BENEFICI·ERGO·QVAE·SIBEI
BENIGNE·FECIT
Ο ΔΗΜΟΣ Ο ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ
ΤΩΙ ΛΥΚΩΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ.ΤΟΝ
ΡΩΜΑΙΩΝ ΓΕΓΟΝΟΤΑ ΕΑΥΤΩΙ
S . . ΣΩΤΗΡΑ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
N . . ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ
ΤΗΣ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ
N . .

B.

POPVLVS·EPHESIVS . .

SALVTIS·ERGO·QVOD·O . .
SQVOM·LEIBERTATEM·E . .
. . LEGATEI·HERACLITVS·H . .
. . HERMOCRATES·DEM . . . .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .

A. vs. 1. Spon. A.F., Gud. Mar. AF. Vs. 3. Mar. Osann. BENIFICI, reliqui BENEFICI. Vs. 6. init. ΤΩΙ omittit Spon. qui extr. TON, Gud. TOV, Holst. ΤΩΝ, Mar. TO . . . . Vs. 7. Spon. ΓΕΓΕΝΟΤΑ, Holst. Gud. ΓΕΓΟΝΟΤΑΕΑΥΤΩΙ, Mar. ΓΕΓΟΝΟΤΑΕΑ . . . . Vs. 8. init. S . . habent Marinus, Thorlacius et Osannus; in fine versus lacunam notat Marinus. Vs. 9. init. N . . habent Marinus, Thorlacius et Osannus; deinde Gud. ΕΙΝΕΚΕΝ; in fine versus Holst. ΕΥΝΟΙΑC, Gud. ΕΥΝΟΙΑΣ, Mar. ΕΥΝΟΙΑ . . . . . Vs. 10. extr. Holst. ΑΥΤΟΝ, Gud. Thorl. Osann. ΕΑΥΤΟΝ, Mar. ΕΑΤΤΟΝ. Vss. 9. 10. non habet Sponius. Vs. 11. N . . habent Marinus, Thorlacius et Osannus. Litteram C habet Holstenius excepta voce ΣΩΤΗΡΑ. Litteras initiales in margine vss. 8. 9. 11. apparentes ex antiquiore titulo ibi insculpto resedisse monet Marinus. *B.* vs. 3. init. Mar. SOVOM, Osann. SQVOM.

A. Populus Laodicensis a f(lumine) Lyco populum Romanum, quei sibei salutei fuit, benefici(orum) ergo quae sibei benigne fecit.

Ὁ δῆμος ὁ Λαοδικέων τῶν πρὸς τῷ Λύκῳ τὸν δῆμον τὸν Ῥωμαίων, γεγονότα ἑαυτῷ σωτῆρα καὶ εὐεργέτην, ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς ἑαυτόν.

Titulus stante re publica Romana positus fortasse profligato bello Mithridatico, quo flagrante Laodiceam male mulcatam fuisse refert Strabo XII, 578. Schlägerus l. c. annotat Laodicenses *σωτῆρος* appellatione remunerari voluisse civitatis benignitatem, qua ipsis cum Phrygiae oppidis ceteris post Antiochum regem Asianosque devictos permiserant suis uti legibus. Autonomiam concessam Phrygiae diserte eloquitur Sulla in oratione ad Mithridatem habita apud Appianum de bello Mithridat. p. 351.

B. Populus Ephesius [populum Romanum
salutis ergo, quod - - - - -
s quom leibertatem [sibi restituit.
Legatei Heraclitus H[- - - - filius,
Hermocrates Dem[ocratis? filius.

Titulus eiusdem aetatis videtur esse atque inscriptio *A.* Infraque sequebatur haud dubie interpretatio Graeca.

5882.

Romae, in area palatii Capitolini in lapide fracto; edidit Boissardus P. III. p. 97. aeri incisam, unde repetiit parum accurate Gruterus p. MXXIX. 12.

ωΝ ЄΥЄΡΓЄΤΗ ΘЄΙC ЄΡΓΑ ΛΛЄΓΙCΤΑ ΥΠΟ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ
ΛΟΥ ΟΝΤΟC ΚΑΙ CΥΜΜΑΧΟΥ ΧΑΡΙCΤΗΡΙΑ ΔΠ ΚΑΠЄΤω
CΒЄΥCΑΝΤωΝ ΒΑΚΧΙ()Υ ΤΟΥ ΛΑΜΠΡΙΟΥ
ΟΝΥCΙΟΥ ΦΑΙΔΡΟΥ ΤΟΥ ΓΙΑΥCΑΝΙΟΥ

Ὁ δῆμος ὁ - - - -]ων εὐεργετηθεὶς [τ]ὰ μέγιστα ὑπὸ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων, ἑαυτῷ φί]λου ὄντος καὶ συμμάχου χαριστήρια Δ[ιΐ] Καπετωλίῳ καὶ τῷ δήμῳ τῷ Ῥωμαίων πρε]σβευσάντων Βακχίου τοῦ Λαμπρίου, τοῦ δεῖνος τοῦ Δι]ονυσίου, Φαίδρου τοῦ Παυσανίου.

ἐ[καθάρθη ἐν Ἀμύκλαις] - - - - - -
- - - - - - - μετὰ δὲ
τῶν [Ἀρκ]άδων Ἡρακλῆς ἐπὶ
τὸν - - - στρατεύσας - - -
- - - εἰς Αἰτωλίαν ἐλθὼν
- ἐφόνε]υσεν τοὺς παῖδ[ας
- - - - μά[χ]ᾳ - - -
- - - - - - σὺν τῷ - - -
- - - - - - - οις, οἵτινε[ς
ἐστρατεύσαν]το κατὰ Κρη-
τῶν? [ἐν δ' Ἤλιδι] Αὐγείαν ἀ[πέ]κτε[ι-
ν[ε καὶ το]ὺς υἱοὺς πλὰν Φυλέ-
ως. εἰς δὲ Πύλον Ἡρακλ-
ῆς ἀφικόμενος] καὶ Μεσσάναν
τὸν Νηλέα καὶ] τοὺς υἱοὺς ἀπέσ-
φαξε πλὰν Νέστορος. Σπά-
ρταν δὲ λαβὼν δορυάλωτον
τὸν Ἱπποκόωντα καὶ τοὺς
παῖδας φονεύσας Τυν[δάρεω σὺν
Κάστορι καὶ Πολυδεύκει
φεύγοντ[α] κατάγαγε καὶ
ἔδωκε Λακεδαίμονα.
τούτῳ δὲ πάλιν εἰς Πί-
σαν ἐλθὼν Διὸς Ὀλυμ-
πίου [ἱερὸ]ν [εἵ]σατο καὶ
ἀγων[ίσατο] τὰ Ὀλύμπια
πρῶτος ἀγωνιστής· κ[αὶ
Δρύοπάς τε ἀποσ-
τάντας ἔλαβε καὶ
Φύλαντα τὸν
βασιλέα ἀπο-
σφάξας ἐκ
τᾶς θυγατέρ[ο]ς
αὐτοῦ

C.

Μήδας υἱὸν ἔθετο Κτήσιπ-
πον. Ἡρακλῆς μὲν οὖν Τρα[χ-
εῖ]να ᾠκοδόμησε πόλιν καὶ Τι-
ρυνθίους ἐν αὐτᾷ κατῴκισε. το-
ύτῳ δ' ἐπὶ Θρᾴκαν στρατευσάμ-
ενος Διομήδη ἐφόνευσε καὶ
Θρᾴκας ἐκυρίευσε. Αἶνόν τε λα-
βὼν Σαρπαδόνα τὸν ἄρχοντα ἀ-

πέσφαξε καὶ Θάσον ἑλὼν [Σθενέλ-
ῳ καὶ Ἀλκαίῳ παρέδωκε· Τορώ-
ναν τε εἷλε· Πολύγονον καὶ Τηλέ-
γονον ἀπέκτεινε. πόλιν τε
Ἄβδηρα ἐπὶ Θρᾴκας Ἡρακλῆς ᾤ-
κισε τοῦ Θρονικοῦ υἱοῦ ἐπώνυ-
μον Ἀβδήρου· καὶ Ζάταν καὶ
Κάλαϊν υἱὼ Βορέα τοῦ Θρᾳκὸς
καὶ Ὠρειθυίας ἐπιβουλεύσαντας
αὐτῷ παρέδωκε, οἳ σφάξαντες
αὐτοὺς εἰς θάλασσαν ἔρρειψαν. τού-
τῳ δὲ ἐπὶ Σκυθίαν διαβὰς Ἀ[γ]ά[θυρσον
μάχᾳ ἐνίκασε, τᾷ δὲ θυγατρὶ αὐτοῦ
συνγενέμενος Ἐχίδνᾳ υἱοὺς Ἀ-
γάθυρσον ἔθετο καὶ Σκύθαν. [τού-
τῳ δ᾽ ἐπ᾽ Ἀμαζόνας ἦλθε καὶ ἐ-
πὶ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν
ἐνίκασε μάχᾳ·
καὶ φονεύσας Ἱππολύταν καὶ [τ-
ά[ν] αὐτᾶς πόλιν Ἡρακλῆς ἑλὼν Ἀμ-
αζόνας ἐξέβαλε καὶ Ἕλληνας
ἐν αὐτᾷ κατῴκισε. τούτῳ δ᾽ ἐπὶ
Θρᾴκαν στρατευσάμενος Διο-
μήδην ἐφόνευσε. Κάστωρ δὲ
καὶ Πολυδεύκα[ς] Ἡρακλεῖ συν-
πλοῦντες Ἄμυκον ἐνίκασα-
ν μάχᾳ τὸν Βεβρύκων βασιλέα.
Ἡρακλῆς δ᾽ ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ἦλθε
ποταμόν, καὶ πόλιν Ἡρ[άκλειαν
τὰν ἐν Σίβαις [ᾤ]κισε. Ἀμα-
ζόνες δ᾽ ἐς τὰν Ἀττικὰν εἰσ[έβα-
λον· Θησεὺς δὲ καὶ Πιρ[ίθο-
ος αὐτὰς ἐνίκασαν μ[άχᾳ
καὶ λαβὼν Θησεὺς αὐ[τῷ
τὰν Ἱππολύταν ἐξ α[ὐτᾶς
Ἱππόλυτον ποιεῖται. Ἡρα-
κλῆς δὲ ἐπὶ τὸ Καλ[πην
ὄρος ἦλθε· καὶ ἐπὶ τὸ [Καύκα-
σον ὄρος ἦλθε· καὶ [τοῦ πρὸς Κορω-
νὸ[ν] πολέμου λαβ[ὼν μέρος μετὰ
Δω]ρ[ιέ]ων καὶ τοῦ [βασιλέ-
ω]ς Αἰ[γιμ]ίου ἐ[ν]ί[κασεν.
τούτῳ δὲ εἰς Αἰθιο[πίαν
ἦλθε καὶ Ἠμαθίων[α ἐφό-
νευσε τὸν Λαομέ[δον-
τος υἱ[ων]όν, Τιθωνοῦ [υἱόν, καὶ
Ἠμαθίωνος ἀπέ[δωκε
τὰν βασιλείαν [Μέμν-
ονι τῷ Τι[θωνοῦ ἀδελφῷ.
εἰς δὲ Αἴγ[υπτον ἐλθὼν Β-
ούσ[ειριν] ἀπέκτε[ινεν. ἐλ-
θὼν δ᾽ [εἰς Λιβύαν Ἀνταῖον
μά[χᾳ ἀνεῖλεν - - - -
- - - - - - - -
- - - - - - - -
- - - - - - - -
στά[λας - - - - -
- - - - - - - -
- - - - - - - -
- - - - - - - -

D.

Ἀμφιτρύων ὑπὲρ Ἀλκαίου τρίποδ᾽ Ἀπόλλωνι.

5 ἤτοι ὑπὲρ Ἡρακλέους φασὶν δαφ [ν]ηφορή-
σαντος ἀτεφῆνα το γὰρ ἐξ ἀρχ ῆ. οὐ[λ] Ἡ-
ρακλῆ ἀλλ᾽ Ἀλκαῖον αὐτὸν καλεῖσθαι.

E. οὓς πο[θ᾽] ὑπ᾽ Εὐρυσθεῖος ἀναγκασθεὶς [ἐτέλεσσεν.
Πρῶτα μὲν ἐν Νεμέᾳ βριαρὸν κατέπεφνε λέοντα,
δεύτερον ὕδραν Λερναίαν ἔκτεινε, τρίτον δὲ
κάπρον ἐν Ἀρκαδίᾳ, στικτὴν ἔλαφον δὲ τέταρτον,
πέμπτον δὲ στρουθοὺς Στυμφαλίδος ἤλασε λίμνης,
ἕκτον δ᾽ Αὐγεία ἐφόρει κόπρον, ἕβδομον ἐλθὼν
ἐκ Κρήτης ταῦρον μέγαν ἤγαγεν, ὄγδοον ἵππους
Θρῄκη]ς ἐξέλασεν Διομήδεος, Ἱππολύτης τε
ζωστῆρ᾽ ἐξεκόμισσεν Ἀμαζονίδος, δέκατον δὲ
Γηρυόν]ην ἔκτεινε [καὶ ἤ]γαγε βοῦς ἀγελαίας,
F. ἑνδέκατον δ᾽ ἐξ Ἅιδου ἀνήγαγε [Κέρβερον ἐλθών,
Ἑσπερίδων δ᾽ ἤνεγκε μολὼν [εἰς ἔσχατα χώρας
χρύσεα μῆλα δράκοντα λαθ[ὼν ἑκατοντακάρηνον.
δώδεκα μὲν τούσδ᾽ ἐξ[α]ν[ύων ἄθλους κτάνε πολλούς·
Βούσειριν μὲν ἐν Αἰγύπτ[ῳ, Λιβυκαῖς δ᾽ ἐν ἀρούραις
Ἀνταῖον, Φολόῃ Κεντ[αύρους, ἐν δὲ περαίᾳ
Κύκνον ἰδ᾽ Ἀετόν, ὃς τὸ [Προμηθέως ἦσθιεν ἧπαρ·
ἐν Λυδοῖς πυμάτοι[ς κτάνε Συλέα καὶ Λιτυέρσην,
οὗ τὸν - - - - - - - - -

G. Ἥρας Ἀργείας ἱέρεια
Ἀδμάτα Εὐρυσθέως
καὶ Ἀδμάτας τᾶς Ἀμφι-
δάμαντος ἔτη νη.

Tabulam hanc Barthelemyus et Winckelmannus cum tabula Iliaca compararunt, minus bene obloquente Marino, qui aetati multo superiori tribuendam censebat. Cum illis faciunt etiam Corsinus et Fea dictitantes opus esse aut ex aetate primorum Imperatorum aut paulo vetustius. Sed ex eo quod Tzetzes Chil. II, 36. vs. 488. versus de Herculis laboribus compositos (Brunck. Anal. vet. poet. II. p. 475. cf. Anthol. Planud. ed. Steph. p. 308. et ed. Wechel. p. 448.) Quinto Smyrnaeo tribuit, coniecturam fieri de aetate huius operis non posse recte monet Marinus. Anaglyphum ex Argolide oriundum censet Corsinus argumento petito etiam ex eo, quod in inscriptionibus nulla rerum ab Hercule in Italia gestarum mentio fiat: quod bene iudicatum esse quum sacerdos Argiva in anaglypho repraesentata tum dialectus Dorica docet in inscriptionibus regnans. Quumque tabula muro inserta fuisse dicatur, non male Fea contendere videtur ex opere marmoreo eoque vetustiore expressam esse atque esse ex genere typorum s. ectyporum, quales significare videtur Cicero ad Attic. III, 10. „*praeterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere.*" Sed quum materies, ex qua facta haec tabula, eadem sit, qua composita fragmenta tabularum Iliacarum (n. 6125 sqq.) sunt, haud scio an haec tabula eidem usui destinata fuerit, cui inserviisse tabulas Iliacas inter omnes constat.

De sententia, quam auctor tabulae exprimere voluit, aliis aliter visum est: plerique expiationem

et apotheosin Herculis repraesentari arbitrabantur (Viscontus Mus. Pio-Clem. III. p. 54. IV. p. 55. Encycl. meth. ant. T. III. Pad. 1794. p. 154. Corsinus l. c. Winckelmannus Monum. ant. ined. P. I. p. 60. 85. 88. Storia delle arti del dis. T. II. p. 283.). At longe aliter repraesentari Herculis apotheosis solet (vide Annal. Instit. archeol. Rom. 1847. p. 263 sqq.) Nihil esse nisi quietem Herculis expressam rectius statuit Buonarrotus (Osserv. sui med. p. 381.), eiusque opinionem merito tuetur Fea monens simul auctorem operis voluisse primaria monumenta ad Herculem pertinentia artificio suo exprimere. Quies Herculis in superiore parte tabulae repraesentatur; quam repraesentationem Winckelmannus aliique decepti lectione HBA ad nuptias Herculis et Hebes referendam esse arbitrabantur. Versatur ibi Hercules inter asseclas Bacchi, quibus figuris quae inscripta nomina fuerunt, ex iis non nisi duo leguntur integra, estque scena fere eadem quae repraesentatur in cratere villae Albani n. 341. quem apte comparavit Fea l. c. p. 177. In nominibus illis dubites alterum Ἴξαλος legas an Ἰταλός. Ἴξαλος legit Viscont. Mus. Pio-Clem. III. p. 181. ed. Mil. probante Welckero (Nachtr. l. c.) qui confert Hesych. Ἰξάλου, πηδητικοῦ, ὀξέος· ἀπὸ τοῦ ἶξαι καὶ τοῦ ἄλλεσθαι; fortasse recte, etiamsi in tabula hodie non appareat nisi HTAΛOΣ, ut contendunt O. Iahnius et Forchhammerus. In area tabulae expressa sunt hinc Amphitryon cum tripode ab eo dedicato in templo Apollinis Ismenii, hinc ara ex templo Iunonis Argivae desumpta. Ad aram, in qua sculptae sunt figurae tres pro Horis illae habitae a Winckelmanno (Mon. ant. ined. P. I. p. 60.), artifex sacrificantem fecit sacerdotem Argivam Admetam, Eurysthei filiam (Apollodor. Bibl. II, 5, 9. Athen. XV, 4. Euseb. Chronol. p. 33. ed. Scal. Syncell. Chronogr. p. 172. ed. Par. ubi vulgo Ἀδαμάντα pro Ἀδμάτα legebatur), ex adverso Victoriam per colum s. infundibulum liquorem in pateram super aram libantem. Videtur repraesentari prima libatio Herculi tanquam heroi Argis oblata (cf. Heyne ad Apollod. p. 155.) a sacerdote Iunonis, ex qua nomen Herculi inditum credebatur (vide Heynium ad Apollod. p. 141.). Minus probabilem sententiam esse Winckelmanni et Marini, qui Admetam ob cingulum ab Hercule reportatum sacrificare putabant, iam notavit Fea. Latera tabulae utrinque ornant pilae epistyliis exstructae, in quibus sunt inscriptiones *B. C.* Tripodis basi inscriptus titulus vetustus cum scholio (vide *D.*); ad sacerdotem pertinet inscriptio *G* infra anaglyphum posita. Harum et reliquarum inscriptionum quae sit dispositio, apparet ex tabula nostra.

Tripodem illum, ut ab hoc initium capiamus, etiam tum superstitem vidit Pausanias IX, 10, 4. *Τόδε γε καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι γινόμενον οἶδα ἐν Θήβαις· τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἰσμηνίῳ παῖδα οἴκου τε δοκίμου καὶ αὐτὸν εὖ μὲν εἴδους, εὖ δὲ ἔχοντα καὶ ῥώμης ἱερέα ἐνιαύσιον ποιοῦσιν· ἐπίκλησις τέ ἐστίν οἱ δαφνηφόρος. στεφάνους γὰρ φύλλων δάφνης φοροῦσιν οἱ παῖδες. εἰ μὲν οὖν πᾶσιν ὁμοίως καθέστηκεν ἀναθεῖναι δαφνηφορήσαντας χαλκοῦν τῷ θεῷ τρίποδα, οὐκ ἔχω δηλῶσαι, δοκῶ δ' οὐ πᾶσιν εἶναι νόμον. οὐ γὰρ δὴ πολλοὺς ἑώρων αὐτόθι ἀνακειμένους. οἱ δ' οὖν εὐδαιμονέστεροι τῶν παίδων ἀνατιθέασιν. ἐπιφανὴς δὲ μάλιστα ἐπί τε ἀρχαιότητι καὶ τοῦ ἀναθέντος τῇ δόξῃ τρίπους ἐστὶν Ἀμφιτρύωνος ἀνάθημα ἐπὶ Ἡρακλεῖ δαφνηφορήσαντι,* quem locum primus Viscontus citavit inscriptionem emendaturus (Mus. Pio-Clem. T. IV. p. 78.). Ex eodem templo tripodes similes, litteris antiquissimis insignes, quorum unus item Amphitryonis nomen fert, citantur ab Herodoto V, 59. piae fraudis incurioso. De fide tripodum aliarumque rerum ab heroibus dedicatarum vid. Boeckhius huius operis Vol. I. p. 83. *a.* et Elem. epigr. Gr. p. 74. Artifex nunc litteris vulgaribus expressit titulum tripodi impositum, quem totum ante oculos habuisse etiam Pausanias videtur. Nec tamen dubito, quin auctor, quum versum heroicum scriptura antiqua exaraverit (ut AMΓHITPVON cet.), scholion dederit litteris Ionicis inscriptum, nisi uterque titulus diversis auctoribus debetur; ceterum qui apposuit scholion, idem dialecto Dorica usus est, ut docet scriptura ἐξ ἀρχᾶς. Herculem ab initio Ἀλκείδην vel potius Ἀλκαῖον vocatum esse plurimi testantur (Apollodor. Bibl. II, 4. extr. Diodor. Sic. IV, 10. Sextus Empir. adv. Mathemat. I. p. 315. Aelian. Var. Hist. II, 32. Cf. Schol. Pindar. Olymp. VI, 115. Suid. v. Ἡρακλῆς ξενίζεται); idque consentaneum placuisse, quum etiam pater Amphitryonis Alcaeus fuisse diceretur (Apollodor. II, 4, 5. Fulgent. Mythol. II. c. 5. Servius ad Virg. Aen. VI, 392.), quamquam parum addicente titulo a Sexto Empirico prolato: Ἀλκαῖος Ἀμφιτρύωνος Ἡρακλεῖ χαριστήριον. Sed varia in his ficta sunt.

Titulum ad sacerdotem pertinentem (*G.*) auctor tabulae ex catalogo sacerdotum Argivarum videtur deprompsisse, ex quo etiam Hellanicus Lesbius sua sumpsit περὶ ἱερειῶν τῆς Ἥρας; quem catalogum tibi fingas ita compositum fuisse, ut est tabula Halicarnassensis rescripta, quae sacerdotes Neptuni exhibet (Vol. II. n. 2655.). Unde apparet litteris ETH NH significari Admetam annos LVIII functam esse sacerdotio, id quod viderunt etiam alii, in his Winckelmannus; qui, quum Eusebius Chron. p. 33. ed. Scal. (cf. Georg. Syncell. p. 172. ed. Par.) huic sacerdoti annos XXXVIII tribuat, illum ex fide tabulae nostrae corrigendum esse arbitrabatur. Contra Marinus ignotam epocham significari contendebat ratus annos LVIII, si ad sacerdotium Admetae referrentur, nimios esse, praesertim quum memoriae proditum esset eam pulsam Argis exulasse (Athen. XV, 4.). Cui recte obloquens Fea exemploque usus Chryside sacerdote Argiva (Thucyd. II, 2. IV, 133.) sacerdotibus tum tenerae aetatis creatis (conf. Barthelemy l. c. p. 603.), tamen eo inclinat ut putet maiorem fidem Eusebio habendam esse quam quadratario, qui etiam alias falsa inciderit (ut in *A.* ANAΠAOMENOΣ, quod correxit Winckelmannus Hist. art. p. 100.). Res dubia est; videtur tamen maior esse huius tabulae auctoritas quam Eusebii. Mitto Barthelemyi coniecturam ETE ΩN H. Ceterum hoc titulo significari tempus vide-

tur, quo Hercules in numerum deorum relatus est (cf. O. Iahn Kieler Stud. 1841. p. 153.).

Pergimus ad maiores inscriptiones (*B. C. E. F*). Auctor tabulae in pilis duabus res ab Hercule gestas quam fieri poterat brevissime expositas dedit; infra pilas quae spatia relicta erant vacua, versibus heroicis de duodecim laboribus Herculis nescio a quo compositis implevit. Videamus primum de inscriptione pilarum (*B. C*). Huic praefigitur titulus: Ἡρακλέους πράξεις, paulo maioribus litteris exaratus. Sed in angulo epistylii pilae, quae spectanti sinistra est, incisum maioribus litteris Ἡρακλέους, qui genitivus ut habeat, unde pendeat, Corsinus coniecit in epistylio alterius pilae videri incisum fuisse ΑΘΛΟΙ vel ΠΟΝΟΙ, ad quam vocem simul referretur versus primus ex iis, qui infra pilam priorem scripti sunt (οὓς ποθ' ὑπ' Εὐρυσθεῖος ἀναγκασθεὶς cet.). Quae coniectura satis improbabilis est; nec videtur quidquam scriptum fuisse in epistylio pilae alterius. Multo rectius Fea, cui ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ illud maioribus litteris incisum videtur, quo adspectanti statim appareret argumentum totius anaglyphi versari in rebus Herculis: quamquam genitivus ille proprie ita explicandus videtur, ut dedicatio rei indicetur, uti alias dicitur τοῦ δεῖνος θεοῦ ἱερόν. Potest tamen etiam aliter explicari. Videri enim potest auctor primum voluisse incidere in altera pila ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ, in altera ΠΡΑΞΕΙΣ, deinde utrumque posuisse infra epistylium pilae prioris.

Inscr. *B.* vss. 1-8. de clade Ergini vide Apollodor. Bibl. II, 4, 11. ex quo hausisse videtur Diodor. IV, 10. Paulo aliter rem narrat Pausan. IX, 37. Eo bello undis merserat Hercules campum Orchomeniorum, quod exponitur vss. 6. 7. 8. ubi Corsinus in fine pro ΕΤΑΤΑΜΩΝ reposuit εἶτ' ἐγάμησε; nec melius cessit Heynio ad Apollod. p. 137. qui correxit: ἐσχέας ἐναύλους ἀποφράξας Μέλανος vel Κηφισοῦ. Sed A crebro in hac tabula permutatur cum O; ita ΕΤΑΤΑΜΩΝ est ΠΟΤΑΜΩΝ. De ἔσχησεν conf. Ahrens de dial. Dor. p. 150. Rem narratam tangunt Diodor. IV, 18. Pausan. IX, 38. Vss. 8-11. de servitute Herculis, quae vulgo traditur sub tempus expeditionis Argonauticae accidisse post necem Iphiti, vide Apollodor. II, 6, 3. coll. Sophocl. Trach. 252 sq. Diodor. IV, 31. Heyne ad Apollodor. p. 180. Nostro loco praeterea narratur Herculem imperio Omphales reginae Lydorum subiecisse Maeonas, de qua re silent libri scripti. Heynius l. c. p. 181. coniecit ὑποχειρίους, sed ὑπακ[ό]ους videtur verum esse. In omnia alia abit Corsinus scilicet ex memoria librorum scriptorum titulum restituturus. Vss. 12. 13. res ibi narrata aliunde non nota est. De urbe Polyphemi in Mysia mentionem iniicit Apollodor. I, 9, 19. cf. Heyn. l. c. p. 75. Alia nostro loco subesse putabat Corsinus (vide Var. lect.). Vss. 13-18. μεταστάσας pro μεταστὰς habuit Corsinus; ΑΣ errore bis exaratum esse putavit Heynius l. c. p. 181. sed alterum ΑΣ est ΔΕ. Deinceps vss. 15. 16. restituit Corsinus, qui mox vs. 17. ἀπέδωκε, τούτῳ δ' falso; nam memoratur ibi iniuria a Laomedonte illata Herculi, quod docet praepositio ὑπό, unde etiam Heynius l. c. p. 182. coniecit ἀπατηθείς. Rem narrant Apollod. II, 5, 9. Diodor. IV, 42. cf. Heyn. ad Apollod. p. 158. Novus est Herculis Argos reditus. Vss. 19-30. novum hoc quoque quod Tiryntha redux dicitur templum Enyalio condidisse; Corsinus et Heynius κτισάμενος praeter morem; fuit potius ἑσσάμενος, ut infra vs. 65. restituendum ΕΙΣΑΤΟ. De expeditione Troiana et de Hesione a Telamone ablata vide Apollodor. II, 6, 4. Diodor. IV, 32. cf. Heyn. ad Apollodor. p. 182 sq. Ante εἷλεν vs. 24. si revera lacuna est, expleri potest vocabulo βίᾳ; sed dubito de lacuna. Supplementum vs. 27. est Corsini. Idem vs. 30. dedit Τεῦκρον υἱὸν ἔθετο, pro quo Heynius (l. c. p. 182.) coniecit Τεῦκρον παῖδα ἔθετο, litterae superstitis Π ratione habita. Vss. 31-36. restituit Corsinus ex Apollod. II, 7, 1. et II, 7, 8. (ubi Χαλκιόπης τῆς Εὐρυπύλου Θετταλός), nisi quod vss. 31. 32. ita refinxit: ἐπὶ τούτῳ δ' ἀφικόμενος σὺν ὅπλοις || Κῶ νᾶσον βιασάμενος ἔλαβε. De expeditione in Con insulam cf. Heyn. l. c. p. 183 sq. Vss. 37-41. restituebat Corsinus ita: ἐπὶ δὲ τούτῳ Ἡρακλῆς Ἴφιτον || ξενίζων αὐτὸν παρὰ Τίρυνθα || πόλιν ἀπέκτεινε καὶ τοῦ ὀλέ||θρου τούτου ὑπὸ Δηϊφόβου || ἐκαθάρθη, ad sensum bene; sed verba singula in pristinum ordinem redigi vix possunt. Nos composuimus quam fieri poterat simplicissime. Res narratur Apollod. II, 6, 2. cf. Heyn. l. c. p. 180. Vss. 41. 42. restitui non possunt: tamen Corsinus coniecit: καὶ μετὰ τοῦτο || συνεστρατεύσατο Καλυδωνίοις (Apollod. II, 7, 6.), sine specie probabilitatis. Vss. 42-47. Ἀρκάδων restituit Corsinus, qui deinceps vs. 44. Εὔρυτον legit atque etiam aliter tentavit vss. 44. 45. ἐπὶ || τὸν [Ἀχελῷον] στρατεύσας ὕδωρ [ἀπέστρεψε] coll. Diodor. IV, 35. „Ἡρακλῆς τοῖς Καλυδωνίοις βουλόμενος χαρίσασθαι τὸν Ἀχελῷον ποταμὸν ἀπέστρεψε." Sed neque hoc probabile est, et de lectione ΥΔΩΡ est cur dubites. Nimisque laceri sunt versus, quam qui certa via restitui possint. Et confusa sunt quae tentavit Corsinus de expeditione contra Oechaliam facta dici existimans. Idem vss. 47. 48. κατὰ Θεσπρωτῶν μαχήσας ||Ἔφυραν πόλιν σὺν τῷ Φύλαντι || εἷλεν; sed nec μαχήσας dici potest nec σὺν τῷ Φύλαντι (vide Apollodor. II, 7, 6.); et longe alia subesse videntur. Vs. 49. intactum reliquit Corsinus. Vs. 50. idem coniecit ἐστρατεύσατο κατὰ Κρα| τῶν. Vss. 51. 52. lacunam Corsinus explet καὶ τὴν Ἦλιν, parum commode, idem reliqua rectius componens. De re vide Apollod. II, 7, 2. cf. Heyn. l. c. p. 184. Vss. 53-55. restituit Corsinus. Cf. Apollod. II, 7, 3. et Heyn. l. c. p. 187. Rem tangit etiam Pausan. II, 18, 6. Vs. 57-62. restituit Wesselingius ad Diodor. p. 279. 9. Τυν[δάρεω σὺν] legerunt etiam Viscontus et Marinus. De re vide Apollodor. II, 7, 3. Diodor. IV, 33. Pausan. II, 18, 6. III, 15. cf. Heyn. l. c. p. 188 sq. Vss. 63-67. de Olympiis, quae alibi prius instituta narrantur, vide Apollod. II, 7, 2. et Heynium ad h. l. p. 186 sq. Res est celebrata scriptoribus. In verbis vs. 65. ΑΓΩΝΙΣ ΣΑΤΟ vel ΗΓΩΝΙΣΣΑΤΟ depravatum esse vidit etiam Heynius l. c. p. 187. coniiciens ἀγῶνα ἵστατο. Sed ΙΣΣΑΤΟ est potius ΕΙΣΑΤΟ, et ΑΓΩΝ vel

ΗΓΩΝ videtur esse ΙΕΡΟΝ, ut de eadem rē in marmore Pario Vol. II. n. 2374. vs. 32. fuisse videtur τὸ τέμενος καθιέρωσε τοῦ Διός; deinde vs. 66. ubi apographa habent ΑΓΩΝΑ, recte Heynius l. c. ἀγωνίσατο substituit. Vss. 68-73. de Phylante Dryopum rege disserit Diodor. IV, 37. cf. Pausan. IV, 34, 6. Pro Phylante Laogoram nominat Apollod. II, 7, 7. cf. Heyn. l. c. p. 191. qui frustra coniecit: Δρύοπας τελέως πάντας ἐξέβαλε. Corsinus autem vss. 70. 71. longiores esse ratus non supplenda supplevit. Verum vidit Barthelemyus, quem secutus est Marinus.

Inscr. *C.* vs. 1. Duo Ctesippi Herculis filii noti sunt, alter ex Astydamia Amyntoris filia, alter ex Deianira Oenei filia (Apollod. II, 7, 8.). Ex lapide nostro cognoscimus tertium Ctesippum filium Herculis et Medae Phylantis filiae, ex qua alibi narratur ei natum Antiochum (Pausan. I, 5, 2. X, 10, 1. cf. Wesseling. ad Diodor. IV, 37. et Schol. Sophocl. Trach. 464. Heyn. ad Apollod. p. 191.). Vss. 2. 3. Τραχῖνα restituit Corsinus, quam urbem ab Hercule conditam esse testatur Stephanus Byz. s. v. Videtur in lapide fuisse ΤΡΑΧΕΙΝΑ. Vss. 5-7. de Diomede vide Apollod. II, 5, 8. cf. Heyn. l. c. p. 151. et nos ad vs. 31. Vss. 7-12. res eodem modo narratur Apollod. II, 5, 9. Σθενέλῳ restituit Corsinus. Sthenelus et Alcaeus sunt Androgei filii, quos vocat Apollodorus l. c. Vss. 13-15. de Abderis conditis Apollod. II, 5, 8. Abderus ibi Locrensis Mercurii filius dicitur, in tabula nostra est Thronici filius, denominati ab urbe Locrorum Thronio. Cf. Heyn. l. c. p. 152. Vss. 15-19. Zetes et Calais per Herculem interempti ex memoria Acusilai ap. Apollod. III, 15, 2. cf. Schol. Apollon. Argon. vs. 1300 sqq. Hygin. fab. xiv. Verba vs. 17. male tentavit Corsinus, qui desiderans dativum ad παρέδωκε coniecit δικαιωταῖς vel δικασταῖς ὡς, qui dativus non suo loco positus esset. Ductus ΔΙ initio vs. 17. videntur resedisse ex ΚΑΙ bis posito a quadratario. Heynius l. c. p. 336. ad vss. 18. 19. bene coniecit αὐτῷ παρέδωκε, οἳ σφάξαντες αὐτοὺς εἰς θάλασσαν ἔρρειψαν. Vss. 20-23. Ἀγάθυρσον in fine vs. 20. dedit Corsinus probabili coniectura, licet dubitante Heynio ad Apollod. p. 153. De Agathyrso et Scytha Herculis filiis vide Herodot. IV. 9. 49. 100. Vss. 24-30. minus concinne dictum est ἦλθε, ubi expectatur ἐλθών. Narrationem de victis Amazonibus interrumpit Corsinus seductus opinor lectione Blanchinii ΥΙΩΝ, pro quo scribens ΥΙΟΥΣ constituit versum ita: ἐνίκασε Μίνωος φονεύσας υἱοὺς ex Apollod. II, 5, 9. probante Heynio p. 153. Sed ΦΟΝΕΥΣΑΣ ΥΙΩΝ vel ΦΟΝΕΥΣΑΣΑΜΑ (vide Var. lect.) vitium quadratarii videtur, qui φονεύσας bis posuit. Lectionem ΑΠ vs. 28. Corsinus in ΤΑΝ mutavit. Urbs Hippolytae est Themiscyra. De re loquitur Apollodorus II, 5, 9. cf. Heynius l. c. p. 153. Vss. 30-32. verba τούτῳ δ' ἐπὶ Θρᾴκαν στρατευσάμενος Διομήδην ἐφόνευσε male ex vss. 4-6. repetita esse a quadratario vidit Marinus; nec verisimile est auctorem duos Diomedes statuisse, quod coniecit Heynius ad Apollod. p. 151., et ante Heynium Corsinus. Vss. 32-35. rem tangit Apollodor. I, 9, 20. cf. Heyn. l. c. p. 76 sq. et eiusd. antiquar. Aufsätze I. p. 48 sq. Συμπλοῦντες est pro συμπλέοντες. Quam Heynius p. 156. ad vs. 35. proposuit coniecturam τὸν ἀμείλικτον, ea locum non habet. Vss. 36-38. Ἡράκλειαν dedit Corsinus, quam urbem μεταξὺ Σκυθίας καὶ Ἰνδικῆς ponit Stephanus Byz. s. v. Cf. Heyn. ad Apollod. p. 173 sq. Vss. 38-44. supplementa sunt Corsini. De expeditione Amazonum nota omnia, cuius rei nunc fit mentio, quod Theseum Herculis comitem fuisse fabulabantur (vide Heyn. ad Apollod. p. 153 sq.). Quod autem auctor, qui Hippolytam ab Hercule interfectam dixit vs. 27., nunc Hippolytam Theseo nuptam tulit, aut lapsus est, ut monet Heynius ratus eum incidere voluisse ΑΝΤΙΟΠΑΝ, aut alia haec Hippolyta est eadem ab aliis vocata Antiopa; certe Hippolytam copias in Atticam duxisse ferebant (Pausan. I, 41.). Neque alia fortasse de causa, ait Corsinus, opiniones illae manarunt, quod Hippolyta a quibusdam ad Thermodontem occisa, ab aliis servata Theseoque nupta dicatur, nisi quod utrumque sed de diversa tamen Hippolyta ab antiquioribus traditum circumferretur. Vss. 44-47. Κάλπην et Καύκασον restituit Corsinus. De Calpe et Abyla laborum Herculis metis Pompon. Mela I, 5. II, 6. Plinius H. N. III, 1. De accessu ad Caucasum vide Apollodor. II, 5, 11. conf. Heyn. l. c. p. 173. Vss. 47-50. Corsinus legebat: καὶ μετὰ Δωρι||έων πολεμῶν Λαογόραν βασιλέα || τῶν Δρυόπων καὶ τοὺς || υἱοὺς ἀπέκτεινε ex Apollodoro II, 7, 7. quae manifesto falsa sunt. Nostra restitutio haud scio an probabilior sit. Rem narrat Apollodorus l. c. Vss. 51-57. restituit Corsinus, nisi quod vs. 54 extr. omittit καί, quam particulam nos addidimus. Apud Diodor. IV, 27. Hercules occiso Busiride in Aethiopiam vectus necat Emathionem. Ita etiam Apollodorus II, 5, 11. qui Ἀραβίαν nominat loco Aethiopiae, ut dubitet Heynius, ne scribendum sit Αἰθιοπίαν. Sed fines Indiae, Arabiae, Aethiopiae passim confundundur apud veteres. Ordinem alium secutus est auctor tabulae nostrae. Emathion Tithoni et Aurorae filius (Apollod. III, 12, 4.), Laomedontis nepos fuit (Diodor. IV, 77.); unde Reinesius coniecit Λαομέδοντος υἱωνόν, τὸν υἱὸν Τιθωνοῦ minus probabiliter collocatis vocabulis. Memnon frater Emathionis (Apollod. III, 12, 4.) apud Hesiod. Theog. 984. Αἰθιόπων βασιλεὺς audit. Vss. 58-61. restituit Corsinus, qui tamen vs. 59. scripsit ἀπέκτε[ινε καὶ Ἀμφιδάμαντα], quod non fuisse in lapide videtur. De Busiride et Antaeo vide Apollodor. II, 5, 11. cf. Heyn. l. c. p. 171 sq. Vss. 65 sqq. videndum ne fuerit: στά[λας ἐπὶ τῶν ὅρων Εὐ||ρ]ώ[πας καὶ Λιβύας] ἀ[νέστησε σαμεῖα τᾶς πορείας vel similia; cf. Apollod. II, 5, 10.

Inscr. *E. F.* Herculis duodecim labores totidem versibus heroicis exponuntur praemisso titulo, qui mutilus est, et additis versibus aliquot, in quibus malefici ab Hercule morte mulctati in diversis regionibus dinumerantur. Ex titulo praemisso unus superest versus, quem qui praecessit, ubi scriptus fuerit non liquet: huius versus ἀκροτελεύτιον fuerit: οἵδ' εἰσὶν ἆεθλοι. Versus parum elegantes sunt excepto primo (vs. 2.), qui desumptus est ex epigram-

mate antiquiore, quod vulgo tribuitur Quinto Smyrnaeo (vide supra). Sed de auctore epigrammatis illius non tam certo constat; unde etiam in uno codd. regg. titulum esse εἰς τὸ αὐτὸ Κοΐντου Σμυρναίου ὡς ἐμοὶ δοκεῖ monet Brunckius. Omninoque epigramma istud potest Quinto Smyrnaeo antiquius videri. Auctorem nostri epigrammatis Zoëga Anagl. T. II. p. 51. Diodori aetati supparem esse censet. Vs. 8. Θρήκης dedimus ex epigrammate noto. Alii supplerunt Βίστονος. Vs. 10. Γηρυόνην explevit Corsinus; idem inseruit καί. Male hunc versum tractavit Dacerius ad Horat. Od. II, 14, 7. 8. Nec multo felicius Iacobsius: Γηρυόνην ἔκτεινεν ἑλὼν ταύρους ἀγελάτας, qui Anthol. X. ad epigr. Quinti Smyrnaei titulum a Reinesio l. c. prolatum et titulum a Marino l. c. editum pro diversis habuit. Vs. 11. extr. supplementum est Corsini. Reliqua nos constituimus. Vs. 13. ἐρικυδέα Θῆρα φονεύσας supplevit Welckerus parum feliciter, in reliquis is secutus Corsinum. Vss. 15. 16. de Busiride et Antaeo mentio fit etiam in titulo *C.* vss. 58-61. Vs. 16. de caede Centaurorum ad montem Pholoen Apollod. II, 5, 4. cf. Heyn. p. 146. Ibidem in fine dedimus ἐν δὲ περαίᾳ, siquidem Ἀετὸς videtur esse aquila ad Caucasum Promethei iecur comedens, quae nunc pro persona habetur. Apollod. II, 5, 11. καὶ περαιωθεὶς ἐπὶ τὴν ἤπειρον τὴν ἀντικρὺ κατετόξευσεν ἐπὶ τοῦ Καυκάσου τὸν ἐσθίοντα τὸ τοῦ Προμηθέως ἧπαρ αἰετόν, ὄντα Ἐχίδνης καὶ Τυφῶνος. Vs. 17. Cycnus Martis et Pelopiae filius dicitur, in Thessalia occisus ab Hercule. Apollodor. II, 7, 7. cf. Heyn. l. c. p. 196. Vs. 18. exempli causa supplevimus. De Syleo Apollod. II, 6, 3. ubi nunc rectissime scribitur ἐν Λυδίᾳ. Cf. Heyn. l. c. p. 181. De Lityersa Athen. X, 415. b. Schol. Theocr. X, 41.

5984. *b.*

Romae, olim in aedibus Iacobi Benzonii ad D. Marcum, nunc in aedibus Vaticanis, in basi termini elegantis Herculis pueri exuvium leonis induti, clavam nodosam sinistra gerentis, sed capite mutili; edidit Fulv. Ursinus Imagg. p. 61. cum capite integro aeri incisam; Smetius fol. XXIII. 14. sine imagine, indeque Gruterus p. XLV. 1. cum interpret. Lat. Deinde dederunt Faber ad Gallaeum p. 43. Bellorius Imagg. tab. 90. aeri incisam. Ex Ligorio edidit Muratorius T. I. p. LX. 6. Ex schedis H. Hasii Osannus Syllog. p. 452. n. 160. Repetierunt Bonada Anthol. Lat. T. I. p. 95. Brunckius III, 181. n. 186. An. III, 1. p. 396. Iacobs Anthol. Palat. Append. n. 198. Extat etiam in Cod. Pigh. fol. 67. b. et in schedis Spanhemianis apud Duperac n. 89. Habeo praeterea ex schedis Thorlacii a Petersenio missis.

ΗΛΙΚΙΗΝΠΑΙCΕΙΜΙΒΡΕΤΑCΔΕCΤΗCΑΤΟ
ΦΗΛΙΞ
ΗΡΑΚΛΕΟΥCΕΙΚΩΟΙCΘΑΜΕ
ΚΑΙΚΠΡΟΔΙΚΟΥ

Male transcriptum apographum est quod dedit Osannus. Vs. 1. extr. Pigh. ΔΕCΘΗCΑΤΟ. Vs. 2. Urs. Bell. ΦΗΛΙΣ. Formam litterae Ξ dedi ex Smet. et Dup. Vs. 3. Urs. ΕΙΚΩ. Vs. 4. Urs. Pigh. Grut. ΚΑΙ ΠΡΟΔΙΚΟΥ, Mur. ΚΑΙΠΡΟΛΙΚΟΥ, Pigh. Smet. Dup. Thorl. ΚΑΙΚΠΡΟΔΙΚΟΥ, Os. ΚΑΙΚΠΑΟΙΧΙΚΟΥ.

Ἡλικίην παῖς εἰμι· βρέτας δ᾽ ἐστήσατο Φῆλιξ
Ἡρακλέους εἰκώ· οἶσθά με κὰκ Προδίκου.

Hercules Prodici notus ex Xenophontis Memorab. II, 1, 21.

5985.

In oppido Ponte Corvo, quod ex Fregellanorum reliquiis exstructum putatur; transcripsit et edidit Smetius fol. XXIV. 13. unde est apud Gruterum p. XLIX. 1.

ΕΥΧΗ
ΗΡΑΚΛΗ . ΘΑΛΛΟΦΟΡΩ
ΙΕΡΩ . ΕΥΑΚΟΥCΤΩ
Λ . ΚΟΡΝΗΛΙΟC . Λ . ΚΟΡΝΗ
ΛΙΟΥ . ΠΡΕΙΜΙΓΕΝΙΟΥ
ΥΙΟC . ΠΑΛ . ΤΕΡΕΝΤΙΑΝΟC
ΚΑΙ . ΛΗΜΝΙΟC . ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟC
ΕΠΟΙΗCΑΝ
HERCVLI . PACIFERO
INVICTO . SANCTO
SACR
VOTO . SVSCEPTO
L . CORNELIVS . L . F .
PAL . TERENTIANVS
ET . LEMNIVS . LIBERTVS
MERITO . LIBENTES
FECERVNT

Εὐχὴ Ἡρακλῆ θαλλοφόρῳ ἱερῷ εὐακούστῳ Λ. Κορνήλιος Λ. Κορνηλίου Πρειμιγενίου υἱὸς Παλ(ατίνᾳ) Τερεντιανὸς καὶ Λήμνιος ἀπελεύθερος ἐποίησαν.
Herculi pacifero invicto sancto sacr(um) voto suscepto. L. Cornelius L. f. Pal. Terentianus et Lemnius libertus merito libentes fecerunt.

5986.

Anagniae, in ara marmorea, in cuius latere insculpta instrumenta fabrilia; sub inscriptione pharetra et arcus cum duabus aviculis mutuo se osculantibus; ex Ligorio, ut videtur, edidit Donius Cl. I. n. 95. p. 30. qui Ameriae tribuit titulum; indeque Donatus T. I. p. 37. 2. cum nota Gorii, et Muratorius T. I. p. LXIV. 6. Producitur in Gronov. Thes. Ant. Gr. T. I. ad tab. Aaaa.

Habet etiam Spanhemius ad Iulian. Caes. p. 81. et ad Callimach. H. in Del. 21. unde repetiit Walpolius Mem. p. 452. Extat in schedis Spanhemianis a Steph. Duperac scriptis.

ΗΡΑΚΛΗ.ΒΑΣΙΛΕ
Λ.ΑΝΤΩΝΙΟΣΑΠΕΛΕΥ
ΣΕΒΑ.ΚΟΣΜΟΠΛΟΚΟΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Vs. 1. Don. ΒΑΣΙΛ, Dup. ΒΑΣΙΑΛ, Spanh. ΒΑΣΙΛΕ. Vs. 2. Don. Dup. ΑΝΤΟΝΙΟΣ, Spanh. ΑΝΤΩΝΙΟΣ; deinde Don. ΑΠΕΛ, Dup. ΑΠΕΛΕΥ. Vs. 3. init. Don. ΣΕΒ., Dup. ΣΕΥΒ., Spanh. ΣΕΒΑ.

Ἡρακλῆ βασιλε[ῖ] Λ. Ἀντώνιος ἀπελεύ(θερος) Σεβα(στοῦ) κοσμοπλόκος ἀνέθηκεν.

Κοσμοπλόκος Muratorio non officii genus sed nomen servile videbatur ab Antonio in libertate retentum. Rectius Spanhemius vocabulum pro appellativo habet, cui tamen quod Antonius videtur κοσμοπλόκος Σεβαστῆς fuisse, non Σεβαστοῦ, citato titulo ex Reinesio p. 575. EPERASTVS.IVLIAE.LIB.ORNATOR, falsus est. Iure Σεβαστοῦ probat Saxius Act. Traiect. T. II. p. 229. Poterat enim ille κοσμοπλόκος aut Augustae aut Augusti esse, quia et viris sui ornatores. Dorvillius in schedis Van Vaasseni provocat ad glossas: ἐμπλέκτης *ciniflo*, ἐμπλέκτρια *implicatrix, ornatrix*.

5987.

Romae, sub Hercule lyram et plectrum manibus tenente; edidit Boissardus P. IV. p. 63. aeri incisam; indeque Gruterus p. XLVIII. 8. et Montfaucon Ant. expl. T. I. P. II. p. 224. tab. 137.

ΗΡΑΚΛΗ ΤΩΙ ΜΟΥΣΑΓΗΤΗΙ
ΜΗΝΟΦΙΛΟΣ

Montf. dedit ΗΡΑΚΛΕΙ et ΜΝΗΣΙΦΙΛΟΣ; Boiss. ΜΗΝΣΦΙΑΟΣ.

Ἡρακλῆ τῷ Μουσαγ[έ]τῃ Μηνόφιλος.

De Hercule cithaeroedo vid. Mülleri Enchir. archaeol. p. 637. edit. sec. coll. Zoëga Bassi rilievi antichi T. II. tab. LXXII. et Roulez Bullet. de l'Acad. des sciences de Bruxelles T. XII. 1. p. 341 sqq. Gerhard Auserl. Gr. Vasenbilder I. p. 140. not.

5988.

Romae, in aedibus Vaticanis; edidit Marinus Act. fratr. Arv. T. II. p. 572. Vidit Maceratae etiam Schornius, qui edidit in Thierschii Itin. Ital. T. I. p. 458. In collectione Compagnoni habentur inscriptiones Resinae repertae.

ΣΩΤΗΡΙ
ΘΕΩ
ΗΡΑΚΛΗΤΙ
ΠΩΛΛΙΩ
Ε Ε

Vs. 1. Schorn. ΣΩΤΗΡΗ; vs. 5. idem Θ Ε.

Σωτῆρι θεῷ Ἡρακλῆ Τι(βέριος) Πωλλίω[ν] ε(ὐχὴν) ἐ(ποίησεν).

5989.

Prope *Romam* in villa Albani, in basi; ex schedis Barberinis edidit Fabrettus c. X. n. 129. p. 692. in vinea Odoardi Sanctorelli in Esquiliis vidit Donius Append. p. 554. 1. de lapide denuo dedit Marinus Villa Albani Cl. V. n. 152. p. 149. (conf. Fea Indicaz. antiq. per la villa Albani 1803. p. 122.) Sola Graeca ex schedis Ptolomeis exhibet Muratorius T. I. p. LXII. 9.

	In altero latere:	In tertio:
ΗΡΑΚΛΕΙ		
ΑΛΕΞΙ	HERCVLI	SILVANO
ΚΑΚΩΙ	DEFENSORI	CVSTODI
ΠΑΠΕΙΡΙ	PAPIRII	PAPIRII
ΟΙ		

Vs. 2. Mar. ΑΛΕΣΙ, reliqui ΑΛΕΞΙ. Vs. 4. init. Mur. ΔΑ, reliqui ΠΑ, quod habet etiam Gudius Ms. Biblioth. Trai. notante Saxio Act. Trai. T. II. p. 224.

Ἡρακλεῖ ἀλεξικάκῳ Παπείριοι.

Herculem ἀλεξίκακον ab Ephesiis cultum tradit Lactant. Inst. div. X. notante Muratorio. Cf. Hesych. ἐκ Μελίτης. De donatoribus cf. n. 5963.

5990.

Romae in basi tabulae marmoreae, in qua repraesentatur Hercules nudus sinistra leonis pellem sustinens, dextra innisus clavae, quam surripere ei velle videtur Cupido; contra est Silvanus in terminum desinens, cuius ad pedem aquila cum fulmine; inter utrumque stella et supra hoc monogramma: ΜΛ. Edidit Boissardus P. IV. p. 117. indeque Gruterus p. XLII. 12. et Montfaucon Ant. expl. T. I. P. II. p. 222. tab. 135.

ΘΕΩΙ ΑΛΕΞΙΚΑΚΩΙ
ΓΛΥΚΩΝ

Θεῷ ἀλεξικάκῳ Γλύκων.

Glyco nomen sit dedicantis (Fea ad Winckelmanni Hist. art. T. II. p. 286.) an artificis Atheniensis (cf. n. 5650. 6142.) non liquet. Ad dedicantem rettulit R. Rochettus Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 317. Fortasse recte.

5991.

Romae in tabula pone columnam Focae reperta; edita est in Memorie enciclopediche sulle antichità e belle arti di Roma 1817. T. VII. p. 50. et a Fea Frammenti di fasti p. LXVIII. Varietà di notizie p. 68. unde petiit O. Iahn. Spec. epigr. p. 133. 14. Ex recentissima Stuarti Ant. Att. edit. Darmst. T. I. p. 465. dedit Osannus Syllog. p. 485. n. 2.

ΑΠѠϹΙΚΑΚΟΙϹ
ΘЄΟΙϹ
EX ORACVLO

Ἀπωσικάκοις
Θεοῖς.
Ex oraculo.

5992.

Prope *Albam* in pariete; ex schedis Monavii edidit Reinesius Synt. inscr. n. XLIX. n. 97.

SOLI INVIC
TO VOTVM
ΗΛΙΩ ΑΝΙΚΗΤΩ
ΕΥΧΗΝ ΑΝΕΘΗ
ΚΕΝ ⏀
A.B.E.Δ.A.Λ.Λ.A.Θ

Soli invicto votum.
Ἡλίῳ ἀνικήτῳ εὐχὴν ἀνέθηκεν -
Hic subscriptum est aenigma litterarum, in quo latere videntur nomina dedicantis. Conf. n. 6703.

5992. *b.*

Romae, ut videtur; ex Ligorio edidit Gudius p. XXIII. 3. (CIƆIƆXCIV. 1.)

ΗΛΙΩ.ΘΕΩ
Λ.AVΡΗΛΙΟΣ.ΠΕΛΟΙΚΑΝΟΣ
ΑΠЄΛЄφΤΕΡΟΣ.ΣΕȣΑΣΤΟȣ
IATROS.ΑΝΕΘ

Ἡλίῳ θεῷ Λ. Αὐρήλιος Πελ[ε]ικανός, ἀπελέφτερος Σεουαστοῦ, ἰατρὸς ἀνέθ(ηκεν).

5993.

Romae in Vaticano; edidit Lupus Epit. Sev. p. 121. Ex schedis nescio quibus et ex Lupo dedit Muratorius T. I. p. LXXIV. 4. Denuo edidit Osannus Syllog. p. 426. n. 31. Habeo etiam ex schedis Thorlacii a Petersenio missis.

ΘЄѠ ΜЄΓΑΛѠ
ϹЄΡΑΠΙΔΙ
ΑΡЄΛΛΙΟΙ
ϹЄΟΥΗΡΟϹ·ΚΑΙ·ΦΟΥϹΚΟϹ
ЄΥΧΗΝ
ЄΠΟΙΗϹΑΝ

Initia versuum mutila habet Lupus, deficientibus litteris ΘЄ, Ϲ, ϹЄΟ, ЄΠΟ. Similiter ap. Osann. desunt litterae initiales ΘЄ, Ϲ, ϹЄΟ, Є in ultimo versu. Formas litterarum vulgares (Σ, Ω) dedit Muratorius. Vs. 2. Lup. Os. ЄΡΑΠΙΔΙ, Mur. ΣΑΡΑΠΙΔΙ.
Θεῷ μεγάλῳ Σεράπιδι Ἀρέλλιοι Σεούηρος καὶ Φοῦσκος εὐχὴν ἐποίησαν.

5994.

Romae, in pectore sigilli Aegyptiaci ex lapide nigro; edidit Donius Cl. I. n. 81. p. 22. et hinc Donatus p. 78. 1. et Muratorius T. I. p. CLX. 3. cum Lat. interpret.

ΚΑΤΑ ΚΕΛΕΥϹΙΝ ΘΕΟΥ
ϹΕΡΑΠΙΔΟϹ ΟΥΙΒΙΟϹ
ΙΕΡΕΥϹ.ΑΝΕΘ.

Vs. 2. Don. ϹΥΙΒΙΟϹ.
Κατὰ κέλευσιν θεοῦ Σεράπιδος Οὐΐβιος ἱερεὺς ἀνέθ(ηκεν).

5995.

Romae, in basi statuae Ganymedis effossa in quarta regione inter rudera Baluci; edidit Gudius p. CV. 7. ex Ligorio.

ΓΑΝΥΜΗΔΗΣ.ΤΡΩΙΛΙ.ΥΙΟΣ
Α.ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ.ΑΛΕΞΑΝΔΕΩΣ
ΝΕΩΚΟΡΟΣ.ΤΟΥ.ΜΕΓΑΛΟΥ.ΣΑΡΑΠΙΔΟΣ
ΑΝΕΘ

Γανυμήδης Τρωΐλι υἱός. [Α.] Δημήτριος Ἀλεξανδρέ[υ]ς νεωκόρος τοῦ μεγάλου Σαράπιδος ἀνέθ(ηκεν).
Quum ΤΡΩΙΛΙ diserte dicatur esse in lapide, quadratarius formam genitivi Latini expressisse videtur.

5996.

Romae in columna marmorea in museo P. Clementino; edidit Reinesius Synt. inscr. Cl. I. n. CCXC. p. 243. unde repetiit Fleetwood Inscr. syllog. p. 10. litteris minusculis; e schedis Barberinis dedit Fabrettus c. VI. n. 185. p. 493. ex lapide edidit Viscontus Mus. Pio-Clem. T. VI. p. 25. edit. Mil. p. 104. rursusque Osannus Syllog. p. 425. n. 30. Citant Maffeius crit. lapid. p. 54. Vandalius Dissert. p. 302. Schowius Chart. papyr. Velit. p. 61. Habeo etiam ex schedis Thorlacii a Petersenio missis.

ΑΓΑΘΗ·ΤΥΧΗ
ΔΙΙ ΗΛΙω ΜΕΓΑΛω
ϹΑΡΑΠΙΔΙ ΚΑΙ ΤΟΙϹ
ϹΥΝΝΑΟΙϹ ΘΕΟΙϹ·ϹΤΑΤΙΟϹ
ΚΟΔΡΑΤΟϹ Ο ΚΡΑΤΙϹΤΟϹ
ΝΕωΚΟΡΟϹ·ΕΚ·ΜΕΓΑΛωΝ
ΚΙΝΔΥΝωΝ·ΠΟΛΛΑΚΙϹ
ϹωΘΕΙϹ·ΕΥΧΑΡΙϹΤωΝ
ΑΝΕΘΗΚΑ
ΙΛΕωϹ· ϹΟΙ
ΑΛΥΠΙ
ΤΟΝ€ΝΚΑΝωΒω
ΜΕΤΑΤΟΥΒωΜΙϹΚΑΡΙΟΥ
ΔΙΟϹΚΟΡΟϹΝ€ωΚΟΡ..
ΤΟΥΜ€ΓΑΛΟΥϹΑΡ.....
ΑΝ€ΘΗΚΑ

Vss. 1. 2. omittunt Osannus et Thorlacius, qui usque ad vs. 10. Ϲ pro C praebent. Vs. 5. med. O habent Viscontus, Osannus, omittit Fabrettus. Vs. 12. init. Fabr. ΤΩΝ. Vs. 13. extr. Fabr. Fleetw. ΡωΜΗϹ·ΚΑΡΙ..., Thorl. ΡωΜΙϹΙϹωΝ, Os. ΡωΜΙ€Ιω, Visc. quod dedi. Vs. 14. Fabr. Fleetw. ΤΟΙϹ·Μ€ΓΑΛΟΙϹ·ΑΓ..., Os. ΤΟΥΜ€ΓΑΛΟ€ϹΑΝ, Visc. quod dedi. Vss. 12-16. minoribus litteris scriptos esse monet Osannus, qui inde coniicit titulos duos esse neque alterum cum altero quidquam commune habere. Vs. 15. omittit Thorlacius.

Ἀγαθῇ τύχῃ.
Διῒ Ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς
5 *Στάτιος Κοδρᾶτος ὁ κράτιστος νεωκόρος ἐκ μεγάλων*
κινδύνων πολλάκις σωθεὶς εὐχαριστῶν ἀνέθηκα.

10 *Ἵλεώς σοι, ἀλύπι. Τὸν ἐν Κανώβῳ μετὰ τοῦ βωμι-*
15 *σκαρίου Διόσκορος νεωκόρ[ος] τοῦ μεγάλου Σαρ[άπιδος]*
ἀνέθηκα.

Tituli eo modo separari non possunt, quo voluit Maffeius. Videtur Statius defunctus esse priusquam donarium ab eo votum perficeretur, relicto titulo, quem deinceps incidendum curarit Dioscorus collega eius, inserto fortasse elogio *ὁ κράτιστος* (cf. n. 6001.). Hinc is titulo suo praemisit *ἵλεώς σοι* (*ὁ θεός ἐστιν*), *ἀλύπ[ε]ι*. Colligas arulam fuisse (*βωμισκάριον*) quam donaturus erat Statius, eique arulae mox imaginem dei esse impositam a Dioscoro et dedicatam. Deus audit *ὁ ἐν Κανώβῳ*, i. e. Sarapis *ὁ ἐν Κανώβῳ καλούμενος* (cf. Pausan. II, 4, 7. Creuzer Symbol. edit. noviss. II. p. 67 sq.). Dioscorus Visconto idem videtur esse, qui memoratur in titulo n. 6002. Quod Osannus putavit Statium nostrum Quadratum esse Statium Valentem historiarum scriptorem (Lamprid. Alex. Sev. c. 48.) et ipsum Quadratum dictum alibi (Iul. Capitol. Ver. imp. c. 8.), de industria missum facio.

5997.

Romae, in templo prope ripam, in hortis Iustinianis; inscriptionem Graecam ex schedis Piccarti edidit Reinesius Epist. ad Hoffm. et Rup. LXI. p. 346. (conf. p. 538.), idemque repetiit Synt. inscr. Cl. I. n. CXCIX. p. 200. ubi extat valde corrupta; utramque edidit Sponius Miscell. erud. antiq. X, 60. p. 340. quattuor prioribus versibus truncatam; tum Fabrettus c. X. n. 545. p. 746. (conf. c. VI. n. 186. p. 493. 494.) Lacunosam praebet Guascus Mus. Capitol. Inscr. T. I. p. 91. qui Graecam iteravit T. III. p. 186. cum notis. Latina e Mazochio edita est ap. Gruter. p. CCCXVIII. 8. Est etiam in schedis Spanhemianis, ubi desunt vss. 1-4. Citarunt Vandalius Dissert. p. 300. 301. et Osannus Auct. lex. Gr. p. 100.

ΔΙΙ ΗΛΙω ΜΕΓΑΛω
ϹΑΡΑΠΙΔΙΚΑΙΤΟΙϹϹΥΝΝΑΟΙϹ
ΘΕΟΙϹΤΟΚΡΗΠΙΔΕΙΟΝΛΑΜΠΑΔΑ
ΑΡΓΥΡΑΝΒωΜΟΥϹΤΡΕΙϹΠΟΛΥΛΥΧΝΟΝ
ΘΥΜΙΑΤΗΡΙΟΝΕΝΥΡΟΝ
ΒΑΘΡΑΔΥΟ
Λ.ΚΑϹϹΙΟϹ
ΕΥΤΥΧΗϹ
ΝΕωΚΟΡΟϹΤΟΥΜ€ΓΑΛΟΥ
ϹΑΡΑΠΙΔΟϹ
ΥΠΕΡΕΥΧΑΡΙϹΤΙΑϹ
ΑΝΕΘΗΚΕΝΕΠΑΓΑΘω

PERMISSV
C.NASENNI
MARVLLI
PONTIFICIS·VOLCANI·ET
AEDIVM·SACRARVM·ET
Q·LOLLI·RVFI·CHRYSIDIANI
ET·M·AEMILI·VITALIS
CREPEREIANI·II·VIR

Quattuor priores versus omittit Sponius. Vs. 3. Rein. ΚΡΗΠΙΑΔΕΙΟΝ, Fabr. ΚΡΙΠΤΙΔΕΙΟΝ. Vs. 5. Spanh. ΕΝΥΡΟΝ, Rein. Spon. ΕΠΥΡΟΝ. Vs. 8. Fabr. ΕΥΤΥΚΗϹ, Rein. Spanh. Spon. ΕΥΤΥΧΗϹ. Vs. 9. Rein. ΝΗΟΚΟΡΟϹ, Spanh. ΝΗωΚΟΡΟϹ, Fabr. ΝΕω ΚΟΡΟϹ. Vs. 11. omittit Sponius. Vs. 12. pro ΕΠ Spanhemius lacunam habet. Vs. 13. Spanh. NASENNII. Vs. 15. Spon. Grut. Spanh. MARCELLI, sed MARVLLI in lapide esse diserte docet Fabrettus. Vs. 18. Grut. CHISIDIANI. Vs. 19. init. ET habet Grut. omittunt reliqui.

Διῒ Ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς
τὸ κρηπίδειον, λαμπάδα ἀργυρᾶν, βωμοὺς τρεῖς, πολύ-
5 *λυχνον, θυμιατήριον ἔνπυρον, βάθρα δύο, Λ. Κάσσιος*
10 *Εὐτύχης, νεωκόρος τοῦ μεγάλου Σαράπιδος ὑπὲρ εὐ-*
χαριστίας ἀνέθηκεν ἐπ' ἀγαθῷ.
15 *Permissu C. Nasenni Marulli, pontificis Volcani*
et aedium sacrarum, et Q. Lolli Rufi Chrysi-
20 *diani et M. Aemili Vitalis Crepereiani II vir(o-*
rum).

Neocorus Sarapidis a pontifice Volcani et duumviris potestatem impetrat tituli ponendi. Videtur haec incriptio Ostia oriunda, ubi templum Volcani et Sarapidis fuisse aliunde constat. De Volcano cf.

titulum Latinum ap. Orell. Coll. inscr. Latt. n. 1381. de Sarapide Minutium Felicem Octav. c. 2. et Orell. l. c. n. 1888. In vicino Portu (Procop. bell. Goth. I, 26.) et ipso cultus Sarapidis viguit. Vide n. 6000. 6001.

5998.

Praeneste, in aede S. Mariae Annunciatae, vel, ut alii, in aede Nicolai; edidit Suaresius Antiq. Praenest. I. c. I. c. 16. p. 51. unde repetiit Muratorius T. I. p. CCCXXXIII. 1. Habent etiam Donius Inscr. Cl. II. n. 10. p. 65. unde Graeca repetiit Gorius in Mus. Florent. T. V. p. 200. et Cecconi Stor. di Palestrina p. 182. Repetiit Orellius Collect. inscr. Latt. n. 1895. Disserit de hac inscriptione Barthelemy Mém. de l'Acad. T. XXX. p. 512 sqq. Citavit Rad. Rochettus Quest. de l'hist. de l'art. p. 154.

Γ. ΒΑΛΕΡΙΟϹ ΕΡΜΑΙϹΚΟϹ ΕΠΟΙΗϹΕΝ ϹΑΡΑΠΕΙΟΝ ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ ϹΑΡΑΠΙΔΙ ΚΑΙ ΤΟΙϹ ϹΥΝΝΑΟΙϹ ΘΕΟΙϹ	DOMVS.C.VALERI HERMAISCI TEMPLVM SERAPIS SCHOLA FAVSTINIANA FECIT C.VALERIVS HERMAISCVS DEDIC.IDIB DEC. BARBARO ET REGVLO COSS

Latina in altero latere sunt lapidis.

Γ. Βαλέριος Ἑρμαΐσκος ἐποίησεν Σαραπεῖον Διῒ Ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς.

Domus C. Valerii Hermaisci. templum Serapis schola Faustiniana fecit. C. Valerius Hermaiscus dedic(avit) idib(us) Dec(embris) Barbaro et Regulo coss.

Schola Faustiniana videtur esse asylum ad usum puellarum alimentariarum ab Antonino Pio constitutum in honorem Faustinae defunctae (Capitolin. in vit. Antonin. P. c. 8.); nisi simpliciter est conventus quidam ad epulas celebrandas constitutus de Faustina uxore M. Aurelii denominatus. De templo Sarapidis conf. ad n. 6131. *b*. Titulus pertinet ad a. u. c. 910. p. Chr. 157.

5999.

Romae; ab Ursino acceptum edidit Gruterus p. MX. 11. Vss. 1-5. dederat Fabricius Rom. c. 9. p. 73. unde repetiit Gruterus p. XXII. 10. Versus quinque priores citantur in Mus. Capitol. T. IV. p. 319.

ΔΙΙ. ΗΛΙꞶ
ΜΕΓΑΛꞶ
ϹΑΡΑΠΙΔΙ
ΚΑΙ ΤΟΙϹ ϹΥΝΝΑ
ΟΙϹ ΘΕΟΙϹ
ΥΠΕΡ ϹꞶΤΕΡΙΑϹ
ΚΑΙ ΑΙꞶΝΙΟΥ
ΔΙΑΜΟΝΗϹ
ΤΩΝ ΚΥΡΙꞶΝ.ΗΜꞶΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡꞶΝ
ΚΑΙ ΤΟΥ ϹΥΝΠΑΝ
ΤΟϹ ΑΥΤꞶΝ ΟΙΚΟΥ
Κ. ΑΥΡΗΛΙΟϹ
ΡΟΥΦΕΙΝΟϹ
ϹΥΝ ΤΗ ΓΥΝΑΙΚΙ
ΚΑΙ ΤΟΙϹ ΤΕΚΝΟΙϹ
ΑΝΕΘΕΚΕΝ
ΕΠΑΓΑΘꞶ

Διῒ Ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς ὑπὲρ σωτ[η]ρίας καὶ αἰωνίου διαμονῆς τῶν κυρίων ἡμῶν Αὐτοκρατόρων καὶ τοῦ σύνπαντος αὐτῶν οἴκου [Μ.] Αὐρήλιος Ῥουφεῖνος σὺν τῇ γυναικὶ καὶ τοῖς τέκνοις ἀνέθ[η]κεν ἐπ' ἀγαθῷ.

Imperatores videntur esse Septimius Severus et Caracalla.

6000.

In Castro de S. Cannato prope *Aquas Sextias*, Galliae Narbonensis, in pila marmoris rubri, in qua olim fuisse protome videtur imposita. Lapidem Aquis Sextiis a Peirescio possessum posthac habuit I. Fr. f. St. Vincens. Edidit Sponius Miscell. erud. antiq. p. 329. 22. cum interpret. Lat. unde repetiit Fleetwood Inscr. syllog. p. 31. 4. litteris minusculis; habent Cuperus Harpocr. p. 153. Fabrettus Inscr. c. VI. p. 494. n. 187. Arnaldus de diis paredris c. 15. Accuratius ediderunt Seguier in libello: Notice sur I. Fr. f. St. Vincens p. 36 sqq. et Millin Voyage dans le Midi de la France T. II. p. 199 sqq. cum interpret. Lat.

[*Textum vide pag. seq.*]

Vs. 1. omittunt Spon. Cup. Fabr. Vs. 15. init. Spon. Cup. Fabr. ΑΡΧΙΥΠΕΡΕΤΗ. Vs. 17. extr. Spon. Cup. Fabr. ΟΕΙ p. ΘΕΟ. Vs 18. Spon. Cup. Fabr. ΙΕΡΟΦΩΝΟΙΣ, Mill. ΙΕΡΩΦΩΝΟΙΣ. Vs. 19. extr. Spon. Cup. Fabr. ΧΑΡΙ, Mill. ΚΑΡΙ. Sponius cum Cup. Fabr. aliter distinxit versus, notans in latere basis esse ΕΠΑΓΑΘΩΕΠΙΓΡΑΝΙΟΥΡΩ, fortasse ἐπ' ἀγαθῷ. ἐπὶ Γρανί[ῳ Α]ὐ[π]ῳ [καὶ Μαξίμῳ ὑπάτοις].

Ἐπ' ἀγαθῷ ὑπὲρ σωτηρίας Μάρκου Αὐρηλίου Σεουήρου Ἀλεξάνδρου Εὐτυχοῦς Εὐσεβοῦς Σεβ(αστοῦ) καὶ Ἰουλίας Μαμαίας Σεβαστῆς μητρὸς Σεβ(αστοῦ) Διῒ Ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς Μ. Αὐρήλιος

ΕΠ ΑΓΑΘΩ ΥΠΕΡ ΣΩΤΗΡΙΑΣ
ΜΑΡΚΟΥ ΑΥΡΗΛΙΟΥ
ΣΕΟΥΗΡΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΕΥΤΥΧΟΥΣ ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΣΕΒ
ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑΣ ΜΑΜΑΙΑΣ
ΣΕΒΑΣΤΗΣ ΜΗΤΡΟΣ ΣΕΒ.
ΔΙΙ ΗΛΙΩ
ΜΕΓΑΛΩ ΣΑΡΑΠΙΔΙ
ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΣΥΝΝΑΟΙΣ
ΘΕΟΙΣ
Μ ΑΥΡΗΛΙΟΣ ΗΡΩΝ
ΝΕΩΚΟΡΟΣ ΤΟΥ ΕΝ
ΠΟΡΤΩ ΣΑΡΑΠΙΔΟΣ ΕΠΙ
ΛΑΡΓΙΝΙΩ ΒΕΙΤΑΛΙΩΝΙ
ΑΡΧΙΥΠΗΡΕΤΗ ΚΑΙ ΚΑ
ΜΕΙΝΕΥΤΗ ΚΑΙ ΑΥΡΗΛΙΩ
ΦΗΒΩ ΚΑΙ ΣΑΛΩΝΙΩ ΘΕΟ
ΔΟΤΩ ΙΕΡΟΦΩΝΟΙΣ
ΚΑΙ ΚΑΜΕΙΝΕΥΤΑΙΣ ΚΑΡΙ
ΤΗ ΙΕΡΟΔΟΥΛΕΙΑ ΑΝΕ
ΘΗΚΕΝ ΕΠ ΑΓΑΘΩ

Ἥρων νεωκόρος τοῦ ἐν Πόρτῳ Σαράπιδος ἐπὶ Λαργινίῳ Βειταλίωνι ἀρχιυπηρέτῃ καὶ καμεινευτῇ καὶ Αὐρηλίῳ Φήβῳ καὶ Σαλωνίῳ Θεοδότῳ ἱεροφώνοις καὶ καμεινευταῖς καὶ τῇ ἱεροδουλείᾳ ἀνέθηκεν ἐπ᾽ ἀγαθῷ.

Etsi quis coniecerit Portum oppidum quaeri posse aut in Gallia, ubi portus Veneris, aut in Liguria, ubi portus Veneris et portus Herculis, tamen sunt quae me eo deducant, ut non dubitem lapidem ex Portu Tiberino in Galliam allatum censere. Nam quum oppida illa cognomina parum sunt celebritatis nacta, tum Portum Romanum non secus ac vicinam Ostiam templis deorum refertum fuisse etiam aliunde doceri potest (vide n. 5892.). Et Sarapidis ibi templum fuisse aeque atque Ostiae (vide n. 5997.) indicio est titulus ibidem repertus n. 6001. In eandemque sententiam disputavit Carolus du Fresne Praef. ad Chron. Pasch. p. 26 sq. ed. Bonn. memorans ille Hippolytum Portus episcopum, qui non alius nisi huius ipsius oppidi Romani episcopus fuit. Tituli nostri aetas fere eadem est, qua positae sunt columnae Antinoenses n. 4705. Vs. 6. extr. ΣΕΒ dixeris mutandum esse in ΣΤΡ (*στρατοπέδων*); sed potest esse *Σεβαττοῦ*. Cf. n. 4705. Memorabilia quae insunt de administratione templi Sarapidis. Fuerunt *ἀρχιυπηρέτης, ἱερόφωνοι, ἱερόδουλοι,* quorum nomine (cf. n. 4713. *d. e. f.*) Heron neocorus aliquid dedicavit Sarapidi. De hierodulis Sarapidis cf. supra p. 306. *a.* de *ἱεροφώνοις* ad n. 4684. *Ἀρχιυπηρέτης* magistratus militaris notus est ex papyris (vide p. 303. *a.*); nunc magistratus sacer est, fortasse quaestor templi Sarapidis. Hic autem et hierophoni nunc simul *καμινευταὶ* vocantur, quorum munus incertum est. Sacrum fuisse et sponte patet et Cuperus intellexit. Zoëga de obelisc. p. 507. de iis interpretabatur, qui circa ignem operabantur accensum propter dona Sarapidi oblata. Reuvensius Epist. ad Letr. II. p. 107. 163. quum in papyris ad templum Sarapidis pertinentibus invenisset vocabulum *ὑποκαύστῃ*, coniecit *καμινευτὰς* eos esse, qui ignem balneis calidis succendebant. Minus probabiliter. Vs. 17. *Φήβῳ* est p. *Φοίβῳ*. De constructione *ἐπί τινι*, de qua video aliter iudicare Keilium Syll. inscr. Boeot. p. 59. vide n. 4713. *d.*

6001.

In Portu ad ostium Tiberis occidentale (cf. lemma ad n. 5892. et ad n. 6000.); edidit Marinus Act. fratr. Arv. T. II. p. 749.

CЄΡΗΝΟC
ΞΙΦΙΔΙΟC
ΟΚΡΑΤΙCΤΟC
ΝЄѠΚΟΡΟC
ЄΚΤѠΝΙΔΙѠΝ
ΑΝЄΘΗΚΑ

Σερῆνος Ξιφίδιος ὁ κράτιστος νεωκόρος ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκα.

Serenus fuit neocorus Sarapidis, cuius templum in Portu fuisse docuimus ad n. 6000. Alium Serenum, C. Valerium cognominatum, eundem neocorum Sarapidis, habes n. 5973.

6002.

Romae ad aquam Virginem in columella marmorea superne confracta, litteris inaequalibus ac magnopere detritis; inscriptionem metricam edidit Boissardus Ant. Rom. P. V. p. 109. aeri incisam; transcripsit etiam Smetius fol. v. 2. indeque dedit Gruterus p. LXXXV. 8. ligno incisam cum Bened. Hegii interpret. Lat. Inscriptionem metricam repetiit Fleetwood Inscr. syll. p. 45. 2. litteris minusculis. Utramque Donius Inscr. Cl. I. p. 23. n. 82. cum Lat. interpret. Gorii et notis; hinc Muratorius T. I.

p. CXLIII. 1. cum Lat. interpret. Salvinii, partemque chronologicam idem ex Ligorio repetiit T. I. p. CCCLXX. 3. cum Lat. interpret. et not. Partem metricam denuo dederunt ex Donio Brunckius Anal. III. p. 188. n. 189. Iacobs (Animadv. III, 1. p. 397.) Anthol. Palat. Append. n. 256. De parte chronologica disseruit Corsinus Fast. Att. II. p. 434. Ex Grutero citat Vandalius Dissert. p. 307 sq.

ΝΗΟΝΜΕΝCΙΓΑ
ΛΟΕΝΤΑCΑΡΑ
ΠΙΔΟCΥΨΙΜΕ
ΔΟΝΤΟC ❦
ΗΔΑΥΤΟΝΧΡΥ
CΟΥΠΑΜΦΑΝΟ
ωΝΤΑΒΟΛΛΙC ❦
CΤΗCΑΝΤΟ
ΖΑΚΟΡΟCΤΕ
ΔΙΟCΚΟΡΟC
ΗΔΕΚΥΡΙΛΛΟΥ ❦
ΕΥΝΕΤΙCΗΜΑ
ΚΑΡωΝΜΗΠΟ
ΤΕΛΗΘΟΜΕΝΗ
ΚΑΙΔΥΟΤΗCΑΥ
ΤΗCΓΕΝΕΗC
ΕΝΑΘΕCΜΟΝ
ΕΧΟΝΤΕC ❦
ΟιCΙΜΕΜΗΛΕ
ΚΛΥΤΗCΕΡΓΑ
ΝΕωΚΟΡΙΗC ❦

In parte averso:

ΑΠΡΙΛΙΩΝ
ΦΑΡΜΟΥΘΙ.Α
ΥΠ.Π.ΤΩΝ
ΚΥΡΙΩΝΗΜΩΝ
ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΥ
CΕΒ.ΤΟ.Ζ.ΚΑΙ
ΜΑΞΙΜΙΑΝΟΥ
CΕΒ.ΤΟ.Σ
ΤΟΠΟCΕΔΟ.....
ΥΠΟΒΑΛΕΡΙΟΥ
ΚΩΜ..... ΑΝΤΟC
ΥΠΑΤΙΚΟΥ
ΙΕRΕΩΝΝΑΩΝ

Vitiosum apographum est Boissardi. Is vs. 1. init. dedit ΝΙΟΙ; vs. 5. extr. omittit ΡΥ; vs. 6. habet ΚΟΜΠΛΦΑΝΟ; vs. 7. extr. ΒωΜΟΙC; vs. 10. Ν pro Κ; vs. 14. init. omittit ΤΕΛΗ; vs. 15. habet ΚΑΙΔ ΨΟΙ CΛΥ. Vs. 30. Mur. ΤΟΠΟS, Don. ΤΟΡΟC.

Νηὸν μὲν σιγαλόεντα Σαράπιδος ὑψιμέδοντος
ἠδ' αὐτὸν χρυσοῦ παμφανόωντα βολαῖς
στήσαντο ζάκορός τε Διόςκορος ἠδὲ Κυρίλλου
εὐνέτις ἡ μακάρων μή ποτε ληθομένη,
καὶ δύο τῆς αὐτῆς γενεῆς, ἕνα θεσμὸν ἔχοντες,
οἷσι μέμηλε κλυτῆς ἔργα νεωκορίης.

Πρὸ ϛ̄ Καλανδῶν] Ἀπριλίων, Φαρμουθὶ ᾱ. ὑπάτων τῶν κυρίων ἡμῶν Διοκλητιανοῦ Σεβ(αστοῦ) τὸ ζ̄ καὶ Μαξιμιανοῦ Σεβ(αστοῦ) τὸ [ϛ̄] τόπος ἐδό[θη] ὑπὸ Βαλερίου Κωμ - [καὶ] - - αντος ὑπατικοῦ, ἱερέων ναῶν.

Quattuor homines hoc templum erexisse vidit Gruterus. Vox νηὸν vs. 1. nunc monosyllaba est; etsi parum hoc probabile fuit Iacobsio, qui particulam μὲν uncis inclusit. Idem vs. 3. ἡ δὲ Κυρίλλου. Vs. 2. βολαὶ de radiis intelligendum, explicatque Viscontus Mus. P. Clem. T. VI. p. 25. (ed. Mil. p. 103.) de Sarapide radiato, qualem ibi describit et in tab. XV. delineatum dedit. Vs. 5. ἕνα θεσμὸν ἔχοντες; conf. n. 6223. Titulus est ex a. p. Chr. 299. mensis Martii die 27, qui dies, ut monuit Corsinus, est primus mensis Aegyptii Pharmuthi. Ceterum ex hoc mense Aegyptio colligi potest homines fuisse Aegyptios. Dioscorus neocorus Sarapidis est etiam in titulo n. 5996. qui utrum idem hic sit nec ne, parum liquet.

6002. *b.*

Romae, in columella marmorea reperta in aede S. Stephani in Caco, ubi et simia et leones cum hieroglyphis, quae posthac in Capitolium translata sunt; ediderunt Smetius fol. XVII. 7. Boissardus P. V. p. 109. aeri incisam; ex Aventini Annal. Boior. dedit Gruterus p. XXII. 11. ex Boissardo repetiit Montfaucon. Ant. expl. T. II. P. I. p. 250. tab. 101. 1. aeri incisam.

ΔιΙΗΛΙω
ΜΕΓΑΛω
CΑΡΑΠΙΔΙ

Διῒ Ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι.

6002. *c.*

In lamina quae extat *Romae*; edidit Viscontus Mus. P. Clem. Vol. II. p. 23. edit. Mil.

ΕΙCΘΕΟCCΕΡΑΠΙC

Εἷς θεὸς Σέραπις.

Cf. n. 6814. Inscriptionem similem ΕΙCΖΕΥC CΕΡΑΠΙC etiam in gemmis obviam (n. 7041. 7042.) ex tabula minuta plumbea, cuius in latere Serapis expressus est, enotavit Åkerblad Iscriz. greca sopra una lamina di piombo. Rom. 1813. p. 24.

6003.

Romae, sub anaglypho Isidem cum variis attributis plenissime ornatam in solioque sedentem repraesentante; edidit Donius Cl. I. n. 30. p. 8.; ex Ligorio et Donio dedit Muratorius T. I. p. LXXII. 1. Est etiam in schedis Spanhemianis a Stephano Duperac scriptis. Litterae sunt rudes et ineleganter sculptae.

Θ·ΙΣΙΣ·ΧΑΙΡΕ
Λ·ΙΟΥΛ·ΠΑΣΙΝΕΙΚΟΣ

Θ(εὰ) Ἶσις, χαῖρε.
Λ. Ἰούλ. Πασίνεικος.

Vs. 1. Mur. ΧΑΙΡΕ, Don. ΧΑΙΕΡΕ.

6004.

Romae; ex Ligorio edidit Muratorius T. I. p. CXLVI. 4. cum Lat. interpret. et not.

M.ΟΥΛΠΙΟΣ
ΘΕΑΙΙΣΙΔΙΣ
Α.ΟΥΑΛΕΡΙΟΣ
ΣΑΤΥΡΟΣ.ΑΠΕ
ΛΕΥ.ΣΕΟΥΑΣΤ
ΑΝΕΘΗΚ
ARAM
ISIS.EXORATAE

M. Οὔλπιος.
[Θ]εᾷ Ἴσιδι [Λ.] Οὐαλέριος Σάτυρος, ἀπελεύ(θερος) Σεουαστ(οῦ) ἀνέθηκ[εν]
aram Isis exoratae.

Pertinere videtur ad templum, quod memoratur titulo ap. Gruter. p. LXXXIII. 9. TEMPLVM||ISIS||EXORATAE. Exorata est i. q. *ἐπήκοος* (cf. n. 6005.). M. Ulpius videtur esse sacerdos, sub quo ara posita est. Vide ne sit M. Ulpius Apollonius propheta (vide n. 6007.), ut ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ in alia parte lapidis perscriptum fuerit.

6005.

Romae, in parva ara; edidit Smetius fol. XXX. 2. deinde Boissardus P. V. p. 99. Ex Smetii et Pighii schedis edidit Gruterus p. LXXIII. 3. ex Boissardo idem p. LXXV. 3. Vitiatam retulit Montfaucon Palaeogr. Gr. p. 175.

ΘΕΑ ΕΠΗΚΟΩ
ΙCΙ ΤΥΧΗ
ΤΙΤΟC ΦΛΑΟΥΙ
ΟC ΟΥΙΒΙΑΝΟC
ΑΝΤΙΟΧΟC ΕΥ
ΞΑΜΕΝΟC ΑΝΕ
ΘΗΚΕΝ

Vs. 1. extr. Boiss. ΕΠΙΧΘΩ; vs. 2. init. idem ΝΙΩ pro ΙCΙ; vs. 3. extr. idem ΨΑΛΟΥΙ.

Θεᾷ ἐπηκόῳ Ἴσι Τύχῃ Τίτος Φλαούϊος Οὐιβιανὸς Ἀντίοχος εὐξάμενος ἀνέθηκεν.

Isis nunc simul *Τύχη*, ut alibi est *Δικαιοσύνη* (Vol. II. n. 2295.).

6006.

ΛΥΣΙΑΣ Λυσίας. Est notus orator. Conf. n. 6079. 6080. 6081.

6079.

In herma; ediderunt Fulvius Ursinus p. 75. Bellorius tab. 84. Citavit Faber ad Gallaeum p. 53. cf. Gronov. l. c.

ΛΥΣΙΑΣ Λυσίας. Conf. n. 6078. 6080. 6081.

6080.

In herma sine capite; ediderunt Fulvius Ursinus p. 75. Bellorius tab. 84. Citavit Faber ad Gallaeum p. 53. cf. Gronov. l. c.

ΛΥΣΙΑΣ
ΚΕΦΑΛΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ

Λυσίας Κεφάλου Ἀθηναῖος.
Cf. n. 6078. 6079. 6081. Proprie non Atheniensis fuit Lysias. Fuit ἰσοτελής. Cf. Hölscher de Lys. vita p. 27.

6081.

In herma musei Capitolini; ediderunt Achilles Statius tab. 7. Guascus Inscr. mus. Capit. T. III. p. 216. n. 1306. Bottarius Mus. Capitol. T. I. tab. 63. Eundem titulum imagini incognitae subscriptum subditicium dedit Bottarius l. c. T. I. tab. 31.

ΛΥCΙΑC — Λυσίας. — Statius ΛΥCΙΛC.

6082.

Romae, in herma capite truncato; ediderunt Achilles Statius tab. 19. aeri incisam, Fulvius Ursinus p. 71. Boissardus P. VI. tab. 49. aeri incisam, Gallaeus tab. 89. Bellorius tab. 24.

ΜΑΞΙΜΟC
CΕΟΥΗΡΟΥ
ΡΩΜΑΙοC

Sic Statius; reliqui habent Σ pro C et Ε pro Є; Gall. Boiss. Bell. etiam □ pro Ο et □ pro Ω.

Μάξιμος Σεουήρου Ῥωμαῖος.

Faber pro Maximo philosopho habuit, qui cum Iuliano vixit. Rectius haud dubie Bellorius Claudium Maximum M. Aurelii praeceptorem statuit esse, de quo mentionem iniicit Iulius Capitolinus Vit. M. Antonini 3.

6083.

In herma mutilo olim cum capite Menandri, reperto in suburbio ad III fontes extra portam trigeminam, nunc S. Pauli, inde translato in Mausoleum Augusti; marmor postea deductum Roma Augustam Taurinorum; ediderunt Achilles Statius tab. 16. Fulvius Ursinus p. 33. aeri incisam cum Laurentii Gambarae interpret. Lat.; Lipsius Auct. Smet. p. 59. Boissardus P. VI. tab. 34. aeri incisam; Bellorins tab. 55. aeri incisam, qui integrum habuerunt hermam; ex Ursino repetiit Gruterus p. MXXVII. indeque Fleetwood Inscr. syll. p. 173. litteris minusculis; habet etiam Gronovius Thes. Ant. Gr. T. II. tab. 98. Ex schedis Comitis Ludovici Caissotti praesidis senatus Taurinensis edidit Muratorius T. II. p. DCLVI. 2. mutilam et idem ex Gronovio T. II. p. DCLVII. 1. plenam; rursus de lapide dedit Maffeius Mus. Taurin. p. CCXXIX. Editores Marm. Taur. T. I. p. 169. aeri incisam cum supplementis ex Ursino, Grutero, Gronovio petitis, et cum explicatione. Repetierunt Bonada Anthol. T. I. p. 407. Brunck. Anal. III. p. 269. Iacobs. Anthol. Palat. App. n. 185. n. 286. n. 377. Conf. Mencken. Miscell. Lips. nov. Vol. I. p. 469 sqq. Viscontus Iconogr. Gr. T. I. p. 87. not. 1. Mus. Pio-Clem. III. p. 66. edit. Mil.

Μ Ε] Ν Α Ν Δ Ρ Ο Σ

ΕΧΡΗΝΜΕΝ]ΣΤΗΣΑΙΣΥΝΕΡΩΤΙΦΙΛΩΣΕΜΕΝΑΝΔΡΕ
ΩΣΥΝΖΩΝ]ΕΤΕΛΕΙΣΟΡΓΙΑΤΕΡΠΝΑΘΕΟΥ
ΔΗΛΟΣΔΕΙ]ΦΟΡΕΩΝΑΙΕΙΘΕΟΝΟΠΠΟΤΕΚΑΙΝΥΝ
ΣΗΝΜΟΡ]ΦΗΝΚΑΤΙΔΩΝΑΥΤΙΚΑΠΑΣΣΕΦΙΛΕΙ

ΦΑΙΔΡΟΝΕ]ΤΑΙΡΟΝΕΡΩΤΟΣΟΡΑΣΣΕΙΡΗΝΑΘΕΑΤΡΩΝ
ΤΟΝΔΕΜ]ΕΝΑΝΔΡΟΝΑΕΙΚΡΑΤΑΠΥΚΑΖΟΜΕΝΟΝ
ΟΥΝΕΚΑΡΑΝ]ΘΡΩΠΟΥΣΙΛΑΡΟΝΒΙΟΝΕΞΕΔΙΔΑΞΑ
ΗΔΥΝΑΣ]ΣΚΗΝΗΝΔΡΑΜΑΣΙΠΑΣΙΓΑΜΩΝ

Ε
ΟΥΦΑΥΛΩΣ]ΕΣΤΗΣΑΚΑΤΟΦΘΑΛΜΟΥΣΣΜΕΝΑΝΔΡΕ
ΤΗΣΔΕΓΟ]ΜΗΡΕΙΗΣΦΙΛΤΑΤΕΜΟΙΚΕΦΑΛΗΣ
ΑΛΛΑΣΕΔΕΥΤ]ΕΡΑΕΤΑΞΕΣΟΦΟΣΚΡΕΙΝΕΙΝΜΕΤΕΚΕΙΝΟΝ
ΓΡΑΜΜΑΤΙΚ]ΟΣΚΛΕΙΝΟΣΠΡΟΣΘΕΝΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ

Vs. 8. extr. Grut. ΕΞΕΔΙΔΑΞΑΣ. Vs. 9. init. Ursin. ΗΔΥΝΣ, Stat. Grut. ΗΔΥΝΑΣ, Bellor. ΗΔΩΝΑΣ. Vs. 10. extr. Stat. ΣΕ, Ursin. Bellor. Σ[E]. Vs. 13. init. Ursin. ΓΡΜΜΑΤΙΚΟΣ, Bellor. ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΣ, Stat. Grut. ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΣ.

Μένανδρος.

Ἐχρῆν μὲν στῆσαι σὺν Ἔρωτι φίλῳ σε, Μένανδρε,
ᾧ σὺν ζῶν ἐτέλεις ὄργια τερπνὰ θεοῦ.
δῆλος δ' εἶ φορέων αἰεὶ θεόν, ὁππότε καὶ νῦν
σὴν μορφὴν κατιδὼν αὐτίκα πᾶς σε φιλεῖ.
Φαιδρὸν ἑταῖρον Ἔρωτος ὁρᾷς, σειρῆνα θεάτρων,
τόνδε Μένανδρον ἀεὶ κρᾶτα πυκαζόμενον,
οὕνεκ' ἄρ' ἀνθρώπους ἱλαρὸν βίον ἐξεδίδαξ[εν
ἡδύνας σκηνὴν δράμασι πᾶσι γάμων.
Οὐ φαύλως ἔστησα κατ' ὀφθαλμούς σε, Μένανδρε,
τῆσδέ γ' Ὁμηρείης, φίλτατέ μοι, κεφαλῆς·
ἀλλά σε δεύτερ' ἔταξε σοφὸς κρείνειν μετ' ἐκεῖνον
γραμματικὸς κλεινὸς πρόσθεν, Ἀριστοφάνης.

Huius hermae e regione olim positus fuit alius Homeri caput gerens idemque similibus epigrammatibus insignis, quorum in medio tetrasticho nomen proditur auctoris (n. 6092.): qui nunc dicit debuisse quidem Menandrum componi cum Amore, sine quo nulla eius fabula est (conf. Ovid. Trist. II, 1, 260.), sed non male tamen collocatum esse e regione Homeri, quum Aristophanes grammaticus ei secundas detulerit post Homerum. De auctore vide ad n. 6092. Vs. 2. συζῶν dedit Iacobsius. Versus parum elegantes. Melius auctor scripsisset:

ἐχρῆν μέν σε, Μένανδρε, θεῷ σὺν Ἔρωτι θανόντα
εἵσασθ', ᾧ σὺν ζῶν ὄργια τέρπν' ἐτέλεις.

Vs. 9. Meineke Menandr. et Philem. reliq. p. XXIX.

coniecit *γάμῳ*. Immo *γάμων* pendet ex voce *δράματα*, quae nunc proprie accipienda: omnes actiones nuptiarum, in quibus sunt etiam amores. Vs. 11. 12. nota iudicium Aristophanis grammatici.

6084.

Romae, in basi, cui olim imposita erat Menandri effigies; edidit Fulvius Ursinus p. 53. Ex schedis Ursini edidit Gruterus p. DCCCCXVIII. 12. correctius p. MXXVII. 2. Repetierunt Faber ad Gallaeum p. 56. Fleetwood Inscr. syllog. p. 304. 2. litteris minusculis cum nota; Gronovius Thes. Ant. Gr. T. II. ad tab. 98. et T. IV. p. 731. 1246. ex eoque editores Marm. Taurin. T. I. p. 170. cum nota; denique de lapide dedit Sandrius in Oderici Dissert. et Adnott. cet. Inscr. syll. p. 365. n. 3. Citat Champollion-Figeac Annal. des Lag. II. Append. p. 404. Extat in cod. Pigh. fol. 61. a. et in schedis Pyrrhi Ligorii in bibliotheca Vaticana asservatis (Libro XLIIII dell' antichità cet. p. 27. teste Welckero Mus. Rhen. III. 1845. p. 465 sq.), ubi locum Bocchignano, cui loco apud Gruterum tribuitur titulus, monetur esse vetus Forum Decium in Sabinis.

ΜΕΝΑΝΔΡΟϹ ΔΙΟΠΕΙΘΟΥϹ
ΚΗΦΙϹΙΕΥϹ ΕΓΕΝΝΗΘΗΕΠΙ
ΑΡΧΟΝΤΟϹ ϹΩϹΙΓΕΝΟΥϹ
ΕΤΕΛΕΥΤΗϹΕΝ ΕΤΩΝ·Ν̄·
ΚΑΙ·Β̄·ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟϹ
ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟ·Β̄·
ΚΑΙ·Λ̄·ΕΤΟϹ ΤΗϹ ΠΤΟΛΕΜΑΙ
ΟΥ ΤΟΥ ϹΩΤΗΡΟϹ ΒΑϹΙΛΕΙΑϹ

Sic Ursinus et Pighius. Vs. 5. post Β̄ ex schedis Ursini Gruterus priore loco addit ΜΑΙΩ, quod Holthenus in animadversionibus ad Gruter. censet in ΜΗΝΩΝ mutandum esse: falso. Neque Ursinus agnoscit illud ΜΑΙΩ, nec reliqui qui transcripserunt. Vs. 6. init. pro ΦΙΛΙΠΠΟΥ ex schedis Ursini Gruterus priore loco expressit ΦΡΑΙΠΑΟϹ; sed Ursinus expressit ΦΙΛΙΠΠΟΥ, itemque Pighius, Sandrius. Ligorius praebet ΦΑΙΔΩΝΟϹ teste Welckero, qui si putat ex hoc nomine corruptum esse ΦΡΑΙΠΑΟϹ fallitur: nam in ΦΡΑΙΠ multo facilius aliquis viderit elementa ΦΙΛΙΠ. Nec verisimile Ursinum, Pighium, Sandrium de coniectura dedisse ΦΙΛΙΠΠΟΥ. Vs. 7. init. Grut. priore loco ΚΑΙΝ.Ā., Urs. Pigh. ΚΑΙ.Ā., Camald. ΚΑΙΛ', atque ita emendasse Massonum Holthenus apud Gruterum monuit.

Μένανδρος Διοπείθους Κηφισιεὺς ἐγεννήθη ἐπὶ ἄρχοντος Σωσιγένους, ἐτελεύτησεν ἐτῶν ν̄ καὶ β̄ ἐπὶ ἄρχοντος Φιλίππου κατὰ τὸ β̄ καὶ λ̄ ἔτος τῆς Πτολεμαίου τοῦ Σωτῆρος βασιλείας.

Quas difficultates chronologicas viri docti moverunt de hoc titulo, eae parum abfuit quin suspectam redderent inscriptionem, quae sincerissima est (vide Meursium de archont. IV, 18. Biagium de decret. Athen. p. 17 sqq. Clericum Menandri et Philem. reliq. inter testimonia Menandri). Constare olim videbatur inde ab Olymp. 118, 2. usque ad Olymp. 123, 2. eponymos Atheniensium non archontes fuisse sed *ἱερεῖς τῶν Σωτήρων*. Itaque Philippus, cuius magistratus in hoc ipsum spatium temporis incidit, non archon, sed *ἱερεὺς τῶν Σωτήρων* fuisset. Sed Boeckhius me monet sese alibi demonstraturum, etiam in illo annorum intervallo archontem fuisse Atheniensium eponymum, et quae de sacerdote *τῶν Σωτήρων* tradita sunt, esse aliter explicanda. Deinde constat regno Ptolemaei Soteris qui rex fuit per annos XXIII. annos septemdecim, quibus Satrapa fuit Aegypti (a. Chr. 323-307.), annumeratos esse, ut integros annos XL regnasse censeretur (Porphyr. fragm. ap. Scaliger. Euseb. p. 59. conf. Diodor. Sic. XVIII, 2, 3. Arrian. ap. Phot. cod. LXXII.). Itaque si primus annus Ptolemaei Soteris est Olymp. 114, 2. a. Chr. 323., tricesimus secundus erit Olymp. 122, 1. quo anno etiam Clintonus (Fast. Hellen. p. 190. conf. p. 193. edit. Krüg.) posuit Philippum archontem a Dionysio memoratum. Ac mors Menandri etiam ab Eusebio assignatur Olympiadi 122 ineunti. Res aperta est; neque aliter iudicavit Holthenus in animadversionibus ap. Gruter. p. CCCXLIX. Corsinus quidem (Fast. Att. T. IV. p. 76.) Philippum archontem posuit Olymp. 121, 4., Menandrum autem mortuum statuit Olymp. 122, 3. in quo eum sequuntur Sandrius l. c. et Larcher (Herodot. VII. p. 717. conf. Meineke Menandri et Philem. fragm. p. XXV.), nisi quod Sandrius Philippum non alium putat esse quam quem Olymp. 121, 4. archontem posuit Corsinus. Sed huius calculos perstrinxit Clintonus p. XV. qui praeterea bene monet (p. 155.) quum inter Sosigenem archontem, quo natus dicatur Menander, et Philippum (Olymp. 122, 1.) nonnisi undequinquaginta archontes intercesserint, Menandrum proprie unum tantum et quinquaginta annos vixisse, etiamsi primo Sosigenis anno natus esse statuatur. Rectius hoc omnino quam quod Holthenus excogitavit Menandrum annos L, menses II vixisse, contendens quod in schedis Ursini esset ΜΑΙΩ in ΜΗΝΩΝ esse mutandum idque etiam ex collocatione Ν̄ ΚΑΙ Β̄ (pro Β̄ ΚΑΙ Ν̄) putans confirmari posse. In quo parum tenuit memoriam veterum, ut Gellii (XVII, 4.), qui versus Apollodori protulit hos:

Κηφισιεὺς ὢν ἐκ Διοπείθους πατρὸς
πρὸς τοῖσιν ἑκατὸν πέντε γράψας δράματα
ἐξέλιπε πεντήκοντα καὶ δυεῖν ἐτῶν.

cum quo Anonymus *περὶ κωμῳδίας* p. XII. consentit. Subtilius iudicium est Champollionis Figeac Annal. des Lagid. T. I. p. 376 sqq. cui Menander mortuus videtur inter mensem Novembrem a. 292. et Iunium a. 291. qui menses pertineant et ad annum Ptolemaei XXXII. et ad Olymp. 121, 4. idem tamen concedens annum Ptolemaei XXXII. simul complecti etiam priores quattuor menses Olymp. 122, 1. Quo magis mirandum, quod non Olymp. 122, 1., sed Olymp. 121, 4. mortuum esse Menandrum statuit.

6085.

In clypeo marmoreo, in quo Menandri effigies, reperto extra portam Aureliam una cum clypeo Sophoclis n. 6111.; ediderunt Fulvius Ursinus p. 33. aeri incisam, Gallaeus tab. 90. Bellorius tab. 55. Viscontus Iconogr. Gr. tab. 6. n. 3. (cf. T. I. p. 89.)

ΜΕΝΑΝΔΡΟϹ — Μένανδρος.

6086.

Ad stipitem statuae togatae; ediderunt Boissardus P. IV. tab. 123. Gronovius Thes. Ant. Gr. T. III. tab. bb. aeri incisam.

ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥΤΟΥ
ΕΦΕϹΙΟΥ

Μητροδώρου τοῦ Ἐφεσίου.

Hic quis fuerit non liquet. Putatur esse Metrodorus iunior de quo Plinius H. N. XXXV, 40, 30. Chishullus Ant. As. p. 44. dubitat an ΕΡΜΟΔΩΡΟΥ fuerit, de quo Plinius l. c. XXXIV, 11. Mutilum enim initio nomen esse in lapide. Rad. Rochettus hominem in numerum artificum rettulit (Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 355.).

6087.

Romae, in herma; ediderunt Achilles Statius tab. 2. qui versus addit alii hermae (n. 6088.) subscriptos, Fulvius Ursinus p. 12. Boissardus P. VI. tab. 43. Repetiit Viscontus Iconogr. Gr. tab. 13. n. 1. (cf. T. I. p. 130.). Extat in cod. Pigh. fol. 124. b. Citat Faber ad Gallaeum p. 57.

ΜΙΛΤΙΑΔΗΣ
ΚΙΜΩΝΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ

Μιλτιάδης Κίμωνος Ἀθηναῖος.

Vs. 1. Stat. ΜΙΛΤΙΑΔΙΗΛ, vs. 2. ΚΙΜΩΝΟΕΙ, vs. 3. ΛΘΗΝΛΙΟΣΙ; ibidem Viscont. ΑΘΗΝΑΙΟϹ.

6088.

In herma *Romae* in monte Coelio reperto; ediderunt Achilles Statius tab. 2. praemissa inscriptione alius imaginis Fulvianae (n. 6087.) distichisque inverso ordine positis, Fulvius Ursinus tab. 11. A Pighio acceptam ediderunt Smetius fol. LXV. 15. Gruterus p. CCCCXXXVIII. 6. Repetierunt Gronovius Ant. Gr. T. II. tab. 54. ex Ursino; Ferretius Mus. lapid. IV, 53. p. 301. Fleetwood Inscr. syll. p. 168. 3. litteris minusculis. Ex Smetio Bonada Anthol. T. I. p. 329. Brunckius Anal. III. p. 182. Iacobs Anthol. Palat. App. n. 292. Extat in cod. Pigh. fol. 143. a.

ΜΙΛΤΙΑΔΗϹ
QVI PERSAS·BELLO·VICIT·MARATHONIS·IN ARVIS
CIVIBVS INGRATIS·ET·PATRIA·INTERIIT
ΠΑΝΤΕϹΜΙΛΤΙΑΔΗΤΑΑΡΗΙΑΕΡΓΑΙϹΑϹΙΝ
ΠΕΡϹΑΙΚΑΙΜΑΡΑΘΩΝϹΗϹΑΡΕΤΗϹΤΕΜΕΝΟϹ

Statius qui Graeca praemisit Latinis, puncta dedit et in Graeco et in Latino titulo; item Gruterus; Pighius et Ursinus sine punctis omnia. Vs. 4. Stat. ΠΕΡCΑΕ et ΣΕΣ pro CHC.

Μιλτιάδης.

Qui Persas bello vicit Marathonis in arvis
civibus ingratis et patria interiit.
Πάντες, Μιλτιάδη, τὰ [σ'] ἀρήϊα ἔργα ἴσασιν
Πέρσαι καὶ Μαραθών, σῆς ἀρετῆς τέμενος.

Vs. 4. τὰ σ' correxerunt Brunckius et Wesselingius ad Herodot. VI. p. 501. Gruterus in Corrigendis p. CCCXL.: „melius perspicuitati consuluisset poeta, si scripsisset: ΜΙΛΤΙΑΔΗΤΑΣΑΠΑΝΤΕΣ ΑΡΗΙΑΕΡΓΑΙΣΑΣΙΝ; sed nec Latina meliora sunt". Sed pronomen σὰ elisum nec perspicuitati obest nec sine exemplo est, ut ap. Sophocl. Oedip. Reg. 330. τἄμ' ὡς ἂν εἴπω μὴ τὰ σ' ἐκφήνω κακά.

6089.

Ex marmore apud Fulvium Ursinum dedit Gallaeus tab. 92.

ΜΙΛΤΙΑΔΗϹ — Μιλτιάδης.

Videndum ne hoc marmor idem sit, quod est n. 6088. ex quo Gallaeus solum nomen transcripserit omissis distichis.

6090.

In basi statuae olim apud Hieronymum Garimbertum, ut Ursinus, apud Fulvium Ursinum, ut Gallaeus tradit, nunc in museo Neapolitano; ediderunt Fulvius Ursinus p. 30. Gallaeus tab. 96. Bellorius tab. 56. Repetierunt Gronovius Thes. Ant. Gr. T. II. tab. 73. Viscontus Iconogr. Gr. tab. 7. (cf. T. I. p. 92.)

ΜΟΣΧΙΩΝ — Μοσχίων.

Moschionem hunc pro poeta comico habuerunt priores interpretes; tragicum fuisse bene monet Meinekius Comm. Misc. Fasc. I. p. 30. Cf. eiusd. Hist. Comic. Gr. p. 522 sq.

6091.

Romae, in herma sine capite; ediderunt Achilles Statius tab. 19. aeri incisam, Fulvius Ursinus p. 55. (cf. p. 109.), Gallaeus tab. 149. Boissardus P. VI. tab. 49. Idem hic herma videtur is esse, qui est in villa Albani imposito capite Hippocratis (vide Visconti Iconogr. Gr. T. I. p. 221.).

ΞΕΝΟΚΡΑΤΗϹ
ΑΓΑΘΑΝΟΡΟϹ
ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΟϹ

Vs. 1. Urs. Gall. Boiss. Ξ, Stat. Ξ.

Ξενοκράτης Ἀγαθάνορος Καλχ[η]δόνιος.

Notus philosophus. In imagine marmorea ex aedibus Marchionis Fabritii de Maximis, quam protulerunt Bellorius tab. 39. Sponius Miscell. erud. ant. IV. p. 136. Gronovius Thes. Ant. Graec. T. II. tab. 91. incisum fertur:

ΞΕΝΟΚΡΑΤΗΣ
ΧΑΛΚΗΔΟΝΙΟΣ

vel ut Bellorius in tabula aeri incisa:

ΞΕΝΟΚΡΑΤΗϹ
ΚΑΛΚΑΔΟΝΙΟΣ

De scriptura nominis ethnici cf. Boeckhius Vol. II. p. 662. *b*.

6092.

Romae, in herma sine capite, reperto ibi, ubi n. 6083.; ediderunt Achilles Statius tab. 16. aeri incisam, Fulvius Ursinus p. 21. aeri incisam cum interpretatione Latina Laurentii Gambarae Brixiani, Lipsius Auct. Smet. p. 58. Boissardus P. VI. tab. 33. aeri incisam, Bellorius tab. 53.; repetierunt Gruterus p. CCCCXIX. 1. ex Boissardo, cum Lat. interpret. Lipsii, Gronovius Thes. Ant. Gr. T. II. tab. 19. Fleetwood Inscr. syllog. p. 173. litteris minusculis; ex Gronovio editores Marm. Taurin. T. I. p. 169. aeri incisam cum notis p. 179 sqq. unde Bonada Anthol. T. I. p. 404. Vss. 5-8. et 9-12. dedit Iacobs Anthol. Palat. (conf. Brunck. III. p. 256.) Append. n. 279. et n. 154. Citavit Faber ad Gallaeum p. 46. qui tradit caput Homeri ad hunc cippum pertinens postea repertum esse (conf. Viscontus Iconogr. Gr. T. I. p. 52 sq.).

Ο Μ Η Ρ Ο Σ
ΗΡΩΩΝΚΑΡΥΚΑΑΡΕΤΑΣΜΑΚΑΡΩΝΤΕΠΡΟΦΗΤΑΝ
ΕΛΛΑΝΩΝΔΟΞΗΣΔΕΥΤΕΡΟΝΑΕΛΙΟΝ
ΜΟΥΣΕΩΝΦΕΓΓΟϹΟΜΗΡΟΝΑΓΗΡΑΤΟΝϹΤΟΜΑΚΟΣΜΟΥ
ΠΑΝΤΟΣΟΡΑΣΤΟΥΤΟΝΔΑΙΔΑΛΟΝΑΡΧΕΤΥΠΟΝ
>
ΟΥΧΕΘΟΣΕΣΤΙΝΕΜΟΙΦΡΑΞΕΙΝΓΕΝΟΣΟΥΔΟΝΟΜΑΥΤΟ
ΝΥΝΔΕΝΕΚΑΙΛΙΑΝΟΥΠΑΝΤΑΣΑΦΩΣΕΡΕΩΙ
ΠΑΤΡΙΣΜΟΙΧΘΩΝΠΑΣΑΤΟΔΟΥΝΟΜΑΦΑΣΙΝΟΜΗΡΟΝ
ΕΣΤΙΔΕΜΟΥΣΑΩΝΟΥΚΕΜΟΝΟΥΔΕΝΕΠΟΣ
>
ΕΙΜΕΝΘΝΗΤΟΣΕΦΥΣΠΩΣΑΘΑΝΑΤΟΝΣΕΕΠΟΙΗΣΑΝ
ΜΟΥΣΑΙΚΑΙΜΟΙΡΩΝΝΗΜΑΑΝΕΚΛΩΣΑΝΑΝΑΞ
ΕΙΔΗΣΘΑΑΘΑΝΑΤΟΣΠΩΣΕΝΘΝΗΤΟΙΣΣΕΑΡΙΘΜΟΥΣΙΝ
ΟΥΜΑΣΕΤΑΥΤΕΧΡΗΝΣΕΜΝΕΠΟΙΗΤΑΦΡΟΝΕΙΝ
ΑΛΛΕΓΝΩΝΤΟΑΛΗΘΕΣΕΠΕΙΤΟΣΑΦΕΣΔΙΑΦΕΥΓΕΙ
ΑΝΘΡΩΠΟΝΦΑΣΙΝΘΕΙΕΣΕΟΜΗΡΕΠΕΛΕΙΝ

Vs. 6. de ultimo ductu, quem habent Statius, Ursinus, Bellorius, vide ad n. 4957. var. lect. Vs. 9. Lips. Grut. ΕΦΗΣ. Vs. 14. ΣΕ omittunt Stat. Boiss.

Ὅμηρος.

Ἡρώων κάρυκ' ἀρετᾶς μακάρων τε προφήταν,
Ἑλλάνων δόξης δεύτερον ἀέλιον,
Μουσέων φέγγος, Ὅμηρον, ἀγήρα[ν]τον, στόμα κόσμου
παντός, ὁρᾷς τοῦτον δαίδαλον ἀρχέτυπον.

Οὐ[κ] ἔθος ἐστὶν ἐμοὶ φράζειν γένος οὐδ' ὄνομ' αὐτό,
νῦν δ' ἕνεκ' Αἰλιανοῦ πάντα σαφῶς ἐρέω.
πατρίς μοι χθὼν πᾶσα, τὸ δ' οὔνομά φασιν Ὅμηρον·
ἔστι δὲ Μουσάων, οὐκ ἐμὸν οὐδὲν ἔπος.

Εἰ μὲν θνητὸς ἔφυς, πῶς ἀθάνατόν σ' ἐποίησαν
Μοῦσαι καὶ Μοιρῶν νῆμ' ἀνέκλωσαν, ἄναξ;
εἰ δ' ἦσθ' ἀθάνατος, πῶς ἐν θνητοῖς σ' ἀριθμοῦσιν;
οὐ μὰ σὲ ταῦτ' ἐχρῆν, σεμνὲ ποιητά, φρονεῖν.
ἀλλ' ἔγνων τἀληθές, ἐπεὶ τὸ σαφὲς διαφεύγει,
ἄνθρωπόν φασιν, θεῖέ σ' Ὅμηρε, πέλειν.

Huius hermae e regione olim stetit herma Menandri (n. 6083.). Utrumque hermam esse ex bibliotheca villae, quam Aelianus (vs. 6.) sibi struxit in via Ostiensi, coniecerunt Gerastus Falkenburgius ad Nonni Dionysiaca (teste Cupero Apoth. Hom. p. 94.) et Ursinus, existimantes Aelianum eundem esse, cuius de animalibus Graece scripti extant libri. Huius autem Aeliani versus esse in utroque herma inscriptos etiam deinceps crediderunt viri docti (Faber ad Gallaeum p. 57. Editores Marm. Taurin. p. 180 sq.). Neque hoc dissimile veri. Quod autem Aelianus putatur Romae habuisse villam, id confirmari videtur notitia, quam ex schedis Pyrrhi Ligorii in bibliotheca Vaticana asservatis eruit Welckerus (Mus. Rhen. III. 1845. p. 466.). Profert ibi Ligorius imaginem Menandri ex herma reperto una cum herma Homeri aliorumque poetarum in villa Claudii Valeriani Aeliani Praenestini, quae tum vocabatur Casale di Valeriano. Nec dubium quin, quos Ligorius memorat hermas Menandri et Homeri, sint hi ipsi, ex quibus inscriptiones dedimus n. 6083. 6092. Quod

si ita est, versus aetate Marci Aurelii confecti; quorum tetrastichum primum adumbratum videtur ex Antipatri Sidonii epigrammate (Brunck. Anal. III. p. 256. Iacobs. Anthol. Palat. I. p. 307.):

ἡρώων κάρυκ' ἀρετᾶς μακάρων τε προφήταν,
'Ελλάνων βιοτᾷ δεύτερον ἀέλιον,
Μουσῶν φέγγος, Ὅμηρον, ἀγήραντον, στόμα κόσμου
παντὸς ἀλιῤῥόθιος, ξεῖνε, κέκευθε κόνις.

De vss. 9-11. editores Marm. Taurin. comparant Antipatri epigramma hoc:

εἰ θεός ἐστιν Ὅμηρος, ἐν ἀθανάτοισι σεβέσθω,
εἰ δ' αὖ μὴ θεός ἐστι, νομιζέσθω θεὸς εἶναι.

Vixit autem Antipater Catonis Uticensis temporibus. De monumentis Homeri dixit Müllerus Enchir. arch. p. 671. ed. alt.

6093.

In herma muliebri; ediderunt Bottarius Mus. Capitol. T. I. tab. II. p. 5. Guascus Mus. Capitol. Inscr. T. III. p. 214.

ΑΙΛΙΑ
ΠΑΤΡΟΦΙΛΑ

Αἰλία Πατροφίλα.
Videtur sepulcralis esse.

6094.

In imagine sine capite, reperta Tibure; edidit Viscontus Mus. Pio-Clem. T. I. p. 14. edit. Mil. p. 51. Cf. Iconogr. Gr. T. I. p. 126.

ΠΕΙϹΙϹΤΡΑΤΟϹ

Πεισίστρατος.

6095.

In herma a. 1780. in villa Cassii Tiburtina reperto una cum herma Biantis (n. 6035.), Thaletis (n. 6059.), Cleobuli (n. 6073.), Pittaci (n. 6101.), Solonis (n. 6109.); herma est in museo Vaticano; edidit Viscontus Mus. Pio-Clem. T. VI. tab. 22. 25. et T. I. p. 13. edit. Mil. p. 49. Iconogr. Gr. tab. 9. n. 1. 2. aeri incisam (conf. T. I. p. 104 sq.). Edita est etiam in libro: A description of the collection of ancient marbles in the British museum T. II. tab. XLII. Citat Lebas Inscr. Gr. et Lat. Fasc. III. p. 198.

ΠΕΡΙΑΝΔΡΟΣ
ΚΥΨΕΛΟΥ
ΚΟΡΙΝΘΙΟΣ

ΜΕΛΕΤΗ ΠΑΝ

Περίανδρος Κυψέλου Κορίνθιος.
Μελέτη πᾶν.
Conf. ad n. 6035.

6096.

Sub capite Periclis reperto a. 1781. in villa Cassii prope Tibur; edita est in libro: A description of the collection of ancient marbles in the British museum T. II. tab. XXXII. et ap. Stuart. Antt. Att. Vol. II. p. 42. conf. p. 46.

ΠΕΡΙΚΛΗΣ — Περικλῆς. — Conf. n. 6097.

6097.

In herma Periclis ibidem reperto; edidit Viscontus Mus. Pio-Clem. T. VI. tab. 29. conf. p. 43. edit. Mil. p. 152. et T. I. p. 14. edit. Mil. p. 52. Iconogr. Gr. tab. 15. (conf. T. I. p. 140.) Citatur in libro Britannico ad n. 6096. citato T. II. ad tab. XXXII.

ΠΕΡΙΚΛΗΣ
ΞΑΝΘΙΠΠΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ

Περικλῆς Ξανθίππου Ἀθηναῖος.
Conf. n. 6096.

6098.

In herma in monte Coelio reperto; protulit Faber ad Gallaeum p. 58. qui tradit esse in eo herma etiam distichon Graecum et Latinum „ex eius hermae versibus etsi vetustate litteris corrosis et evanescentibus fabula originis Persei colligitur ex Danae et Iove in aurum converso".

ΠΕΡΣΕΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΥ

Περσεὺς Τυράννου.

Nescio qui intelligendus sit: nisi forte est Perseus ultimus rex Macedoniae, ut ΤΥΡΑΝΝΟΣ legendum sit; quamquam hoc quoque insolens.

6099.

Sub statua capite privata; ediderunt Fulvius Ursinus p. 37. Gallaeus tab. 110. Bellorius tab. 60. repetiit Gronovius Thes. Ant. Gr. T. II. ad tab. 60. Pindarus, si modo Pindarus est, stat velut lyra cantaturus, ut ait Faber ad Gallaeum p. 63.

ΠΙΝΔΑΡΟϹ — Πίνδαρος. — Conf. n. 6100.

6100.

In herma sine capite reperto in villa Cassii Tiburtina; edidit Viscontus Mus. Pio-Clem. T. VI. tab. 22. cf. p. 36. edit. Mil. p. 132. et T. I. p. 14. edit. Mil. p. 51.

ΠΙΝΔΑΡΟϹ — Πίνδαρος.

Idem titulus est in herma musei Capitolini, qui impositum habet caput Sophoclis (Guascus Inscr. mus. Capitol. T. III. p. 216. Bottarius Mus. Capitol. T. I. tab. 38.); quem titulum spurium esse vidit Bottarius (cf. Viscont. Iconogr. Gr. T. I. p. 95.). Etiam Caninius Iconogr. Rom. 1669. n. 38. edidit caput Pindari quod non videtur esse Pindari.

6101.

In herma sine capite reperto in villa Cassii Tiburtina una cum hermis Biantis (n. 6035.), Thaletis (n. 6059.), Cleobuli (n. 6073.), Periandri (n. 6095.), Solonis (n. 6109.); edidit Viscontus Pio-Clem. T. VI. tab. 22. aeri incisam, edit. Mil. p. 130. (cf. T. I. p. 14. edit. Mil. p. 49.); Iconogr. T. I. p. 117. Citat Lebas Inscr. Gr. et Lat. Fasc. III. p. 198.

ΠΙΤΤΑΚΟΣ
ΥΡΡΑ
ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΟΣ
ΚΑΙΡΟΝΓΝΩΘΙ

Πίττακος Ὕῤῥα Μυτιληναῖος.
Καιρὸν γνῶθι.

Pater Pittaci Ὕῤῥας (Aeol. Ὕῤῥας) est. Nomen patronymicum Ὑῤῥάδιος, quod Pittaco certatim vindicant grammatici, ex peculiari forma genitivi Ὕῤῥαδος natum videtur. Hoc ab aliis patri ipsi tribuitur sollemni vitio, a quo vix tutum velle liberare Callimachum, qui scripsit: παῖδα τὸν Ὑῤῥαδίου (Diog. Laert. I, 81.). De nomine pluribus disseruerunt Seidlerus Mus. Rhen. philol. III, 2. p. 222 sqq. et H. L. Ahrens ibid. VI, 3. p. 354 sqq. et in libro de dialecto Aeolica p. 157 sq. ubi collecta sunt grammaticorum testimonia. Conf. Boissonade ad Callimach. p. 181. De sententia adscripta conf. ad n. 6035.

6102.

In herma sine capite; ex aedibus Octaviani Zenonis prope theatrum Pompeii edidit Achilles Statius tab. 18. aeri incisam, Boissardus P. VI. tab. 48. aeri incisam. Deinde dedit Fulvius Ursinus p. 53. aeri incisam, unde petierunt Faber ad Gallaeum p. 65. Bellorius tab. 28.

ΠΛΑΤΩΝ
ΑΡΙCΤΩΝΟC
ΑΘΗΝΑΙΟC

Vs. 2. Ursinus ΑΡΙΣΤΩΝΟC.
Πλάτων Ἀρίστωνος Ἀθηναῖος.

6103.

In herma prope Tibur reperto; misit Secchius ad Academiam regiam Borussicam, quae edidit Monatsbericht über die zur Bekanntmachung geeigneten Verhandlungen cet. 1846. m. Aug. p. 273 sq. unde repetiit Gerhardus Archäolog. Zeitung 1846. p. 343. cum ridicula Secchii interpretatione.

ΠΛΑΤΩΝ
ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ

ΑΙΤΙΑ·ΕΛΟΜΕ
ΝΩ·ΘΕΟΣ
ΑΝΑΙΤΙΟΣ

ΨΥΧΗΔΕ·ΠΑΣΑ
ΑΘΑΝΑΤΟΣ

Πλάτων Ἀρίστωνος Ἀθηναῖος.
Αἰτία ἑλομένῳ· θεὸς ἀναίτιος.
Ψυχὴ δὲ πᾶσα ἀθάνατος.

Verba subscripta partim ex Plat. Rep. X. p. 617. E. αἰτία ἑλομένου· θεὸς ἀναίτιος, partim ex Phaedr. p. 245. C. ψυχὴ δὲ πᾶσα ἀθάνατος desumpta esse monuit Boeckhius. Litterarum formae eaedem sunt, quae in hermis aliis Tiburtinis habentur (cf. n. 6035. 6059. 6073. 6095. 6101. 6109.).

6103. *b.*

Romae, deinde Florentiae, in simulacro Platonis Athenis reperto, quod putatur Laurentius Medicis emisse ab Hieronymo de Pistoia; edidit Bellorius tab. 27. aeri incisam, qui ut marmor Fulvianum dedit; repetierunt Gronovius Thes. Ant. Gr. T. II. tab. 83. Viscontus Iconogr. Gr. tab. 18. (cf. T. I. p. 172 sq.); adde Mus. Pio-Clem. T. I. tab. a. (in fine) n. 8.

ΠΛΑΤΩΝ — Πλάτων.

Idem titulus (ΠΛΑΤΩΝ) habetur in gemma apud Fulvium Ursinum p. 53. Bellorium tab. 28. (conf. Gallaeus tab. 112.)

6103. *c.*

In statua parva, cuius exemplar gypseum extat *Romae*; edita est Monum. ined. Inst. arch. Rom. T. III. tab. 7. descripsit Braunius Annal. Vol. XI. p. 207 sqq.

ΛΑΤΩΝ — [Π]λάτων.

Vide Braunium l. c. et Welckerum Annal. iisdem Vol. XVIII. p. 142.

6104.

Romae, sub statua, quam Athenis in theatro olim positam fuisse coniicit Viscontus; ediderunt Bellorius tab. 61. Gronovius Thes. Ant. Gr., T. II. tab. 100. Viscontus Iconogr. Gr. tab. 6. n. 6. aeri incisam (conf. T. I. p. 91.); statua ipsa accurate edita est in Visconti Mus. Pio-Clem. T. III. tab. 16.

ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΣ — Ποσείδιππος.

Est poeta comicus. Vide Meineke Hist. Comic. Gr. I. p. 482.

6105.

In pectore imaginis marmoreae, olim apud Card. Farnesium, nunc Neapoli (vide Gerhard et Panofka Neap. ant. Bildw. I. p. 104. n. 360.); ediderunt Gallaeus tab. 118. (edit. alt. tab. 117.) aeri incisam, Bellorius tab. 29. aeri incisam. Repetierunt Gronovius Thes. Ant. Gr. T. III. tab. ss. aeri incisam, Caylus Rec. d'antiq. T. IV. P. III. tab. 56. 3. aeri incisam (conf. p. 167.), Viscontus Iconogr. Gr. tab. 24. (cf. T. I. p. 209.)

ΠΟΣΙΔΩΝΙΟΣ

Ποσιδώνιος.

Est philosophus Stoicus, Ciceronis praeceptor, Panaetii discipulus (Strab. XIV. p. 653 sqq. conf. C. G. Zumpt Über den Bestand der philos. Schulen zu Athen cet. 1843. p. 80 sq.).

6106.

Romae, sub imagine; ediderunt Bellorius tab. 63. ex schedis Pyrrhi Ligorii in bibliotheca Vaticana asservatis, Gronovius Thes. Ant. Gr. T. II. tab. 34. aeri incisam.

ΣΑΠΦΩ
ΕΡΕΣΙΑ

Σαπφὼ
Ἐρεσία.

Eresus oppidum fuit Mytilenaeis subditum, ut Eleusis Atheniensibus; hinc Sappho est Eresia, quae vulgo Mytilenaea audit. De duplici Sapphone commenta vide ap. Welckerum Opusc. T. II. p. 129 sqq.

6107.

Romae, in pallio statuae barbatae; ediderunt Winckelmannus Monum. ined. n. 163. (conf. Geschichte der Kunst p. 241.) et Viscontus Mus. Pio-Clem T. II. tab. 41. (conf. p. 81 sq. edit. Mil. p. 257. et T. VII. p. 99.), qui de hac statua disserit Musée Français n. 45. et Mémoire sur les ouvrages de sculpture dans la collection de Mr. Comte d'Elgin p. 125.

ϹΑΡΔΑΝΑΠΑΛΛΟϹ

Σαρδανάπαλλος.

De orthographia nominis vide Wesselingium ad Herodot. II, 150. conf. Elem. epigr. Gr. p. 247. Sic necessario in versu heroico scriptum nomen in papyro Parisino nuper detecto:

οὔ μοι Σαρδανάπαλλος ἀρέσκει τὴν διάνοιαν.

6108.

Romae, olim in domo de Mellonis, in statua, ut videtur; ex Piccarti collectaneis edidit Reinesius Epist. ad Hoffmannum et Rupertum p. 544. et Synt. inscr. Cl. III. n. LXVI. p. 327. ex libro ms. antiquo Donius Cl. II. n. 170. p. 104. inde Muratorius T. I. p. CCLXX. 2. Repetierunt Cini Miscellan. c. 46. C. Dati Vit. dei pittori p. 116. Bracci Memor. degli incisori T. II. p. 269. Sillig. Catal. artif. p. 263. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 343. Questions de l'hist. de l'art p. 80.

ΣΕΛΕΥΚΟΣΒΑΣΙΛΕΥΣ
ΛΥΣΙΠΠΟΣΕΠΟΙΕΙ

Σέλευκος βασιλεύς. Λύσιππος ἐποίει.

Artifex Lysippus celeber est, cuius Hercules marmore expressus est n. 6163. De aetate Lysippi vide R. Rochettum Lettre à Mr. Schorn l. c.

6109.

In herma sine capite reperto in villa Cassii Tiburtina una cum hermis Biantis (n. 6035.), Thaletis (n. 6059.), Cleobuli (n. 6073.), Periandri (n. 6095.), Pittaci (n. 6101.); ediderunt Venutius Monum. Matth. T. II. Cl. 7. p. 69. accuratius Viscontus Mus. Pio-Clem. T. VI. tab. 22. aeri incisam p. 35. edit. Mil. p. 130. (conf. T. I. p. 14. edit. Mil. p. 49.). Citat Lebas Inscr. Gr. et Lat. Fasc. III. p. 198.

ΣΟΛΩΝ
ΕΞΗΚΕΣΤΙΔΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΜΗΘΕΝΑΓΑΝ

Σόλων Ἐξηκεστίδου Ἀθηναῖος.
Μηθὲν ἄγαν.
Conf. n. 6035.

6110.

In imagine in museo Florentino; edidit Gorius Inscr. Etrur. T. I. n. 207. p. 74. deinde Viscontus Iconogr. Gr. tab. 9. n. 3. (conf. T. I. p. 108.) aeri incisam.

ϹΟΛΩΝ
ΟΝΟΜΟΘΕΤΗϹ

Paulo aliter Gorius, qui habet Ω, bis Ο, et Θ, articulo collocato in vs. 1.

Σόλων ὁ νομοθέτης.

Inscriptionem aetatis esse satis recentis litterae testantur. Hermam Sophoclis, non Solonis esse conicit Braunius Bullett. dell' Instit. arch. Rom. 1847. p. 21.

6111.

In clypeo marmoreo, cui oppositus erat clypeus n. 6085. ediderunt Fulvius Ursinus p. 25. aeri incisam; Gallaeus tab. 136. aeri incisam; Bellorius tab. 64. aeri incisam. Repetierunt Gronovius Thes. Ant. Gr. T. II. ad tab. 62. Viscontus Iconogr. Gr. tab. 4. n. 3. (conf. T. I. p. 81 sq.)

ϹΟΦΟΚΛΗϹ

Σοφοκλῆς.

Conf. n. 6112. 6808.

6112.

Sub imagine marmorea in museo Vaticano; edidit Viscontus Mus. Pio-Clem. T. VI. tab. 27. (conf. p. 40.) et Iconogr. Gr. tab. 4. n. 1. 2. (conf. T. I. p. 81. edit. Mil. p. 142.) aeri incisam.

. . ΦΟΚΛΗϹ

[Σο]φοκλῆς.

Conf. n. 6111. Alia protome nomen Sophoclis (ΣΟΦΟΚΛΗΣ) exhibens asservatur in museo Worsleiano. Vide Welckerum Annal. Inst. archeol. Rom. XVIII. 1846. p. 130: qui praeterea duas alias imagines cum nomine ϹΟΦΟΚΛΗϹ memorat.

6113.

Romae, in herma capite privato; ediderunt Fulvius Ursinus p. 54. conf. p. 109. Gallaeus tab. 137. aeri incisam, Bellorius tab. 36. Montfaucon Palaeogr. Gr. p. 153.

ϹΠЄΥϹΙΠΠΟϹ
ЄΥΡΥΜЄΔΟΝΤΟϹ
ΑΘΗΝΑΙΟϹ

Vs. 1. Ursin. ϹΠЄΥϹΙΠΠΟϹ, Gall. ϹΠЄΥϹΙΠ ΠΟϹ. Vs. 2. Bell. ЄΥΡΥΜ cet.

Σπεύσιππος Εὐρυμέδοντος Ἀθηναῖος.

Notus gener Platonis et successor eius.

6113. *b.*

Hermae fragmentum Tibure repertum in bibliotheca Monasterii D. Gregorii collocatum; editum est Mus. Sanclement. numismat. T. III. tab. 40. 5. et p. 172. unde repetiit Welckerus Opusc. I. p. 151.

. . ΓΗΣΙΧΟΡ . .
. . ΚΛΕΙΔΟ . .
. . ΜΕΡΑΙΟ .

Στ]ησίχορ[ος
Εὐ]κλείδο[υ
Ἱ]μεραῖο[ς.

Plato Phaedr. p. 244. Stesichori patrem Euphemum vocat ironice, ut vidit Schneidewinus Ibyc. p. 39. Euphemum etiam alii vocant Platonem secuti. Vide Welckerum l. c.

6114.

In imagine Socratis marmorea; ediderunt Fulvius Ursinus p. 51. aeri incisam, Bellorius tab. 34. Repetiit Gronovius Thes. Ant. Gr. T. II. ad tab. 66.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

Σωκράτης.

Subditicia videtur inscriptio hermae ex amphitheatro Vaticano ap. Achill. Statium tab. 6.

ΣΟΚΡΑΤΗΣ (sic)
ΣΟΦΡΟΝΙΣΚΟΥ (sic)
ΑΘΗΝΑΙΟΣ

6115.

In herma Socratis apud Fulvium Ursinum, in quo nomen Socratis (ϹѠΚΡΑΤΗϹ); citavit Faber ad Gallaeum p. 75. edidit Viscontus Mus. Pio-Clem. T. VI. p. 42. edit. Mil. p. 149. et Iconogr. Gr. T. I. p. 167. Conf. Gerhard et Panofka Neapels ant. Bildw. I. p. 97. n. 325.

ΕΓΩΟΥΝΥΝΠΡΩ
ΤΟΝΑΛΛΑΚΑΙΑΕΙΤΟΙ
ΟΥΤΟΣΟΙΟΣΤΩΝ
ΕΜΩΝΜΗΔΕΝΙΑΛ
ΛΩΙΠΕΙΘΕΣ : . .
ΗΤΩΙΛΟΓΩΙΟΣΑΝ
ΜΟΙ . . . . ΖΟΜΕ
ΝΩΙΒΕΛΤΙΣΤΟΣ
ΦΑΙΝΗΤΑΙ

Ἐγὼ οὐ νῦν πρῶτον ἀλλὰ καὶ ἀεὶ τοιοῦτος οἷος τῶν ἐμῶν μηδενὶ ἄλλῳ πείθεσ[θαι] ἢ τῷ λόγῳ ὅς ἄν μοι [λογι]ζομένῳ βέλτιστος φαίνηται.

Verba desumpta ex Critone Platonico p. 46. B. ubi legitur: ὡς ἐγὼ οὐ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ τοιοῦτος cet.

6116.

In herma sine capite ex monumentis Jenkinsii; extat in Catal. monum. Jenkinsii p. 35. n. 17.

ϹѠΚΡΑΤΗϹ

Σωκράτης.

Conf. n. 6114. 6115. 6808.

6117.

Romae, in herma sine capite; edidit Sponius Miscell. erud. antiq. IV. p. 135. cum nota; deinde Venutius Monum. Matth. T. III. Cl. x. s. 6. p. 118. n. 8. Repetierunt Viscontus Iconogr. T. I. p. 150. et Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 389. Citat Sillig. Catal. artif. p. 481.

ΤΙΜΟΘΕΟΣΑΘΗΝ. . . .
ΠΟΛΥΚΡ. . . . .

Τιμόθεος Ἀθην[αῖος.
Πολυκρ - - - [ἐποίησεν.

Timotheus videtur imperator Atheniensis ille notus esse. Artifex aut Πολύκριτος aut Πολυκράτης fuerit aut simile nomen. Polycratem esse coniiciunt Viscontus et Rochettus (conf. Sillig. l. c.), ut caput Timothei ex aere Polycratis desumptum sit.

6118.

Romae, in villa Matthaei in fragmento basis; ediderunt Sponius Miscell. erud. antiq. IV. p. 137. Venutius Monum. Matth. T. III. Cl. x. s. 6. p. 116. n. 4. cum Lat. interpret. Ex Sponio petiit Viscontus Iconogr. Gr. T. I. p. 272. Citat R. Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 413.

ΥΠΕΡΙΔΗΣΡΗΤΩΡ
ΤΕΥΣΙΑΛΗΣΕΠΟΙΕΙ

Ὑπερίδης ῥήτωρ.
[Ζ]ευ[ξ]ιά[δ]ης ἐποίει.

Vs. 2. nomen artificis correxit Viscontus. Certe Zeuxiades nomen est artificis. Vide Sillig. p. 417.

6119.

In herma sine capite reperto in villa Cassii Tiburtina; edidit Viscontus Mus. Pio-Clem. T. VI. tab. 22. aeri incisam, p. 36. edit. Mil. p. 133. et T. I. p. 14. edit. Mil. p. 52.

ΦΕΙΔΙΑϹ — Φειδίας.

6120.

In herma sine capite; ediderunt Fulvius Ursinus p. 16. Gallaeus tab. 109. aeri incisam.

ΦΩΚΙΩΝ
ΣΩΦΙΛΩΥ
ΑΘΗΝΑΙΩΣ

Ursinus vs. 1. ΦΟΚΙΩΝ, vs. 2. ΣΟΦΙΛΟΥ, vs. 3. ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

Φωκίων Σοφίλου Ἀθηναῖος.

Mirum est Plutarchum nomen patris Phocionis non novisse.

6121.

In imagine; edidit Bellorius tab. 85. cum lemmate: „Cinguli (Picenae terrae) apud Antoninum Marium Castiglionem" (cf. p. 9.), indeque Gronovius Thes. Ant. Gr. T. II. tab. 95.

ΦΩΚΙΩΝΟϹ — Φωκίωνος.

6122.

Sub statua hominis quem amplectitur stantem puerulus, reperta ad thermas Diocletiani. Interpretantur Bacchum esse et Ampelum. Edidit Boissardus P. IV. tab. 120. aeri incisam. Habet Montfaucon Antiq. expl. Vol. II. p. 11. Repetiit Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 388 sq. et Questions de l'histoire de l'art, Par. 1846. p. 144 sq. cf. p. 74. Citat Sillig. Catal. artif. p. 358.

In superficie plana basis:
ΠΛΟΚΑΜΟϹ
ЄΠΟΙΗϹЄ
In plintho anteriore:
ΦΟΚЄΙΩΝ ϹΥΝ ΜΥΡ

Πλόκαμος ἐποίησε.
Φ[ω]κείων σὺν Μυρ - - -

Ultima ficticia esse et Boeckhius monet in schedis et Rad. Rochettus suspicatur.

6123.

In herma sine capite; edidit Viscontus Mus. Pio-Clem. T. I. p. 14. edit. Mil. p. 51. conf. Iconogr. Gr. T. I. p. 150.

ΧΑΒΡ.... — Χαβρ[ίας
ΚΤΗΣ... — Κτησ[ίππου
ΑΙΞΩΙ... — Αἰξω[νεύς.

Chabriae celebris imperatoris Atheniensium filius fuit Ctesippus testantibus Demosthene (in Lept.) et Plutarcho (Phoc.); hinc verisimile fit Chabriae patrem fuisse Ctesippum. Aexonensem eum fuisse etiam ex Demosthenis personati oratione contra Neaeram p. 1356. colligi potest, ubi commemoratur Chabrias Aexonensis victor Pythiis quadriga Olymp. 101, 3. qui Chabrias manifesto idem ille est dux Atheniensium. Monuit Viscontus. Inscriptionem desumptam esse ex exemplari Attico docet demi mentio.

6124.

Iuxta imaginem musivo opere imperfecte expressam, *Romae* repertam sub Aventino, quam bibliothecae capituli Metropol. Veronensis intulit Blanchinus, qui edidit Demonstr. hist. eccles. quadripart. saec. II. tab. 11. n. 127. T. I. P. II. p. 556. Conf. Ficoroni Notizie d' antichità n. 22. in Feae Miscellaneis p. CXXVI. et Viscontus Iconogr. Gr. tab. 11.

ΓΝΩΘΙ — Γνῶθι
ϹΛΥΤΟΝ — σ[α]υτόν.

Chilonis imaginem esse ob symbolum adscriptum coniecerunt Blanchinus et Winckelmannus. Cf. n. 6808. et Welckerus Annal. Inst. arch. Rom. XVIII. 1846. p. 132.

ΛΟΙΜΟΣ
ΚΑΛΧΑΣ
ΘΕΤΙΣ
ΑΧΙΛΛΕΥΣ
ΕΚΑΒΗ

6124. *b.*

In pariete villulae sub Latina Almonem versus; sub imagine fluvii iacentis, qui dextra arundinem tenet, sinistra in urnam incumbit; edidit Fabrettus Inscr. c. x. p. 672. n. 5. cum nota.

ΚΕϹΤΡΟϹ Κέστρος. Notus fluvius est Pamphyliae.

6125.

Tabula Iliaca prope Bovillas in via Appia in agro principum Columnensium, qui Frattocchie vulgo dicitur, in ruderibus veteris aedis sacrae reperta paulo ante annum 1683, in museum Roccium illata, inde ab heredibus Rocciorum Clementi XIII. P. M. dono data, ab eoque in museo Capitolino collocata, ubi etiam nunc asservatur. Tabula, ad sinistram mutila, alta pollices XII, lata pollices XIV, crassa fere dimidiam Romani pedis unciam, ex materia est tectoria marmori simillima, sed minus ponderosa, quam a Vitruvio VII, 3. describi putant Fabrettus et Fogginus; ex topho calcario factam et hanc tabulam et fragmentum Berolinense (n. 6128.) statuit Hirtius (vide Boettigeri Amalth. I. p. 225. cf. II. p. XIX.); materiam marmor Palumbinum vocant alii (conf. Gerhard Annal. dell' Inst. Arch. I. p. 229.). Edidit Raph. Fabrettus de columna Traiani syntagm. 1683. p. 315. aeri incisam cum commentario; ex eoque repetierunt L. Begerus Bell. et excid. Troian. 1699. 4. qui singulas imagines aereis tabulis maiori modulo rudique fabrica exprimendas curavit; Montfaucon Ant. expl. T. IV. P. II. p. 302. aeri incisam; accuratius edidit Fogginus Mus. Capitol. T. IV. tab. 68. aeri incisam cum commentario (p. 327 sqq.), Millin Gal. myth. tab. CL. n. 558. Inghirami Galleria Omerica 1828. tab. III. XV. XXVIII. XXXVII.; accuratissime tabulam expressit Tischbein Homer nach Antiken gezeichnet, mit Erläuterungen von Schorn, Stuttg. 1821. fol. p. 13. quem secuti sumus. Nuper repetiit et illustravit C. G. Müller de cyclo Graecorum epico p. 149 sqq. (cf. Welcker Allg. Schulzeitung 1831. Abth. II. n. 8.). Disseruerunt de hac tabula Venutius Monum. Matth. T. II. Cl. II. p. 17. Barthelemyus Act. Acad. Inscr. T. XXVIII. p. 600 sq. Heyne Hom. Il. T. I. p. LXVII. et Sammlung antiq. Aufsätze I. p. 31. Tychsen Proleg. ad Q. Smyrn. Odofr. Müller Classical Journ. Vol. XXVI. Welcker Annal. dell' Inst. di corrisp. arch. I. 1829. p. 227 sq. et in libro de cyclo epico (Mus. Rhen. Suppl. 1835. p. 214. cf. Mus. Rhen. III. 1845. p. 463. Opusc. I. p. 181 sqq. Odofr. Müller Zeitschr. f. Alterthumsw. 1835. n. 145. p. 1164.), Otto Jahn Kieler Studien p. 127 sq. (cf. Gerhard Archäol. Zeitung 1844. p. 302.)

[*Textum vide in tabula inserta.*]

Varia lectio eorum, quae in columna insculpta sunt: vs. 12. extr. ΒΟΥ omittit Fabrettus. Vs. 13. init. ΛΕΥ omittit Fabr. Vs. 22. ΤΟΥΣΛΟΓΟΥΣ bis incisa est in tabula. Vs. 49. ΤΑΕΠΙ omittit Fabr., habet Fogginus. Vs. 50. Fabr. . ΗΣΑΣ, Fogg. . ΗΞΑΣ. Vs. 51. ΤΩΤΕΙΧΕΙ omittit Fabr., habet Fogg. Vs. 77. ΑΓΓΕΛ omittit Fabr., habet Fogg. Vs. 78. Fabr. ΔΙΑΧΙΛ. . . . . . Φ. . ., Fogg. ΛΙΑΝ. . . ΕΙ. . . ΛΑ. . Φ. . . quae composui. Vs. 88. extr. Fabr. ΔΕ. ., Fogg. ΤΡΩΑΣ. Vs. 89. init. Fabr. ΤΟΝ, Fogg. ΕΙΣ. Vs. 90. ubi ΑΣΤΕΡΟΠΑΙΟΝ, Fabr. habet . . . ΟΠΛΙΟΝ. Vs. 91. Fabr. ΤΟΝ. Vs. 93. init. Fabr. ΤΟΝ, Fogg. ΤΩΝ. Vs. 98. pro ΤΙΘΗΣΙΝ lacunam notat Fabr. Vs. 100. Fabrettus nihil in hoc versu nisi ΤΩΝΑΓΙΣ, Fogginus quae dedi.

Imago primaria mediam tabulam occupans duabusque septa columnis excidium Troiae exhibet inscripto titulo: Ἰλίου πέρσις κατὰ Στησίχορον, cui titulo quod subiicitur Τρωϊκός, id ad totam tabulam pertinet, ut viderunt recentiores interpretes, Tychsenius et Boettigerus, qui κύκλος, Wüllnerus de cyclo epico p. 4. et Welckerus in Annal. Inst. arch. l. c. p. 240. qui rectius vocabulum πίναξ supplendum censuerunt; ut non opus sit Fabrettum et Fogginum refutare de titulo poematis Stesichori interpretantes. In margine extra columnas utrinque segmentis duodenis res Iliadis repraesentantur, initio facto in fascia superiore, quae tanquam epistylium imposita columnis est. Columna sinistra una cum segmentis duodecim lateralibus interiit. Basis columnarum per totam areae latitudinem porrecta in segmenta divisa est duo, quorum superius res Aethiopidis, inferius res Iliadis parvae repraesentatas exhibet. Ad imagines in marginibus tabulae expressas pertinent tituli in inferiore parte areae incisi:

Ἰλιὰς κατὰ Ὅμηρον.

Αἰθιοπὶς κατὰ Ἀρκτῖνον τὸν Μιλήσιον.

Ἰλιὰς ἡ μικρὰ λεγομένη κατὰ Λέσχην Πυῤῥαῖον.

In columnarum facie argumenta rhapsodiarum Iliadis strictim insculpta fuerunt, non tamen ut expositio eorum ubique faciat ad illustranda anaglypha. Voluit igitur auctor columnas censeri ad Iliadem celebrandam pertinere: hinc in fascia basis superiore perscriptum distichon hoc:

Ὦ φίλε παῖ, Θεοδ]ώρηον μάθε τάξιν Ὁμήρου,
ὄφρα δαεὶς πάσης μέτρον ἔχῃς σοφίας,

quae restitutio debetur Lehrsio. Vide infra.

Nos in exponendis tabulae inscriptionibus eum ordinem sequimur, ut initio facto a marginibus primum Homerica inspiciamus, deinde ad ea, quae vulgo Posthomerica vocantur, progrediamur.

I. Homerica. Ἰλιὰς κατὰ Ὅμηρον. Argumentum primae rhapsodiae Iliadis repraesentatur in superiore fascia intermedia columnis superimposita tanquam epistylio, quae quidem fascia ad sinistram mutila est: ἱερὸν Ἀπόλλωνος Σμινθέως et Χρύσης ad aram sacrificans, diras poenas imprecans Achivis (Il. I, 35.); pone templum Apollo sagittam mittens, et homo moriens, cuius ad pedes canis et aries: λοιμὸς (vs. 48 sqq.); vaticinans Κάλχας adstat ad auctorem pestis conversus (vs. 93 sq.). Deinceps considentes in conventu Ἀγαμέμνων et Νέστωρ; prope Ἀχιλλεὺς districto gladio, quem distinet Ἀθηνᾶ armata, arrepta coma Achillis (vs. 194 sq.). Post conspicitur Ὀδυσσεὺς τὴν ἑκατόμβην τῷ θεῷ ἄγων et Χρυσηΐς, quam prope templum amplectitur Chryses (vs. 442 sq.). Postremo Θέτις prostrata ante pedes Iovis in throno sedentis (vs. 495 sqq.). In animalibus ad hecatombam repraesentatis mirum quod praeter bovem habentur aries, hircus, sus; in quo artifex Schornio videtur significasse suovetaurilia, qualia exhibentur etiam in picturis apud Maium Iliad. fragm. antiq. tab. IV. VIII. Reliquarum

rhapsodiarum (II-XII.) argumenta exposita fuerunt in segmentis ad sinistram lateralibus, quae una cum columna sinistra interierunt. Quumque ad dextram segmenta duodecim sint, totidem etiam ad sinistram fuisse verisimile est, licet undecim tantum rhapsodiis superantibus. Nam, ut ad dextram non ubique singulis rhapsodiis excipiendis singula segmenta adhibentur, ita etiam ad sinistram artifex argumenta undecim rhapsodiarum disponere duodecim segmentis potuit. Continuatur igitur ad dextram in segmento inferiore N (rhapsodia XIII.), in quo lapsus est artifex: exhibentur enim primum dimicantes Μηριόνης, Ἀκάμας, quae pugna desumpta est ex XIV, 342. cuius erroris fortasse causa est, quod XIII. Meriones memoratur Deiphobum Priami filium hasta petens; sequuntur Ἰδομενεύς, Ὀθριονεὺς ab illo interfectus (XIII, 361 sq.), cui qui ultor accessit Ἄσιος, pone conspicitur (vs. 384 sq.); post hos Αἰνήας, Ἀφαρεὺς (vs. 541.). In segmento Ξ (rhapsodia XIV.) repraesentantur Ἀρχέλοχος et Αἴας, qui nunc falso Λοκρὸς audit (vs. 459 sq.); Ποσιδῶν habitu Achivo duces cohortans, in quibus est Αἴας (vs. 364 sqq.); sequuntur Ἕκτωρ et Ἀπόλλων, hic illi opem laturus; quae res desumpta est ex XV, 221 sqq., fortasse hoc loco relata ab artifice, quo maius sibi spatium esset segmento, quod subsequitur, O (rhapsodia XV.). Ibi ad dextram ἐπὶ ναυσὶ μάχη; ad navem, in qua est Aiax, iacens Καλήτωρ ab illo percussus, pone Ἕκτωρ cum face navem petens (vs. 415 sqq.); e longinquo Κλῖτος concidens, a Teucro, qui in navi iuxta Aiacem stat, sagitta confixus (vs. 445.); pone Αἰνήας, Πάρις, Ἕλενος, pro quo poeta Politen Heleni fratrem nominat (vss. 332. 339. 341.). In segmento Π (rhapsodia XVI.): Πάτροκλος arma sibi Achillis induens (vs. 130.); Ἀχιλλεὺς sedens adstantibus amicis, in his Φοῖνιξ, Διομήδης, qui quum vulneratus dicatur vs. 25. notante Begero fingitur una cum Phoenice, navibus incensis, ad Achillem accessisse post Patroclum; deinde Πάτροκλος ab Euphorbo vulneratus, indeque e curru delapsus occisus ab Hectore (vs. 786 sqq.). Automedon fugit cum Achillis curru, cui iunctos vides Xanthum et Balium, postquam tertium equum Pedasum interfecit Sarpedon (vs. 467.). In segmento P (rhapsodia XVII.) inscriptionibus nunc destituto Hector Patrocli spoliis indutus cum curru, quem ignorat poeta, irruens in Patroclum occisum, quem tuetur Aiax (vs. 262 sqq.); deinde corpus Patrocli a Menelao, ut videtur, ereptum currui infertur, quem currum non magis agnoscit poeta. Hectoris imaginem aliter interpretantur Fogginus l. c. p. 333. et Millinus Gal. myth. II. p. 74. edit. Germ. In segmento Σ (rhapsodia XVIII.): Πάτροκλος exanimatus in lecto positus; adsidet Ἀχιλλεὺς moerens (vs. 315 sq.); adstant, ut videtur, Diomede Lesbia Phorbantis filia et Iphis Scyria (cf. IX, 664 sq.). Paulo aliter imagines interpretantur Fabrettus, Begerus, Fogginus. Inde conspicitur Θέτις cum Nereide a Vulcano arma petitura (vs. 369.); postremo Ἥφαιστος cum tribus sociis arma fabricans ad incudem: ὁπλοποΐα, quae, ut bene annotant interpretes, cum Virgilii potius descriptione (Aen. VIII, 440.), quam cum Iliade convenit, in qua Vulcanus fingitur in Olympo suis manibus confecisse arma. In segmento T (rhapsodia XIX.): Θέτις cum Nereide, arma nova tradens Achilli (vs. 12.); coram Thetide Ἀχιλλεὺς ocreas ferreas sibi adaptans (vs. 369.); pone femina scutum (ἀσπίδα) porrigens, et Φοῖνιξ galeam tenens, ut recte interpretatur Fabrettus: nam Achilles ibi galea non indutus est; postremo Ἀχιλλεὺς armatus in bigam insiliens, in qua Automedon (vs. 395 sq.); ante bigam vates significaturus equum Xanthum ab Iunone loquela praeditum domino mortem portendere (vs. 407.). In segmento Υ (rhapsodia XX.): Ποσιδῶν Aeneam subtrahens ne cum Achille pugnet (vs. 325.); Ἀχιλλεὺς interficiens Polydorum, Priami filium (vs. 407.); Hector ab Apolline pugnae subtractus (vs. 443.); Achilles rursus alium interficiens, Dardanum, ut putant, Biantis filium (vs. 460.); denique miles concidentem sublevans. Aliter haec extrema sed falso interpretantur Fogginus et Millinus. In segmento Φ (rhapsodia XXI.): Σκάμανδρος alveum cadaveribus opletum liberans (vs. 235.); Ἀχιλλεὺς prostratus, cui opem fert Ποσιδῶν (vs. 287.); deinde Achilles persequens aufugientes in urbem Troianos (vs. 537 sqq.), qui auctori vocantur Φρύγες (conf. Τρωάδες καὶ Φρύγες in inferiore segmento basis columnarum: sed iidem in inscriptione columnarum Τρῶες audiunt). In segmento X (rhapsodia XXII.): Ἀχιλλεύς, quem Hector exspectat ante portam Scaeam (vs. 5.); deinde Ἕκτωρ ab Achille hasta perfossus humi concidens; tum Ἀχιλλεὺς eum spolians (vs. 368.); post rursus Ἀχιλλεὺς in bigis stans Hectoris cadaver ex curru vinctum trahens (vs. 395 sqq.). In prioribus ad bigas Achillis etiam Automedon repraesentatus exhibetur. In segmento Ψ (rhapsodia XXIII.): Ἀχιλλεὺς ad rogum, cui impositus Patroclus, καῦσις Πατρόκλου, et comam in manum cadaveris ponens (vs. 141 sq.): adesse videtur pollinctor (conf. Plaut. Poen. Prol. 63. Martial. X, 97, 3.); adstat praeterea heros armatus, ut putatur, Agamemnon; deinde repraesentatur ἐπιτάφιος ἀγ[ών] (vs. 361 sqq.), insculptis duabus bigis et Eumelo humi prostrato (vs. 394.), adstante Phoenice (vs. 359.). In segmento Ω (rhapsodia XXIV.): Ἑρμῆς, qui Priamum conduxit in castra Achivorum; Πρίαμος humi sedens, Ἀχιλλεὺς supplices preces audiens (vs. 468 sqq.); iuxta tentorium Automedon et Alcimus dona a Priamo advecta ex plaustro tollunt (vs. 579 sq.); postremo Achilles eiusque amici Hectoris cadaver portant plaustro imposituri (vs. 590.): quae res significatur subscriptis: Ἕκτωρ καὶ Ἕκτορος λύτρα.

Columna deperdita ad sinistram argumenta rhapsodiarum I-VI. continuit. In columna dextra descriptas habes rhapsodias VII-XII. et XVI-XXIV., omissis rhapsodiis XIII-XV., cuius omissionis causam frustra explicatum ivit Fogginus. Videntur haec argumenta, quae partim alibi habentur, ut in fragmento Berolinensi n. 6128. nunc de incuria omissa esse potius quam de industria. Expositio haec est:

οἱ δ' Ἀχαιοὶ τῖχος τε καὶ
τάφρον ποιοῦνται πε-

ρὶ τὰς ναῦς. ἀμφοτέρ-
ων δ᾽ αὐτῶν ἐξοπλισ-
θέντων καὶ μάχην ἐν τῷ
πεδίῳ συναψάντων οἱ
Τρῶες εἰς τὸ τῖχος τοὺς
᾽Αχαιοὺς καταδιώκουσιν
καὶ τὴν νύκτ᾽ ἐκείνην ἐπὶ
ταῖς ναυσὶν ποιοῦνται τὴν
ἔπαυλιν. τοῖς τε τῶν ᾽Αχαι-
ῶν ἀριστεῦσιν δοκεῖ βου-
λευσαμένοις [πρέσβεις] ἀποσ-
τεῖλαι πρὸς ᾽Αχιλλέα. ᾽Α-
γαμέμνων δὲ δωρεάς τε
πολλὰς δίδωσι καὶ τὴν
Βρισηΐδα. οἱ δὲ πεμφθέν-
τες πρὸς αὐτὸν ᾽Οδυσσ-
εύς τε καὶ Φοῖνιξ, πρὸς
δὲ τούτοις Αἴας, ἀπαγγέ-
λλουσιν ᾽Αχιλλεῖ τοὺς λό-
γους παρ᾽ ᾽Αγ-
αμέμνονος· ὁ δ᾽ οὔτε προ-
σδέχεται τὰς δωρεάς, οὔ-
τε συν[χ]ωρεῖ διαλυσάμ-
ενος αὐτοῖς βοηθεῖν.
οἱ δ᾽ ἀριστεῖς ταῦτ᾽ ἀκού-
σαντες κατασκόπους
πέμπουσιν ᾽Οδυσσέα καὶ
Διομήδην. οὗτοι δὲ Δόλω-
νι συναντήσαντες ὑφ᾽ ῞Εκ-
τορος ἀπεσταλμένῳ κατα-
σκόπῳ πυθόμενοι παρ᾽ αὐ-
τοῦ τὴν τάξιν τῶν τὸ στρατ-
όπεδον φυλασσόντων αὐ-
τόν τε διαφθείρουσιν καὶ
῾Ρῆσον τὸν Θρακῶν [βασιλέα], μετ᾽ α-
ὐτοῦ δὲ καὶ ἄλλους. καὶ λαβόν-
τες τὰς ἵππους ἐπὶ τὰς να-
ῦς ἐλαύνουσιν. ἡμέρας δὲ
γενομένης μάχην συνά-
πτουσι· καὶ τῶν ἀριστέ-
ων [τρωθέντες] ᾽Αγαμέμ-
νων, Διομήδης, ᾽Οδυσσεύς, Μ-
αχάων, Εὐρύπυλος, ἐπὶ τὰ-
ς ναῦς ἀνα[χ]ω[ρ]οῦσ[ιν]. Πάτρο-
κλος δὲ πεμφθεὶς παρ᾽ ᾽Αχ-
ιλλέως πυνθάνεται Νέσ-
τορος τὰ [περὶ] τὴν [μάχην.
῞Εκτωρ δὲ [ῥ]ήξας τὰς [κατὰ πύρ-
γ]ον πύλας τῷ τείχει [ἐμ-
πίπτει τῶν ῾Ελλήνων καὶ
μάχην συνάπτει πρὸ τῶν
ν[ε]ῶν. τῆς δὲ μάχης γενο-
μένης ᾽Αχιλλεὺς παρὰ τοῦ
Πατρόκλου τὰ περὶ τὴν μ-
άχην ἀκούσας καὶ δεο-
μένο[υ] βοηθεῖν αὐτὸν
ἢ αὐτὸν] πέμψαι τοῖς ῞Ελλη-
σιν, ἰδὼν τὴν τοῦ Πρωτε-
σιλάου ναῦν καιομένην πέμ-
πει μετὰ τῶν Μυρμ[ι]δόνων
τὸν Πάτροκλον τοὺς ἵππ-
ους αὐτῷ δοὺς καὶ τοῖς ὅ-
πλοις τοῖς αὐτοῦ καθοπλ-
ίσας. ἰδ[ό]ντες [δὲ] οἱ Τρῶες αὐτ-
οὺς ἅπαντες φεύγουσιν.
ἐν δὲ [τῇ] τροπῇ ταύτῃ Πάτ-
ροκλος ἄλλους τε πολλο-
ὺς ἀποκτείνει καὶ Σαρπηδό-
να τὸν Διός, τοὺς δὲ λοιπού-
ς ε[ἰ]ς τὸ τῖχος καταδιώκει.
῞Εκτωρ δ᾽ αὐτὸν πατάξας ἀ-
ποκτείνει καὶ τῶν ὅπλων ἐγ-
κρατὴς γείνεται. μάχης δ-
ὲ περὶ τοῦ νεκροῦ γενομέ-
νης ᾽Α[ντίλοχο]ς ἀπαγγέλ-
λ[ε]ι ᾽Αχιλ[λ]εῖ· [ὁ δὲ κ]λα[ίει] φί[λον,
ἕως ἡ Θέτις [ἀν]έρχεται πρ-
ὸς ῞Ηφαιστον αἰτήσουσα
πανοπλίαν· ὁ δ᾽ αὐτὴν εὐ-
θύμως ποιεῖ. οἱ δ᾽ ᾽Αχαιοὶ τὸ
σῶμα τοῦ Πατρόκλου ἐπὶ τὰ-
ς ναῦς διακομίζουσιν. τῶν
δ᾽ ὅπλων ὑπὸ τῆς Θέτιδ-
ος ἐνεχθέντων τὴν Βρι-
σηΐδα ᾽Αγαμέμνων ᾽Αχιλλεῖ
δίδωσιν· [ὁ δ᾽] ᾽Αχιλλεὺς Τρῶας
εἰς Σκάμανδρον καταδιώ-
ξας ᾽Αστεροπαῖον ἀπο-
κτείνει. ᾽Αχιλλεὺς δὲ τῶν ἐν
τῷ ποταμῷ διαφυγόν-
των αὐτὸν ῞Εκτορα μονομ-
άχον ἀποκτείνει καὶ τὰ ὅπλα
λαμβάνει, καὶ τὸν νεκρ-
ὸν ἐκδησάμενος ἐκ τοῦ δί-
φρου διὰ τοῦ πεδίου ἕλκει
ἐπὶ τὰς ναῦς, καὶ τὸν Πάτ-
ροκλον θάψας τίθησιν
ἐπ᾽ αὐτοῦ [σπλά]γχνα τῶν ἁγι-
στειῶν. ὁ δὲ Πρίαμος ἐπὶ τῆς
ν[ε]ὼς παραγενόμενος ῞Εκ-
τορα λυτροῦται παρ᾽ ᾽Αχιλ-
λέως· ἐπανελθόντος δὲ
τοῦ Πριάμου πάλιν εἰς
τὴν πόλιν θάπτουσιν
οἱ Τρῶες καὶ τὸν τάφο-
ν αὐτοῦ κατασκευάζουσι.

Supplementa vs. 13. *πρέσβεις*, vs. 49. *μάχην*, vs. 50. *ῥήξας*, vs. 51. *ἐμ||πίπτει*, vs. 79. *ἀνέρχεται*, vs. 100. *σπλάγχνα* debentur Foggino. Vs. 25. *συγχωρεῖ* legit Barthelemyus. Vs. 43. idem dedit *τρωθέντες* ablegans ad Il. XI. Vs. 46. *ἀναχωροῦσιν* debetur Barthelemyo. Vs. 49. idem dedit *περὶ*; audacius C. G. Müllerus legebat *᾽Αχαιῶν τὴν φυγήν*. Vss. 50. 51. Fogginus putavit legendum esse: *ῥήξας τὰς [διὰ λίθ]ον πύλας*; quod Hector saxo confregit portas: sed nec collocatio verborum ferri potest a Foggino admissa, neque omnino recte diceretur *διὰ λίθον*; mitto C. G. Mülleri commentum. Vs. 51. *εἰς τὸ τῖχος εἰς || πίπτει* coniicit Barthelemyus; audacius refinxit C. G. Müllerus. Vss. 58. 59. ridicule Fogginus *δεόμενος βοηθεῖν αὐτόν τέ περ*

πέμψαι; C. G. Müllerus dedit ἀποπέμψαι. Dedi quod res est; etsi largior ΔΕΟΜΕΝΟΣ esse vitium incisoris vel auctoris. Vss. 77. 78. Fogg. ἄ[γοντ]ες ἀπαγγελίαν Ἀχιλλεῖ, κλαίει φίλον sine constructione; nec apparet, qui sint illi ἄγοντες. Erravit Fogginus putans se in lapide dispicere ΕΠΑΓΓΕΛΙΑΝ; fuit potius ΕΠΑΓΓΕΛ ||ΑΙΑΧ; idque etiam Fabrettus vidit, qui expressit ΔΙΑΧΙΑ: et haec ita esse vel duo Α convincere poterant. Scripsit auctor ΕΠΑΓΓΕΛΑΙ pro ΕΠΑΓΓΕΛΛΕΙ, ut saepius habet τῖχος pro τεῖχος. In omnia alia ivit C. G. Müllerus, qui spretis ductibus: α[ὐτοῦ Τρῶ]ες ἀπ[είργονται || δι᾽ Ἀχιλ[λέως καὶ] φ[εύγουσιν. Vss. 99. 100. C. G. Müllerus audacius ἀγῶνας προτίθεται ἕνεκα τῶν ἀγιστείων.

II. Posthomerica.

a. Αἰθιοπὶς κατὰ Ἀρκτῖνον τὸν Μιλήσιον. De hoc poemate deperdito vide Welckeri Cycl. ep. p. 212 sq. conf. Odofr. Mülleri Zeitschr. f. Alterthumsw. 1835. n. 145. p. 1164. Nitzsch. Hist. Hom. II. p. 48 sqq. Res Aethiopidis exhibentur in segmento superiore basis columnarum, quod ad sinistram mutilum est. Ad imaginem deperditam refertur inscriptio [Ποδάρ]κης, ut bene Fabrettus, existimans fuisse ibi Podarcem cum Penthesilea Amazonum regina pugnantem, quem ab illa transfixum narrat Q. Smyrnaeus I, 244. Huius Podarcis etiam Il. II, 704. mentionem fieri annotant interpretes. Deinde conspicitur Πενθεσίλεια, quam interficit Ἀχιλλεύς, imago crebro repetita in monumentis (vide Mülleri Enchir. Arch. p. 657. ed. alt.); tum Ἀχιλλεύς, Θερσίτης: Achilles Thersiten necat, qui ei amorem Penthesileae obiecerit (Q. Smyrn. I, 720.); post Ἀχιλλεύς, Μέμνων, Ἀντίλοχος: Achilles occidit Memnonem Aethiopum regem, qui Antilochum interfecerat Nestoris filium (Q. Smyrn. II, 243. 389. cf. Mülleri Enchir. arch. l. c.); rursus Ἀχιλλεύς ante portam Scaeam succumbens telis Apollinis (Sophocl. Philoct. 333. Q. Smyrn. III, 60.); eum protegunt Αἴας, Ὀδυσσεύς, ne a Troianis in summo muro consistentibus opprimatur (Q. Smyrn. III, 402. Dictys Cret. Hist. bell. Troi. IV.); aufertur Ἀχιλλέως πτῶμα, iacetque ad scutum; Μοῦσα deplorat mortem herois; Θέτις cinerem eius deponit in sepulcrum Ἀχίλλειον dictum (Odyss. XXIV, 60 sq. Q. Smyrn. III, 592. 727.); postremo Αἴας μανιώδης in saxo sedens; ante pedes eius aries mactatus (Soph. Aiac. 233. Q. Smyrn. V, 328.); conspicitur procul columella, qua sunt qui putent sepulcrum ad Rhoeteum significari (Strab. XIII, 595. Q. Smyrn. V, 654. cf. Mülleri Enchir. arch. l. c.); C. G. Müllerus moenia Troiae ibi censet conspici, quod falsum esse recte statuit Welckerus. Ex hac tabula colligi potest in fine Aethiopidis fuisse etiam iudicium de armis et Aiacis insaniam descripta.

b. Ἰλιὰς ἡ μικρὰ λεγομένη κατὰ Λέσχην Πυῤῥαῖον, cuius poematis excerpta dedit Proclus (vide Welcker. de cycl. ep. p. 215 sq. et p. 267 sqq. conf. O. Müller Zeitschr. für Alterthumsw. 1835. n. 144. p. 1159 sq. p. 1164. Nitzsch Hist. Hom. II. p. 58 sqq.). Res huius Iliadis complectitur segmentum basis inferius idem ad sinistram mutilum. Exhibetur Paris, ut videtur, a Philocteta sagittis Herculis transfixus (Q. Smyrn. X, 235. Dict. Cret. IV.); deinde duo viri ad aram sacra facientes, coniiciente Schornio Priamus eiusque filius. Ante Tischbeinium aliter hae imagines expressae sunt. Sequuntur Εὐρύπυλος, Νεοπτόλεμος, hic illum interficiens (Q. Smyrn. VIII, 200.); Ὀδ[υ]σσεύς et Διομήδης surripientes Palladium (Παλλάς; Virg. Aen. II, 163. Q. Smyrn. X, 350. cf. Mülleri Enchir. archaeol. p. 657. edit. alt.); δούρηος ἵππος et Τρῳάδες καὶ Φρύγες ἀνάγουσι τὸν ἵππον, Πρίαμος qui praeit (Virg. Aen. II, 238. Q. Smyrn. XII, 425.); Σίνων manibus in tergum ligatis deducitur in urbem (Virg. Aen. II, 146. Q. Smyrn. XII, 413.), cuius repraesentatur Σκαιὰ π[ύ]λη, postremo Κασσάνδρα quae abripitur ab Aeace, ut videtur Welckero (conf. Smyrn. XII, 525. Tryphiod. 187.).

c. Ἰλίου πέρσις κατὰ Στησίχορον. Vid. Kleinius Stesichori fragm. p. 75 sqq. Polygnoti tabulas cum his comparavit O. Jahn l. c. p. 130 sqq. Conspicitur in media area tabulae Troia moenibus cincta divisa in duo segmenta, superius et inferius. Infra urbem regio est suburbana, quae et ipsa in duo segmenta dispescitur parum distincta. In urbis superiore segmento medio templum Minervae, quod cingunt aedes porticibus insignes: prope stat δούρηος ἵππος, cuius ex latere descendunt Achivi (centum secundum Stesichorum fragm. 26. conf. Virg. Aen. II. 258.) per scalam equo admotam (Q. Smyrn. XIII, 51. Winckelmann. Monum. ined. p. 188. Müller Enchir. archaeol. p. 658. edit. alt.); ante templum Minervae Cassandra in genua prolapsa ab Aiace Oelei filio abripitur (conf. Tryphiodor. 432. Virgil. Aen. II, 403. Müllerus l. c. Gerhardus Auserlesene Vasenbilder III. p. 147.); Coroebus ad aram occiditur a Neoptolemo (Pausan. X, 27. a Peneleo Virgil. Aen. II, 424. a Diomede Q. Smyrn. XIV, 168.); alii ab aliis mactantur. In inferiore segmento utrinque templa, cuius alterum ἱερὸν Ἀφροδίτης: ante hoc templum mulier seminuda et heros Achivus eam adoriens; illa pro Helena habetur, hic pro Menelao (cf. Tychsen. l. c. Böttiger Ideen zur Arch. d. Mal. I. p. 319. not.), qui conspecta Helena gladium putatur abiecisse, ut ap. Stesich. fragm. 27. (cf. n. 8411.) Achivi lapides, quibus obruturi erant Helenam, abiiciunt; ante alterum templum mulier Troiana ab Achivo interficitur. Inter utrumque templum porticus regiae Priami; ibi Priami filius Polites a Neoptolemo occisus iacet (Virg. Aen. II, 526.); ab eodem Priamus ad aram Iovis Hercei interficitur (Tryphiod. 623. Q. Smyrn. XIII, 222. Pausan. X, 27. cf. Creuzer Comment. Herod. p. 231.); ab altera parte arae Hecuba abripitur, cuius ad pedes iacet mortua filia (fortasse Medusa, quam vocat Stesichorus fragm. 31. ap. Paus. X, 26. sub fin.). Infra templum Veneris Αἴθρα Helenae serva abducitur a Demophonte, cuius nomen adscriptum mutilum Δη[μοφῶν], et ab Acamante (Q. Smyrn. XIII, 496. Hygin. fab. LXXIX. cf. Heyne ad Iliad. I. p. 476.), deinde duae mulieres humi prostratae, quarum altera pro Clymene habetur (Il. III, 140. cf. Heyne ad h. l.). Huc Welckerus sibi videbatur trahere posse Stesichori fragm. 21. ex

quo Iphigeniam Helena narratur Argis peperisse Theseo, quum Aphidna Lacedaemonem a Dioscuris reduceretur Menelao nuptura; fragm. 74. de ira Veneris, a qua repetitur infortunium Tyndarei, cuius filia utraque maritos deseruisset suos; denique fragm. 73. 96. 20. Infra alterum templum Αἰνήας patri tradens penates in aedicula conditos (Virg. II, 715.), quem adoritur miles Achivus; ab alio Achivo mulier petitur. In hoc inferiore urbis segmento medio porta panditur: inde egrediens Αἰνήας, cuius humeris insidet Ἀγχίσης aediculam tenens; ad manum Aeneae Ἀσκάνιος, praeit Ἑρμῆς (cf. n. 6280. *B.* vs. 25.) pro quo Venerem nominant ducem Q. Smyrnaeus XIII, 326. et Tryphiod. 659. (cf. Gerhard Auserles. Vasenb. III. p. 130.); pone sequitur femina, quam alii Eurydicen, alii Creusam vocant, plerisque coniux, sive Eurydice sive Creusa (Paus. X, 26, 1. Virg. Aen. II, 721 sqq.), Welckero Venus videtur esse. In regionis suburbanae segmento superiore sinistrorsum Ἕκτορος τάφος, supra clypeus, cui nonnulli leonem incisum viderunt, symbolum virtutis (Pausan. IX, 40, 5.); prope Ταλθύβιος καὶ Τρωάδες, in quibus fuerit Stesichori (fragm. 30.) Clymene; sedent in gradibus tumuli Ἀνδρομάχη Astyanactem tenens, Κασσάνδρα velo tecta, Ἕλενος moerore affectus; ad alterum latus tumuli Ἑκάβη, a qua dimittitur Πολυξένη; rursus Ἀνδρομάχη sedens sine filio Astyanacte utpote iam perempto; Ἕλενος item sedens, cum quo loquitur Ὀδυσσεύς (cf. Pausan. V, 22, 2.): dextrorsum Ἀχιλλέως σῆμα, ad quod Νεοπτόλεμος, Πολυξένη quae mactatur (conf. Müller l. c.): Neoptolemo adest popa cum urceolo; huc Welckerus refert Stesichori fragm. 28. 29. Pausan. X, 27, 2. de Hecuba ab Apolline Hectoris patre in Lyciam servata; et ad descriptam mortem Achillis fragm. 25. de urna aurea, in qua Thetis filii ossa deposuit. Ab altera parte sepulcri Ὀδυσσεὺς sacrificii auctor sedens (Euripid. Hec. 132. Dict. Cret. V, 13. Tzetz. ad Lycophr. 323. Q. Smyrn. XIV, 178 sq.), pone stat Κάλχας vaticinans; inque summo tumulo Achillis cernitur figura vestitu muliebri (*statua Achillis habitu muliebri* Tertullian. de pall. 65.), quam Fabrettus et Begerus pro Polyxena, Fogginus rectius pro anima Achillis habet (conf. Euripid. Hec. 137. et quam Schornius confert gemmam ap. Winckelmann. Monum. inedd. p. 144. Descript. de pierres gravées cet. p. 395.). Postremo in huius regionis segmento inferiore sinistrorsum ναύσταθμον Ἀχαιῶν, dextrorsum promontorium Σείγαιον (i. e. Σίγειον), cuius pharus apparet; hinc describitur ἀπόπλους Αἰνήου· Αἰνήας σὺν τοῖς ἰ[δ]ίοις ἀπαίρων εἰς τὴν Ἑσπερίαν: in navem paratam tolluntur Ἀγχίσης καὶ τὰ ἱερὰ ab Aenea Ascanium ducente, quem sequitur Μισηνὸς tubam vel, ut alii, remum gerens (Virg. Aen. VI, 162.). Abest Creusa, utpote perdita in itinere (conf. Virg. Aen. II, 773.).

Memorabilis haec imago, si universa ex Stesichori poemate desumpta est; de quo certe causa non est cur dubites. Nam quod Fabrettus putavit extrema non ex Stesichoro sed ex poetis Romanis deprompta esse, coniectura est parum probabilis (conf. Tychsen. p. LXXIV.). Videtur utique etiam pars ea, quae Aeneae discessum repraesentat, ex Stesichori esse poemate. Neque aliter iudicarunt Niebuhrius Hist. Rom. I. p. 201. Odofr. Müllerus Class. Journ. Vol. XXVI. p. 313. Welckerus Annal. Inst. Arch. I. p. 233 sqq. Opusc. I. p. 182. Addubitavit quidem Niebuhrius de Miseno, cuius figura prope cogit de colonia Troiana in Latio considente cogitare. Sed eam dubitationem tollere studet Müllerus l. c. p. 308. coniiciens fabulam de Aeneae in Italiam adventu una cum cultu Apollinis ac Sibyllarum Cumis Aeolicis translatam esse Cumas Italiae ibique ad promontorium, ubi Romani posthac Misenum appulisse voluerunt ad consulendam Sibyllam, famam invaluisse Misenum heroem olim fuisse oraculi oppidique conditorem, eamque famam Stesichoro innotuisse, priusquam Romani de Aenea cogitarent. Et haec coniectura probatur etiam Welckero, qui tamen si dicit auctorem tabulae id spectasse, ut Romam tanquam novum Ilium celebraret, ob eamque rem de industria tantum posuisse operae in repraesentanda Aeneae demigratione, haud scio an nimium premat artificis consilium. Nam si id solum statuas spectasse artificem, ut Aeneam protagonistam tabulae exhiberet, verendum ne ei iniuriam faciamus fidemque eius infringamus res a Stesichoro descriptas repraesentantis; sin diligenter expressit Stesichorum, quod eum fecisse probabile est, iam concedendum de eius consilio multum derogari.

Sed, ut paucis dicamus de consilio tabulae Iliacae, cum qua conferri possunt fragmenta n. 6126-6130., Zoëga putavit imagines vetustiores, quales exhibet tabula Albani, in unam tabulam Iliacam contractas esse, unde exemplaria repeterentur in museis studiosorum antiquitatis deponenda. Sed tales tabulas usui iuventutis destinatas fuisse, ut carmina poetarum lecta facilius memoriae imprimerent, quum alios ratio anaglyphorum docuit, ut Barthelemyum, Tychsenium (Proleg. ad Q. Smyrn. p. LXX.), Boettigerum (Archaeol. d. Mal. p. 286. 315.), tum ex tabula lusoria in aversa parte fragmenti Veronensis n. 6126. insculpta colligi potest, quae magis puerorum quam virorum ludo convenire videatur, ut recte monet Heerenius (ad tabulam Borgianam n. 6129.). Minus apte nuper contradixit Hadrianus de Longperier (Revue de philol. T. I. p. 439.), cui tabulae ad celebrandam originem Romae domusque Augustae factae videntur (cf. Klausen. Aeneas II. p. 115.). Rem dirimit distichon superiori fasciae basis columnarum tabulae nostrae incisum, quod ex tabula Veronensi n. 6126. *A.* restituit Lehrsius Mus. Rhen. II. p. 354 sq.:

Ὦ φίλε παῖ, Θεοδ[ώ]ρηον μάθε τάξιν Ὁμήρου,
ὄφρα δαεὶς πάσης μέτρον ἔχῃς σοφίας.

Nempe Theodorus pictor quidam (Sillig. Catal. art. p. 443.) bellum Iliacum pluribus tabulis pinxit, quae Romae fuerunt in Philippi porticibus (Plin. H. N. XXXV, 36, 40.). Hae tabulae celebres fuisse videntur; ex iisque deinceps verisimile est concinnata esse anaglypha minori modulo tabulisque minoribus ex-

pressa, quarum tabularum exemplum fuerit pars tabulae eius, in qua explicanda versamur. Hinc dispositio rerum ab Homero expositarum, quae debebatur Theodoro pictori, dici Θεοδώρηος τάξις Ὁμήρου (i. e. τῶν Ὁμήρου ἐπῶν) poterat. Apteque Welckerus confert Pausan. III, 18, 13. ἐπὶ δὲ τούτοις Ἡρακλέους πεποίηται τάξις τῶν ἔργων τῶν ἐς τὴν Ὕδραν καὶ ὡς ἀνήγαγε τοῦ Ἅιδου τὴν κύνα, quae vulgo male transferuntur in Latinum. Quamquam Theodorus hic etiam alius potest esse, quem pro sculptore habet R. Rochettus Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 416. Idque etiam verisimilius, si tabulam illam lusoriam quasi pro tessera habueris, qua auctor artificium nomenque suum posteritati commendavit. Hoc igitur usu tabulae Iliacae non perspecto Fabrettus de origine eius coniecit non prorsus inepta. Etenim reperta est tabula Iliaca prope Bovillas in ruderibus aedis sacrae, eodem fere loco, quo anaglyphum apotheosin Homeri repraesentans n. 6131. et simulacrum grande alis aquilae impositum, Claudii Caesaris apotheosis symbolum, eruta sunt. Iam vero auspiciis Tiberii sacrarium Iuliae genti effigiesque divo Augusto apud Bovillas a. u. c. 770. dicatum narratur Tacito Annal. II, 41. Ibidem postea Claudii simulacrum a Nerone consecratum videtur, *Aeneadum generis qui sextus et ultimus heros*. Itaque quum constet Claudium Graeca studia ita secutum esse, ut vel Homericis versibus loqui solitus sit, Neroni autem Graecarum rerum imitationem eo usque viguisse, ut non solum scyphos Homericos in deliciis haberet (Suet. Ner. 47.), sed etiam Troica composuerit (Iuvenal. Sat. VIII, 220. Persius I, 135. Servius ad Virg. Georg. III, 36.), Fabrettus coniicit Neronem, cuius praeterea non mediocre studium pingendi et fingendi fuerit (Suet. Ner. 53. Tacit. Annal. XIII, 3.), hoc monumentum una cum Homeri apotheosi in sacellum quoddam apud Bovillas inferendum curasse. De sacello aut templo Claudii recte dubitans Fogginus statuit in eodem sacrario gentis Iuliae, quod dedicatum refertur a Tiberio, et simulacrum Claudii a Nerone collocatum et anaglypha Homerica ornatus causa exposita esse, ut et Claudii ingenio honorem haberet et studiis simul indulgeret suis: non refragaturus is tamen, si quis cum Blanchino (Demonstr. hist. eccles. T. I. P. I. p. 305.) malit sacrarium gentis Iuliae his sculpturis Homericis exornatum ab ipso Tiberio fuisse, ut gentem Iuliam Troia Romam demigrasse ostenderet exhiberetque historiam mythologicam, cuius ipse usque ad ineptias atque derisum investigator fuit (Suet. Tib. 70.). Ac sane nihil obstat quominus tabulam Iliacam a Tiberio in sacrarium gentis Iuliae illatam putemus una cum aliis similibus, non ornatus causa, sed quod ex supellectili litteraria Augusti fuerit eiusque studiis puerilibus inservierit. Nam quod Fabrettus putavit tabulam non ante editam Aeneidem confici potuisse propterea quod insint, quae cum poemate Virgiliano conspirent, non opus est ut refutetur disertius. Nec vero video causam, cur Welckerus, qui tabulam ad celebrandam Iulii Caesaris originem compositam putavit, intutum iudicarit coniicere eam in sacrario Iuliae gentis apud Bovillas collocatam esse. Utcunque autem de his iudicaris, certe vix demonstrari potest, quod contendit Viscontus (ad St. Croix Exam. crit. des anc. hist. d'Alex. 1804. p. 788.), omnes has tabulas Iliacas, quibus adiicit etiam tabulas n. 5984. et n. 6020., Augusti temporibus esse antiquiores asseverans. Concesseris de n. 5984. et n. 6020., de reliquis non item.

6126.

Tabularum Iliacarum fragmenta duo, quae Veronae asservabantur in museo; fragmentum *A* quattuor fere lineas crassum ex opere tectorio, ut n. 6125. possedit olim Blanchinus Veronensis, deinde in museum Veronense receptum, quo rediit postquam translatum Parisios est inter belli spolia; utrumque fragmentum edidit Montfaucon Supplem. d'Antiq. expl. T. IV. p. 84. tab. 58. 1. 3. 4. aeri incisum, qui habuit a Blanchino; melius Maffeius Mus. Veron. p. CCCCLXVIII. CCCCLXIX. (cf. Dittico Quiriniano publicato e considerato, Verona 1754. 4.). Fragmentum *A* repetiit Bottarius aut Fogginus Mus. Capitol. T. IV. p. 556. aeri incisum (cf. p. 329.); accuratius delineatum dedit Choiseul-Gouffier Voyage pitt. T. II. P. I. p. 346. praemissa explicatione; fragmentum *B* ex schedis Münteri editum est etiam in Biblioth. litt. et art. ant. Gotting. I. extr. ex Maffeio repetiit Welckerus Cycl. ep. T. II. 1849. p. 524. in quem librum incidi, postquam quae ad n. 6125. diximus impressa erant. Utrumque partim in Inghirami Galleria Omerica tab. V. VI. XIX. XLII. LV. conf. de Witte Annal. Instit. arch. T. XV. p. 65. Denique fragmenti *B* quae in altera parte perscripta sunt, ex Maffeio petiit Donatus p. XXVI. 5. De utroque fragmento disseruerunt Tychsenius ad Q. Smyrn. p. LXXV. (cf. Müller Götting. Gelehrten Anzeigen 1834. n. 93. p. 923 sq.) et O. Jahn Kieler Studien 1841. p. 128 sq. p. 148. 152.

[*Textum vide pag. seq.*]

A. vs. 1. extr. ΑΠΟΙΝΑ omittit Montfauc.; post ΑΠΟΙΝΑ Maffeius habet ΑΡ . . . quod omittit Chois. Gouff. Vs. 2. extr. Ο omittit Maff. deinde ubi Montf. et Chois. Gouff. ΜΗΝΙΣ, ibi Maff. . . . ΙΣ; quod infra est Γ, omittit Montf. Vs. 4. Montf. ΑΦΡΟΔΙΤΗ et nihil amplius, Maff. ΑΦΡΟΔΙ . . . ΠΑ . . ., Chois. Gouff. quod dedimus; deinde in fascia Montf. ΩΝ‖ΣΥΚ‖ΚΥΣ‖ΙΣ, Maff. . . . ΥΣ | ΙΣ, Chois. Gouff. quod dedimus. Infra ΜΗΔ‖ΟΥΣ omittit Maff. idem omittit ultimum Α; Chois. Gouff. ΣΤΕΙ, ubi Montf. Maff. habent ΣΤΗ. Nomen ad latus ΑΙΝΕΙΑΣ solus habet Chois. Gouff. quod tamen scriptum in tabula videtur ΑΙΝΗΑΣ.

B. Prioris columnae vss. 5-7. Montf. Münt. ΠΑΡΕΓΙΝΕΤΟ. Alterius columnae vss. 1-8. non habet Montf. Münterus autem ΕΝ ΤΑΙΣ ΣΚΑΙΑΙΣ ΠΥΛΑΙΣ ΑΧΙΛΛΕΥΣ - - -. Hos versus in ima columna priore exhibet Inghiramius. Vs. 9. Maff. Montf. Π . . ., Münt. ΑΠΟΚ. Vs. 10. Maff. ΙΘΗ, Montf. ΤΕΙΝ, Münt. ΤΕΙΝΕ. Vs. 21. Maff. ΜΕΔ, Montf. Münt. ΜΗΔ. Vs. 22. Maff. ΗΣ . ., Montf. ΗΣΝΙ, Münt. ΗΣΝΕ. Vs. 23. Maff. . . ΡΑΙΝ, Montf. ΩΡΑΝ, Münt. ΩΡΑΙΝ. Huius fragmenti in parte aversa vs. 1. Maff. ΟΝ; Montf. quod dedi. Vs. 2. Maff. ΩΣΚΑΙΑΦΡΟΔΙΤ, Montf. ΕΩΣΚΑΑΦΡΟΑΙ ΤΗΣ. Vs. 3. init. Maff. . . ΝΑ, Montf. ΕΝΝΑ. Vs. 6.

A.

ΔΙΟΜΗΔΗΣ ΑΧΙΛΛΕΥΣ ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ ΧΡΥΣΗΣ ΑΠΟΙΝΑ ΑΡ..

Α ΜΗΝΙΣ ΙΛΙΑΣ C

Β

ΝΕΣΤΩΡ ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ

Γ

ΠΡΙΑΜΟΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗ ΠΑΡΙΣ ΜΕΝΕ....

Δ
ΟΡΚ
ΙΩΝ
ΣΥΓ
ΧΥΣ
ΙΣ

Ε
ΔΙΟ
ΜΗΔ
ΟΥΣ
ΑΡΙ
ΣΤΗ
Α

ΑΙΝΕΙ
ΑΣ

In parte aversa:

ΝΕΟΥΠΟΤΕΒΟΥΛΕΙ

	Σ		Η		Ι		Τ		Ε		Χ		Ν		Η
Ο		Σ		Η		Ι		Τ		Ε		Χ		Ν	
	Ο		Σ		Η		Ι		Τ		Ε		Χ		Ν
Η		Ο		Σ		Η		Ι		Τ		Ε		Χ	
	Η		Ο		Σ		Η		Ι		Τ		Ε		Χ
Ρ		Η		Ο		Σ		Η		Ι		Τ		Ε	
	Ρ		Η		Ο		Σ		Η		Ι		Τ		Ε
Ω		Ρ		Η		Ο		Σ		Η		Ι		Τ	
	Ω		Ρ		Η		Ο		Σ		Η		Ι		Τ
Δ		Ω		Ρ		Η		Ο		Σ		Η		Ι	
	Δ		Ω		Ρ		Η		Ο		Σ		Η		Ι
Ο		Δ		Ω		Ρ		Η		Ο		Σ		Η	
	Ο		Δ		Ω		Ρ		Η		Ο		Σ		Η
Ε		Ο		Δ		Ω		Ρ		Η		Ο		Σ	
	Ε		Ο		Δ		Ω		Ρ		Η		Ο		Σ
Ο		Ε		Ο		Δ		Ω		Ρ		Η		Ο	
	Ο		Ε		Ο		Δ		Ω		Ρ		Η		Ο

B.

ΠΕΝ
ΘΕΣΙ
ΛΗΑ
ΑΜΑΖ
ΩΝΠ
ΑΡΑΓΙ
ΝΕΤΑΙ

ΑΧΙΛ
ΛΕΥΣ
ΠΕΝΘ
ΕΣΙΛΗ
ΑΝΑΠ
ΟΚΤΕΙ
ΝΕΙ

ΜΕΜΝ
ΩΝΑΝ
ΤΙΛΟΧ
ΟΝΑΠ
ΟΚΤΕ
ΙΝΕΙ

ΑΧΙΛ
ΛΕΥΣ
ΜΕΜ
ΝΟΝΑ
ΑΠΟΚ
ΤΕΙΝ
ΕΙ

ΕΝΤΑ
ΙΣΣΚ
ΑΙΑΙΣ
ΠΥΛΑ
ΙΣΑΧΙ
ΛΛΕΥ
Σ..ΥΠΟ
.....

ΑΠΟΚ
ΤΕΙΝΕ
ΙΠΡΙ
ΑΜΟΝ
ΚΑΙ
ΑΓΗΝ
ΟΡΑ

ΠΟΛΥ
ΠΟΙΤΗ
ΣΕΧ
ΕΙΟΝ

ΘΡΑΣΙ
ΜΗΔ
ΗΣΝΙ
..ΡΑΙΝ
ΕΤΟΝ

ΦΙΛΟΚ
ΤΗΤΗΣ
ΔΙΟΠ
ΙΘΗΝ

In parte aversa:

\- - - - - - - - - - -
\- - - - - - ΠΟΝΙ - - -
\- - ΕΩΣΚΑΙΑΦΡΟΔΙΤΗΣ - -
ΕΝΝΑΚΟΡΑΣΔΙΝΩΑΓΑΥ
ΗΝΑΥΤΟΝΟΗΝΣΕΜΕΛΗΝ
ΥΙΟΝΔΕΠΟΛΥΔΩΡΟΝ
ΑΡΙΣΤΑΙΟΥΔΕΚΑΙΑΥΤΟΝΟΗΣΑΚΤΑΙΩΝ
ΑΘΑΜΑΝΤΟΣΔΕΚΑΙΙΝΟΥΣΛΕ
ΑΡΧΟΣΚΑΙΜΕΛΙΚΕΡΤΗΣ
ΕΚΕΙ(ΟΝ)ΟΣΔΕΣΠΑΡΤΟΥΚΑΙΑΓΑΥ
ΗΣΓΕΝΝΑΤΑΙΠΕΝΘΕΥΣ
ΖΕΥΣΣΕΜΕΛΗΠΛΗΣΙΑΣΑΣΚΑΙΚΕΡ
ΑΥΝΩΣΑΣΑΥΤΗΝΑΝΕΛΟΜΕ
ΝΟΣΤΟΝΔΙΟΝΥΣΟΝΚΑΙΕΝΡΑΨ
ΑΣΕΙΣΤΟΝΜΗΡΟΝΥΣΤΕΡΟΝ
ΔΙΔΩΣΙΝΙΝΩΤΡΕΦΕΙΝ
ΗΡΑΣΑΡΓΕΙΑΣΙΕΡΕΙΑΕΥΡΥ....

init. Maff. Λ pro Α; deinde omittit ΔΕ, quod habet Montfauc. Vs. 9. init. Maff. ΥΙΟΣ, Montf. ΕΚΕΙ(ΟΝ)ΟΣ sculptore se ipsum corrigente. Vs. 13. extr. Maff. Ψ, Montf. +.

A. Tabula similiter concinnata ut n. 6125. (cf. Welcker. Annal. inst. arch. I. p. 230.): unde Montfauconius putavit partem esse illius tabulae maioris; quem errorem perspexerunt Maffeius et Fogginus. In media area conspicitur urbs Troia moenibus turribusque cincta; quam imaginem cingunt segmenta, quae singula rhapsodiae argumentum repraesentant; in ora superiore imaginis Ἰλιὰς Ὁ[μήρου], in ora laterali singulis segmentis adscriptus est numerus rhapsodiae, partim apposito argumento, nisi quod argumentum primae rhapsodiae Ā μῆνις positum est in ora superiore imaginis, infra segmentum, ad quod pertinet.

In primo segmento (Ā μῆνις) habetur concio Achivorum, Διομήδης, Ἀχιλλεύς, quam imaginem Iahnius ad Cypria extrema potius quam ad Iliadem pertinere putat; deinde Ἀγαμέμνων sedens, ad cuius pedes supplex Χρύσης ἄποινα ἄ[γων], quae ultima verba sub plaustro scripta sunt. In secundo segmento (B̄) Νέστωρ, Ἀγαμέμνων in consessu, deinde Thersites et Ulysses, denique rostra navium. In tertio segmento (Γ̄) Πρίαμος, Ἀφροδίτη, Πάρις, Μενέ[λαος], Venus Paridem Menelao subtrahens. In quarto segmento (Δ̄ ὁρκίων σύγχυσις) Pallas, Pandarus et Menelaus, deinde

duo homines victimam mactantes. In quinto denique (Ē Διομήδους ἀριστήα) Pallas excitans Diomedem contra Venerem quae subtrahit Aeneam, deinde Achivus Troianum concidentem gladio percutiens (Meriones et Phereclus?).

In aversa parte tabula est lusoria. Legitur ibi in area in 272 quadrata divisa litteris ita distributis, ut quadrata ex obliquo adspecta eandem litteram toties repetitam referant, quoties capit tabula, quae integra est: Θεοδώρηος ἡ τέχνη. De Iota vocali H apposito alias monuimus (cf. ad n. 4957. var. lect.). Hunc Theodorum in tabula Iliaca n. 6125. memorari primus coniecit Lehrsius. Vide ad n. 6125. Eorum, quae supra scripta sunt —νε οὔ ποτε βούλει, initium alibi huius lapidis fuit; fortasse ΤΗΝΑΡΧΗΝ ΛΑΜΒΑ.ΝΕΟΥΠΟΤΕΒΟΥΛΕΙ, τὴν ἀρχὴν λάμβα]νε οὔ ποτε βούλει; sed potest etiam longior fuisse oratio.

B. Argumentum est Arctini Aethiopidis (conf. segmentum inferius tabulae maioris n. 6125.). Extrema ex Iliuperside Leschis esse coniecit O. Müllerus Zeitschr. f. Alterthumsw. 1835. n. 144. p. 1160. (vide tamen Welckeri Cycl. ep. II. p. 246.)

Πενθεσίληα Ἀμαζὼν παραγίνεται.
Ἀχιλλεὺς Πενθεσίληαν ἀποκτείνει.
Μέμνων Ἀντίλοχον ἀποκτείνει.
Ἀχιλλεὺς Μέμνονα ἀποκτείνει.
Ἐν ταῖς Σκαιαῖς πύλαις Ἀχιλλεὺς [ἀ]πο[κτείνεται?]
[Νεοπτόλεμος] ἀποκτείνει Πρίαμον καὶ Ἀγήνορα,
Πολυποίτης Ἐχεῖον,
Θρασ[υ]μ[ή]δης Νι[κ]αίνετον,
Φιλοκτήτης Διοπίθην.

Polypoetes (cf. Quint. XII, 317.) comparet etiam in tabula Polygnoti (vide Welcker. l. c.). Nomen Ἐχίος ex Il. XV, 339. (XVI, 416.) adstruit Iahnius. Thrasymedes (Paus. IV, 31, 11.) ex heroibus in equo ligneo occultis secundum Tryphiod. vs. 167. Nomen Νικαίνετον nunc a Müllero occupatum video. Troianum a Philocteta occisum Δηϊοπίτην esse coniicit Iahnius nixus eius nominis mentione in Il. XI, 420. ap. Dict. Cret. III, 7. ap. Hygin. fab. xc. (cf. Quint. XIII, 212.) quod nomen idem etiam Apollod. III, 12, 5. latere existimat.

In aversa parte huius fragmenti est genealogia mythologica ex fabulis Thebanis haec:

Κάδμος ἐξ Ἁρμ]ονί[ας, θυγατρὸς
Ἄρ]εως καὶ Ἀφροδίτης, [γ-
εννᾷ κόρας δ̄, Ἰνώ, Ἀγαύ-
ην, Αὐτονόην, Σεμέλην,
υἱὸν δὲ Πολύδωρον.
Ἀρισταίου δὲ καὶ Αὐτονόης Ἀκταίων,
Ἀθάμαντος δὲ καὶ Ἰνοῦς Λέ-
αρχος καὶ Μελικέρτης·
Ἐ[χ]είονος δὲ σπαρτοῦ καὶ Ἀγαύ-
ης γεννᾶται Πενθεύς.
Ζεὺς Σεμέλῃ πλησιάσας καὶ κερ-
αυνώσας αὐτήν, ἀνελόμε-
νος τὸν Διόνυσον καὶ ἐνρά-
ψας εἰς τὸν μηρὸν ὕστερον
δίδωσιν Ἰν[οῖ] τρέφειν·
Ἥρας Ἀργείας ἱέρεια Εὐρυ[δίκη
- - - - - -

Bene sic Montfauconius et Heynius ad Apollodor. p. 226. De Cadmo eiusque filiis Apollod. III, 4, 2. de Semele Apollod. III, 4, 3. De Pentheo nota omnia ex Euripidis Bacchis. Eadem fere sunt etiam in tabula Borgiana n. 6129. In fine Heynius coniicit sermonem esse de Eurydice, Lacedaemonis filia, Acrisii uxore, Danaes matre, quam Spartae templum posuisse Iunonis Argivae narrat Pausan. III, 13, 6. unde verisimile fit Eurydicen pro sacerdote Iunonis Argivae habitam fuisse. Paulo probabilius O. Iahnius (Kieler Studien p. 113.) coniicit hoc de sacerdote Argiva titulo significari initium fabulae de Hercule subsequentis. Conf. n. 5984. *G.* Ceterum hae quoque tabulae ex initio imperii Romani videntur esse. De usu harum tabularum cf. ad n. 6125.

6127.

Fragmentum tabulae Iliacae Roma Parisios delatum; edidit Raoul-Rochette Monum. ined. Vol. I. p. 49. (cf. p. 89.). Hoc fragmentum, si illud est, quod memorat Gerhard Annal. dell' Inst. arch. Rom. I. p. 228. repertum est ad D. Pauli aedem extra muros. Citat O. Jahn Kieler Studien 1841. p. 150.

ΕΡΜΗΣ - - ΙΟΝ

ΑΧΙΛΛΕΥΣ ΠΡΙΑΜΟΣ - - ΥΤΡΑ

ΑΝΕΚΡΟΥΚΑΙΠΕΡΑΣΕΣΤΙΝΤΑΦΟΣΕΚΤΟΡΟΣΙΠΠ

Ἑρμῆς. [Ἴλ]ιον.
Ἀχιλλεύς. Πρίαμος. [Λ]ύτρα.
Ἐκφορ]ὰ νεκροῦ καὶ πέρας ἐστὶν τάφος Ἕκτορος ἱππ[οδάμοιο.

Hectoris λύτρα repraesentantur quum alibi, ut ap. Winckelmann. Monum. ined. n. 134. 135. 136. ap. Choiseul-Gouffier Voy. pitt. (vignette Disc. prélim.), ap. Chandler. Trav. c. 38., tum in tabula Iliaca maiore n. 6125. In fine λύτρ]α νεκροῦ καὶ πέρας ἐστὶν τάφος Ἕκτορος ἱππ[οδάμοιο restituebat R. Rochettus (cf. Il. XXIV, 804.). De talibus tabulis cf. ad n. 6125.

6128.

Fragmentum tabulae anaglypho ornatae ex eadem materia factae, ex qua sunt n. 6125. 6126. litteris moduli minutissimi; quod olim habuit Bellorius, nunc asservatur Berolini in cimeliotheca antiquaria: repraesentatur Homerus volumen evolvens, sedens in ara anaglyphis ornata; ediderunt Fabrettus de columna Traiani p. 315. 2. aeri incisam (cf. p. 348.), Begerus Thes. Brandenburg. T. III. p. 320. 321. Montfaucon Ant. expl. Suppl. T. IV. tab. 37. aeri incisam (cf. p. 83.). Conf. Inghirami Galleria Omerica tab. IV. Levezow in Boettigeri Amalth. T. II. p. 376.

ΑΣΙ
ΣΑΙΤΗ
ΜΟΓΟΣΚΑΙ
ΨΟΙΟΣΤΡΩΣΙΣ
ΜΟΣΕΙΕΡΣΙΣΚΑΙ
ΠΡΟΣΠΟΣΙΔΩΝΑΚ
ΣΥΜΜΑΧΙΑΤΡΩΣΙΝΚΑΙ
ΦΥΓΗ ΕΠΙ ΝΑΥΣΙΜΑΧΗ
ΛΟΥΒΟΗΘΗΑΚΑΙΣΑΡΠΗΔΟΝΟΣΘΑ
ΝΑΤΟΣΚΑΙΠΕΡΙΤΟΥΝΕΚΡΟΥΜΑΧΗ
ΚΑΙΠΑΤΡΟΚΛΟΥΑΝΑΙΡΕΣΙΣ
ΚΑΙΠΕΡΙΤΟΥΝΕΚΡΟΥ
ΜΑΧΗΚΑΙΑΝΤΙΛΟΧΟΥ
ΑΠΑΓΓΕΛΙΑΠΡΟΣ
ΑΧΙΛΛΕΑ ΠΕΡΙ
ΠΑΤΡΟΚΛΟΥ
ΟΠΛΟΠΟΙΑ

. . . .
. . . .
. . . . . καὶ [Ἕ-
κτ]ο[ρ]ος τρῶσις [καὶ
Δι]ὸς ἔγερσις καὶ [ἐντολὴ
πρὸς Ποσιδῶνα κ[αὶ Ἀπόλλωνος
συμμαχία Τρωσὶν καὶ [Ἀχαιῶν
φυγή. ἐπὶ ναυσὶ μάχη. [Πατρόκ-
λου βοήθηα καὶ Σαρπηδόνος θά-
νατος καὶ περὶ τοῦ νεκροῦ μάχη.
καὶ Πατρόκλου ἀναίρεσις
καὶ περὶ τοῦ νεκροῦ
μάχη. καὶ Ἀντιλόχου
ἀπαγγελία πρὸς
Ἀχιλλέα περὶ
Πατρόκλου.
ὁπλοποιΐα.

Est brevis relatio rerum Iliad. XIV.-XVIII. narratarum, qualis est etiam in columna tabulae maioris n. 6125. Vs. 4. pertinet ad Iliad. XIV, 402-439. Vss. 5-8. ad Iliad. XV, 1 sqq. 405 sqq. Vss. 8-13. ad Iliad. XVI, 1 sqq. 419 sqq. 787 sqq. Vss. 13-16. ad Iliad. XVII, 652 sqq. Vs. 17. ad Iliad. XVIII. Monumentum eiusdem videtur fabricae et aetatis esse, cuius est tabula maior n. 6125. et n. 6126. De usu tabulae conf. ad n. 6125.

6129.

Velitris olim in museo Borgiano, nunc Neapoli (conf. Gerhard et Panofka Neapels ant. Bildw. p. 183.), fragmentum tabulae similis, ut n. 6125 — 6128.; edidit et illustravit Heerenius Expositio fragmenti tabulae marmoreae operibus caelatis et inscriptionibus Graecis ornatae musei Borgiani Velitris, Romae 1786. 4. et in Biblioth. vet. litt. et art. P. IV. 1788. accuratius in operibus suis T. III. p. 150 sqq. Disserit de hac tabula Welckerus de cyclo epico (Mus. Rhen. Suppl. I. 1835.) p. 32 sqq. et T. II. 1849. p. 196. 437 sq. conf. Viscontus Mus. Pio-Clement. IV. p. 78. edit. Mil. Odofr. Müller Zeitschr. für Alterthumsw. 1835. n. 145. p. 1162 sq. O. Jahn Kieler Studien 1841. p. 151.

A.

a.

	ΣΕΥΣΣΕΜΕΛΗΠΛΗΣΙΑΣΑΣ		
ΥΑΙ	ΚΑΙΚΕΡΑΥΝΩΣΑΣΑΝΕΛΩΜΕΝΟΣ	ΣΧΕΙΟΝΟΣΔΕ	ΑΘΛΜΑ
ΜΟ	ΤΟΝΔΙΟΝΥΣΟΝΕΝΡΑΠΤΕΙΕΙΣ	ΣΠΑΡΤΟΥΚΑΙΛΓΑΥΗΣ	ΚΑΙΙΝΟΥ
ΜΕ	ΤΟΝΜΗΡΟΝΥΣΤΕ·ΝΔΙΑΕΡΜΟΥ	ΠΕΝΘΕΥΣ	ΚΑΙΜΕΛ
	ΔΙΔΩΣΙΝΙ ΤΡΕ		

b. ΛΑΙΑ ΑΘΙΣ ΙΩΚΑΤΑΛ
ΝΙΟΥ

B.

In parte aversa:

ΘΑΡ	
ΥΟΥ	ΗΦΑΙΣΤΟΝΚΑΙΜΗΠΡΟΣΖ
ΙΑΤΩ	ΜΕΝΗΣΤΟΛΕΧΟΣΤΗΣΓΟΝ
ΝΟΝΕΝ	ΕΠΙΤΗΝΓΗΝΠΕΣΟΥΣΗΣΕΠΙ
ΑΝΟΝ	ΤΗΝΓΕΝΝΑΤΑΙΟΕΡΙΡΘΟΝΙΟΣ
ΟΙΑΝΠΕ	ΠΡΟΤΗΣΕΡΙΔΟΣΑΘΗΝΑΣΠΡΟΣ
ΤΕΡΟ	ΠΟΣΕΙΔΩΝΑΠΡΟΚΕΙΤΑΙΤΑΔΕ
ΝΑΕΝ	

ΜΑΧΙΑΣΟΥΧΗΝΤΕΛΕΣΙΣΟΜΗΘΥΜΝΑΙΟΣ
ΕΠΕΣΙΝΚΑΙΔΑΝΑΙΔΑΣΕΦΕΠΩΝΚΑΙΤΟΝ
ΑΝΟΙΔΙΠΟΔΕΙΑΝΤΗΝΥΠΟΚΙΝΑΙΘΩΝΟΣΤΟ
ΤΕΣΕΠΩΝΟΥΣΑΝΕΧΥΠΟΘΗΣΟΜΕΝΘΗΒΑΙΔΑ
ΝΤ ΝΜΙΛΗΣΙΟΝΑΕΓΟΥΣΙΝΕΠΩΝΟΝΤΑ·ΘΡ
ΜΔΥΤΑΥΤΗΙΔΕ
ΝΛΥΚΑΟ

A. tit. *a.* sub imaginibus evanidis:

	[Ζ]εὺς Σεμέλῃ πλησιάσας	[Ἐ]χείονος δὲ	Ἀθ[ά]μα[ντος δὲ
- - -	καὶ κεραυνώσας, ἀνελόμενος	σπαρτοῦ καὶ Ἀγαύης	καὶ Ἰνοῦ[ς Λέαρχος
- - -	τὸν Διόνυσον ἐνράπτει εἰς	Πενθεύς.	καὶ Μελι[κέρτης.
- - -	τὸν μηρόν· ὕστε[ρο]ν διὰ Ἑρμοῦ		
	δίδωσιν Ἰ[νοῖ] τρέ[φειν.		

Haec fere eadem habentur in aversa parte fragmenti *B.* Veronensis n. 6126. In prima inscriptione, cuius pauca supersunt vestigia, videtur sermo fuisse de Autonoe Cadmi filia Aristaeo nupta, quae ei Actaeonem peperit.

Tit. *b.* sub imaginibus sculptis: ad sinistram equus est adstantibus duabus figuris, virili et muliebri. Heerenius putat ibi Minervae et Neptuni de Attica litem designari et praeter equum fuisse olim etiam olivam insculptam: cuius rei mentio fit in parte tabulae aversa; unde subscriptum fuerit: ἐ]λαία [κ]αθίσ[ταται ἐπὶ τοῦ Σου]νίου. Parum probabiliter. Ad dextram Heerenio videtur repraesentari Athamas, qui Learchum arripuerit, et Ino, quae tueatur Melicertam; hinc censet fuisse Ἰν]ὼ καταλ[αμβ - - - explicatione admodum dubia.

B. - - - - [Ἀθηνᾶς δὲ φευγούσης τὸν]
- - - - Ἥφαιστον καὶ μὴ προσ[δεξαμένης τὸ λέχος, τῆς γον[ῆς
- - - - ἐπὶ τὴν γῆν πεσούσης
- - - - γεννᾶται ὁ Ἐρι[χ]θόνιος.
- - - - πρὸ τῆς ἔριδος Ἀθηνᾶς πρὸς
- - - - Ποσειδῶνα πρόκειται τάδε.
- - - - - τὰ τῆς Τιτανο]μαχίας, οὐχ ἣν Τέλεσις ὁ Μηθυμναῖος
ἐποίησεν, ἀλλ' ἣν Ἀρκτῖνος ἐποίησιν ἐν - - -] ἔπεσιν, καὶ Δαναΐδας ͵ςφ ἐπῶν, καὶ τὸν
τῶν Ἀμαζόνων πόλεμον ἐπῶν - - - καὶ τὴ]ν Οἰδιπόδειαν τὴν ὑπὸ Κιναίθωνος το[ῦ
- - - - πεποιημένην ἐκθέν]τες ἐπῶν οὖσαν ͵ςχ ὑποθήσομεν Θηβαΐδα
καὶ - - - ἃ πεποιηκέναι Ἀρκτῖνο]ν τ[ὸ]ν Μιλήσιον [λ]έγουσιν, ἐπῶν ὄντα ͵θρ,
- - - - - - - - - - - οὖσαν ἐπῶν] ͵δυ. ταύτῃ δὲ
προσθήσομεν - - - - - - - - - - - τ]ὸν Λυκάονα - - - - -]

Apparent inscriptiones tres. Ex prima in superiore parte sinistrorsum exarata paucae litterae supersunt, ex quibus augurari nihil de argumento licet. Secundae inscriptionis ad dextram positae vss. 1-5. fere ex Apollodoro III, 14, 6. desumptos esse vidit Heerenius. Vss. 4. 5. ΕΠΙΤΗΝ male repetita vocabula punctis supra positis deleta sunt. Videtur igitur alicubi in tabula ortus Erichthonii delineatus fuisse. Atque eiusdem inscriptionis vss. 7. 8. videntur ad aliam in lapide imaginem pertinere priore ante litem de Attica ortam loco delineatam. Male Heerenius coniicit ΠΕΡΙ scribendum esse pro ΠΡΟ, sententiam ita constituens: „de lite Minervae et Neptuni haec scimus". Tertia denique inscriptio pars est tituli maioris in recensu poetarum cyclicorum versantis, ex quibus imagines non eae, quarum vestigia supersunt, sed fortasse aliae, quae sequebantur, expressae erant. In parte sinistra quantum interierit, non tam certo definiri potest quam putabat Welckerus. Rectiusque Odofr. Müllerus, qui maiorem ibi lacunam statuit. Initio quae supersunt litterae, aut ad Gigantomachiam aut ad Titanomachiam videntur pertinere. De Centauromachia (Aelian. V. H. XI, 2.) vix cogitaveris. Omnino credibile est primum carmen cyclicum Τιτανομαχίαν nominatum fuisse ab aliis Arctino, ab aliis Eumelo tributum (cf. Welcker. de cyclo epico p. 218.). Quod autem Welckerus [Τιτανο]μαχίαν posuit pro [Τιτανο]μαχίας, non videtur necesse esse. Heerenius Telesin pro poeta epico habuit; Boeckhio videtur dithyrambicus esse; certe Methymnae maxime stetit poesis dithyrambica, ab Arione inprimis exculta; atque ob id ipsum auctor tabulae monuisse videtur se non ex Telesios opere sed ex alio carmine cyclico delineasse imagines; videndumque putat Boeckhius, ne Telesis ille Telestas sit dithyrambicus, vulgo Selinuntius dictus, qui Diodoro Sic. XIV, 47. teste Olymp. 95. floruit. Nempe Telestam, si Methymnae aliquamdiu viveret, potuisse dici Methymnaeum, aut potuisse Methymnae natum esse et artis exercendae causa habitare Selinunte. Quamquam non video cur Telesis noster pro Telesta habendus sit, quam coniecturam praeiverat Heerenius (conf. M. Schmidt in Mus. Rhen. IV. 1845. p. 305.). Videtur potius esse poeta aliunde non notus (conf. Welcker. l. c. p. 218.). Sequitur alterum carmen cyclicum Δαναΐς, nunc Δαναΐδες dictum insolentius. Numerum versuum non recte constituit Heerenius et post eum Welckerus. Versus sunt sexies mille et quingenti. Idem Welckerus l. c. p. 307. lectionem Δαναΐδας defendit. De Danaide carmine epico conf. Welcker. de cyclo epico p. 326. Madsen de fontibus Supplicum Aeschyli, Kiel. 1830. Vs. 11. init. Ἀμαζόνων πόλεμον καὶ supplet Welckerus (vide eum l. c. p. 313 sqq.), admirans ipse, cur numerus versuum non additus sit carminis. Sed videntur deesse nonnulla. Apte autem ibi tertio loco appellatur Amazonia (cf. Welcker. Cycl. ep. II. p. 438.). Quarto loco quod carmen cyclicum nominatur, Οἰδιπόδεια Cinaethonis, ex hac tabula innotuit. Quodsi idem nomen est Κύναιθος et Κιναίθων, poeta nunc Chius nunc Lacedaemonius audit (vide Welcker. Cycl. ep. I. p. 237 sqq.). Chium vocari in tabula nostra sibi persuadet Welckerus, qui vs. 12. init. ita explet: Χίου πεποιημένην τιθέν]τες cet. At spatium quod ex vss. 10. 13. aestimandum est, favet potius nomini longiori. Accedit quod demonstrari non potest, Cynaethum Chium et Cinaethonem Lacedaemonium eundem fuisse (conf. Müller. Zeitschr. f. Alterth. 1835. n. 146. p. 1173.). Sequitur vs. 12. extr. nota aliunde Thebais cyclica (vide Welcker. l. c. p. 198 sqq.). Vs. 13. init. Welckerus nihil supplet nisi haec: ἃ πεποιηκέναι Ἀρκτῖνο]ν cet. ratus Θηβαΐδα nunc pro Θηβαϊκὰ dictum

esse, ad quod pertineant verba ἐπῶν ὄντα ,θρ̄. At videntur potius duo carmina memorata esse diversi generis, ut si quis cum Odofr. Müllero Κύπρια proposuerit. Coniicias fuisse Θηβαΐδα [καὶ τοὺς Ἐπιγόνους, ἃ πεποιηκέναι cet. ut ad utrumque carmen pertineat immensus numerus versuum 9100, quem etiam Welckerus ad duo carmina rettulit (l. c. p. 204.). Ita demum neutrum ὄντα explicari potest. Quamquam vel sic rem expedire difficile est (vide Welckerum l. c. T. II. p. 376. 440.). Heerenius subesse τὸν Μέμνονα putabat statuens Aethiopidem etiam Memnonem vocatam esse. Quam opinionem Tychsenio (Quint. Smyrn. p. LX.) et Nitzschio (Hist. Hom. I. p. 121.) probatam merito reiecit Welckerus. Nec multo probabilius quod suspicatur Odofr. Müllerus post Thebaidem Cypria nominata esse, deinde carmina Arctini (Aethiopidem et Iliupersidem); quae carmina si intelligenda essent, auctor vix dixisset dubitanter ἃ πεποιηκέναι Ἀρκτῖνον τὸν Μιλήσιον λέγουσι, ut taceam etiam sic numerum versuum nimium videri ipsi Müllero. Vs. 14. extr. ταύτῃ docet nomen carminis praecedentis feminini esse generis: hoc 4400 versibus constitisse vidit Heerenius. Vs. 15. extr. ultima ubi Lycaonis mentio fit, ad fabulam Arcadicam vel Pelasgicam pertinere videntur, nisi de Cypriis cogitari potest, in quibus teste Proclo Λυκάονα Πάτροκλος εἰς Λῆμνον ἀγαγὼν ἀπεμπολᾷ, quod argumentum a poeta ex Il. XXI, 35 sqq. desumptum videtur (conf. Odofr. Müller. Zeitschr. f. Alterthumsw. 1835. n. 146. p. 1176.). Lycaonem pro patre poetae cuiusdam habuit Welckerus. De usu talium tabularum vide ad n. 6125.

6129. *b.*

Fragmentum tabulae Iliacae, quod ubi repertum sit non constat; asservatur Parisiis in bibliotheca publica. Anaglyphis repraesentantur urbs Troia et pugnae, ut in tabula Iliaca maiore (n. 6125.); anaglyphorum ad sinistram fascia est alta 85mm, larga 23mm, continens inscriptionem litteris minutissimi moduli, quam edidit Hadrianus de Longperier Revue de philologie T. I. 1845. p. 438 sqq. unde repetiit Bergkius Programm. Marburg. d. 21. Dec. 1845. Tractavit Lachmannus Bericht über die zur Bekanntmachung geeigneten Verhandlungen d. K. Preufs. Akad. d. Wiss. zu Berl. Jan. 1846. p. 29 sqq.

\- - - - - - - - - - - ΣΟΥΝ
ΑΥΤΗΣΥΠΟΖΗΝΟΔΟΤΟΥΕΣΤΙΝ
ΕΝΤΗΠΡΩΤΗΗΜΕΡΑΧΡΥΣ
ΕΩΠΡΟΣΑΧΑΙΟΥΣΑΦΙΞΙΣ
ΚΑΙΑΠΑΙΤΗΣΙΣΧΡΥΣΗΙΔΟΣ
ΤΟΥΔΕΑΓΑΜΕΜΝΟΝΟΣΑΠΕΙ
ΘΟΥΝΤΟΣΚΑΙΜΗΒΟΥΛΟΜΕΝ
ΟΥΑΠΟΔΙΔΟΝΑΙΧΡΥΣΗΣΕΠΙ
ΤΟΙΣΕΙΡΗΜΕΝΟΙΣΔΥΣΦΟΡ
ΩΝΑΞΙΟΙΤΟΝΑΠΟΛΛΩΤΗΣΑ
ΔΙΚΙΑΣΤΗΣΕΠΑΥΤΟΝΓΕΝ
ΟΜΕΝΗΣΑΝΤΑΜΕΙΨΑΣΘΑΙ
ΤΟΥΣΑΧΑΙΟΥΣΤΟΥΔΕΑΠΟΛ
ΛΩΝΟΣΜΗΝΙΣΑΝΤΟΣΤΟΙΣ
ΑΧΑΙΟΙΣΚΑΙΛΟΙΜΟΝΕΜΒΑ
ΛΟΝΤΟΣΕΙΣΤΟΣΤΡΑΤΟΠΕΔ
ΟΝΑΥΤΩΝΕΠΕΝΝΕΑΗΜΕΡΑ
ΚΑΘΑΠΕΡΕΙΡΗΚΕΝΕΝΝΗΜΑ
ΡΜΕΝΑΝΑΣΤΡΑΤΟΝΩΧΕΤΟΚΗΛ
ΑΘΕΟΙΟΚΑΙΕΠΙΒΑΛΛΕΙΤΗΔΕΚΑ
ΤΗΔΑΓΟΡΗΝΕΚΑΛΕΣΣΑΤΟΛΑ
ΟΝΑΧΙΛΛΕΥΣΕΝΤΑΥΤΗΠΑΛΙ
ΜΗΝΙ ΚΑΙΧΡΥΣΗΙΔΟΣΑΠΟΣΤΟ
ΛΗΚΑΙΑΠΑΙΤΗΣΙΣΒΡΙΣΗΙΔΟΣ
ΚΑΙΑΧΙΛΛΕΟΣΚΑΙΘΕΤΙΔΟΣΣΥΛ
ΛΟΓΟΣΥΠΕΡΤΩΝΑΧΑΙΩΝΚΑΙ . .
ΛΕΥΟΝΤΟΣΤΗΝΜΗΤΕΡΑΞΙΟΣ
ΑΙΤΟΝΔΙΑΟΠΟΣΤΙΜΗΣΟΣΙΝΑΥ
ΤΟΝΟΙΑΧΑΙΟΙΕΠΙΒΑΛΛΕΙΗΘΕ
ΤΙΣΕΙΜΑΥΤΗΠΡΟΣΟΛΥΜΠΟΝΑΓ
ΑΝΝΙΦΟΝΑΙΚΕΠΙΘΗΑΙΑΛΛΑΣΥ
ΜΕΝΝΥΝΝΕΥΣΙΠΑΡΗΜΕΝΟΣΟ
ΚΥΠΟΡΟΙΣΙΝΜΗΝΙΑΧΑΙΟΙΣΙΝΠΟ
ΛΕΜΟΥΔΑΠΟΠΑΥΕΟΠΑΜΠΑΝ
ΖΕΥΣΓΑΡΕΣΩΚΕΑΝΟΝΜΕΤΑ
ΜΥΜΟΝΑΣΧΘΙΖΟΣΕΒΗΜΕΤΑ
ΔΑΙΤΑΘΕΟΙΔΑΜΑΠΑΝΤΕΣΕ
ΠΟΝΤΟΔΟΔΕΚΑΤΗΔΕΤΟΙΑΥΤΙΣ
ΕΛΕΥΣΕΤΑΙΟΥΛΙΜΠΟΝΔΕ
ΩΣΤΕΠΟΡΕΥΣΘΑΙΑΥΤΟΝΤΗΕΝΑ
ΤΗΔΙΕΛΘΟΥΣΟΝΟΥΝΤΟΝΑΝΑ
ΜΕΣΟΝΗΜΕΡΩΝΕΡΧΕΤΑΙΟΖ
ΕΥΣΤΗΠΡΟΕΙΡΗΜΕΝΗΔΩΔΕ
ΚΑΤΗΚΑΙΗΘΕΤΙΣΚΑΤΑΤΟΠΡΟ
ΣΤΑΓΜΑΤΟΥΥΙΟΥΑΝΑΒΑΙΝΕΙ
ΠΡΟΣΤΟΝΔΙΑΚΑΚΕΙΝΟΥΥΠΟΣ .
ΟΜΕΝΟΥΠΟΗΣΕΙΝΚΑΘΑΠΕΡΗ
ΞΙΟΥΑΠΑΛΛΑΣΣΕΤΑΙΗΘΕΤΙΣ
ΤΑΕΙΡΗΜΕΝΑΤΩΥΙΩΑΠΑΓΓΕΛ
ΟΥΣΑΤΑΥΤΗΣΔΙΕΛΘΟΥΣΗΣΤΗ
ΣΗΜΕΡΑΣΚΑΙΤΟΝΗΜΕΡΩΝΑΡΙΘΜ
ΟΝΕΧΟΥΣΟΝΕΙΚΟΣΙΕΠΙΒΑΛΛΕΙ
ΜΙΑΚΑΙΕΙΚΟΣΤΗΕΝΗΕΣΤΙΝΑΧ
ΑΙΩΝΑΓΟΡΑΝΕΩΝΚΑΤΑΛΟΓ
ΟΣΣΥΝΑΓΩΓΗΤΩΝΑΧΑΙΩ
ΚΑΙΟΙΚΙΑΚΑΙΜΕΝΕΛ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΜΟΝΟ
ΘΕΩΝΑΓΟΡΑΚΑΙΟΙ
ΧΥΣΙΣΚΑΙΕΠΙΠΟ
ΔΙΑΣΜΑΧΗΔΙ
ΑΚΑΙΑΙΝΗΟΥ
ΤΡΟΣΙΣΠΓ
ΝΗΟΥΑΙ
ΜΑΣ

Supra deesse versus circiter sex dicuntur. Plures desunt in fine.

\- - - - - - - -
αὐτῆς ὑπὸ Ζηνοδότου. ἔστιν
ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ Χρύσ-
εω πρὸς Ἀχαιοὺς ἄφιξις
καὶ ἀπαίτησις Χρυσηΐδος.
τοῦ δὲ Ἀγαμέμνονος ἀπει-
θοῦντος καὶ μὴ βουλομέν-
ου ἀποδιδόναι, Χρύσης ἐπὶ
τοῖς εἰρημένοις δυςφορ-
ῶν ἀξιοῖ τὸν Ἀπόλλω τῆς ἀ-
δικίας τῆς ἐπ' αὐτὸν γεν-
ομένης ἀνταμείψασθαι
τοὺς Ἀχαιούς· τοῦ δὲ Ἀπόλ-
λωνος μηνίσαντος τοῖς
Ἀχαιοῖς καὶ λοιμὸν ἐμβα-
λόντος εἰς τὸ στρατόπεδ-
ον αὐτῶν ἐπ' ἐννέα ἡμέρα[ς,
καθάπερ εἴρηκεν· "ἐννῆμα-
ρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλ-
α θεοῖο" καὶ ἐπιβάλλει· "τῇ δεκά-
τῃ δ' ἀγορὴν ἐκαλέσσατο λα-
ὸν Ἀχιλλεύς"· ἐν ταύτῃ πάλι[ν
μῆνι[ς] καὶ Χρυσηΐδος ἀποστο-
λὴ καὶ ἀπαίτησις Βρισηΐδος
καὶ Ἀχιλλέ[ω]ς καὶ Θέτιδος σύλ-
λογος ὑπὲρ τῶν Ἀχαιῶν, καὶ [κε-
λεύοντος τὴν μητέρ' ἀξι[ῶ]σ-
αι τὸν Δία ὅπ[ω]ς τιμήσ[ω]σιν αὐ-
τὸν οἱ Ἀχαιοί, ἐπιβάλλει ἡ Θέ-
τις· "εἶμ' αὐτὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀγ-
άννιφον, αἴ κε πίθη[τ]αι· ἀλλὰ σὺ
μὲν νῦν ν[η]υσὶ παρήμενος [ὠ]-
κυπόροισιν μήνι' Ἀχαιοῖσιν, πο-
λέμου δ' ἀποπαύεο πάμπαν.
Ζεὺς γὰρ ἐς Ὠκεανὸν μετ' ἀ-

μύμονας [Αἰθιοπῆας] χθιζὸς ἔβη μετὰ
δαῖτα, θεοὶ δ᾽ ἅμα πάντες ἕ-
ποντο· δ[ω]δεκάτη δέ τοι αὖτις
ἐλεύσεται Οὐλ[υ]μπόνδε"·
ὥστε πορεύ[ε]σθαι αὐτὸν τῇ ἐνά-
τῃ. διελθουσ[ῶ]ν οὖν τ[ῶ]ν ἀνὰ
μέσον ἡμερῶν ἔρχεται ὁ Ζ-
εὺς τῇ προειρημένῃ δωδε-
κάτῃ, καὶ ἡ Θέτις κατὰ τὸ πρό-
σταγμα τοῦ υἱοῦ ἀναβαίνει
πρὸς τὸν Δία, κἀκείνου ὑποσ[χ-
ομένου ποήσειν καθάπερ ἠ-
ξίου, ἀπαλλάσσεται ἡ Θέτις
τὰ εἰρημένα τῷ υἱῷ ἀπαγγελ-
οῦσα. ταύτης διελθούσης τῆ-
ς ἡμέρας καὶ τ[ῶ]ν ἡμερῶν ἀριθμ-
ὸν ἐχουσ[ῶ]ν εἴκοσι ἐπιβάλλει
μία καὶ εἰκοστή, ἐν ᾗ ἐστιν Ἀχ-
αιῶν ἀγορά, νεῶν κατάλογ-
ος, συναγωγὴ τῶν Ἀχαιῶ[ν
καὶ ὅ[ρ]κια καὶ Μενελ[άου καὶ
Ἀλεξάνδρου μονο[μαχία, καὶ
θεῶν ἀγορὰ καὶ ὁ[ρκίων σύγ-
χυσις καὶ ἐπιπ[ώλησις, πε-
διὰς μάχη, Δι[ομήδους ἀριστεί-
α, καὶ Αἰνήου [καὶ Ἀφροδίτης
τρ[ῶ]σις, π[εριποίησις τοῦ Αἰ-
νήου, - - - - - - -
- - - - - - - - -

Plurima vitia scripturae sustulit primus editor, cui etiam supplementa vss. 56-58. 61. debentur. Supplementa vss. 59. 60. 62. sunt Lachmanni, qui vss. 62. 63. 64. proposuit π[εριαίρεσις τοῦ Αἰ]νήου ἀ[πὸ τῆς μάχης καὶ τραῦ]μα Σ[αρπηδόνος. Lectionem vss. 1. 2. a primo editore inventam: ἐπιτομὴ τῆς Ἰλιάδος ὅπω]σοῦν || αὐτῆς ὑπὸ Ζηνοδότου ἐστίν, nihili esse vidit Lachmannus. Neque argumentum priorum quinque librorum Iliadis continetur inscriptione, sed computatio dierum, quibus quae ibi narrantur facta censenda sint ex calculis, ut videtur, Zenodoti, quos constat impugnatos esse ab Aristarcho. Computatio autem haec est:

1 ἡμέρα·		Χρύσεω πρὸς Ἀχαιοὺς ἄφιξις καὶ ἀπαίτησις Χρυσηΐδος. λοιμός.
2 —		
3 —		
4 —		
5 —		
6 —		λοιμός.
7 —		
8 —		
9 —	1	deorum ad Aethiopes expeditio.
10 —	2	μῆνις καὶ Χρυσηΐδος ἀποστολὴ καὶ ἀπαίτησις Βρισηΐδος καὶ Ἀχιλλέως καὶ Θέτιδος σύλλογος.
11 —	3	
12 —	4	
13 —	5	
14 —	6	
15 —	7	
16 —	8	
17 —	9	
18 —	10	
19 —	11	
20 —	12	deorum in Olympum reditus. ἡ Θέτις ἀναβαίνει πρὸς τὸν Δία.
21 —		Ἀχαιῶν ἀγορά, νεῶν κατάλογος, συναγωγὴ τῶν Ἀχαιῶν καὶ ὅρκια καὶ Μενελάου καὶ Ἀλεξάνδρου μονομαχία, καὶ θεῶν ἀγορὰ καὶ ὁρκίων σύγχυσις καὶ ἐπιπώλησις, πεδιὰς μάχη, Διομήδους ἀριστεία καὶ Αἰνήου καὶ Ἀφροδίτης τρῶσις et quae deinceps sequuntur usque ad Il. VII, 293.

In sequentibus videtur sermo fuisse de Il. VII, 381. 421. 433. 465. ubi quae narrantur de sententia Aristarchi, ut videtur, in diem μήνιδος tertium quartum incidere colligi potest ex scholio ad XVI, 202. κατὰ πάντα τὸν τῆς μήνιδος χρόνον· ὅς ἦν μετὰ τῆς παρούσης ἑκκαιδεκάτης. Hinc quae narrantur II, 48—VII, 293. ad diem decimum tertium, XI, 1—XVI, 202 sqq. ad diem decimum sextum rettuleris. Sed haec nunc missa facimus. In tabula computatur dies duodecimus, quo deos in Olympum reversuros esse Thetis dicit, ex die nono post initium luis, ratione habita verborum χθιζὸς ἔβη (vs. 424.). Ita visum Zenodoto versus 488-492. damnanti nec respicienti versus 475-487. quibus significatur dies, quo ex insula Chryse rediit Ulysses. Quam Zenodoti negligentiam Aristarchus improbavit posita διπλῇ ad vs. 477. Nam si eiectis versibus 488-492. respicias narrationem vss. 477-487. ex qua Ulysses die undecimo ex insula Chryse rediit, dies duodecimus vs. 493. ἀλλ᾽ ὅτε δή ῥ᾽ ἐκ τοῖο δυωδεκάτη γένετ᾽ ἠώς computandus erit ex die undecimo, quae computatio diversa est ab ea, quam Thetidis oratio suppeditat. Deinde dies duodecimus quum pari utrobique (vss. 424 et 493.) computatione sit eruendus, potest ille quidem ex nono die post initium luis computari (χθιζὸς ἔβη), sed nihil obstat quo minus ex eo ipso die computetur, quo Thetidis et Achillis habetur colloquium. Atque Aristarchus duodecimum diem (vs. 493.) a primo μήνιδος videtur computasse, qui est dies decimus post initium luis: in quo verba Thetidis et verba poetae distinxit. Eoque pertinere etiam Scholion ad I, 493. videtur: ἐκ τούτου λέγει τοῦ χρόνου, τοῦ τῆς μήνιδος· εἶπε γὰρ ἡ Θέτις χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα. Versus autem 488-492. si primae rhapsodiae compositionem genuinam putes, omnino cum Aristarcho κατὰ πρόληψιν accipiendi videntur; etsi vel sic claudicat narratio poetae, ut recte monuit Lachmannus, nec sufficit provocare cum Bergkio ad Iliad. XXIV, 31. 413. ex quibus locis solum illud confirmatur duodenarium numerum in his sollemnem fuisse. Sed tota haec de diebus Iliadis quaestio quum per se parum fructuosa est, tum difficultate implicatur eo maiori, quo minus dubitari de interpolationibus carminum Homericorum potest. In verbis inscriptionis non est cur immoremur. Vs. 26. ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΑΧΑΙΩΝ non integrum est; nempe quadratarius omisit ΤΗΣ ΑΔΙΚΙΑΣ (ὑπὲρ τῆς ἀδικίας τῶν Ἀχαιῶν) vel simile vocabulum, eadem negligentia qua vs. 36. omisit ΑΙΘΙΟΠΗΑΣ.

6130.

Romae, in museo March. Rondinini in tabula figuris et litteris tabulae Iliacae simillimis ornata; edidit Rud. Venutius La favola di Circe rappresentata in un antico Greco bassorilievo di marmo, Rom. 1758. 4. aeri incisam cum prolixo commentario; repetierunt Guattanus Monum. inedd. 1788. p. XI. tab. 1. aeri incisam, Millin Gall. myth. tab. CLXXIV. n. 635. Conf. Barthélemy Mém. de l'Acad. des inscr. T. XXVIII. p. 596. De simili argumento vide O. Jahn Archaeol. Beiträge p. 401 sqq.

Ex hara prodeuntibus sociis Ulyssis transformatis subscriptum:

ΕΤΛΙΡΟΙ
ΤΕΘΗΡΙΩΜЄ....

Sub Circes et Ulyssis imaginibus:

ΚΙΡΚΗ ΟΔΙΣΣΕΥΣ

Sub Ulysse Circen ense aggrediente:

ΟΔΙΣΣΕΥΣ ΚΙΡΚΗ

Sub Ulysse et Mercurio:

ΟΔΙΣΣΕΙ ΤΟ ΜΩΛΥ ΕΡΜΗΣ

In ima tabula maioribus litteris:

ΕΚ ΤΗΣ ΔΙΗΓΗΣΗΟΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΑΛΚΙΝΟΥΝ ΤΟΥ ΚΑΠΠΑ

In textu Venutius expressit ΔΙΗΓΗΣΗΩΣ et ΑΛΚΙΝΟΥ.

Ἑτ[α]ῖροι τεθηριωμέ[νοι.

Κίρκη. Ὀδ[υ]σσεύς.

Ὀδ[υ]σσεύς. Κίρκη.

Ὀδ[υ]σσεῖ τὸ μῶλυ Ἑρμῆς.

Ἐκ τῆς διηγήσ[εω]ς τῆς πρὸς Ἀλκίνουν τοῦ Κάππα.

Fabulam ex Odyss. X. esse auctor ipse notavit, parum is versatus in orthographia. Praeter consuetudinem omissum verbum est ad τὸ μῶλυ Ἑρμῆς; de qua re vide Odyss. X. vs. 302 sqq. Ovid. Metam. XIV, 292. Plin. H. N. XXV, 8.

6131.

In anaglypho in Marinensi principum Columnensium ditione prope Bovillas (ut tabula Iliaca n. 6125.) eruto, Homeri apotheosin repraesentante: edidit Kircherus Latium I, 1. c. 8. p. 80. dein Cuperus Apotheosis Homeri cet. init. aeri incisam cum amplo commentario; partem dedit Fabrettus de columna Traiani p. 315. aeri incisam (conf. p. 346 sq.), Sponius Miscell. erud. ant. IV. p. 122. Totam repetierunt Gronovius Thes. Ant. Graec. T. II. tab. 21. aeri incisam, Schottus Explication nouvelle de l'Apoth. d'Homère, Amsterd. 1714. 4. (Latine apud Polenum Suppl. ad Thes. Ant. Gr. et Rom. T. II. p. 1.), qui nihil nisi Kircheri, Spanhemii, Heinsii, Cuperi, Gronovii, Wetsteinii de tabula sententias explicavit suaeque interpretationi parum novae subiecit litteras Galli Lenfant, in quibus puerilis vel potius infantilis coniectura μύττης p. μῦθος proponitur; Montfaucon Ant. expl. T. V. P. I. p. 168. tab. 130. cum interpret., Bottarius Mus. Capitol. T. IV. p. 327. aeri incisam, Viscontus Mus. Pio-Clem. T. I. in extr. opere, ex ipso marmore accurate examinato, aeri incisam; denique D'Hancarville Recherches sur l'origine, de l'esprit etc. de la Grèce T. II. tab. 27. Citarunt Spanhemius de usu et praest. num. T. I. p. 96. Wetstein Dissert. de fato scriptorum Homeri p. 152. (Fabric. Bibl. Gr. I. p. 153.), Chishullus de inscr. Sig. Venutius Monum. Matth. T. II. Cl. 2. p. 16. Winckelmannus Hist. art. p. 339. (T. VI. P. I. p. 70.), Sillig. Catal. artif. p. 81. Habet etiam Inghirami Gall. Omerica tab. 11.

ΑΡΧΕΛΑΟϹΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
ΕΠΟΙΗϹΕΠΡΙΗΝΕΥϹ

In basi arae:

ΑΛ

ΟΙΚΟΥΜΕΝΗ ΧΡΟΝΟϹ ΙΛΙΑϹ ΟΔΥϹϹΕΙΑ ΟΜΗΡΟϹ ΜΥΘΟϹ ΙϹΤΟΡΙΑ ΠΟΙΗϹΙϹ ΤΡΑΓΩΔΙΑ ΚΩΜΩΔΙΑ ΦΥϹΙϹ ΑΡΕΤΗ
ΜΝΗΜΗ
ΠΙϹΤΙϹ
ϹΟΦΙΑ

Dedimus apographum Visconti. Initio versus longioris Kirch. Cup. Schott. Bott. ΕΥΜΕΛΙΑΚΙΡΟΝΟΣ, Gron. . . ΚΟΥΜΕΝΗΧΡΟΝΟΣ, Fabr. ΙΚΟΥΜΕΝΗ ΧΡΟΝΟΣ, Montf. Visc. ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΧΡΟΝΟΣ. Deinde Kirch. Cup. Gron. Schott. Montf. ΚΩΜΩΙ ΔΙΑ. Extrema nomina ab aliis aliter disponuntur, ut a Kirchero, Cupero et Bottario: ΑΡΕΤΗΜΝΗΜΗ

ΦΥΣΙΣ ΠΙΣΤΙΣΣΟΦΙΑ,

a Schotto et Monfauconio ΑΡΕΤΗΜΝΗΜΗ Ceterum

ΠΙΣΤΙΣΣΟΦΙΑ.

Cup. Gron. Schott. praebent Γ pro Π.

Anaglyphum ita compositum est. Supra tanquam in montis Olympi, vel, ut Kircherus, Heinsius, Schottus volunt, Parnassi sedet Iupiter cui adstat aquila. Reliqua tabula in tria segmenta divisa est, quorum in primo ex interpretatione Visconti repraesentantur Calliope, Clio, Thalia, Euterpe, Melpomene, Erato, in secundo Terpsichore, Urania, Polymnia, Apollo Musageta, Pythia, Olenus, in tertio quae figurae ad parietem, ut videtur, templi sunt, iis subiectae sunt inscriptiones:

Οἰκουμένη. Χρόνος. Ἰλιάς. Ὀδύσσεια. Ὅμηρος. Μῦθος. Ἱστορία. Ποίησις. Τραγῳδία. Κωμῳδία. Φύσις. Ἀρετή. Μνήμη. Πίστις. Σοφία.

Sub Homeri figura musculi incisi duo significant artificem etiam Batrachomyomachiam tribuisse Homero. Alii aliter. Sub Iove artifex inscripsit nomina sua.

Ἀρχέλαος Ἀπολλωνίου ἐποίησε Πριηνεύς,

cuius inscriptionis de verborum collocatione vid. Boeckhius Vol. I. ad n. 25. et nos Elem. epigr. Gr. p. 75. conf. Keilius Anal. epigr. p. 141.

6131. *b*.

In opere tesselato (lithostroto) *Praeneste* oriundo, quod descripserunt Iosephus Maria Suaresius Episcopus Vasionensis de Praeneste antiq. 1655. I. c. 4. Vulpius Vet. Lat. in Praenest. Furietto de musivis, 1752. c. 3. p. 38 - 41. (conf. Cecconi Storia di Palestrina I. c. 4.). Prima delineatio edita est in libello: Delle lodi del Com. Cassiano dal Pozzo, oraz. di Carl. Datti p. 14. alteram delineationem operis edidit Kircherus Vet. Lat. 1671. p. 100. parum accurate; aliam Ciampini Vet. monum. T. I. 1690. p. 81. Quattuor magnis foliis in aere incidi a. 1721. curavit Fr. Barberinus Cardinalis, ex quo sumpsit Montfaucon Ant. expl. Suppl. T. IV. tab. 56 - 60. (conf. p. 156 sqq.), ubi prima tabula complectitur universum opus; quattuor reliquae singulas partes. Repetiit Shaw Travels or observations relating to several parts of Barbary and the Levant, Lond. 1757. p. 423. aeri incisum cum explicatione (translat. German. Lips. 1765. p. 365 sqq.); ex delineatione Comitis de Caylus edidit et explicavit Barthelemyus in Mém. de l'Acad. des inscr. T. XXX. 1764. p. 503 sqq. Disseruerunt de hoc opere Gorius Inscr. Etrur. T. III. 1743. Observ. in tabb. p. XLVIII sqq. Villoisonus Anecdot. T. II. p. 160. Paciaud. Monum. Pelop. II. p. 256. Inscriptionibus continentur nomina animalibus apposita.

[*Textum vide in tabula inserta.*]

De argumento operis pauca sufficiunt. Ut mittam commenta plurimorum ante Barthelemyum interpretum, qui mire abusi sunt verbis Plinii H. N. XXXVI, 64. „lithostrota acceptavere iam sub Sylla: parvulis certe crustis extat hodieque, quod in Fortunae delubro Praeneste fecit", Barthelemyus primus docuit repraesentari regionem Aegypti. Quumque exhibeantur Romani scutis et insignibus praediti, qualia obtinuisse constat aetate Imperatorum Romanorum, Barthelemyus statuit celebrari Hadriani in Aegyptum adventum; in quo argumentis usus est quum cane expresso in inferiore parte operis, tum forma litterarum Є et C. Hoc speciosum sane, illud argutius videtur. Nam si Hadrianus fertur adeo adamasse canes, ut etiam sepulcra iis erigi iuberet (Spartian. X.), inde non sequitur, quod fere symbolum est itineris, id ad Imperatoris studia esse referendum. Sed aliud est, ex quo colligi potest verum vidisse Barthelemyum de Hadriano cogitantem. Nam quum supra imaginem, qua adventus Imperatoris Romanorumque expressus est, praetorium repraesentetur aquila Romana instructum, pronum est coniicere tempora significari provinciae pridem ad formulas Romanas redactae. Unde quum Hadriani in Aegyptum adventus adeo celebratus sit, ut Thebani mensem ex eo denominarent (conf. n. 4736.), nemo facile dubitaverit, quin opus ad Hadrianum potius quam ad alium sit Imperatorem referendum. Repraesentatur autem Aegyptus crescente Nilo, conspicuo loto in superficie fluminis; recteque Barthelemyus ex Aethiopibus in superiore parte operis expressis animalibusque quae magnam partem Aethiopiae sunt propria, collegit repraesentari Aegypti superioris regionem, quam quidem coniecturam persecutus est etiam ulterius. Nam qui in angulo sinistro delineatus puteus conspicitur, videtur ille Nilometrium esse Elephantines insulae (cf. Introd. ad Aegypt. p. 318. *b*.): unde Barthelemyus statuit repraesentari Elephantinen aut, si quis maluisset, Syenen vicinam, claustra imperii Romani (cf. p. 314. *a*.), siquidem Nilometrium Elephantines ab aliis Syenae tribuitur. Perstitit tamen, ut par fuit, in Elephantine: quumque praeter Nilometrium Elephantines a Strabone templum celebretur Cnuphidis, aedem illam, quae iuxta puteum conspicitur, pro templo Cnuphidis habet ideoque statuit Elephantines repraesentari partem eam, in qua est templum Cnuphidis. Utcunque autem hoc est, illud sane probabile, Elephantinen esse, quae repraesentatur in tabula Praenestina. Iam vero Hadrianum Thebas adiisse sub finem mensis Novembris a. p. Chr. 130. ex titulis Memnoni incisis constat (vide n. 4727. cf. n. 4736.). Nilus autem adscendit fere sub solstitium aestivum, crescit sub finem Septembris, decrescit usque ad Decembrem. Itaque Barthelemyus tempora pluribus persequens ratione habita loti, uvarum, milii in tabula expressorum, statuit Hadrianum in insulam Elephantinen advenisse circiter mense Augusto, ut redux Thebas Memnonem audivisse videatur. Nescio quam vere. Nam artifex ut in aliis non ubique accuratus est,


ΚΡΟΚΟΤΤΑϹ
ϹΦΙΝΓΙΑ
ΟΝΟΚΕΝΤΑΥΡΑ
ΘѠΑΝΤΕϹ
ΝΑΒΟΥϹ
ΚΗΙΠΕΝ
ΑΡΚΟϹ
ΤΙΓΡΙϹ
ΚΡΟΚΟΔΙΛΟϹΧΕΡϹΑΙΟϹ
ΛΕΑΙΝΑ
ϹΑΥΟϹ
ΛΥΝΞ
ΑΓΕΛΑΡΥ
ΚΡΟΚΟΔΙΛΟΠΑΡΔΑΛΙϹ

ita etiam in repraesentandis ornamentis tabulae paulo liberius evagari poterat, nisi forte uvas, lotum, milium pariter cum Novembri conciliaveris quam cum Septembri et Octobri; ut nihil obstet quo minus scenam ex eo mense putemus repraesentari, quem apud Thebanos commoratus est Hadrianus (vide n. 4736.). Superest ut de loco dicamus, in quo tabula Praenestina inventa putatur. Kircherus aliique templum esse Fortunae arbitrati sunt; pro asylo puellarum alimentariarum ab Antonino Pio constituto habuit Suaresius; denique Abbas du Bos (Réflexions crit. sur la Poesie T. I. p. 348.) et Barthelemyus templum esse Sarapidis statuebant collata inscriptione n. 5998. ex qua C. Valerius Hermaiscus Sarapieum Praeneste exstruxit dedicavitque a. u. c. 910. p. Chr. 157. ubi quum etiam schola Faustiniana memoretur, conieceris Sarapieum Hermaisci et aedes scholae Faustinianae in eodem fundo constitisse. Ingeniose Barthelemyus, qui, quas ferunt esse quinque zothecułas in loco, in quo reperta tabula est, destinatas fuisse Sarapidi, Isidi, Anubidi, Harpocrati et Antinoo (conf. n. 6007.) censebat. Quod si templum Sarapidis ab Hermaisco exstructum idem est, cuius ex solo tabula est Praenestina, simul apparet monente Barthelemyo, cur nomina animalium Graece exarata sint, quum Hermaiscum natione Graecum fuisse sponte pateat. Et haec quidem satis probabilis coniectura est de loco, in quo tabula reperta dicitur.

Forma animalium hinc inde parum accurate expressa videtur, ut non mirandum sit, si quandoque in nominibus appictis haereamus. In parte sinistra superiore primum comparent duo animalia invicem sese, ut videtur, impugnantia cum nomine ΘѠΑΝ ΤΕϹ (Suar. ΟΩΑΝΤΕϹ, Kirch. Montf. Shaw. ΩΑΝ ΤΕϹ), θώαντες, i. e. θῶες, forma novicia θῶας. Sequitur bestia quadrupes non communis mutilo nomine ΞΙϬΙΓ (Kirch. Montf. Shaw. ΞΙΟΙΤ, ap. Suar. deest), quod videtur esse ξι[φ]ί[ας], forma oris ad talem denominationem inducente: certe ut piscis quidam rostro mucronato dicitur ξιφίας, ita etiam quadrupes a simili ore denominari potest. Et aper ξιφίας appellatur etiam in gemma Constantii (n. 7287.). Supra est bestiola ϹΦΙΝΓΙΑ (Kirch. ϹΦΙΝΤΙΑ), σφινγία dicta, ex genere, ut videtur, simiarum Aethiopicarum, quas sphingas et sphingia vocat Plinius H. N. VIII, 30. (cf. VI, 35.). Mox conspicitur ΚΡΟ ΚΟΤΤΑϹ (Kirch. Suar. Montf. Shaw. ΚΡΟΚΟΤΑϹ), κροκόττας, notum Aethiopiae animal (Diodor. Sic. III. c. 35. Plin. H. N. VIII, 45. cf. Agatharch. ap. Phot. p. 1364. Dio Cass. LXXVI. p. 860. et interpret.). Deinde in angulo dextro ΗΟΝΟΚΕΝΤΑΥΡΑ (Suar. ΜΟΝΟΚΕΤΑΥΡΑΝ, Kirch. Shaw. ΟΝΟΚΕΝΤΑΥΡΑ, Montfauc. p. 166. ΟΝΟΚΕΝΤΑΥΡΑ, quod nomen omissum in tabula incisa), ἡ ὀνοκενταύρα, de qua Aelianus Hist. animal. XVII, 9. Conf. Manuelis Philae versus de animal. propriet. 1063 sqq.

Rursus in angulo sinistro duo sunt animalia aquatilia pisces devorantia cum nomine ЄΝΗΥΔΡΙϹ (Suar. Barth. ЄΝΥΔΡΙϹ, reliqui ЄΝΗΥΔΡΙϹ; de qua scriptura vide quae monuit Boeckhius Vol. I. p. 44.), ἐνυδρίς, lutra (vide Aristot. Hist. anim. I, 1. VIII, 5.); deinde versus medium duo quadrupedes collo longiore, subscripto ΚΙΜϹΛΟ (Suar. ΥΛΜΟΝΟΠΑΡΔΑ
·ΙΑΡΑΛΛΙ
ΛΙ, Kirch. Montf. Shaw. non habent), κ[α]μ[η]λο-[π]άρ[δα]λι[ς]; exinde bestia quadrupes et avis, uterque in trunco arboris positus, supra bestiam ΚΗΙ ΠЄΝ (Suar. ΚΗΙΥΙΤΕΝ, Kirch. Montf. Shaw. ΚΗΙ ΠΕΝ), quod nomen male lectum referendum videtur ad avem, siquidem manifesto subest κ[ν]ιπ[ολό-γος, epitheton avis cuiusdam proprium (Aristot. Hist. anim. VIII, 3.). Superius quadrupes cum gibbo, adscripto nomine VΑΒΟΥϹ (Kirch. Suar. Montf. Shaw. ΥΑΒΟΥϹ), in quo Barthelemyo subesse videtur nomen animalis Aethiopici *nabun*, ovis ferae (Plin. H. N. VIII, 27.). Esset igitur [ν]αβοῦς. Sed videndum ne subsit potius ὕββος nomen animali ob dorsi formam inditum. Infra arborem, in quo est κνιπολόγος, ΛЄΑΙΝΑ (λέαινα) conspicitur cum catulo lactente: et inferius ϹΑΥ ΟϹ
ΠΗΧΙΙΝ-Є
ЄΦΛΔΟϹ
(Suar. ϹΑΥΟϹΤϹΗΧΙϹΝΙΕΕΦΑΛΟϹ, Kirch. Montf. Shaw. ϹΑΥΟϹ), quae nomina appicta sunt animali reptili lacertae simili, unde prius interpretati sunt σαῦ[ρ]ος, recte: addendum tamen epitheton ex voce κεφάλη compositum, quod latet in ductibus sequentibus; coniicias π[α]χ[υλοκ]έφ[αλ]ος. Mox in angulo dextro nota animalia: ΔΡΚΟϹ (Suares. non habet, Kirch. Montf. Shaw. ΑΠΡΟϹ), [ἄ]ρκος, i. q. ἄρκτος, forma recentiore (conf. M. Philae de animal. propr. 1127.), non [λύ]κος (mitto Barthelemyi commentum ΔΟΡΚΟϹ coniicientis), et ΤΙΓΡΙϹ, τίγρις.

Rursus in parte sinistra animal notum ΡΙΝΟ ΚЄΡѠϹ (Kirch. Suar. Montf. ΡΙΝΟΚΕΡΩϹ, Shaw. ΡΙΝΟΚΕΡΟϹ), ῥινόκερως; deinde sub animali suis similiore ΧυΙΡΟΠΙΘΙΚ (Suar. ΧΟΙΡΟΠΙΟΚ, Kirch. non habet, Montf. Shaw. ΧΟΙΡΟΠΟΤΑΜΟΥ), χοιροπίθ[η]κ[ος], de quo dicit Aristoteles Hist. animal. II, 11. ubi non scribendum esse cum Harduino Not. et emend. ad Plin. VIII. T. I. p. 492. κερκοπιθήκου monet Barthelemyus. Ad dextram sub animali equo simili ΛΥΝΞ (Suar. non habet, Kirch. Montf. Shaw. ΛΙΝΞ), λύνξ, et ad simiam quandam ΔΓЄΛΑΡΚ (Suar. non habet, Kirch. Shaw. ΑΓΕΛΑΡΟΥ, Montf. ΑΠΕΛΑΡΟV), ἀγέλαρ[χος], quod nomen videtur simiarum cuidam speciei inditum; denique in angulo dextro supra animal quoddam ΚΡΟΚΟΔΙΛΟϹΧЄΡ ϹΑΙΟϹ (it. Suares. sed Kirch. Montf. Shaw. ΚΡΟΚΟ ΔΕΙΛΟϹΧΕΡϹΑΙΟϹ), κροκόδιλος χερσαῖος; et ad aliud simile ΚΡΟΚΟΔΙΛΟΠΑΡΔΑΛΙϹ (it. Suares. sed Kirch. non habet, Montf. Shaw. ΚΡΟΚΟΔΕΙΛΟϹ ΠΑΡΔΑΛΙϹ), κροκοδιλοπάρδαλις. Ad latus prioris animalis additur apud Suaresium ϹΑΤΤΥΟΚ, quod videri potest pertinere ad simiam ibi appictam, coniiciente Barthelemyo legendum esse σάτ[υρ]ο[ς] (cf. Plin. H. N. X, 93.).

6131. *c.*

In opere tesselato (lithostroto) *Romae* in loco Tor de' Conti eruto, ad feminam nudam quae uvam exprimit super phallum; edidit Gerhardus Hyperb. Röm. Studien p. 139. Conf. O. Jahn Archäol. Beitr. 1847. p. 149.

ΕΡΡΕ — Ἔῤῥε.

Haec exclamatio, cui contraria est χαῖρε, pertinere ad fascinum videtur.

6132.

Sub statua gladiatoris qui dicitur Borghesiani, qui asservatur Parisiis in museo Louvre; ediderunt Reinesius ad Rupert. et Hoffm. p. 214. et Synt. inscr. Cl. II. n. LXIII. p. 284. binis lineis in unam contractis cum nota, Sponius Miscell. erud. ant. IV. p. 121. Repetiit Christ Abhandl. üb. d. Litt. u. Kunstw. p. 242. Denuo edidit Comes de Clarac Musée de sculpt. Inscr. tab. XVI. n. 262. Citat Silligius Catal. artif. p. 225.

ΑΓΑΣΙΑΣ — Ἀγασίας
ΔΩΣΙΘΕΟΥ — Δωσιθέου
ΕΦΕΣΙΟΣ — Ἐφέσιος
ΕΠΟΙΕΙ — ἐποίει.

De forma nominis Ἀγασίας, quam fuerunt qui cum Ἡγησίας confunderent, vide Boeckhium ad huius operis Vol. II. n. 2285. *b.* De cognominibus artificibus Ephesiis vid. Müllerus Enchir. archaeol. p. 155. edit. alt.

6133.

In basi statuae reperta in portu *Antii*, translata in villam Albani; ediderunt Winckelmannus Tratt. prelim. p. LXXXIX. Storia dell' arte T. II. p. 240. (Gesch. d. Kunst T. VI. P. II. p. 207.). Repetierunt Marinus Inscr. Vill. Alb. Cl. V. n. 156. p. 172. Zeune ad Christ. Abhandl. üb. d. Litt. u. Kunstw. p. 245. Thiersch Epochen d. Kunstgesch. T. III. p. 109. Citarunt Lessing Laocoon §. 27. Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 233. Sillig Catal. artif. p. 22.

ΑΘΑΝΟΔΩΡΟΣΑΓΗΣΑΝΔΡοΥ
ΡΟΔΙΟΣΕΠΟΙΗΣΕ

Vs. 1. Winckelm. ΑΓΗΣΑΝΔΡοΥ, Mar. ΑΓΗΣΑνδρου.

Ἀθανόδωρος Ἀγησάνδρου Ῥόδιος ἐποίησε.

De Agesandro et Athanodoro Rhodiis cf. Sillig. Catal. artific. p. 20. Müller. Enchir. archaeol. n. 156. p. 152. edit. alt. C. Fr. Hermann Über das Stud. d. griech. Künstler p. 47. Idem titulus ex alio opere repertus est Capreis in insula n. 5870. *b.*

6134.

In vase lapideo quod ubi repertum sit, non constat; edidit Caylus Receuil d'ant. T. I. P. III. p. 153. tab. 56. 4. aeri incisum. Disserunt de hac inscriptione Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 160. 234. Thiersch Epochen d. Kunstgesch. III. p. 109. Comes de Clarac Catal. des artist. de l'antiq. p. 99.

- - - - ΔΩΡΟΣΡΟΔΙΟΣ
ΕΠΟΙΗΣΕΝ

- - - δωρος Ῥόδιος ἐποίησεν.

Nomen artificis certo restitui non potest: etsi praesto sunt Rhodii Πολύδωρος, Ἀθανόδωρος.

6135.

Romae, in hortis Ludovisianis in tunica elegantissima Palladis; ediderunt Maffeius Mus. Veron. tab. CCCXVIII. 4. Winckelmannus Gesch. d. Kunst p. 402. (T. VI. P. II. p. 345.), unde petiit Zeune ad Christ. Abhandl. üb. d. Litt. u. Kunstw. p. 246. Cf. Bracci Memorie degli incisori II. p. 261. Repetierunt Raoul-Rochette Lettre à Mr. le Duc de Luynes p. 10. Lettre à Mr. Schorn p. 60. edit. alt. p. 207. Letronne Revue archéol. III. p. 389. Silligius Catal. artif. p. 54. Osannus Kunstbl. 1832. n. 74. p. 295. Welckerus Annal. dell' Inst. archeol. T. XIII. p. 54. sqq.

ΑΝΤΙΟΧΟϹ — Ἀντίοχος
ΑΘΗΝΑΙΟϹ — Ἀθηναῖος
ЄΠΟΙЄΙ — ἐποίει.

Mutilam praebet Winckelmannus sic:

. . . ΤΙΟΧΟΣ
. . . ΙΝΑΙΟΣ
. . . ΠΟΙΕΙ

atque haec hodie legi in lapide testatur Rad. Rochettus Questions de l'hist. de l'art p. 69. Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 207. ex quo dedimus litterarum formas (Є Ϲ). Antiochus hic etiam Rochetto alius videbatur atque is, quem memorat O. Müllerus Enchir. archaeol. edit. alt. p. 151.

6136.

Romae, in Vaticano in trunco statuae Herculis, dicto Michaelis Angeli et torse du Belvédère; edidit Smetius fol. XXIV. 6. inde Gruterus p. XLII. 11. ex Merulae Geogr. repetiit Reinesius Synt. inscr. Cl. II. n. LXIV. p. 284. binis lineis in unam contractis; Sponius Miscell. erud. ant. IV. p. 122. una linea, qui tradit eundem titulum esse sub statua Aesculapii mutila in palatio olim Cardinalis Camilli Maximi; repetierunt Winckelmannus Stor. dell' arte II. p. 282. Christ Abhandl. üb. d. Litt. u. Kunstw. p. 242. Viscontus Mus. Pio-Clem. T. II. p. 19. edit. Mil. p. 74. binis lineis in unam contractis, conf. Viscont. Opp. IV. p. 147. et p. 332. Thiersch Epochen d. Kunstgesch. III. p. 112. not. 35. (cf. not. 39). Citant Silligius Catal. artif. p. 78. Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 215. Est etiam in schedis a Duperac scriptis inter Spanhemiana.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ
ΝΕΣΤΟΡΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΕΠΟΙΕΙ

Ἀπολλώνιος Νέστορος Ἀθηναῖος ἐποίει.

Smet. Є et C, reliqui E et Σ, Spon. etiam Ω p. ω. Apud Viscontum ΑΠΩΛΛΟΝΙΟΣ vitium typographicum est.

6137.

Sub thorace aeneo iuvenis, *Herculani* reperto; edita est in Mus. Ercol. T. I. tab. 45. repetierunt Winckelmannus Gesch. d. Kunst T. V. P. II. p. 589. Sendschr. p. 36. Martorell. Theca calam. II. p. 426. Zeune ad Christ Abhandl. üb. d. Litt. u. Kunstw. p. 242. Bracci Memorie degli incisori T. II. p. 262. Citant Sillig. Catal. artif. p. 78. Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 214.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΑΡΧΙΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΕΠΟΗΣΕ

Ἀπολλώνιος Ἀρχίου Ἀθηναῖος ἐπόησε.

In aere ΕΠΟΗΣΕ esse, non ΕΠΩΗΣΕ (ut est ap. Sillig. Catal. artif. p. 78.), testatur Rad. Rochettus l. c. in Addendis p. 450. Questions de l'hist. de l'art p. 79. Hinc emendanda nota est Boeckhii in huius operis Vol. I. p. 40.

6138.

Sub statua Fauni ex collectione Comitis Egremont (Sussex); edidit Müllerus in Boettigeri Amalthea III. p. 252. (conf. Enchir. archaeol. p. 575. edit. alt.) litteris minusculis. Citant Silligius Catal. artif. p. 78. Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn, ed. alt. p. 213.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ

Ἀπολλώνιος ἐποίει.

6139.

In plintho statuae Iovis, quae asservatur Lugduni Galliae in museo; dicitur translata esse ex museo Nemausensi; edidit Aemil. Wolff Annal. Instit. archaeol. Rom. 1841. p. 53. tab. D.

ΑΠΟΛΛΩΝ

Ἀπολλών[ιος ἐποίει.

Sic interpretamur inscriptionem imperfecte positam, non nescii esse qui suppositiciam putarint.

6140.

In statuis duabus Centaurorum Tibure effossis, nunc in museo Capitolino; priorem titulum edidit Muratorius T. II. p. MXXVII. 2. cum Lat. interpret. (misit Ramaginius); ambos edidit Ficoronius Gemm. ant. litt. in fine tab. XXIII. (et XXII.), Guascus Mus. Capitol. Inscr. T. III. p. 215. Repetierunt Winckelmannus Gesch. der Kunst T. VI. P. I. p. 300. Bracci l. c. T. II. p. 262. Citat Silligius Catal. artif. p. 84.

ΑΡΙϹΤΕΑϹ ΚΑΙ ΠΑΠΙΑϹ ΑΦΡΟΔΕΙϹΕΙϹ
ΑΦΡΟΔΕΙϹΕΙϹ ΑΡΙϹΤΕΑϹ ΚΑΙ ΠΑΠΙΑϹ

Ἀριστέας καὶ Παπίας Ἀφροδεισεῖς.
Ἀφροδεισεῖς Ἀριστέας καὶ Παπίας.

6141.

In basi statuae Veneris; edidit Viscontus Mus. Pio-Clem. T. I. tab. x. p. 17. edit. Mil. p. 61. (conf. Visconti Opp. T. II. p. 444 sqq.). Citat Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 239. Questions de l'histoire de l'art, Par. 1846. p. 72.

ΒΟΥΠΑΛΟΣ
ΕΠΟΙΕΙ

Βού π[α]λος ἐποίει.

Basin ad aliam statuam pertinere quam cui supposita est, monet Viscontus. Bupalus Chius circa Olymp. 64. floruit. Bupalus inscriptionis nostrae longe recentior est, nisi forte statueris operi subscriptum esse nomen Bupali antiqui ab homine recentiore antiquitatis studioso. Vid. Sillig. Catal. artific. p. 112 sq. Comes de Clarac Revue archéol. III. p. 209 sq.

6142.

Sub statua Herculis dicti Farnesiani; edidit Smetius fol. XXIV. 5. inde Gruterus p. XLII. 9. repetierunt Christ. Abhandl. üb. d. Litt. u. Kunstw. p. 241. Maffei Raccolta tab. XLIX. Citant Bracci Memorie degli incisori II. p. 268. Silligius Catal. artif. p. 220. Gerhardus et Panofka Neap. antike Bildw. I. p. 31. Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn p. 75. edit. alt. p. 317.

ΓΛΥΚΩΝ
ΑΘΗΝΑΙΟϹ
ЄΠΟΙЄΙ

Γλύκων Ἀθηναῖος ἐποίει.

Maff. Ω, E, Σ. Hae litterae sunt etiam in titulo Catanensi n. 5650. Conf. n. 6143.

6143.

Sub statua Herculis ex collectione Guarnacci *Volaterris*; edidit Donatus Suppl. Thes. T. I. p. 34. (conf. Marii Guarnacci descriptionem eius musei ibid. p. VIII.). Citant Bracci l. c. II. p. 268. Gerhardus et Panofka Neapels antike Bildw. I. p. 31. Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn, ed. alt. p. 317. Otto Jahn Archäol. Aufsätze XII. p. 162. b.

ΓΛΥΚΩΝ
ΑΘΗΝΑΙΟϹ

Γλύκων Ἀθηναῖος.

Idem artifex qui est n. 6142. et n. 5650.

6144.

Gabiis sub fragmento pueri nudi, genium bacchicum repraesentantis; edidit Viscontus Monum. Gab. tab. VI. n. 12. (p. 33.). Conf. Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn p. 54. edit. alt. p. 159. Lettre à Mr. le Duc de Luynes p. 25.

... ΓΕΝΗΣΚΑΙΑΕΣ ..
... ΟΙΕΠΟΙΟΥ

Διο]γένης καὶ Ἀλέ[ξανδρος
... οι ἐποίου[ν.

Alius Diogenes artifex est qui memoratur a Plinio H. N. XXXVI, 4. Alteri nomini putatur ΑΕΣΧΙΝΗΣ subesse (Clarac Catal. des artistes de l'antiq. 1844. p. 5.). Viscontus propius ad verum accessisse videtur, legens Ἄλεξις (Plin. H. N. XXXIV, 19. init.). Ἀλέξανδρος legit Letronnius Explic. d'une inscr. Gr. trouvée dans une stat. ant. de bronze p. 14. Vs. 2. init. ΟΙ nominis ethnici terminatio est.

6145.

Romae; ex Ligorio edidit Gudius p. L. 9. (CIƆIƆCXV. 1.)

ΠΤΥΝΧΑΝΙΟΣ.ΕΠΟΙΟΙ
ΑΓΑΤΗ.ΤΥΧΗ

[Ἐ]π[ι]τύνχανος ἐποί[ε]ι.
Ἀγα[θ]ῇ τύχῃ.

Epitynchanus hic num sit notus ille Epitynchanus aurifex (Clarac Catal. des artist. de l'antiq. p. 104 sq. cf. Sillig. Catal. artif. p. 201. R. Rochette Questions de l'hist. de l'art p. 89 sq.), non liquet. Illius certe eadem inscriptio (ЄΠΙΤΥΓΧΑΙΝΟCЄΠΟΙЄΙ) habetur in gemma n. 7186. Fortasse etiam Ligorius ante oculos habuit scriptum nomen ЄΠΙΤΥΝΧΑΙΝΟC.

6145. *b.*

In plintho statuae perditae in villa Albani; edidit Winckelmannus Pierres gravées du Mr. de Stosch n. 959. p. 167. (conf. Gesch. d. Kunst VI, 2, 9. Werke V. p. 49), Bracci Memorie degli incisori II. p. 267. Citat Silligius Catal. artif. p. 201. cf. Welcker Kunstblatt 1827. n. 82. p. 326. et R. Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 298. et Questions de l'hist. de l'art p. 73. Comes de Clarac Catal. des artist. p. 105.

ΕΡΑΤΩΝ
ΕΠοΙΕΙ

Ἐράτων ἐποίει.

6146.

Caietae; ex Ligorio edidit Murator. T. I. p. CDLXXV. 3. cum Lat. interpret. et not. Citat R. Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 284. Quest. de l'hist. de l'art p. 151.

ΕΡΜΗΣ
ΔΙΟΔΟΤΟΣ
ΒΟΗΘΟΥ
ΕΠΟΙ

Ἑρμῆς.
Διόδοτος Βοήθου ἐποί[ει.

Fuit sub imagine Mercurii. Diodotus Nicomedensis aliunde notus est; vide n. 6164. Boethus idem videtur esse qui signum Aesculapii fecit n. 5974.

6147.

In fragmento statuae Veneris; ex Ligorio edidit Gudius p. CCXIV. 7. (CIƆCCCCIX. 2.). Citat Silligius Catal. artif. p. 198.

ΕΜΜοΧΑΡΗΣ.ΠΤΟΛΕΜΑΙοΥ
ΑΡΓΕΙοΣ.ΕΠοΙοΙ

Ἐ[ρ]μοχάρης Πτολεμαίου Ἀργεῖος ἐποί[ε]ι.

Nomen artificis restituit R. Rochettus Lettre à Mr. Schorn p. 67. edit. alt. p. 289. (conf. Questions de l'hist. de l'art p. 73 sq.), qui tamen sine causa idonea dubitat de fide tituli. Δημοχάρης coniecit Keilius Analect. epigr. p. 227.

6148.

In herma sine capite, olim in villa Negroni, mox apud sculptorem Albaccini; edidit Winckelmannus Werke VI. P. II. p. 166. (cf. Stosch Gemm. litt. Praef. p. X.); repetierunt Viscontus Mus. Pio-Clem. T. VI. p. 36. edit. Mil. p. 133. Zeune ad Christ. Abhandl. üb. d. Litt. u. Kunstw. p. 245. Bracci l. c. T. II. p. 267.

ΕΥΒΟΥΛΕΥC
ΠΡΑΞΙΤΕΛΟΥC

Bracci: ΠΡΑΞΙΤΕΛΟΥΕΥΒΟΥΛΕΥC

Εὐβουλεὺς Πραξιτέλους.

Ex filiis Praxitelis noti sunt Cephisodorus et Timarchus, tertius videtur esse Eubuleus, si modo de celebri Praxitele cogitandum. Herma hic manifesto exemplum est vetustioris imaginis ab Eubuleo factae. Aliter de his nominibus iudicarunt Silligius Catal. artif. p. 202. Raoul. Rochettus Lettre à Mr. Schorn, ed. alt. p. 305 sq.

6149.

Sub capite marmoreo quod putatur Phocionis, ex collectione Albani; ediderunt Guascus Mus. Capitol. inscr. T. III. p. 217. Bracci Mem. degli incisori T. II. p. 275. Dati Vit. de' pitt. p. 118. Stosch Gemm. ant. caelat. Praefat. p. XII. Citant Silligius Catal. artif. p. 457. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn p. 91. edit. alt. p. 428 sq. et Questions de l'hist. de l'art p. 75. Comes de Clarac Catal. des artistes p. 222.

ΖΗΝΑΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΕΠΟΙΕΙ

Guasc. ΖΙΝΑΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΙ—, Dati ΛΙΝΑΞ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.

Ζηνᾶς Ἀλεξάνδρου ἐποίει.

6150.

Sub capite marmoreo alio ex eadem collectione; edidit Stosch Gemm. ant. cael. Praef. p. XII. Citant R. Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 429. Questions de l'hist. de l'art p. 75. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 222.

ΖΗΝΑϹΒЄΠΟΙЄΙ   Ζηνᾶς β̄ ἐποίει.

Si Zenas idem est, qui Alexandri filius audit n. 6149. non liquet quid sibi velit B; nisi hoc pertinere dixeris ad exemplum capitis eiusdem, ut sit τὸ δεύτερον. Sed potest esse alius Zenas patri cognominis. Artificem tertio saeculo epochae Christianae vixisse Rochettus colligit ex eo, quod caput Imperatoris Macrini esse videatur.

6151.

Romae, in toga statuae senatoriae in villa Ludovisi; edidit Winckelmannus Tratt. prelim. p. XCVII. cf. Werke Vol. VI. P. I. p. 278. P. II. p. 340. Vol. VII. p. 237. indeque Zeune ad Christ. Abhandl. üb. d. Litt. u. Kunstw. p. 246. Citat Silligius Catal. artif. p. 457.

ΖΗΝΩΝ
ΑΤΤΙΝ.
ΑΦΡΟΔΙ
ΣΙΕΥΣ
ΕΠΟΙΕΙ

Ζήνων Ἀττιν[ᾶ] Ἀφροδισιεὺς ἐποίει.

Idem artifex habetur ex basi statuae Syracusanae n. 5374. De nomine Ἀττινᾶς conf. Letronnius Annal. Inst. arch. Rom. 1845. p. 343.

6152.

In trunco arboris pertinente ad statuam, ut putatur, Martis. Est in museo Parisino, unde ediderunt Viscontus Notice du musée royal, et Opp. T. IV. p. 321. (conf. Monum. du mus. Neapolit. T. IV. p. 135.), Comes de Clarac Musée de sculpt. Inscr. tab. XVII. n. 411. tab. LVI. n. 411. (conf. Catal. des artistes p. 14. et R. Rochette Lettre à Mr. Schorn p. 77. edit. alt. p. 165. Letronne Revue archéol. III. p. 390.).

ΗΡΑΚΛΕΙ   ΔΗΣ
ΑΓΑΣΙΟΥ   ΕΦΕΣΙΟΣ
ΚΑΙΑΡ   ΝΕΙΟΣ
ΕΠΟΙ   ΟΥΝ

Ἡρακλείδης Ἀγασίου Ἐφέσιος καὶ Ἀρνεῖος ἐποίουν.

Pater Heraclidis Visconto videtur Agasias idem ille esse gladiatoris Borghesiani auctor (n. 6132.). Pro ΑΓΑΣΙΟΥ Letronnius proposuit ΑΓΑΥΟΥ, quod spatium non esset idoneum duabus litteris inserendis. Aliter Comes de Clarac, qui lapidem et ipse examinavit. Nomen alterius artificis ab aliis etiam Ἅγνειος legebatur (Clarac l. c. p. 1046. Letronnius Explic. d'une inscr. grecque trouvée dans l'int. d'une stat. de bronze p. 20.); sed si forma litterae secundae eadem est in utroque versu (1. 3.), vix dubitari de lectione ΑΡΝΕΙΟΣ potest. ΑΡΜΑΤΙΟΣ exsculpserat Viscontus (Sillig. Catal. artif. p. 222.). Mirum tamen quod alteri non additum est ethnicum, quod aliquis putaverit latere in ΝΕΙΟΣ; videoque in eam sententiam inclinare R. Rochettum (Questions de l'hist. de l'art p. 62.); sed obstat nodus trunci, qui spatium vacuum omne explere dicitur: adde quod in nodo illo nunquam litterarum quidquam scriptum fuisse testatur Comes de Clarac.

6153.

In opere musivo reperto *Romae* in vinea Lupi prope portam D. Pauli; edidit Carol. Bunsenius Bullett. di corresp. archeol. Rom. 1833. p. 81. unde repetita est in Annal. Hal. (archaeol. Intelligenz-Blatt) 1833. p. 79. conf. C. Fea Supplem. al celebre mosaico di Pompei p. 33 sqq. Minutoli Notiz über den am 24. Oct. 1831 zu Pompei aufgefundenen Mosaik-Fufsboden, Berlin 1835. p. 4. Citat R. Rochette Questions de l'hist. de l'art p. 136. et Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 324. Welckerus Mus. Rhen. VI. 1848. p. 398.

ΗΡΑΚΛΙΤΟϹΗΡΓΑϹΑΤΟ

Ἡράκλιτος ἠργάσατο.

Heraclitus hic Bunsenio videbatur vixisse inter Hadrianum et Caracallam, id quod certe ex forma litterarum effici non potest. Potest paulo vetustior esse.

6154.

In anaglypho musei Capitolini, *Hortae* in Etruria reperto, tres Bacchas repraesentante Faunum buccina canentem insequentes; edidit Iustus Fontaninus Antiq. Hortae p. 117. (conf. Marm. Taurin. II. p. 2.); deinde ediderunt Montfauconius Ant. expl. T. I.

P. II. p. 268. tab. 174. aeri incisum, Winckelmannus Tratt. prelim. p. IX. Werke V. p. 220. (unde citat Zeune ad Christ. Abhandl. üb. d. Litt. u. Kunstw. p. 256.), Bottarius Mus. Capitol. T. IV. tab. 43. (p. 209 sqq.), Guascus Mus. Capitol. Inscr. T. III. p. 215. et Bracci Memorie degli incisori T. II. p. 264.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΣ ΕΠΟΙΕΙ

Καλλίμαχος ἐποίει.

Suppositicium titulum esse suspicatus est Winckelmannus, cui Callimachus sculptor idemque pictor et architectus inter Olymp. 83-96. floruisse et opus nunc Callimacho tributum multo videbatur esse vetustius. Winckelmanno contradixit R. Rochettus (Questions de l'hist. de l'art p. 76 sq.), ita tamen ut Winckelmanni eiusque commentatorum sententiam non accurate cognovisse videatur, quo nomine eum notavit Comes de Clarac (Revue archéol. III. 1846. p. 134 sqq.). Itaque quum non probabile videretur Callimachi, qui ob singularem diligentiam κατατηξίτεχνος vocabatur, opus esse arte severiore quam accuratiore factum, Silligius Catal. artif. p. 128. eumque secutus Comes de Clarac (Catal. des artist.) statuerunt duos fuisse Callimachos, quorum alteri deberetur capituli Corinthii inventio, alteri anaglyphum tribueretur musei Capitolini. Sed inde parum lucramur de authentia iudicaturi tituli, qui leviter incisus operi epocham prodenti remotiorem, qua ars antiquior ad normam perfectiorem promovebatur (Odofr. Müller. Enchirid. art. p. 75 sq. edit. alt.), non potest quin suspicionis ansam praebeat. Hinc, etsi non consentimus cum Winckelmanno qui in inscriptione ΚΗ pro Χ desideravit, tamen contra Rochettum iure nobis videmur posse contendere, si Callimachi illius celebris esset inscriptio, auctorem perscripturum fuisse ΚΑΛΙΜΑΧΟΣΕΠΟΙΕΣΕΝ. Quae quum ita sint, iudicandum est inscriptionem longe post aetatem Callimachi additam ab eo esse qui aut sciebat opus esse Callimachi, aut aliis persuasum voluit. Certe haud scio an ars eximia huius operis prohibeat quo minus de alio Callimacho cogitemus auctore recentiori, cuius aetati scriptura respondeat.

6155.

In Fauno reperto a. 1775. in villa Antonini Pii prope Lavinium, qui asservatur in museo Britannico; edita est in libro: A description of the collection of ancient marbles in the British Museum T. II. p. 43. Specimens of ancient sculpture T. I. tab. 71. ap. Dallaway Anecdotes of the arts in England p. 308. Repetiit Welckerus Kunstblatt 1827. 15. Oct. p. 330. Conf. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 259 sq. Habeo etiam ex schedis Odofr. Mülleri.

ΜΑΑΡΚΟΣ
ΚΟΣΣΟΥ
ΤΙΟΣ
ΜΑΑΡΚΟΥ
ΑΠΕΛΕΥ
ΘΕΡΟΣ
ΚΕΡΔΩΝ
ΕΠΟΙΕΙ

Μάαρκος Κοσσούτιος, Μαάρκου ἀπελεύθερος, Κέρδων ἐποίει.

Idem artifex n. 6156. De scriptura Μάαρκος cf. Elem. epigr. Gr. p. 248. not.

6156.

In eiusdem statuae altero exemplari, quod idem asservatur in museo Britannico; edita est in libro: A description of the collection of ancient marbles in the British Museum T. II. tab. 33. Habeo ex schedis Odofr. Mülleri.

	Schedae Mülleri:
ΜΑΑΡΚΟΣ	. . . ΚΟΣ
ΚΟΣΣΟΥ	. . . ΣΟΥ
ΤΙΟΣ	. . ΟΣ
ΚΕΡΔΩΝ	. ΕΡ . ΩΝ
ΕΠΟΙΕΙ	. . ΟΙΗ . .

Μάαρκος Κοσσούτιος Κέρδων ἐποίει.

Idem artifex n. 6155. Dubitationem quam de fide utriusque tituli movit Chr. D. Beckius Comm. I. de nominibus artificum cet. p. 8. notavit R. Rochettus Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 451.

6157.

Florentiae, in plintho statuae Veneris Mediceae dictae, cuius exemplar aeneum a Kellersio saeculo XVII. expressum, antequam statua Roma Florentiam transportata est, edidit Domenicus de Rossi Raccolta di statue cet. tab. XXVII.; statuam primariam ediderunt Gorius Mus. Florent. T. III. p. 35. Winckelmannus Opere ed. Prat. T. III. p. 106. (cf. Christ Abhandl. üb. d. Litt. u. Kunstw. p. 241.). De inscriptione disseruerunt Viscontus Opp. T. III. p. 18. (Notice critique sur les sculpteurs Grecs qui ont porté les noms de Cléoménès), Barthélemy Oeuvres diverses T. II. p. 129. Thiersch Epochen d. Kunstgesch. III. annot. p. 88. Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 255. et 450. (conf. Questions de l'hist. de l'art p. 78 sq.). Citat Silligius Catal. artif. p. 154. Titulum damnat Maffeius.

ΚΛΕΟΜΕΝΗΣ·ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΠΩΕΣΕΝ

Ut mittam Winckelmannum, qui parum accurate inscriptionem reddidit, vs. 1. Rossius ΑΠΩΛΛΟΔΟΡΟΥ, Gorius ΑΠΟΛΛΟΔΟΡΟΥ, in lapide ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ. In tabula Rossiana per errorem incisum esse ΔΙΟΜΗΔΗΣ pro ΚΛΕΟΜΕΝΗΣ monet Maffeius in explicationibus statuarum Rossianarum. Vs. 2. Rossius ΕΠΟΙΕΙ, quam lectionem sequitur Winckelmannus; Gorius ΕΠΩΕΣΕΝ. In plintho nunc esse ΕΠΟΕΣΕΝ contendit R. Rochettus Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 450. At est ΕΠΩΕΣΕΝ, ut dederunt Gorius et Viscontus, vidimusque ipsi qui a. 1847. Florentiae transcripsimus titulum. In

exemplari huius statuae gypseo, quod asservatur Parisiis in museo Louvre, dicebatur legi ΕΠΟΕΣΕΥ, esse autem ΕΠΩΕΣΕΝ demonstravit Comes de Clarac Revue archéol. III. p. 140 sq.' Non immerito haec inscriptio scrupulum iniecit Gorio et Lanzio aliisque (cf. editor. ital. operis Winckelmanni Hist. art. T. II. p. 126. Mariée Traitée des pierres gravées T. I. p. 102.). Sobrie de ea post Falconetum (Oeuvres T. II. p. 329.) iudicavit Viscontus, qui monuit partem inscriptionis olim evanidae refectam videri quum statua in fragmina disrupta restauraretur (Richaldson Traité de la peinture T. II.), unde lectio corrupta ΕΠΩΕΣΕΝ, quam fuerunt qui tuerentur (vide Thierschium Epoch. p. 288. Völkel Archaeol. Nachlass p. 141.). Hac in re vel maxime ratio habenda naturae plinthi, cuius pars anterior manui restauratoris dicitur deberi (vid. Gorius et R. Rochettus Questions de l'hist. de l'art. Add. ad p. 79.). Sed etsi haec de plinthi natura quaestio nondum ea qua par est diligentia profligata est, tamen veterem inscriptionem ab instauratore servatam esse et Viscontus vidit et qui eum secuti sunt interpretes plurimi, ut, si olim legebatur ΕΠΟΙΕΙ, id coniecturae potius tribuendum videatur eorum, qui aut partem plinthi, in qua verbum perscriptum est, non integram habuerunt, aut litteras non accurate expressas (ΕΠΟΙ ΙΣΕΝ) viderunt. Hoc certe nobis inscriptionem n. 6158. comparantibus probabilius videtur quam quod Rochettus et Letronnius statuerunt veram lectionem fuisse ΕΠΟΙΕΙ.

Κλεομένης Ἀπολλοδώρου Ἀθηναῖος ἐπ[οίη]σεν.

De Cleomene multis exposuit Viscontus. Is Cleomenem Apollodori filium Atheniensem non alium coniecit esse quam eum, cuius mentio fit ap. Plin. H. N. XXXVI, 4, 10. „*Pollio Asinius ut fuit acris vehementiae, sic quoque spectari monumenta sua voluit: in iis sunt — Thespiades Cleomenis.*" Hunc sponte patet ante epocham Christianam vixisse, floruisse ante dominationem Romanam probabile fit inde quod Cicero (Verr. IV.) tradit Thespiades statuas a Mummio Thespiis esse asportatas, quae quum ad aedem Felicitatis essent (Plin. H. N. XXXVI, 4, 12.), postea destructa hac aede (Dio Cass. XLIV, 5.) videntur in possessionem cessisse Pollionis Asinii. Accedit statua, cuius auctor Cleomenem se Cleomenis filium Atheniensem tulit n. 6158. Nam quum vix dubium est quin Cleomenes pater Cleomenis idem ille sit intelligendus Cleomenes Apollodori filius, tum caput statuae illius manifesto Romanum habetur, ut Viscontus iure coniicere potuerit Cleomenem Cleomenis filium post Corinthum captam saeculo VII. urbis Romae floruisse. Idem Cleomenes nescio an sit is qui habetur n. 6159. quamquam ille etiam alius isque tertius eiusdem nominis potest esse, ut coniicit Silligius Catal. artif. p. 487. Ceterum Cleomeni cuidam tribui quattuor statuas, quae asservantur in museo Britannico in loco Whilstonhouse, annotavit Viscontus.

6158.

Sub statua Romani, qui vulgo putatur Germanicus; asservatur in museo Parisino; edidit Sponius Miscell. erud. antiq. IV. p. 124. qui vidit Romae in villa Montalto; denuo de lapide edidit Comes de Clarac Musée de sculpt. Inscr. tab. LIII. n. 712. 450. (cf. Viscontus Opp. var. III. p. 13. Thiersch Epochen d. Kunstgesch. III. annot. p. 91.). Habeo etiam ex schedis O. Mülleri.

ΚΛΕΟΜΕΝΗϹ
ΚΛΕΟΜΕΝΟΥϹ
ΑΘΗΝΑΙΟϹΕ
ΠΟΙΗϹΕΝ

Κλεομένης Κλεομένους Ἀθηναῖος ἐποίησεν.

Pater Cleomenes est auctor Veneris Mediceae n. 6157. (conf. Sillig. Catal. artif. p. 155.). De statua conf. O. Müller. Enchir. archaeol. p. 160. edit. alt. Eundem titulum M. Gudius ad Phaedr. V, 1. p. 102. ex imagine Augusti Romae in hortis Montalti asservata enotavit. Sed dubium non est, quin statua eadem sit, quae a nonnullis Germanici esse putatur. Quamquam O. Iahnius Ephem. archaeol. Gerhardi 1846. p. 388. rem adhuc diiudicandam censet.

6159.

In ara cylindrica, olim in villa di Castello prope *Florentiam*, deinceps in museo Florentino, sub anaglypho scenam ex Iphigenia Aulidensi repraesentante; edidit Lanzius Opp. post. T. I. p. 333. (Descrizione della Galleria di Firenze, recusa in Giornale de' letterati di Pisa, 1782. T. XLVII. p. 166 sq.). Descriptionem dedit Viscontus Opp. T. III. p. 14. (Notice critique sur les sculpteurs Grecs qui ont porté les noms de Cléoménès, p. 9.). Aram ediderunt Uhden Dissert. de Iphigenia Aulidensi secundum opera sculpta in Act. Acad. Berolin. 1812. 1813. (Class. hist. philos. p. 75 sqq. inprimis p. 79. not.) aeri incisam, (unde citavit Sillig. Catal. artif. p. 487.) et R. Rochette Monum. inéd. tab. 26. 1. p. 129. cf. eiusd. Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 256. Panofka Bild. ant. Leb. tab. 13. 1. Welckerus Trilog. Aeschyl. p. 412. Feuerbach Vat. Apollo p. 374. O. Iahnius Archaeol. Beitr. p. 379.

ΚΛΕΟΜΕΝΗΣ ΕΠΟΙΕΙ

Κλεομένης ἐποίει.

Si genuina inscriptio est, Cleomenes videtur esse ex familia Cleomenis celebris (cf. 6157. 6158.). Figuris adscriptae litterae sunt, in quibus Lanzius sibi visus est legere ΘΑΝΑΤΟΣ et Μ ΘΚ ΠΟΛΞ, quae explicavit Ἄδμητος et Ἄλκηστις; Rochettus expressit: ΜΙ ΘΙΣ ΠΕΘΛΕ, Welckerus qui legebat (Tril. p. 413.):

Μ Λ ΘΙΣ Γ ΘΛ

aut (Neuer Zuwachs p. 11.):

ΛΛ ΘR ΙΙϽϹ Λ

 Rrr rr

cognovit litteras a manu recentiore incisas esse. Notatur prope figuram iuvenilem legi ΛΑΟϹ, et inter arbores ΛΑϹΟϹ, quae, si operae pretium foret de his quisquiliis definire aliquid, cum Feuerbachio possent pro ΚΑΛΟϹ (i. e. καλὸς) et pro ΑΛϹΟϹ (i. e. ἄλσος) haberi.

6160.

In villa Albani sub canistro canephori cum aliis similibus a. 1766. repertae ad sepulcrum Metellae; ediderunt Winckelmannus Werke Vol. VI. P. I. p. 202., Guattani Monum. ined. 1788. p. LXX. Bracci l. c. T. II. p. 265. Marinus Vill. Alb. inscr. Cl. v. n. 158. p. 176. Citat Silligius Catal. artif. p. 164.

ΚΡΙΤΩΝΚΑΙ
ΝΙΚΟΛΑΟϹ
ΑΘΗΝΑΙΟΙ·ΕΠΟΙ
ΟΥΝ

Κρίτων καὶ Νικόλαος Ἀθηναῖοι ἐποίουν.

Crito et Nicolaus an post Olymp. 120. vixerint, dubitat Odofr. Müllerus Enchir. archaeol. p. 228. ed. alt. Ad Ciceronis aetatem referendos putavit Winckelmannus.

6161.

In monte Coelio in capsula inter rudera aedium Proculi; edidit Gudius p. CCXXV. 8. (CIƆCCCLXXI. 3.)

ΧΥΡΙΛΛΟΣ.ΕΥΦΗΜΟΥ
ΚΥΖΙΚΗΝΟΣ.ΕΠΟΙΟΙ

[Κ]ύριλλος Εὐφήμου Κυζικηνὸς ἐποί[ε]ι.

6161. *b.*

Romae, olim in hortis Mediceis, nunc Florentiae, in basi statuae; ediderunt Reinesius Synt. inscr. Cl. XVII. n. LIX. p. 829. Sponius Miscell. erud. antiq. IV. p. 127. cum nota; ex Ligorio Gudius p. CCXV. 9. (CIƆCCCCLXXXV. 2.); ex Sponio Winckelmannus Monum. ined. p. LXXIV. Gesch. d. Kunst IX, 3, 12. Werke VI. P. II. p. 137.; ex Winckelmanno repetierunt Zeune ad Christ. Abhandl. üb. d. Litt. u. Kunstw. p. 243. Viscontus Mus. Pio-Clem. III. tab. XLIX. p. 65. Citarunt Silligius Catal. artif. p. 241. R. Rochettus Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 340. Habeo etiam ex schedis meis.

ΓΑΝΥΜΗΔΗϹ
ΛΕѠΧΑΡΟΥϹ
ΑΘΗΝΑΙΟΥ

Vs. 2. Reines. ΛΕΩ, Winckelm. ΛΕΟ. Sed in lapide esse ΛΕѠ ipsi vidimus.

Γανυμήδης. Λεωχάρους Ἀθηναίου.

Statuae veteris fuit exemplum monente Rochetto. Conf. O. Iahnius Archaeol. Beitr. p. 19.

6162.

In basi statuae Bacchi in insula Chio repertae; edidit Winckelmannus Werke Vol. VI. P. II. p. 342. indeque Zeune ad Christ Abhandl. üb. d. Litt. u. Kunstw. p. 246. Citant Bracci l. c. II. p. 269. Silligius Catal. artif. p. 251. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 342.

ΛΙΣΑΝΙΑΣΔΙΟΝΥΣΟΥ
ΤοΝΔΙοΝΥΣΟΝΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕ

Λ[υ]σανίας Διονυσ[ί]ου τὸν Διόνυσον κατεσκεύασε.

Rochettus legendum putat τὸ Διονύσ[ι]ον. Cui coniecturae obstat basis statuae, in qua positus esse titulus perhibetur. Lysaniae patrem nonnulli Dionysum audire statuunt, in his etiam Welckerus Mus. Rhen. VI. 1848. p. 402. Cf. Keil. Syll. inscr. Boeot. p. 236.

6163.

In exemplari Herculis Farnesiani marmoreo, quod asservatur *Florentiae* in palatio Pitti; edidit Flaminius Vacca Memorie n. 77. p. LXXXVII. (edit. Fea); repetierunt Winckelmannus Gesch. d. Kunst X, 1. §. 10. Stor. dell' arte X, 1, 8. T. III. p. 464 sq. (edit. Prat.), Maffeius Raccolta di statue antiche p. 50. Scipio Maffeius Osservaz. letter. I. p. 398. Blanchinus Palazzo de' Cesari tab. XVIII. cf. Galleria di Firenze IV, 3. p. 26. Odofr. Mülleri Monum. art. ant. tab. XXXVIII. n. 151. O. Iahnii Archaeol. Aufsätze p. 162. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 344. cf. p. 452. Silligius Catal. artif. p. 263. Comes de Clarac Catal. des artist. p. 140.

ΛΥϹΙΠΠΟΥ ΕΡΓΟΝ

Λυσίππου ἔργον.

De errore, quem commisit Winckelmannus citans titulum ΛΥΣΙΠΠΟΣΕΠΟΙΕΙ, satis dixit Rad. Rochettus Questions de l'hist. de l'art. p. 80 sqq. De Lysippo conf. n. 6108. Statua ad imitationem operis aerei Lysippi effecta videtur (conf. Visconti Mus. P. Clem. III. p. 66.). Falso pro commenticia habetur a Maffeio Art. lapid. p. 76. f. ab Heynio Prolus. Acad. T. II. p. 230. c. a Beckio de nominibus artif. I. p. 8.

6164.

In statua Herculis, quae exstitit *Romae* etiam XVI. saeculo; edidit Winckelmannus Werke Vol. VI. P. I. p. 58. (Hist. art. IX, 2, 10), unde habet Zeune ad Christ. Abhandl. üb. d. Litt. u. Kunstw. p. 245. Repetiit Bracci l. c. T. II. p. 270. Citant Silligius Catal. artif. p. 188. R. Rochette Questions de l'hist. de l'art p. 85.

ΜΗΝΟΔΟΤΟΣΚΑΙ
ΔΙΟΔΟΤΟΣ ΟΙ ΒΟΗΘΟΥ
ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΣ
ΕΠΟΙΟΥΝ

Μηνόδοτος καὶ Διόδοτος οἱ Βοήθου Νικομηδεῖς ἐποίουν.

De Diodoto et Boetho conf. n. 6146.

6165.

In exemplari statuae Veneris Mediceae similis, repertae a. 1761. *Romae* in monte Coelio, in basi ex eodem lapide sculpta; ediderunt Winckelmannus Gesch. d. Kunst IV. p. 113. (conf. p. 329 sq.), Opp. T. II. p. 382 sq. edit. Prat. Fogginus Mus. Capitol. T. IV. p. 352. Edita est etiam in Archaeol. Brit. T. I. p. 136. Repetierunt Zeune ad Christ. Abhandl. üb. d. Litt. u. Kunstw. Bracci l. c. T. II. p. 270. Citat Silligius Catal. artif. p. 272.

ΑΠΟ ΤΗϹ
ЄΝΤΡΩΑΔΙ
ΑΦΡΟΔΙΤΗϹ
ΜΗΝΟΦΑΝΤΟϹ
ЄΠΟΙЄΙ

Ἀπὸ τῆς ἐν Τρωάδι Ἀφροδίτης Μηνόφαντος ἐποίει.

Est exemplar Veneris quae repraesentata fuit Alexandriae Troadis.

6166.

Romae, in hortis Ludovisianis sub statuis copulatis quae putantur Papirium matremque eius aut Orestam et Electram repraesentare; ediderunt Maffeius Mus. Veron. p. CCCXVIII. 5. Winckelmannus Werke Vol. VI. P. I. p. 242. Citant Thierschius Epochen der Kunstgesch. III. p. 93. Silligius Catal. artif. p. 270. 429. Comes de Clarac Catal. des artist. p. 143.

ΜΕΝΕ
ΛΑΟΣ
ΣΤΕΦΑ
ΝΟΥ
ΜΑΘΗ
ΤΗΣ
ΕΠΟΙ
ΕΙ

Μενέλαος Στεφάνου μαθητὴς ἐποίει.

De Stephano conf. n. 6169. De statuis conf. O. Müller. Enchirid. archaeol. p. 661. edit. alt. De apposito nomine praeceptoris C. Hermann. Über die Studien der Künstler p. 8 sq.

6167.

Pisauri, olim in hortis Ducis Urbini in vestimentis statuae, cuius pes integer superfuit; a Wastelio acceptam edidit Smetius fol. LXXVI. 8. indeque Gruterus p. MXXI. 2. Est etiam Marm. Pisaur. p. 6. n. XV. (cf. p. 33.). Citant Silligius Catal. artif. p. 270. Comes de Clarac Catal. des artist. p. 143.

ΜЄΝЄϹΘЄΥϹ
ΜЄΝЄϹΘЄΩϹ
ΑΦΡΟΔΙϹΙЄΥϹ
ЄΠΟΙЄΙ

Μενεσθεὺς Μενεσθέως Ἀφροδισιεὺς ἐποίει.

6168.

Crater e marmore Pario factus, anaglyphis Bacchicis ornatus, repertus in ruinis Formiarum, olim Caietae expositus, qui asservatur Neapoli in museo; edidit Capacius Hist. Neapolit. II. c. 18. p. 596. ex Pighio edidit Gruterus p. LXVII. 7. exhibuit et explicavit Sponius Recherches d'antiq. p. 469. aeri incisum (Latine ap. Polen. Suppl. Thes. T. IV. p. 602 sq.), iterumque Misc. erud. antiq. II, 1. p. 25 aeri incisum; repetierunt Gronovius Thes. Ant. Gr. T. IX. Praef. Montfaucon Ant. expl. T. I. P. II. p. 230. tab. 142. aeri incisum; descriptio Stephani Vinandi Pighii Campensis in Hercule Prodicio p. 318 sqq. excerpta est ap. Gorium Symbol. litter. Vol. I. Florent. 1748. p. 137. Conf. Mus. Borbon. Vol. I. tab. 49. Gerhard et Panofka Neapels ant. Bildw. I. p. 76. n. 256. Silligius Catal. artif. p. 408. Comes de Clarac Catal. des artist. p. 192.

ΣΑΛΠΙΩΝ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΕΠΟΙΗΣΕ

Σαλπίων Ἀθηναῖος ἐποίησε.

Editores vulgo vs. 2. ΑΘΗΝΑΙΟΣ expresserunt; in lapide ΑΘΑΙΝΗΩΣ esse dicit Comes de Clarac l. c. quem tamen redarguit Welckerus Mus. Rhen. VI. 1848. p. 400. Vs. 3. Pigh. ΕΠΟΙΗΣΗ, idque in lapide esse dicit Comes de Clarac l. c. Reliqui dederunt ΕΠΟΙΗΣΕ. Gruterus exhibet Γ p. Π. Ceterum inscriptionem ΣΑΛΠΙΩΝΕΠΟΙΗΣΕ haberi etiam in anaglypho collectionis Palagi Mediolanensis monet Welckerus l. c. p. 403.

6169.

Prope *Romam* in villa Albani in trunco statuae effossae a. 1769.; edidit Amadutius Anecd. litter. Rom. Vol. III. n. 14. p. 468. deinde Marinus Vill. Alb. inscr. Cl. V. n. 147. p. 173. aeri incisam cum nota. Citant Silligius Catal. artif. p. 429. Thierschius Epochen d. Kunstgesch. III. p. 93. Comes de Clarac Catal. des artist. p. 209.

ΣΤΕΦΑΝΟϹΠΑϹΙΤΕΛΟΥϹ
ΜΑΘΗΤΗϹΕΠΟΕΙ

Στέφανος Πασιτέλους μαθητὴς ἐπόει.

Stephanus hic nonnullis idem videtur, qui memoratur n. 6166. et ap. Plin. H. N. XXXVI, 4, 10. Pasiteles circa a. a. Chr. 50. floruisse videtur (vide Sillig. l. c. p. 324.). De aetate Stephani cf. Thiersch. l. c. p. 295. De apposito nomine praeceptoris conf. C. Hermann. Üb. die Studien der Künstler p. 8 sq.

6170.

In vase marmoreo, anaglyphis maximam partem Bacchicis ornato, Roma translato Parisios in museum publicum, unde edidit Comes de Clarac Musée de sculpt. tab. LXI. n. 332. Citat Silligius Catal. artif. p. 425. Habeo etiam ex schedis Odofr. Mülleri.

ΣΩΣΙΒΙΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΣΕΠΟΙ

Clarac l. c. et Rad. Rochettus Quest. de l'hist. de l'art p. 151. exhibent ΕΠΟ. Clarac Catal. artif. ΕΠΟΙΕΙ.

Σωσίβιος Ἀθηναῖος ἐποί[ει].

6171.

In trunco adhaerente insigni statuae Amazonis vulneratae in museo Capitolino; ediderunt Bottarius Mus. Capitol. T. III. p. 97. Citant Winckelmannus Werke T. IV. p. 355. Nibby Scult. del mus. Capitol. T. II. tab. XXI. p. 262. Silligius Catal. artif. p. 426. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 405.

CωCIKΛΗ Σωσικλῆ[ς].

In circulo: N

Siglum infra positum, de quo alii aliter statuunt, vide ne ad numerum statuae pertineat. Ad nomen statuarii R. Rochettus comparat plinthum statuae a. 1842. Tusculi repertam, in qua est litteris grandibus: CωCIKΛ... Σωσικλ[ῆς].

6172.

In basi oblonga parallelepipeda ex lapide Albano vulgari, reperta ad lacum *Albani* inter rudera villae, in quibus templum cum vasto pronao suffulto columnis eiusdem lapidis; edidit Viscontus Lettera su due monumenti ne' quali è memoria d' Antonia Augusta, p. 29. (conf. Visconti Opp. T. II. p. 82.). Citant R. Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 419. Comes de Clarac Catal. des artist. p. 218.

ΤΕΙΣΙΚΡΑΤΗΣ ΕΠΟΙΕΙ

Τεισικράτης ἐποίει.

Quum basis non idonea statuae putetur, Visconto imposita fuisse leaena videtur efficta ad exemplum nobilissimae leaenae Tisicratis Sicyonii, de qua Plinius H. N. XXXIV, 19, 12. Vixit autem Tisicrates Sicyonius circa Olymp. 125. (vid. Silligium Catal. artific. p. 453. O. Mülleri Enchir. archaeol. p. 151. edit. alt.)

6173.

In trunco arboris ad statuam Ganymedis, aut, ut O. Müllerus vult (Gött. Gel. Anz. 1836. p. 102.), lutrophori, eruto apud *Ostiam* a. 1800.; edidit Fea Viaggio ad Ostia p. 54. Statua exposita est in Mus. Chiaramont. T. I. tab. XI. Repetiit Welckerus Kunstblatt 1827. n. 83. p. 330. Citant R. Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 378. Welckerus Mus. Rhen. VI. 1848. p. 402.

ΦΑΙΔΓΜΟΣ Φαίδιμος.

Videtur sculptor esse. Conf. Welckerus l. c.

6174.

In effigie simiae in Capitolio; ediderunt ex Piccarti et Holstenii collectaneis Reinesius Epist. ad Hoffm. et Rupert. p. 341. et Synt. inscr. Cl. II. n. LXII. p. 284. ex Reinesio Cuperus Apotheos. Hom. p. 154. ex Ligorio Murator. T. I. p. CXXIV. 1. cum Lat. interpret. Repetierunt Winckelmannus Tratt. prelim. p. CI. Histor. art. T. VII. p. 248. 306. Bracci l. c. T. II. p. 271. Zeune ad Christ. Abhandl. üb. d. Litt. u. Kunstw. p. 244. Extat etiam in cod. Pigh. fol. 26. a. et in schedis Spanhemianis a Duperac scriptis.

ΦΙΔΙΑCΚΑΙΑΜΜΩΝΙΟCΑΜΦΟΤΕΡΟΙ
ΦΙΔΙΟΥΕΠΟΙΟΥΝ

In altero latere:

Φ - - - - - - - -
- - - - - - Ν
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

In alio latere basis:

ƆADSIGN·A·CALLI
ILLIANON' A I O
AID·SACR.. C PV..PED
SEPT·QVINTILIOETPRISCO
COS

Vs. 1. Reines. in Synt. et Murat. ΑΜΜΩΝΙΟC ΑΜΦΟΤΕΡΟΙ, Pigh. ΑΜΜΩΝΙΟCΑΜ⁝ΟΠΙ, in reliquis apographis post ΑΜΜΩΝΙΟC nihil. Inscriptiones mutilas addit Pighius. Fragmenti Latini haec tantum exsculpsit Marinus Vill. Alb. Inscr. p. 176.

- - - -
- OS - -
ILLIANON
- - SACR - -
SEPT·QVINTILLOETPRISCO
COS

Φιδίας καὶ Ἀμμώνιος ἀμφότεροι Φιδίου ἐποίουν.

Nomen Φιδίας prave scriptum p. Φειδίας. Titulus alicui recentior esse videatur statua, cuius prototypon nihil obstet quo minus filiis tribuatur Phidiae celebris; nam eius nomine etiam imagines bestiolarum circumferuntur (vid. O. Mülleri Enchirid. archaeol. p. 700. edit. alt.). At nec nomen Ἀμμώνιος aevo illi convenire videtur, et Phidiam patrem Phidiae et Ammonii longe alium esse ac celebrem illum sculptorem (conf. Silligius Catal. artif. p. 349.), inscriptio Latina mutila docet, ex qua monumentum

dedicatum est Quintilio et Prisco Coss. i. e. a. u. c. 912. p. Chr. n. 159. Fragmentum inscriptionis Graecae docet additum fuisse nomen eius qui dedicavit: ὁ δεῖνα ἀνέθηκεν.

De fragmento Latino rogatus haec mecum communicavit Aug. Guil. Zumptius:

„Fragmentum commemoratur apud Muratorium p. CCCXXXIII. 3. sed parum emendate et in ipso textu Latino (nam eum solum affert) et in loco, cui tribuit; nam Carthagenae inventum esse scribit.

Iam ex tribus his exemplis longe optimum est Pighianum cum in aliis rebus, tum in consulum nominibus, quos fuisse constat anno 159. p. Chr. Ii solent a fastographis appellari Plautius Quintillus et Statius Priscus, maxime propter inscriptionem Mediolanensem apud Grut. p. LXVIII. 3. male a plerisque exhibitam. Nam Murat. ad p. CCCXXXIII. 3. in lapide accurate examinato testatur se invenisse *Plautio Quintilio II. et Statio Prisco cos.* Atque etiam Marinus Inscr. Alb. p. 9. se sic legisse scribit *Plautio Quintilio et Statio Prisco cos.* et nomen Quintilius altera inscriptione, quam n. 8. exhibet, confirmat. Quod si verum est, dubium videbitur, num in tegula apud Feam Fragm. fast. p. 18. n. 61. (Murat. p. CCCXXXIII. 2. Fabrett. p. 509. n. 143. Guasc. Mus. Capitol. n. 1191.) recte scribatur *Quintillo et Prisco cos.* In hoc certe, de quo agimus, lapide item maior Pighii auctoritas *Quintilium* potius tuebitur. Illud autem quod ab initio huius versus est SEPT, nomen Quintilii cum esse nequeat, quia et Plautium eum esse appellatum scimus et Priscus, eius collega, sine nomine hic dicitur, necesse est Septembrem mensem significet, unde ab initio versus excidisse pauca videmus, velut ... K.]SEPT. Tum qui antecedit versus, facile sic expletur CVR.]AID.SACR. [PE]C.PV[B.]DED i. e. *curatore aedis sacrae pecunia publica dedicatum.* Nam quin AID.SACR. ad aedem sacram pertineat, dubitari nequit, ac cum pontifex aedis sacrae nullus unquam apud Romanos fuerit aut esse potuerit, vix quicquam cogitari poterit praeter curatorem, cuius mentio cur fiat, paulo post dicetur. At vs. 1. exempli Pighiani magnam mihi dubitationem movet Marinus, qui duas modo litteras ....OS...., et quidem maiores quam sunt reliquae, exhibeat. Nam et litterae illae nihil habent simile nec in Pighiano nec in Muratoriano, neque cur illo versu maioribus litteris opus fuerit, intelligo. At quae apud Pighium reliqua sunt, intelligo, quae sic restituo: LOCO]ADSIGN(*ato*)A.CALLI....(nomen hominis legitur), quae quo errore apud Muratorium sic exhibentem C.APSION.A.CAELIO depravata sint, facile apparet. Ex quibus ipsis Muratorianis hoc sumam, ut *Caelium* appellem hominem; frequens enim id nomen et, quod nomen, non cognomen hoc loco requiritur, sane aptum. Nam vs. 2. sunt cognomina hominis haec: PRISC]ILLIANO [M]A[XIM]O, ex quibus alterum hoc *Maximo* clare exhibetur a Muratorio. Tota igitur inscriptio iam haec erat:

LOC]O.ADSIGN.A.CAELIO
PRISC]ILLIANO.MAXIMO
CVR.]AED.SACR.[PE]C.PV[B].DED
K.]SEPT.QVINTILIO.ET.PRISCO
COS

Civitas aliqua vel ipsa vel nomine eius magistratus aliquis (illud autem malo) statuam hanc in aede aliqua sacra dedicavit, quod ut fieri liceret et ut locus, quo poneretur, statueretur, adeundus erat is qui aedi sacrae praeerat, qui solet curator vocari. Eius mentio fit in ipsa tabella statuae adiecta, ne quis loco eam moveat." Conf. n. 5997.

6175.

In statua reperta a. 1808, quae asservatur in horto villae Albani; edidit Zoëga in ephemeride quadam Romana, unde repetita est in opere: Zoëga's Leben II. p. 366. Conf. Welcker. Kunstbl. 1827. n. 83. p. 330. R. Rochette Questions de l'hist. de l'art p. 94. Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 380.

ΦΙΛΟΥΜΕΝΟΣΕΠΟΙΕΙ

Φιλουμενὸς ἐποίει.

In ephemeride Kunstblatt per errorem expressum esse ΦΙΜΕΥΜΕΝΟϹ, unde factum sit ΦΙΛΕΥ ΜϾΝΟϹ, annotat Welckerus Mus. Rhen. VI. 1848. p. 403.

6176.

Romae, in anaglypho Mithriaco in museo Pio Clementino; ediderunt Zoëga Abhandl. edit. Welcker. p. 149. litteris minusculis, et R. Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 250.

ΧΡΗϹΤΟϹΠΑΤΗΡΚΑΙΓΑΥΡΟϹϾΠΟΙΗϹΑΝ

Χρῆστος πατὴρ καὶ Γαῦρος ἐποίησαν.

Πατὴρ h. l. titulus hieraticus videtur Rochetto, qui tripodem musei Parisini comparat, in quo scriptum DORYPHORVSPATER (Comes de Clarac Notice cet. n. 90.).

6177.

In statua, ut videtur, S. Pompeii, reperta in agro Tusculano ad montem *Porcium*, nunc Parisiis in museo publico; edidit Viscontus Monum. Gab. p. 30. dein Com. de Clarac Catal. Mus. n. 150. p. 75. (cf. p. 433. et Catal. artif. p. 161. ubi ΑΡΙΣΣΤΟΝΙΔΑ). Citat Sillìgius Catal. artif. p. 309.

ΩΦΕΛΙΩΝ
..ΡΙΣΣΤΩΝΙΔΑ

Ὠφελίων
Ἀ]ρισστωνίδα.

6178.

In statua feminae ex Graecia Romam translata; edidit Fea Miscell. p. CXCI. cf. Winckelmanns Briefe an Dassdorf p. 216. Welcker. Kunstblatt 1827. n. 83. p. 323. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 160 sq.

..... ΣΙΜΑΧΟΥΕΠΟΙΕΙ — Ὁ δεῖνα Λυ]σιμάχου ἐποίει.

CLASSIS SEXTA.

6179.

In horologio, quod appellant sciothericum, reperto *Romae* in villa Palombara in monte Exquilino; edidit Guattani Memorie enciclopediche Rom. sulle belle arti cet. T. V. p. 103-109. cum explicatione Steph. Pialii.





Ἰανουάριος. τοξ(ότης). αἰγ(όκερως). Δεκέμβριος.

Φεβράριος. σκο(ρπίος). ὑδρ(οχόος). Νοέμβριο[ς].

[Μ]άρτιος. ζυγ(ός). ἰχθ(ύες). Ὀκτώβρι[ος].

[Ἀπ]ρίλιος. παρθ(ένος). κρει(ός). Σεπτέμβ[ριος].

[Μά]ϊος. λέων. ταῦρ(ος). Αὐγο[ῦστος].

[Ἰού]ν]ιος. καρκῖ(νος). δίδυμ(οι). Ἰ[ούλιος].

De horologiis solariis veterum qui nuper egregie disputavit Franciscus Woepke (Disquisitiones archaeol. mathemat. circa solaria veterum, dissert. inaugur. astronomica, Berol. 1847. 4.), rogatu meo de hoc solario exposuit in hanc sententiam:

„Monumentum hoc illi solariorum generi, quod Vitruvius hemicyclii Berosiani nomine commemorat, adnumerandum esse videtur, cuius tamen excultius quoddam ingeniosisque artificiis mathematicis ornatum exhibet specimen.

Quod quidem attinet ad externam eius formam, quibus Pialius loco laudato eam describit, repetam verba, eaque sequentia: „„manca in questo orologio quel taglio nella parte anteriore, in direzione del clima, cioè secondo la inclinazione dell' Equatore, che in tutti gli altri si trova, che fece riconoscerli per l' emiciclio di Beroso scavato da un quadrato (Vitruv. IX, 9.). Un' altra differenza per cui si distingue il detto orologio è quella di avere avuto lo sciotere o gnomone, cioè lo stilo indicatore dell' ombra, non già in posizione orizontale ma verticale eretto sul piano inferiore, ove resta ancora l' indizio del foro frammentato in cui era piantato; e benchè il vertice corrispondesse al centro dell' incavo sferico nell' una e nell' altra situazione, pure questa diversa posizione di gnomone ha dovuto impedire il taglio obliquo nella parte anteriore in direzione del clima, ed ha obbligato a lasciare la parte inferiore dell' incavo sferico molto maggiore di tutti gli altri e della quarta parte di una sfera.""

Interioris descriptionis *undecim* quidem *lineae horariae*, *tropicus uterque*, *aequator* huic monumento cum hemicyclio Berosiano et scapha (*) communes; praeterea vero conspicimus in ipso primo loco *manacum*, cuius effectum mathematice paucis illustrare operae pretium esse videatur.

Collocato circini centro in puncto intersectionis meridianae cum circulo aequinoctiali ac diducto circino usque ad punctum intersectionis meridianae cum circulo solstitiali altero vel aestivo vel brumali, comprehensus erit circino arcus circuli maximi $= \varepsilon$, ubi ε obliquitas eclipticae. Describetur ita in superficie horologii sphaerica concava manacus ille, h. e. circulus minor cuius centrum (conf. fig. 1.) erit M, cuius radius sphaericus ε. Computato nunc angulo l

(*) De his confer opusculum inscriptum: „Disquisitiones archaeologico-mathematicae circa solaria veterum, Berolini 1847." in quo de horologiis solariis veterum in universum, quam diligentissime potui, pluribus exposui.

Fig. 1.



inde a puncto ϖ' per peripheriam huius circuli minoris usque ad 360° valebit aequatio

$$\sin \delta' = \sin l \,.\, \sin \varepsilon$$

et quum sit $\quad \sin \delta = \sin L \,.\, \sin \varepsilon$,

ubi δ declinatio, L longitudo solis, patet: circulum minorem in superficie sphaerica horologii collocatum per quodlibet manaci punctum p, simulque parallelum circulo aequinoctiali, omni ex parte respondere circulo parallelo coelesti, qui respondet longitudini solis $= l$. Hoc vero eo elegantius ita evenit, quum anguli L et ε, hic etiam adhibiti, in ipsa coeli sphaera dispositi sint alio modo, eoque illo, quem exhibet figura 2.

Fig. 2.

Divisa nunc manaci peripheria in duodecim partes aequales, quarum unaquaeque triginta erit graduum, circuli paralleli per singula puncta divisionum collocati respondebunt tanquam curvae horologicae diurnae duodecim illis anni diebus, quibus sol ex altero signo in alterum transit, sive singulis duodecim mensium calendis. Quum tamen sit $\sin(180° - l) = \sin l$ non duodecim obtinentur circuli paralleli, sed septem, quorum singuli, excepto utroque solstitiali, binis respondent punctis divisionum. Septemque illi circuli paralleli sex includunt spatia, quorum singula, ut iam liquet, binis respondent et signis et mensibus.

Horum et signorum et mensium nomina, illorum quidem Graeca, horum Latina in monumento nostro Graecis elementis expressa inveniuntur.

Exstruxit denique opifex solarium nostrum curvis duabus, quas his verbis describit Pialius: „„Finalmente unico è questo orologio nell' avere due linee, che in direzione retta partendo dal punto, in cui il tropico iemale taglia la meridiana ed intersecando l' equatore a destra e a sinistra ne' punti in cui s' incontra col manaco, venno a terminare nella linea del tropico estivo""; additque de fine his lineis proposito: „„— collo spazio triangolare da essi rinchiuso formavano la progressione continuata delle differenze della massima lunghezza alla minima brevità del tempo diurno e collo spazio poi tagliato fuori da essi a destra e a sinistra davano un' indicazione assai commoda per le occupazioni diurne della vita dell' uomo e dell' agricoltore, indicando uno spazio di tempo sempre uguale in ogni giorno dell' anno, e di quattro ore e mezza delle ore naturali o equinoziali dopo il nascere del sole e altrettanto prima del tramontare.""

De his vero fusius aliquantulum sequentibus inquirendum esse videtur.

Fig. 3.



Ducatur (conf. fig. 3.) e polo P circuli (maximi) aequinoctialis circulus maximus per h, intersectionem circuli paralleli brumalis cum margine horizontali cavationis solarii; secabit hic circulus in quolibet circulo parallelo $m'h'$ arcum $m'p_1$ semper aequalem semiamplitudini circuli paralleli brumalis.

Ducatur porro circulus maximus alter, quo modo factum est in instrumento nostro per m et a usque ad s; qui quidem secabit in circulo quolibet parallelo arcum $h'p$; ut vero locum habeat revera effectus a Pialio indicatus, necesse est esse

$$\angle h'Pp = \angle p_1Pm' \quad \text{sive} \quad \angle hPh' = \angle pPm.$$

Advertamus nunc mentem ad triangulos sphaericos $h'Ph$ et pPm; habemus

$$Ph' = 90 + \delta = Pp$$
$$Ph = 90 - \varepsilon = Pm$$
$$\angle Ph'h + \angle Ppm \angle 180° \text{ (*)}.$$

(*) Utriusque enim anguli sinus fractio vera valorem 1 nunquam assequens, quum sit $\sin Ppm = \sin Pmp \,.\, \frac{\cos \varepsilon}{\cos \delta}$, $\sin Ph'h = \sin Phh' \,.\, \frac{\cos \varepsilon}{\cos \delta}$, ubi $\frac{\cos \varepsilon}{\cos \delta}$ fractio vera et Pmp, Phh' anguli constantes, quorum sinus < 1 (lg sin $Pmp = 9{,}86772$, lg sin $Phh' = 9{,}86284$); uterque praeterea primi quadrantis angulus, quum et sinuum expressiones iam propositae positivae et cosinuum valores, quod intelligitur ex expressionibus sequentibus

$$\cos Ppm = \frac{\sin \varepsilon + \sin \delta \cos pm}{\cos \delta \sin pm}, \quad \cos Phh' = \frac{\sin \varepsilon + \sin \delta \cos hh'}{\cos \delta \sin hh'},$$

ponamus denique esse $\angle h'hP = \angle pmP$. Tunc erit $\Delta h'hP \cong \Delta pmP$, itaque $\angle h'Ph = \angle pPm$. Sed inquirendum est, an sit revera $\angle h'hP = \angle pmP$; aequalis erit horum angulorum alter alteri, si aequales erunt inter se eorum supplementa PhN et amM; quam ob rem convertamus nos etiam ad triangulos sphaericos PhN et amM. Invenimus autem in triangulo PhN esse $\operatorname{tg} h = \frac{\operatorname{cotg} P}{\sin \varepsilon}$
contra in triangulo amM

$$\operatorname{tg} m = \frac{\operatorname{tg} \varepsilon}{\sin \varepsilon};$$

porro igitur quaeritur an sit

$$P = 90 - \varepsilon$$

habemus autem

$$\cos P = \frac{\operatorname{tg} \phi}{\operatorname{cotg} \varepsilon} = \frac{\operatorname{tg} \phi}{\cos \varepsilon} \cdot \cos(90 - \varepsilon)$$

quaeritur ergo denique an sit

$$\operatorname{tg} \phi = \cos \varepsilon;$$

et revera pro climate Romano, quum sit $\phi = 41°53\prime\!,5$ satis magnus harum expressionum evenit consensus; fit enim, quum pro illa aetate sumenda sit obliquitas eclipticae $\varepsilon = 23°42\prime\!,0$ arc $\operatorname{tg}(\cos \varepsilon) = 42°28'46''$.

Videmus inde methodum, in monumento nostro ad finem supra dictum assequendum adhibitam, fuisse non exactam, sed appropinquatoriam; eamque tanto magis a fine proposito aberrare, quanto magis differant inter se $\operatorname{tg} \phi$ et $\cos \varepsilon$; itaque eam pro solo fere climate parallelo circiter $42°\!,5$ proximo potuisse adhiberi. Sed ex ipsa hac singulari climatis Romani proprietate tam acute et percepta et ad usum adhibita opificis ingenium insigniter perlucere mihi videtur.

Quaerendum etiam esse videtur de gradu approximationis cum hac methodo coniuncto. Sit Δm variatio anguli m; quum sine errore sensibili latera duo angulum Δm includentia propter huius exiguitatem sibi aequalia et $= pm$ sumi possint, erit

$$\cos \Delta\tau \sin(90 + \delta)^2 + \cos(90 + \delta)^2 = \cos \Delta m \sin \overline{pm}^2 + \cos \overline{pm}^2$$

sive $$\sin \tfrac{1}{2} \Delta\tau \cos \delta = \sin \tfrac{1}{2} \Delta m \sin pm$$

sive $$\Delta\tau = \Delta m \frac{\sin \tau}{\sin m}.$$

Crescit vero τ (*), ergo etiam $\sin \tau$, crescente δ $a - \varepsilon$ ad $+\varepsilon$; itaque $\Delta\tau$ maximum assequetur valorem pro $\delta = +\varepsilon$. Erit vero in triangulo sphaerico $\alpha_1 sa$

$$s\alpha_1 = \varepsilon = mM$$
$$\alpha_1 = 90° = M$$
$$\angle \alpha_1 as = \angle Mam$$

itaque $\Delta \alpha_1 as \cong \Delta Mam$ et $aM = \varepsilon = a\alpha_1$
igitur $\alpha_1 M = sPm'' = 2\varepsilon = 47°24\prime\!,0$ contra $h''Ps_1 = 46°22'34''$.

Summus igitur error e vitio methodi progenitus $= 1°1\prime\!,5$ vel (ubi sumitur $\varepsilon = 24°$) $= 1°37\prime\!,5$ h. e. tempore expressus: minutorum 4 vel 6,5 perexiguus nimirum iudicandus est.

Exacte ceterum solarium nostrum indicavit spatium temporis, de quo agimus, ubi sumsit opifex non $aM = \varepsilon$, sed $aM = H\alpha_1 = 23°11'17''$ (qui quidem valor referendus est ad clima Romanum, $\phi = 41°53\prime\!,5$).

Antecedentibus linearum, de quibus instituta est quaestio, naturam et effectum penitus dilucidasse mihi videor, a quibus quidem accurate perspiciendis quantum abfuerit Pialius, et explicationem quam dedit legentibus ultro liquebit et ea ex re patet, quod confundit has lineas cum lacotomo analemmatis Vitruviani, ad quod illustrandum et explicandum omnino monumentam hocce plurimum conferre posse censet; magno vero de his versatur in errore vir doctissimus; contingit enim ut in ipsis disquisitionibus supra laudatis analemmatis Vitruviani rationes mathematicas, quum huc usque caligine laborare viderentur, omni ex parte explicuerim; hanc vero explicationem perlustraturis patebit facile, quanta intercedat differentia inter huius monumenti et analemmatis Vitruviani descriptionem et rationes mathematicas; in analemmate Vitruviano, ut hoc unum commemorem lacotomus inveniendo ac determinando manaci centro inservit, a quo quidem usu longissime abesse lineas monumenti nostri a Pialio lacotomos vocatas iam clarissime intelligitur.

Errat etiam vir doctissimus, quum de genere, cui adnumerandum sit hoc solarium, disserat verbis sequentibus: „„per li moltiplici commodi, che questo orologio riuniva, penserei piuttosto, che vi si debba riconoscere il πρὸς τὰ ἱστορούμενα di Parmenione, cioè quello da cui tutte rilevavansi le cose conosciute e notate""; solarium enim πρὸς τὰ ἱστορούμενα appellatum ab explicatione, quam hic proponit Pialius, prorsus differre in disquisitionibus laudatis demonstrasse mihi videor.

Minus a veritate recedere videtur coniectura Pialii altera, qua hoc monumentum „„scapharum"" generi adnumerandum esse statuit; revera enim positio styli, forma sphaerica (tamen solidi hemisphaerii partem tantum amplectens, dum inveniatur apud Vitruvium „„scaphe *sive hemisphaerium*""), descriptio curvarum horologicarum huic monumento communes sunt cum ea forma, quam scapharum fuisse loco laudato exposui.

Altitudinem poli et obliquitatem eclipticae in hoc horologio adhibitas invenit Pialius: $\phi = 42°$ et $\varepsilon = 24°$; illa quidem monumentum nostrum pro climate Romano fuisse elaboratum confirmat.

Aetatem denique huic monumento adiudicandam esse circiter regnum Gallieni Imperatoris Pialius scita disquisitione probat."

---

ubi etsi secundum numeratoris membrum negativum assumit valorem, valor tamen eius absolutus, ut facile liquet, semper erit $< \sin \varepsilon$.

(*) Producto enim arcu Pp usque ad circulum aequatorealem formatur triangulus sphaericus rectangulus $ap\alpha$ et habetur $\operatorname{tg}(\varepsilon' - \tau) = \cos a \cdot \operatorname{tg}(am - mp)$, unde quum sit $a = $ const., $am = $ const., et crescat mp crescente δ, facile percipitur τ crescente δ continuo crescere.

6180.

Circa basin duodecim angulorum, erutam a. 1779. in villa de' Monaci del monte Libano prope D. Petri in Vinculis; edidit Marinus Inscr. vill. Albani Cl. V. n. 159. p. 177.

OCCI DENS			MERI DIES			OPI ENS			SEP TEN TRIO		
ΖΕΦΥ ΡΟϹ FAVO NIVS	ΛΙΨ AFRI CVS	ΛΙΒΟ NOTOS AVSTRO AFRI CVS	NO TOC AVS TER	ΕΥΡΟ NO TOC EVRO AVS ....R	ΕΥ ·ΡΟϹ EV RVS	ΑΦΗ ΛΙΩ ΤΗϹ SOLA NVS	ΚΑΙΚΙ ΑϹ VVL TVR NVS	ΒΟΡΕ ΑϹ AQVI LO	ΑΠΑΡ ΚΙΑϹ SEPTEN TRIO	ΘΡΑ ΚΙΑϹ CIR CIVS	ΙΑΠΥΞ CHO RVS



Duodenaria haec ventorum divisio, cuius auctorem Agathemerus (Geogr. I, 2.) Timosthenem dicit, Ptolemaei Philadelphi navarchum, habetur apud Cassium Dionysium Uticensem (Geopon. I, xi.), nisi quod ibi Boreas in cardine collocatus est septentrionali. Sed plurimi, qui hanc divisionem adoptarunt, faciunt cum tabula nostra, ut Seneca Quaest. nat. V, 16. 17. qui ventorum regiones accurate descripsit:



Similiterque se habet tabula Latina a Paciaudio Monum. Pelop. T. I. p. 117. tradita, nisi quod ibi pro Euronoto Phoenix habetur (conf. Plin. H. N. II, 46.).

Aparctias.
Thrascias.
Boreas.
Argestes.
Caecias.
Zephyrus.
Apheliotes.
Libs.
Eurus.
Libonotus.
Phoenix.
Notus.

Nomina Latina ventorum in tabula nostra apposita consentiunt cum tabula auctoris incerti de xii ventis versibus oblata (Wernsdorfius Poet. Lat. min. T. V. P. I. p. 524.), excepto nomine *Solanus*, qui illi est Subsolanus, ut vulgo. Solanum solus nominat Vitruvius (conf. n. 6181.). De singulis accuratius exponendi otium nobis fecit quum Ukertus Geogr. I, 2. p. 171 sqq. tum Genellius in Wolfii Annal. litt. IV. 1820. p. 461 sqq. et C. de Raumer in Mus. Rhen. V. 1837. p. 497-521. Conf. Ludovicus Heros Dissert. inaug. physica de ventis, Berol. 1846.

6181.

Caietae, in fragmento columnae duodecim angulorum, quorum septem tantum apparent, reliquis muros inclusis; acceptam a Pighio edidit Smetius fol. xxxvi. 3. indeque Gruterus p. cxxxvii. 7.

ΛΙΨ AFRI CVS	ΛΙΒΟ NOTOC AVSTRO AFRICVS	NO TOC AVS TER	.... NOTOC EVRO AVSTER	ΕΥ ΡΟϹ EV RVS	... ... THC . OLA NVS	... . SVBSOLA NVS



Divisio ventorum eadem est atque n. 6180. Ἀπηλιώτης hac quoque in tabula *Solanus* audit; Καικίας *Subsolanus*, quod memorabile est.

6182.

Romae; ex schedis Ambrosianis edidit Muratorius T. II. p. MXCV. 4.

ΟΥ	XV
Ο	K
Λ	S
Α	E
Τ	P
Ε	T
Ρ	E
Ρ	M
Α	B
Ι	R
Ś	E
	S
	Ś

Hic visitur statua virilis obtruncato capite.

Οὐολατέῤῥαι.
xv. K(alendas) Septembres.

6182. *b.*

Romae; ex schedis Ambrosianis edidit Muratorius T. II. p. DCI. 2. cum Lat. interpret.

ΜΥΣΙΛΑΣ.ΤΡΙΗΡΑΡΧΟΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ.ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΜΟΣΧΟΣ.ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥ
ΖΗΝΩΝ.ΖΗΝΩΝΟΣ
5 ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ.ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

Μυ[ρ]σίλ[ο]ς τριήραρχος.
Δημήτριος Δημητρίου.
Μόσχος Μενεκράτου.
Ζήνων Ζήνωνος.
Ἀπολλώνιος Διονυσίου.

Est ex catalogo quodam.

6182. *c.*

Romae; edidit Maius Collect. Vat. T. V. p. 348. unde repetiit Osannus Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1840. n. 118.

MAXIMVSHASOLIMTHERM - - - -
DIVINAEMENTISDVCTVCVMO - - - - -
\- - - - - - - - - - - - -
\- - - ΙΞΕΝΒΙΚΤΩΡΑΡΧΟϹΕΠΙ - - - -

Maximus has olim therm[as exstruxit - - -
divinae mentis ductu cum - - - - - -
\- - - - - - - - - - - - - - - -
Μάξιμος κατεσκεύασ]εν· Βίκτωρ ἄρχ[ων] ἐπ[εσκεύασεν.

6183.

In sepulcro Etrusco a. 1698. detecto prope Senam inter inscriptiones Etruscas colore rubro pictas in pariete; edidit Bellorius Pict. antiq. tab. XI. p. 203. repetierunt Buonarruota Addit. ad Dempsteri Etrur. Regal. p. 36. tab. LXXXXII. Lanzi Saggio di ling. Etr. II. p. 436. Lepsius Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. VIII. 1836. p. 195 sq. tab. B. n. 3. Cf. Elem. epigr. Gr. p. 22. n. 2.



Habes partem alphabeti Graeci litteris antiquissimis compositi et lusum syllabicum Etrusco more scriptum. Alphabeti pars haec est:

A B C Δ E F I B Θ I K Ⅼ M N B O . . . . . .

in quo notabis formam singularem litterae Ξ pro Ξ aut H (conf. Vol. I. n. 166.), quae redit in vasculo Etrusco n. 8342. Forma Vau Phoenicii videtur esse antiquissima C (vide Mazochi Tab. Heracl. p. 128.), quae postquam apud Graecos diu scripta est F, posteriore tempore rursus comparet (cf. Elem. epigr. Gr. p. 42.). Appictus lusus syllabicus litteris communibus redditus hic est:

MAMIMEMVNAN[INENV]

Utriusque inscriptionis similitudinem cum litteris vasculo Etrusco incisis n. 8342. post Lepsium exposuimus in Elem. epigr. Gr. l. c. ubi etiam monuimus has inscriptiones videri Olympiadem LX facile attingere. Habemus utrobique alphabetum Graecum una cum syllabario quod dicunt scriptum, non solum in vasculo sed etiam in pariete sepulcri. Alphabeti Graeci pars etiam alii vasculo in Italia reperto inscripta habetur n. 8343. Alias animadvertimus alphabetum Graecum Ionicum quum tabulis ligneis impositum (Reuvens Lettres à Mr. Letronne III. p. 111.) tum lapidi incisum (Ross Inscr. ined. Fasc. II. p. 33. n. 127.). Ubique id quidem pro lusu habere otiosi hominis vix tutum; nec consideratius rem ad formulas magicas sequioris aetatis velle revocare, quae sententia est Iahnii (Bullett. d. Instit. archeol. Rom. 1838. p. 153.). Immo alias aliud consilium fuisse scribentibus putandum est parum reconditum. Nam quum probabile sit auctorem alphabeti Ionici ter vicies repetiti (Rossius l. c.) dexteritatis specimen in arte quadrataria exhibere voluisse, tum in monumentis antiquioribus, qualibus alphabetum in Etruria impositum est, longe alia ratio adhibenda videtur. Quippe constat Etruscos studio rerum Graecarum valde deditos fuisse: ut nihil mirum sit, si non solum vascula pueris sive vivis sive mortuis dedicata sed etiam sepulcra, in quibus pueri conditi sunt, elementis studiorum, quibus vivi incumberent, exornare voluerunt. In his autem elementis studiorum consentaneum est fuisse grammaticam Graecam, quae quomodo tractata sit in instruendis pueris, ex lusu ingenioso Calliae (*γραμματικῇ τραγῳδίᾳ* Athen. X, 79. p. 454. conf. Welckerus Mus. Rhen. I, 1. p. 137 sqq. Bergkius Reliq. Com. Att. p. 117 sq.) colligi potest.

6184.

Romae columna sex fere pedes longa olim in monasterio Coelestinorum, post in museo Capitolino; vidit et transcripsit Raimundus Formentinus in Itinerario MS. quod in bibliotheca Aurelianensi asservari narrat Villoisonus qui excerpsit; edidit primus Montfaucon Diar. Ital. p. 125. deinde Fabrettus Inscr. c. 5. p. 413. n. 355. 356. Guascus Mus. Capitol. Inscr. T. III. p. 197. (cf. T. I. p. 191.). Ex schedis Villoisoni edidit Osannus Syllog. p. 405. Citarunt Olearius ad Philostrat. p. 957. Viscontus Iscrizioni Greche Triopee cet. p. 5. Raph. Fiorillo Herodis Attici quae supersunt cet. p. 16. Hagenbuchius Observ. crit. apud Orellium Collect. inscr. Latt. Vol. II. p. 365. Boeckhius huius operis Vol. I. ad n. 26. p. 45.

ANNIAΡΗΓΙΛΛΑ
ΗΡΩΔΟΥΓΥΝΗΤΟΦΩϹ
ΤΗϹΟΙΚΙΑϹΤΙΝΟϹΤΑΥ
ΤΑΤΑΧΩΡΙΑΓЄΓΟΝΑΝ

ANNIAREGILLA
HERODISVXOR
LVMENDOMVS
CVIVSHAEC
PRAEDIA
FVERVNT

VII. MIL
AVGVSTO
INVICTO
PIO. FELICI
MAXENTIO
NOSTRO
DONINO

Vs. 2. Vill. ΗΡΟΔΟΥ. Vs. 3. ΤΑΥ in sequentem versum coniicit Vill. Vs. 5. Vill. ANNA. Idem seq. ita distinguit: HERODISVXORLVMEN||DOMVSCVIVSHAECPRAEDIA FVERVNT.

Ἀννία Ῥήγιλλα, Ἡρώδου γυνή, το φῶς τῆς οἰκίας· [ἧς] τινος ταῦτα τὰ χωρία γέγον[ε]ν.

Annia Regilla, Herodis uxor, lumen domus, cuius haec praedia fuerunt.

Columnam inde a temporibus Maxentii pro miliario fuisse titulus Latinus inversus docet. Itaque Montfauconius coniecit fuisse olim in via Appia in agris Herodis Attici ad celebre Triopium pertinentibus, in quo consentientem habet Viscontum. Vide ad n. 6279. *B.* vs. 49. Ceterum Graeca eiusmodi sunt, ut Fiorillus dubitaverit an ab homine Graeco sint profecta; prudentius sane ille, quam Orellius qui dubitat, Latina sint Fabretti, an ipsi lapidi insculpta. Conf. n. 6185. Similem titulum Athenis reportarunt Stephanius Itin. Graec. septentr. tab. II. n. 1. et Lebasius Revue archéol. I, 1. 1844. p. 52. *Ἀππία Ἀννία Ῥήγιλλα, Ἡρώδου γυνή, τὸ φῶς τῆς οἰκίας,* unde discimus Regillam ex gente Appia fuisse. *Φάος οἴκου* similiter habes n. 6411. Excusaverit aliquis *γέγοναν* pro *γεγόνασι.*

6185.

Lapis incerti loci; inter Marm. Oxon. edidit Maittaire n. CLXXXII. Repetiit Keilius Syllog. inscr. Boeot. p. 131.

[*Textum vide pag. seq*]

Ἡρώδης μνημεῖον καὶ τοῦτο εἶναι τῆς αὐτοῦ συμφορᾶς καὶ τῆς ἀρετῆς τῆς γυναικός· ἔστιν δὲ οὐ τάφος· τὸ γὰρ σῶμα ἐν τῇ Ἑλλάδι καὶ νῦν παρὰ τῷ ἀνδρί ἐστιν. τὸν ἐκ ταύτης παῖδα εἰς τοὺς εὐπατρίδας ἐν Ῥώμῃ ἐνέγραψεν Ἀντωνῖνος Αὐτοκράτωρ, Εὐσεβὴς ὑπὸ τῆς πατρίδος καὶ πάντων κληθείς, ἀνενεγκὼν εἰς τὴν βουλὴν συνκλήτου δόγματι.

ΗΡΩΔΗϹ ΜΝΗΜΕΙΟΝ ΚΑΙ
ΤΟΥΤΟ ΕΙΝΑΙ ΤΗϹ ΑΥΤΟΥ
ϹΥΜΦΟΡΑϹ ΚΑΙ ΤΗϹ ΑΡΕ
ΤΗϹ ΤΗϹ ΓΥΝΑΙΚΟϹ
ΕϹΤΙΝ ΔΕ ΟΥ ΤΑΦΟϹ ΤΟ
ΓΑΡ ϹΩΜΑ ΕΝ ΤΗ ΕΛΛΑΔΙ
ΚΑΙ ΝΥΝ ΠΑΡΑ ΤΩ ΑΝΔΡΙ
ΕϹΤΙΝ ΤΟΝ ΕΚ ΤΑΥΤΗϹ
ΠΑΙΔΑ ΕΙϹ ΤΟΥϹ ΕΥΠΑ
ΤΡΙΔΑϹ ΕΝ ΡΩΜΗ ΕΝΕΓΡΑ
ΨΕΝ ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ ΑΥΤΟ
ΚΡΑΤΩΡ ΕΥϹΕΒΗϹ Υ
ΠΟ ΤΗϹ ΠΑΤΡΙΔΟϹ ΚΑΙ
ΠΑΝΤΩΝ ΚΛΗΘΕΙϹ
ΑΝΕΝΕΓΚΩΝ ΕΙϹ ΤΗΝ
ΒΟΥΛΗΝ ϹΥΝΚΛΗΤΟΥ
ΔΟΓΜΑΤΙ

Male scriptus titulus ab Herode Attico coniugis mortem intemperanter lugente. Is monumentum videtur posuisse in memoriam filii ab Imperatore patriciis adscripti: quod factum celebratur in inscriptione Triopia n. 6279. *B.* vs. 19 sqq. ubi vide quae notavimus.

6186.

Romae in museo P. Chiaromonti in herma capite truncato effosso ad XV circiter lapidem ab urbe in loco dicto le Marmorelle; edita est in Nuova Raccolta d' opuscoli, Venez. T. V. p. 133. et in Excerpt. Ital. et Helvet. litter. a. 1758. T. I. p. 242. Repetiit Winckelmannus Opp. edit. Fernow. T. II. p. 219. Zenobetti ad Meleagri Idyll. p. 20. Transcripsit etiam Sickler Almanach aus Rom, 1810. p. 294. Ex Winckelmanno repetierunt Brunckius Anal. III. p. 183. n. 167. Iacobsius (Animadv. III, 1. p. 380.) Anthol. Palat. App. n. 113. Denuo edidit Osannus Syllog. p. 445 sq. n. 149. cum interpretatione Latina recentiore tempore marmori incisa iuxta epigramma Graecum. Habeo etiam ex schedis Thorlacii a Petersenio missis.

ΑΛϹΟϹΜΕΝΜΟΥϹΑΙϹΙЄΡΟΝ
ΛЄΓЄΤΟΥΤΑΝΑΚЄΙϹΘΑΙ
ΤΑϹΒΥΒΛΟΥϹΔЄΙΞΑϹΤΑϹΠΑΡΑ
ΤΑΙϹΠΛΑΤΑΝΟΙϹ
ΗΜΑϹΔЄΦΡΟΥΡЄΙΝΚΑΝΓΝΗϹΙ
ΟϹЄΝΘΑΔЄΡΑϹΤΗϹ
ΕΛΘΗΤΩΚΙϹϹΩΤΟΥΤΟΝΑΝΑ
ϹΤЄΦΟΜЄΝ

Vs. 7. extr. Os. AN., reliqua apographa ANA.

Ἄλσος μὲν Μούσαις ἱερὸν λέγε τοῦτ' ἀνακεῖσθαι,
τὰς βύβλους δείξας τὰς παρὰ ταῖς πλατάνοις,
ἡμᾶς δὲ φρουρεῖν· κἂν γνήσιος ἐνθάδ' ἐραστὴς
ἔλθῃ, τῷ κισσῷ τοῦτον ἀναστέφομεν.

Hermam stetisse in vestibulo bibliothecae sive ante ianuam in loco platanis consito coniecit Iacobsius. Haud dubie in villa fuit bibliotheca, quae hic respicitur: quam in rem Iacobsius confert Senec. Ep. XII, 1. et LV, 7. Mitscherlich. ad Horat. Od. XI, 13. Vs. 3. ἡμᾶς Musas puta.

6187.

Romae, in hortis Iustinianis in termino; edidit Gudius p. LXIV. 12. Denuo Osannus Syllog. p. 428. n. 40.

ΑΡΧΗ
ΟΙΚΟΥ
ΠΟΠΛΙΩΝ

Vs. 1. Os. . . XH, quod explet τύχη.

[Τύ]χη οἴκου Ποπλίων.

6188.

In marmore albo; ex Italia attulit I. de Witte; possedit Rob. de Neufville; ex legato Papenbroekiano edidit Oudendorpius Orat. de vett. inscriptionum et monumentorum usu legatoque Papenbroekiano cet. 1745. 1746. p. 15. n. 15. cum explicat. Lat. Citavit R. Rochettus Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 349.

ΑΝΤΙΝΟΟϚ. ΜΑΡ
ΚΕΛΛΟϹΟΡΕΥϹ
ΤΟΥ. ΑΔΡΙΑΝΟϚ
ΩΚΟΛΟΜΗϚΕΝ

Ἀντίνοος Μάρκελλο[ς ἱε]ρεὺς τοῦ Ἀδριανο[ῦ] ᾠκο[δ]όμησεν.

Titulus similis, ni fallor, originis atque is qui habetur Vol. I. n. 1105. *b*.

6189.

Romae ad D. Stephani del Casco; edidit Fabrettus c. x. n. 343. p. 713.

Π. ΑΙΛΙΟϹ
ΑϹΚΛΕΠΙΑ
ΔΗϹ·ΚΑΤΑ
ΔΙΑ
ΘΗΚΗΝ

Π. Αἴλιος Ἀσκλ[η]πιάδης κατὰ διαθήκην.

6189. *b.*

Romae, in aedibus Vaticanis; edidit Osannus Syllog. inscr. p. 439. n. 106. Habeo etiam ex schedis Thorlacii a Petersenio missis.

ΜΑΥΡΑΠΟΛΛΩΝΙΟϹ
ΟΚΑΙΩΡΙΓΕΝΗϹΙΠΠΕΥϹ
ΡΩΜΑΙΩΝΤΟΚΟΥΒΟΥΚΑΙΝ
ΑΠΗΡΤΙϹΑ

Vs. 3. Thorl. ΙΟΚΟΥΒΟΥΚΑΙΝ.

Μ. Αὐρ. Ἀπολλώνιος, ὁ καὶ Ὠριγένης, ἱππεὺς Ῥωμαίων τὸ κουβούκ[λ]ιν ἀπήρτισα.

Κουβούκλιον (nunc *κουβουκλίν*) est *cubiculum*, sedes in theatro clausa et secreta, qualis fuit Imperatorum. Sueton. Ner. 12. *Icarus iuxta cubiculum eius decidit.* Pro eo alias dicitur suggestus, ut ap. Sueton. Caes. 76. Conf. Du Cange Lex. med. et inf. Graecitatis s. v. *κουβούκλιον*.

6190.

In monte *Cassino*; edidit Donius Cl. II. n. 11. p. 66. indeque Muratorius T. I. p. CDLXXV. 5. Repetiit Orellius Collect. inscr. Latt. n. 3301.

FABIA.PHILEMAI
BALONIA.PHILEMAI
GRAECINIA.MYRINNA
.......GRADVS ET
EPIMEDIA S. P. F.

In aversa parte:

ΩΡΑ
ΚΑΙ
ΤΥΧΗ

Fabia Philema(tium), Balonia Philema(tium), Graecinia Myrinna - - - gradus et epimedia s(ua) p(ecunia) f(ecerunt).

Ὥρᾳ καὶ Τύχῃ.

Graeca eadem redeunt in lapide Veronensi n. 6754. Vocem *epimedia* Saxius Misc. IV, p. 204. et Orellius hybridam putant esse, ut epirhedia, epitogium, formatam ab *ἐπὶ* et *medium*. Videndum tamen ne ornamentum sit intelligendum simile plantae illi, quam *ἐπιμήδιον* vocat Dioscorid. IV, 19.

6190. *b.*

In lapide in insulis *Pontiis* reperto; Caietam translatum titulum ad Gerhardum misit Mommsenius; edidit Gerhardus in Ephem. archaeol. 1846. p. 358. cum interpretatione nostra.

ΜΝΗϹΘΗϹΑ
ΡΜΟΔΙΒΟΥ
ΛϹΥΤΑΠΑ
ΝΟΡΜΕΙΤ
ωΝ ΤΗϹ ΚЄ
ΦΑΛΗΝΙΑϹ
ЄΥϹЄΒΙΑϹЄΤ
ΥΧΛΗϹΟΟЄΟϹ

Μνησθῆς, Ἁρμόδι βουλευτὰ Πανορμειτῶν τῆς Κεφαλη-νίας, Εὐσεβίας - - - -

Panormus Cephalleniae memoratur ab Artemidoro ap. Porphyr. de Nymph. antr. p. 114. edit. Barnes. et ab Antipatro ap. Holsten. ad Steph. Byz. v. *Πάνορμος*, videturque etiam apud Hieroclem (Wesselingius Itin. p. 648.) intelligenda. *Ἁρμόδι* est pro *Ἁρμόδιε* dictum more Romanorum. Eusebia femina est. Subiecta sententia videtur *εὐμενὴς ὁ θεός*. De forma tituli conf. Elem. epigr. Gr. p. 336. et huius operis Vol. III. n. 4668.

6191.

Romae, olim in vinea Cavaleria; edidit Buonarruotus Observ. de fragm. vitr. coemet. p. 138. unde petiit Murator. T. I. p. CDLXXVIII. 9. cum Lat. interpret.

.ΙΜΕΜΦΙϹ.ΚΑΙΓΕΛΑϹΙϹ.ΧΑΡΙΤΩΝ.
ΛΟΥΤΡΟΝ.ΤΟΔΕ.ΤΕΥΞΑΝ.Ι.

Μέμφις καὶ Γελάσις Χαρίτων λουτρὸν τόδ' ἔτευξαν.

Est versus heroicus. Homines sunt Memphis et Gelasius quidam. Balneum Gratiarum dictum nunc videtur.

6192.

Romae ad D. Augustini; ex schedis Pighianis, quas Smetius conscripserat, dedit Gruterus p. MCXXXVII. 1. indeque repetiit Fleetwood Inscr. syllog. p. 262. 2.

ΩΦΙΛΕΠΑΝΤΕ.ΚΑΙΑΛΛΟΙ
ΟΣΟΙΤΗΔΕΘΕΙΛΟΙΗΤΕ
ΜΟΙΚΑΛΩΓΕΝΕΣΤΑΕ
ΤΑΔΩΘΕΝ ΤΑΙΞΩΘΕΝ
ΔΕΟΣΑ ΕΧΩ ΤΟΙΣ ΕΝΤΟΣ
ΕΙΝΑΕ ΜΟΙ ΦΙΛΑ ΠΛΟΥΣΙΟΝ
ΔΕΝΟΜΙΖΟΙ ΜΟΙ ΤΟΝ ΣΟΦΟΝ ΤΟΔΕ
ΧΡΥΣΟΝ ΠΛΗΘΟΣ ΕΙΗ ΜΟΙ
ΘΕΟΝ ΜΗΤΕ ΦΕΡΕΙΝ
ΜΗΤΕ ΑΓΕΙΝ
ΔΙΝΑΕΤΟ
ΑΛΛΟΣ
ΗΟ
ΣΩΦΡΩΝ

Ὦ φίλε Πάν τε καὶ ἄλλοι ὅσοι τῇδε θε[ο]ί, [δ]οίητέ μοι καλῷ γενέσ[θ]α[ι] τἄ[ν]δ[ο]θεν, [ἔ]ξωθεν δὲ ὅσα ἔχω, τοῖς ἐντὸς εἶνα[ί] μοι φίλ[ι]α. πλούσιον δὲ νομίζοιμι τὸν σοφόν. τὸ δὲ χρυσο[ῦ] πλῆθος εἴη μοι [ὅσ]ον μήτε φέρειν μήτε ἄγειν δ[ύ]να[ι]το ἄλλος ἢ ὁ σώφρων.

Verba sunt Platonis Phaedr. extr. in lapidem, fortasse in hermam, coniecta, ut alia (conf. n. 6103. 6115.). Neque pro spuria habenda inscriptio, ut suspicabatur Maffeius.

6193.

Marmor haud dubie *Romanum*; edidit Marinus fratr. Arv. T. II. p. 689. Habeo etiam ex schedis Thorlacii a Petersenio missis.

. . . . ________________ . .
. . . . N ALEXAΔPI IMPE . .
. . . . ⟨ONTAENTOTO . . . .
. . . . PUELLAM ADCOS . . .
. . . . AC HANCACTIONE . . .
. . . . NATOYTOΛABω . . .
. . . . . . ANΠEPCIKHNΔ . . . . .
. . . . . TYΠOCEΛHNHAPΓV . . . .
. . . . . . OCFACEPE ET ACCEP . .
. . . . . . NTINPEIMUNΔAEꟺIA . .
. . . . . . EΠENTEETIIEIKOCIꟺ . . .
. . . . . . ITONTOΠONAEAM . . .
. . . . . ONETACCIΠIENSOS . . . . .
. . . . . NNAXOPICOVCINVΦ . . . .
. . . . ITPICЄNBATOVꟺEΓ . . . .
. . . . YICHAPΓVPONΠOΛ . . . . . .
. . . . ΓAΛOYΓEMOTAΛ . . . . . .
. . . PYCHNꟺEΓAΛHNΓ . . . . . .
. . . PYCOKTPICΛ . . . .
. . . OYΓEMOTAC . . . .
. . . . . TAEΠAP . . . .

Fragmentum est utrinque mutilum, nescio quo pertinens. Dispiciuntur initio Latina, item vss. 9. 13. Vs. 2. - - *Alexa[n]dri Impe[ratoris*; vs. 4. *puellam ad [e]os* - -; vs. 5. *ac hanc actione[m* - -; vs. 6. ἵ]να τοῦτο λάβω - - -; vs. 7. - - αν Περσικὴν - - -; vs. 8. τυποσελήνη ἀργυ - - -; vs. 9. - - *facere et accep* - -; vs. 11. πέντε ἔτ[η], εἴκοσι μ[ῆνας]; vs. 12. - - τὸν τόπον - -; vs. 14. - - ἀ]ναχ[ω]ρίτουσιν ὑφ' - -; vs. 15. - - βάτου? μεγ[άλου - -; vs. 16. - - ἄργυρον πολ - - - -; vs. 17. - - με]γάλου - - -; vs. 18. χ]ρυσῆν μεγάλην - -; vs. 19. χ]ρυσο[ῦ] τρίς - -; vs. 20. μεγάλ]ου - - - - -; vs. 21. - - τα ἐπάρ[γυρα].

6194.

Romae, in aedibus Vaticanis; edidit Osannus Syllog. p. 422. n. 9. Habeo etiam ex schedis Thorlacii a Petersenio missis.

ΥΠΕΡΥΓΕΙΑC
ΠΑΡΑCΤΑΤΙΚ
ΙΟ

Ὑπὲρ ὑγείας
Παραστατικ[οῦ?
- - -

6195.

In fragmento marmoris ad *Ostiam* reperto; ex schedis Gerhardi.

[*Textum vide pag. seq.*]

Spectanti ad sinistram fractus lapis videtur. De latitudine inscriptionis fere ex vss. 11. 12. existimari potest.

Ἀρτε[μιδώρῳ]

- - - - - - - - - α καὶ Κλαυδία Ἀ[π]φία δὶς
- - - - - - - - - οὐδὲν ἄτε[ρ] πέπρακται
- - - - - - - - - π[ρ]ὸς τοὺς θεοὺς καὶ [ὅ]τι μό-

Α Ρ Τ Є

ΑΚΑΙΚΛΑΥΔΙΑ·ΑΤΦΙΑΔΙϹ
ΟΥΔΕΝΑΤΕΙ·ΠΕΠΡΑΚΤΑΙ
Ν·ΠΟϹΤΟΥϹ·ΘΕΟΥϹ·ΚΑΙΩΤΙ·ΜΟ
ЄΙϹΙΝ ΑΚΑΙ·ЄΙϹЄΩΝΑΝ·ЄϹϹ
ΤΟΙ·ЄΚΡΑΤΗϹΑΝ·ΚЄ·ЄΤΙΙϹ
ΤΙ·ΩΤΟϹ·ΚΑΡΠΟΥϹ ΠΑΝΤΑϹ
ϹЄΠΟΛЄΜΗϹЄ·ΚЄ·ΙΝΔΟΥϹ·ΟΥΧ
ΓΡΟΥ·ΜЄΓΑΛΟΥ·ΟϹ·ΠΟΛΛΟΥϹ·ΩΛЄ
ΑΔΗΝ·ΟΥΚΛΥΤЄΜΗϹΤΡΑϹ·ΑϹЄ
ΟϹ·ΠΥΡΡΟΥ·ΠΡΟϹΠΟΛΥΞЄΝΗΝ·Ο
ЄΥϹЄΒΙΑ·ΟΥ·ΦΙΛΙΑ·ΘΙϹΒΗϹ·ΚΑΙΤ
ΩΝ·ΚΤΙϹΙϹ·ΟΥ·ΚΥΡΟΥ·ΒΑϹΙΛЄΟϹ

\- - - - - - - - - εἰσίν, ἃ καὶ εἰς ἐῶναν ἔσ[ον-
ται] - - - - - - - - τοι ἐκράτησαν κὲ ἔτι ἶς
\- - - - - - - - - [πρ]ῶτος καρποὺς πάντας·
\- - - - - - - - - ὃ]ς ἐπολέμησε κὲ Ἰνδούς, οὐχ
\- - - - - - - - - - ου μεγάλου· ὃς πολλοὺς ὤλε-
σεν - - - - - - εἰς] ᾅδην, οὐ Κλυταιμ[ν]ήστρας ἀσέ-
βημα πρὸς Ἀγαμέμνονα, οὐ μῖσ]ος Πύῤῥου πρὸς Πολυξένην, ο[ὐ]
Βίτωνος καὶ Κλεόβιος] εὐσέβ[ε]ια, οὐ φιλία Θίσβης καὶ [Πυ-
ράμου] - - - - - - ων κτίσις, οὐ Κύρου βασιλέ[ω]ς
\- - - - - - - - - - - - - - - - - -

Vs. 5. *ἐῶναν* est i. q. *αἰῶνα*. Ex cunctis apparet fragmentum esse monumenti privati, fortasse sepulcralis.

CLASSIS SEPTIMA.

INSCRIPTIONES SEPULCRALES.

A. INSCRIPTIONES METRICAE.

6196.

Inscriptio *Romae* ad D. Pauli basilicam eruta; edidit Sirmondus in notis ad Sidonium Apoll. II. c. 8. (p. 30. edit. Paris. 1652.) litteris minusculis; indeque edita est in Inscr. Basil. D. Pauli ad viam Ostiensem LXIV. n. 56. et a Reinesio Synt. inscr. Cl. III. p. 330. n. LXXII. Repetierunt Fleetwood Inscr. syllog. p. 102. 1. litteris minusculis, Bonada Anthol. T. II. p. 223. Bayerus Hist. Osrhoen. p. 178. Tristan. Comm. hist. T. I. p. 639. Brunckius Anal. III, 285. n. 631. Iacobsius (Animadv. III, 2. p. 217.) Anthol. Palat. App. n. 166.

ΕΚΤΟΝ ΕΠ' ΕΙΚΟϹΤΩ ΠΛΗϹΑϹ ΕΤΟϹ ΑΒΤΑΡΟϹ ΕΝΘΑ
ΤΑΡΧΥΘΗ ΜΟΙΡΩΝ ΩϹ ΕΠΕΚΛΩϹΕ ΜΙΤΟϹ
ΟΙ ΦΘΟΝΟϹ ΩϹ ΑΔΙΚΟϹ ΤΙϹ ΑΠΕϹΒΕϹΕΝ ΑΡΧΟΜΕΝΟΝ ΦΩϹ
ΛΥΠΗϹΑϹ ΤΟ ΓΕΝΟϹ ΚΑΙ ΦΙΛΙΟΥϹ ΕΤΑΡΟΥϹ
ΤΥΜΒΟΝ Δ' ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΕΩ ΘΕΤΟ ΤΟΥΤΟΝ ΑΔΕΛΦΩ
ΟΙϹΙΝ Ο ΠΡΙΝ ΒΑϹΙΛΕΥϹ ΑΒΤΑΡΟϹ ΗΝ ΓΕΝΕΤΗϹ

Ἕκτον ἐπ' εἰκοστῷ πλήσας ἔτος Ἄβγαρος ἔνθα
ταρχύθη, Μοιρῶν ὡς ἐπέκλωσε μίτος,
[ᾧ] φθόνος ὡς ἄδικός τις ἀπέσβεσεν ἀρχόμενον φῶς,
λυπήσας τὸ γένος καὶ φιλίους ἑτάρους.
τύμβον δ' Ἀντωνεῖνος ἑῷ θέτο τοῦτον ἀδελφῷ,
οἷσιν ὁ πρὶν βασιλεὺς Ἄβγαρος ἦν γενέτης.

Abgarus rex Edessenus ex Bayeri calculis regnavit inde ab a. p. Chr. 200. periit autem a. 217. ut videtur, ineunte, insidiis Caracallae Edessae hibernantis: ex quo regnum Edessenum desiit. Huius Abgari filii sunt Abgarus, qui honoratur titulo nostro, et Antoninus, qui monumentum posuit. Itaque haec inscriptio fere ad a. 220-240. pertinere videtur. Tristanus cogitabat de eo, cuius caput conspicitur in nummo una cum Gordiani capite, nixus loco Chrysostomi Orat. de sanct. Babyl. c. Gentil. p. 730. et 740. ubi de regis cuiusdam filio agitur, qui quum obsidis loco apud Decium esset, ab hoc Imperatore contra ius gentium occisus est.

6197.

Lapis *Romae* olim apud Christ. Statum statuarium e regione D. Andreae de Frattis in monte Pincio, relatus inter monumenta Arundelliana a Seldeno vulgata (conf. Marm. Oxon. 1776. p. 77. edit. Maitt. XXXIX. ubi tabula aeri incisa, Marm. Oxon. edit. Chandl. P. II. n. 70. p. 111.); ex Seldenianis dedit Reinesius Epist. ad Hoffm. et Rupert. p. 538. Synt. inscr. Cl. XI. p. 610. n. VI. Fleetwood Inscr. syllog. p. 199. 3. litteris minusculis, Fabrettus Inscr. c. IV. p. 301. n. 279. Montfaucon Ant. expl. Suppl. III. p. 30. tab. 9. Patinus Comment. in monum. ant. p. 448. Conf. Grotius in Mantissa T. III. p. 420. Repetierunt Bonada Anthol. T. II. p. 540. Brunckius Anal. III, 276. n. 592. Viscontus Iconogr. Gr. tab. 33. (T. I. p. 287 sq.), qui, quod miror, ex Oriente allatum dicit, Iacobsius (Animadv. III, 2. p. 195.) Anthol. Palat. App. n. 224.

ΚΛΑΥΔΙΟΣΙΗΤΗΡΑΓΑΘΗΜΕΡΟΣΕΝΘΑΔΕΚΕΙΜΑΙ
ΠΑΝΤΟΙΗΣΔΕΔΑΩΣΚΡΑΙΠΝΟΝΑΚΕΣΜΑΝΟΣΟΥ
ΞΥΝΟΝΤΟΥΤΟΔΕΜΟΙΚΑΙΜΥΡΤΑΛΗΕΙΣΑΣΥΝΕΥΝΩ
ΜΝΗΜΑΜΕΤΕΥΣΕΒΕΩΝΔΕΣΜΕΝΕΝΗΛΥΣΙΩΙ

Vs. 4. extr. Fabr. ΕΛΥϹΙΟΙ.

Κλαύδιος ἰητὴρ Ἀγαθήμερος ἐνθάδε κεῖμαι
παντοίης δεδαὼς κραιπνὸν ἄκεσμα νόσου.
ξυνὸν τοῦτο δ' ἐμοὶ καὶ Μυρτάλῃ εἶσα συνεύνῳ
μνῆμα. μετ' εὐσεβέων δ' ἐσμὲν ἐν Ἠλυσίῳ.

Claudius Agathemerus medicus Lacedaemonius fuit, cuius convictu Persius poeta usus traditur Suetonio Vit. Pers. ubi vulgo corruptum legebatur nomen Agaterni (pro Agathemeri): quod correxerunt viri docti a Reinesio commoniti (conf. Fabricius Bibl. Gr. T. IV. p. 617. edit. alt.). Et vidit Reinesius lapidis nostri Agathemerum eundem illum medicum Lacedaemonium Persii sodalem esse, unde de aetate tituli existimari potest. Hinc etiam origo lapidis Romana confirmatur: quae quum lateret Viscontum, factum est, ut paulum dubitaret, Agathemerum, qui monumentum posuit, pro Agathemero Persii sodali haberet necne.

6198.

Romae in domo privata; ex schedis Gerhardi cum Iacobsio communicatis edidit Welckerus Syllog. n. 70. p. 103. edit. alt. litteris minusculis et omissis praescriptis. Habeo etiam ex schedis iisdem.

Θ К
ꟿΗΤΡΙΦΙΛΗΙΑΓЄ
ΛΗΙΚΑΙΛΑΡЄΤΑΙЄ
ϹΘΛΗΙΑΔЄΛΦΗΙ
ΙΟΥΛΙΟϹΑΝΤΙΓЄ
ΝΗϹꟿΝΗꟿЄΠΟ
ΗϹЄΤΟΔЄ

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Μητρὶ φίλῃ Ἀγέλῃ καὶ Λαρέτᾳ ἐσθλῇ ἀδελφῇ
Ἰούλιος Ἀντιγένης μνῆμ' ἐπόησε τόδε.

Nomen Λαρέτα cum forma Δημαρέτη comparavit Welckerus, notans syllabam primam contractam esse ut in Λάνασσα et Λᾶγος.

6199.

Lapis in vico Sabinorum Scandriglia dicto repertus ab architecto Bianchi per Marchionem Ios. Ruffum donatus museo Burbonico Neapoli; edidit et commentatus est Bernhardus Quaranta Comento sopra una greca iscrizione mutila trovata a Scandriglia, Nap. 1826. 4. indeque repetiit Welckerus Mus. Rhen. III. 1845. p. 257. litteris minusculis.

ΛΙ/ ΙⲰΙΤΟΔϹ ΠΑΤΗΡΑΓΑΘⲰΙΠΙ
ΘΙΙΙ ΙΤΟΝΚΗΔ ϹϹⲰΜΑΤΟΔΑΘΑΝΑΤ
Є(ΜΑΙΛΙⲰΝΑΝΟΡ Ξ ΚЄΑΡΨΥΧΗΙΑΡΛЄΙΖϹ
ΗΤΟ‾ΗΝΠΑΡϹΧЄΙ ΚΑΙΘЄΟΦΙΝΚΑΤЄΒΗ
ΙϹΧЄΟ ΙϹΤΞΙΙΛΧⲰΝΠΑ ϽΙϹΧЄΔЄΜΗΤЄΡΑΔЄΛΦΟΥϹ
ϹⲰΙ Ι', ΤⲰΝΨΥΛΗϹΤ ΝΔЄΘЄΟΝϹЄΒЄΜΟΥ

Α]ἰ[λιαν]ῷ τόδ[ε σῆμα] πατὴρ ἀγαθῷ πι[νυτῷ τε
θ[νη]τὸν κηδ[εύσα]ς σῶμα· τὸ δ' ἀθάνατ[ον
ἐς μα[κάρ]ων ἀνόρ[ουσ]ε κέαρ· ψυχὴ [γ]ὰρ [ἀ]είζ[ως,
ἣ τὸ [ζ]ῆν παρ[έ]χει [κ]αὶ θεόφιν κατέβη.
ἴσχεο [σὺ] σ[τονα]χῶν, πά[τερ], ἴσχε δὲ μητέρ', ἀδελφούς·
σῶ[μα χι]τὼν ψυ[χ]ῆς· τ[ὸν] δὲ θεὸν σέβε μου.

Plurima bene restituit Quaranta, nisi quod male ei cessit vs. 3. ubi scribebat ἕσμα κακῶν ἀνόρουσε κέαρ· ψυχὴ ἄρ' ἀεὶ ζῶν: quem versum rectius Welckerus exhibuit sic: ἐς μακάρων ἀνόρουσε κέαρ· ψυχὴ γὰρ ἀεὶ ζῶσ'. Vs. 4. Welckerus dedit πάρεχεν pro παρέχει, et παρέβη pro κατέβη. Posterius hoc, κατέβη, explicari ita potest, ut sententia sit: καθ' ὅμιλον τῶν θεῶν ἔβη. Est potius: anima aeterna est, quae descendit a diis. Vs. 5. Quaranta: ἴσχεο ἀνστενάχων, Welckerus: ἴσχεο σὺ στενάχων. Melius videtur quod dedimus. Genitivus στοναχῶν repetendus etiam ad ἴσχε μητέρα. Pro Christiano Quaranta venditavit titulum, falso: est paganus et, ni fallor, a Stoico oriundus. Eo certe deducit laus τοῦ ἀειζώου et effatum: σῶμα χιτὼν ψυχῆς notum ex Epicteto Diss. p. 99. aliisque. Conf. Addend. ad n. 4598.

6200.

Romae, in museo Kircheriano; edita est in Dissert. Acad. Etrusc. Cort. T. II. 1738. p. 129. cum Lat. interpret. Torquati Barbolani; missu P. Contucci edidit Muratorius T. III. p. MDCXCIII. 1. cum Lat. interpret. Tractarunt Hagenbuchius de Murator. marm. Gr. p. 37. (conf. Epist. epigr. p. 79.), Dorvillius ad Chariton. p. 216. et p. 351. edit. Lips. Repetierunt Bonada Anthol. T. II. p. 247. Brunckius Anal. III, 300. p. 695. Iacobsius (Animadvers. III, 2. p. 266.) Anthol. Palat. App. n. 506. Citavit Lebasius Restitution des inscr. Gr. de la grotte de vipère p. 17. Habeo etiam ex schedis Münteri, qui vidit Velitris in aedibus Borgianis, sed mutilam.

ΠΡΩΘΗΒΗΝΕΤΙΚΟΥΡΟΝΕΤΙΧΝΟΑΟΝΤΟϹΙΟΥΛΟΥ
ΔΕΥΟΜΕΝΟΝΦΘΟΝΕΡΗΜΟΙΡΑΚΑΘΕΙΛΕΒΙΟΥ
ΠΟΛΛΑϹΟΦΗϹΧΕΡΟϹΕΡΓΑΛΕΛΟΙΠΟΤΑΒΑϹΚΑΝΕΔΑΙΜΟΝ
ΟΙΑϹΟΥΧΟϹΙΩϹΕΛΠΙΔΑϹΕΞΕΤΑΜΕϹ
ΑΛΛΑϹΥΓΑΙΑΠΕΛΟΙϹΑΓΑΘΗΚΟΥΦΗΤΑΚΥΛΕΙΝΩ
ΚΑΙΔΕΠΑΡΑΠΛΕΥΡΑϹΑΝΘΕΑΛΑΡΑΦΥΟΙϹ
ΟϹϹΑΚΑΤΑΡΑΒΙΟΥϹΤΕΦΕΡΕΙϹΟϹΑΤΕϹΤΙΚΑΤΙΝΔΟΥϹ
ΩϹΑΝΑΠΕΥΟΔΜΟΥΧΡΩΤΟϹΙΟΥϹΑΔΡΟϹΟϹ
ΑΓΓΕΛΛΗΤΟΝΠΑΙΔΑΘΕΟΙϹΦΙΛΟΝΕΝΔΟΘΙΚΕΙϹΘΑΙ
ΛΟΙΒΗϹΚΑΙΘΥΕΩΝΑΞΙΟΝΟΥΧΙΓΟΩΝ
ΕΙΚΟϹΕΤΗΤΟΝΠΑΙΔΑΘΟΗΚΑΤΕΝΗΡΑΤΟΜΟΙΡΑ
ΚΑϹΤΙΝΕΝΕΥϹΕΒΕΩΝΗΝΔΙΑϹΩΦΡΟϹΥΝΗΝ

In postico latere:

HORDIONIA
POLLA

Litterae sunt C, Є et Ѡ, non E et Ω, ut expressit Muratorius. Vs. 1. Münt. ЄΤΗΟΥΡΟΝ. Vs. 2. Acad. Cort. ΚΑΘΕΙΛΕ, Mur. ΚΑΘΕΙΛΕ. Vs. 3. Acad. Cort. ΛΕΛΙΠΟΤΑ, Mur. ΛΕΛΟΙΠΟΤΑ. Vs. 4. extr. Acad. Cort. Mur. ΕΛΠΙΔΑCΕΤΕΤΑΜΕC, Münt. ЄΛΠΙΔΑЄCΖ, quae composui. Vs. 8. extr. Acad. Cort. ΔΡΟѠC, Mur. ΔΡΟCΟC. Vs. 9. extr. Acad. Cort. ΚΕΙCΘΑΙ, Mur. ΚΕΙCΤΑΙ. Vs. 11. init. Mur. ΕΙΚΟCΕΤΙ, Acad. Cort. Münt. ЄΙΚΟCЄΤΗ. Titulum Latinum ex postico latere solus habet Muratorius.

Πρωθήβην ἔτι κοῦρον, ἔτι χνοάοντος ἰούλου
δευόμενον, φθονερὴ Μοῖρα καθεῖλε βίου,
πολλὰ σοφῆς χερὸς ἔργα λελοιπότα. βάσκανε δαῖμον,
οἵας οὐχ ὁσίως ἐλπίδας ἐ[ξ]έταμες.
ἀλλὰ σύ, γαῖα, πέλοις ἀγαθὴ κούφη τ' Ἀκυλείνῳ,
καὶ δὲ παρὰ πλευρὰς ἄνθεα λαρὰ φύοις,
ὅσσα κατ' Ἀραβίους τε φέρεις ὅσα τ' ἐστὶ κατ' Ἰνδούς,
ὡς ἂν ἀπ' εὐόδμου χρωτὸς ἰοῦσα δρόσος
ἀγγέλλῃ τὸν παῖδα θεοῖς φίλον ἔνδοθι κεῖσθαι
λοιβῆς καὶ θυέων ἄξιον, οὐχὶ γόων.
εἰκοσέτη τὸν παῖδα θοὴ κατενήρατο Μοῖρα,
κἄστιν ἐν εὐσεβέων ἣν διὰ σωφροσύνην.
Hordionia Polla.

Recte legit Hagenbuchius. Vs. 1. dictio ἔτι χνοάοντας ἰούλους citatur etiam ex Apollonio Rhod. II, 43. II, 779. Vs. 6. καί τε malebat Dorvillius l. c. p. 250. De voto florum e tumulo nascentium Iacobsius comparat Stat. Silv. II, 1, 157. II, 6, 86. V, 1, 210. Cf. n. 5759. 6789. Extr. ἐν εὐσεβέων intellige χώρῳ.

6201.

Romae, olim in aedibus Marchionis Alexandri Capponi, nunc in aedibus Vaticanis; missu Io. Ios. Ramaginii edidit Muratorius T. III. p. MDII. 11. cum Lat. interpret. Tractaverunt Hagenbuchius Epist. epigr. p. 403. Leichius in Menckenii Miscell. Lips. nov. Vol. I. p. 489. Dorvillius ad Chariton. p. 260. Toupius Epist. de Syrac. p. 329. Repetierunt Bonada Anthol. T. II. p. 309. Brunckius Anal. III, 305. n. 711. Iacobsius (Animadvers. III, 2. p. 288.) Anthol. Palat. App. n. 287. Citarunt Winckelmannus Opp. T. III. p. 382. et Viscontus Lettera su due monumenti d' Antonia Augusta p. 25. Denuo de lapide transcripsit et edidit Osannus Syllog. p. 423. n. 16. Habeo etiam ex schedis Thorlacii a Petersenio missis.

[*Textum vide pag. seq.*]

Vs. 9. extr. Mur. ΦΙΛΤΑΤΟ. Vs. 10. extr. Mur. ΟΔΥΡΜΟΥC, Os. Thorl. ΟΔΥΡΜΟΙC. Vs. 13. extr. Mur. ΕΦΗΕΥ, Thorl. ЄΦΗΔΥ; idque in lapide esse testatur Viscontus l. c. p. 25. not. 55. Vs. 14. init. Murat. ΧΡΟΟΙC, Os. ΧΡΟΟΙCΙ, Thorlac. ΧΡΟΟΝΙ. Vs. 15. extr. ultimum A omittit Os. Vs. 16. extr. Mur. ΔΟΜΟΙC, Os. ΔΟΜΟΙ., Thorl. ΔΟΜΟΡ. Vs. 17. extr. Mur. ΠΙCΙΕΥ, Os. Thorl. ΠΙCΤΕΥ. Vs. 19. Mur. ΗΡΠΑΕΑΝ, Os. Visc. ΗΡΠΑCΑΝ, Thorl. ·ΙΡΠΑΙΑΝ; deinde Mur. ΤΕΡΠΛΙΗΝΝΑ, Os. ΤЄΡΠΝ–ΝΝΑ, Visc. ΤЄΡΠΝΗΝΝΑ, Thorl. ΤЄΡΠΝ–ΙΝΝΑ. Vs. 20. init. Winckelm. ΙΑΔΕC, reliqui ΙΔΕC. Vs. 21. Mur. ΤΙΝΕΙΑΥΓΕΤΑ cet., Os. ΤΙΝΗΙΑΥΓЄΤΑ, Thorl. ΤΙΝΗΙΑΥCЄ+Α.

Οὐχ ὁσίως ἥρπαξ[α]ς ὑπὸ [χθόνα], κοίρανε Πλουτεῦ,
πενταέτη νύμφην πᾶσιν ἀγαλλομένην·
οἷα γὰρ ἀρχομένο[ι] ῥόδον εὔπνοον εἴαρος ὥρῃ
ἐξέτεμες ῥείζης, πρὶν χρόνον ἐκτελέσ[αι].
ἀλλ' ἄγ' Ἀλεξάνδρα καὶ Φίλτατε, μηκέτ' ὀδυρμούς
εἱμερτῇ κούρῃ σπένδετε μυρόμενοι.
εἶχεν γάρ, χάριν εἶχεν ἐφ' ἡδυχρόοισι προσώποις,
αἰθέρος ὥστε μένειν ἀθανάτοισι δόμοις.
τοῖς πάρος οὖν μύθοις πιστεύσατε· παῖδα γὰρ ἐσθλὴν
ἥρπασαν ὡς τερπνὴν Ναΐδες, οὐ Θάνατος.
Τινηΐα Ὑγε[ί]α τῇ ἰδίᾳ θρεπτῇ Φιλτάτῃ μνήμης χάριν.

ΟΥΧΟϹΙϢϹΗΡΠΑΞΕϹΥΠΟ
ΚΟΙΡΑΝΕΠΛΟΥΤΕΥ
ΠΕΝΤΑΕΤΗΝΥΜΦΗΝΠΑϹΙΝ
ΑΓΑΛΛΟΜΕΝΗΝ
ΟΙΑΓΑΡΑΡΧΟΜΕΝΟΝΡΟΔΟΝΕΥ
ΠΝΟΟΝΕΙΑΡΟϹϢΡΗ
ΕΞΕΤΕΜΕϹΡΕΙΖΗϹΠΡΙΝΧΡΟ
ΝΟΝΕΚΤΕΛΕϹΗ
ΑΛΛΑΓΑΛΕΞΑΝΔΡΑΚΑΙΦΙΛΤΑΤΕ
ΜΗΚΕΤΟΔΥΡΜΟΥϹ
ΕΙΜΕΡΤΗΚΟΥΡΗϹΠΕΝΔΕΤΕ
ΜΥΡΟΜΕΝΟΙ
ΕΙΧΕΝΓΑΡΧΑΡΙΝΕΙΧΕΝΕΦΗΔΥ
ΧΡΟΟΙϹΙΠΡΟϹϢΠΟΙϹ
ΑΙΘΕΡΟϹϢϹΤΕΜΕΝΕΙΝΑΘΑ
ΝΑΤΟΙϹΙΔΟΜΟΙϹ
ΤΟΙϹΠΑΡΟϹΟΥΝΜΥΘΟΙϹΠΙϹΤΕΥ
ϹΑΤΕΠΑΙΔΑΓΑΡΕϹΘΑΛΗΝ
ΗΡΠΑϹΑΝϢϹΤΕΡΠΝΗΝΝΑ
ΙΔΕϹΟΥΘΑΝΑΤΟϹ
ΤΙΝΗΙΑΥΓΕΤΑΤΗΙΔΙΑ
ΘΡΕΠΤΗΦΙΛΤΑΤΗΙ
ΜΝΗΜΗϹ ΧΑΡΙΝ

Alexandram et Philtatum parentes esse puellae Philtates monet Hagenbuchius. Vs. 1. ΗΡΠΑΞΕϹ in lapide esse testatur Viscontus. Cf. n. 6205. Verba ὑπὸ χθόνα Wesselingio debentur; minus commode Hagenbuchius ὑπ' ὄχθην coniecerat. Vss. 3. 4. ἀρχομένου Toupius, ἐκτελέσαι Brunckius dedit. Comparationem illustravit Tristan. Comm. hist. T. I. p. 350. Vs. 8. αἰθέρος δόμοις iungendum esse notavit Iacobsius. Extremum versum aliter constituerunt Brunckius, Leichius, Wesselingius ap. Leich., Toupius, denique Dorvillius. In fine nomen Ὑγεία restituit Hagenbuchius.

6202.

Florentiae, in villa Strozzia, in fragmento lapidis, cuius ad latus dextrum visitur famula capite raso, dextra manu gestans pastophorium longiori hastae subnixum et palmae foliis superne velut radiatum; sub inscriptione duo capita feminarum velis obducta mutuoque se respicientia repraesentantur; edidit Montfaucon Diar. Ital. p. 361. cum interpret. Lat. dein Gorius Inscr. ant. Etrur. T. I. p. 373. n. 128. illustratam notis Salvinii; ex utroque dedit Muratorius T. I. p. CLXXVIII. 3. cum Lat. interpret. et not. Graeca repetierunt Iacobsius Anthol. Palat. App. n. 335. Welckerus Mus. Rhen. III. 1845. p. 253. n. 30.

. . . . HI.DEI.NOTA
. . . . OS ❧
. . . . QVEDEAENILO
. . . . VDICA ❧
. . . . XANDRIACVIFLOS
. . . . VMIVVENTAE ❧
. . . . ARCARVMNOTASVSTV
. . . . NVIDADITI ❧
. . . . . . ΔΕΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑΚΟΡΗΠΡΟΠΟ
ΛΟϹΔΙΟΝΥϹΟΥ ❧
. . . . . ΙϹΤΟΦΟΡΟϹΤΕΘΕΑϹΝΕΙΛϢΤΙΔΟϹ
ΕΙϹΙΔΟϹΑΓΝΗϹ ❧
ΕΙΚΟϹΙΔΙϹΠΛΗΡϢϹΑϹΑΧΡΟΝΟ
ΚΕΙΤΑΙΛΥΚΑΒΑΝΤΩΝ ❧

Vs. 1. Montf. D . . . . . . NOTA, Gor. HI.DEI.NOTA. Vs. 2. Montf. in lacuna S, Gor. OS ❧. Vs. 3. Montf. MEDEAENILO, Gor. QVAE.DEAENILO. Vs. 9. Montf. CΑΛΕΞ cet., Gor. ΔΕΑΛΕΞ cet. Vs. 13. init. Montf. EIKOCI, Gor. IKOCI; ib. extr. Montf. XPONO, Gor. XPONϢ.

Hic tumulata iacet Bacc]hi dei nota [sacerd]os
pastophorus]que deae Nilo[tidi, virgo p]udica,
nomine Ale]xandria, cui flo[rem atque] iuventae
robur P]arcarum nota sustu[lit i]nvida Diti.
Ἔνθα]δ' Ἀλεξάνδρ[ε]ια κόρη πρόπολος Διονύσου
πα]στοφόρος τε θεᾶς Νειλώτιδος Ἴσιδος ἁγνῆς
εἴκοσι δὶς πληρώσασα χρόνο[ν] κεῖται λυκαβάντων.

In Graecis vs. 1. haud dubie fuit ЄΝΘΑΔЄ non elisa ultima vocali. Welckerus dedit Ἠνίδ', Iacobsius τῇδε. Vs. 2. κιστοφόρος legit Muratorius, παστοφόρος legerunt etiam Montfauconius et Salvinius. De pastophoris conf. p. 305. *b*. Vs. 3. strangulavit auctor πληρώσασα dicens, pro quo Iacobsius πλήτασα dedit. Deinceps Welckerus χρόνῳ dedit nescio qua constructione. Rectius Iacobsius χρόνον; possis etiam χρόνους.

6203.

In tribus lapidibus maximis in aedibus Vaticanis; edidit Marinus Fratr. Arval. Vol. I. p. 238. unde petiit Welckerus Syllog. epigr. Gr. p. 79. n. 54. edit. alt. Habeo etiam ex schedis Thorlacii a Petersenio missis.

CΤΕΜΜΑΤΑΦωΝΠΤΟΙΗΚΑΙΠΡΗΞΙΕCΑΙΚΕΝΕΑΥΧΕΙC
ΑΛΛωΝCΗΜΑΤΕΧΟΙΤΕΔΙΚΑCΠΟΛΙΑCΤΕΝΕΠΟΙΤΕ
ΤΗΚΕΔΟΝΑCΒΙΟΤΗCΚΑΙΔΟΥΛΕΙΗΝΕΡΙΤΕΙΜΟΝ

Π ΜΟΥΝΟΝΔΗΜΕΤΕΡΟΝΒΑΙΗ....ΟΥΝΟΜΑΦωΝΟΙ
Ε ΑΛΕΞΑΝΔΡΟCΟΔΕCΤΙΒΑΛΕΝΤΕΙΝΗΔΕCΥΝΕΥΔΕΙ Ρ
Ι ΚΕΙΝΕΝΕΡωΝΛΙΜΕΝΕCCΙΜΕΓΑΙΝΗΤΗΠΑΡΑΚΟΙΤΕΙ Ι
Ο ΤΟΥCΔΑΜΦωΧΑΡΙΕΝΤΕΛΟCΕΛΛΑΧΕΝΟΥΣΚΤΕΡΕΙΞΕ Ο
Ν ΧΕΡCΙΦΙΛΑΙCΘΥΓΑΤΗΡΓΛΥΚΕΡΗΠΑΥΛΕΙΝΑΤΟΚΗΑC Ν
Ι ΗΔΗΟΙΘΑΛΕΘΟΝΤΑΤΟΚΟΝΚΑΤΑΔωΜΑΛΙΠΟΝΤΑC Ι
Ο ΤΡΙΤΤΥΟCΕΞΑΥΤΗCΟΙΜΕΥΜΕΛΑΘΡωΝΜΕΔΕΟΙΕΝ
Υ

Ρ ΝΗΛΗCωΘΑΝΑΤΟCΠΟΛΥΔΗΜЄΙΑΚΑΙΡΙΟCΗΚΕΙC Π
Ι ΧΡΗΝΓΑΡЄΠωΔЄΙΝЄCCΙΝЄΧЄΙΝΧЄΡΑΚΑΙΤΟΤΟΛЄCCΑΙ Є
Ο ΝΥΝΔЄΜЄΤΑΠΤΟΛЄΜΟΥCΚΡΥΕΡωΝΤЄΛΑΦΥΓΜΑΤΑΝΟΥCωΝ Ι
Ν ΛЄΥΓΑΛЄΟΥCΤЄΦΟΒΟΥCΚΑΙΘΥΜΟΒΟΡΟΥCΜЄΛЄΔωΝΑC Ο
Ι ΚΑΙΔΙΚΑCΑΜΦΙΛΟΓΟΥCΡЄΙΚΝΟΝΚΑΙΚωΔΙΟΝΑΞЄΙC Ν
ΛΥΠΡΗΝΔΑΙΤΑΧΑΡωΝΙΝЄωΝΔЄΜΠΗCΠЄΦΙΔΗCΟ Ι
Ο
Υ

Vs. 10. init. Mar. ΤΡΙΤΤΥΟCΕΞΑΥΤΗC, Thorl. ΤΡΙΤΤΥΟCΕΞΑΙΤΗC. Vs. 11. med. Mar. ΔΕΜЄΙ, Thorl. ΔΗΜЄΙ. Vs. 12. Mar. ωΔΙΝЄCCΙΝ, Thorl. ωΔЄΙΝЄCCΙΝ. Vs. 16. Mar. ΔΛΙΥΑ, Thorl. ΔΑΙΤΑ; in fine Mar. ΠЄΦЄΙΔΗCΟ, Thorl. ΠЄΦΙΛΗCΟ.

Στέμματ', ἀφ' ὧν πτοίη καὶ πρήξιες αἱ κενεαυχεῖς,
ἄλλων σήματ' ἔχοιτε, δικασπολίας τ' ἐνέποιτε,
τηκεδόνας βιοτῆς καὶ δουλείην ἐρίτειμον.

Μοῦνον δ' ἡμέτερον βαιὴ [λίθος] οὔνομα φωνοῖ.
'Αλέξανδρος ὅδ' ἐστί, Βαλεντείνῃ δὲ συνεύδει
κεὶν ἐνέρων λιμένεσσι μέγ' αἰνητῇ παρακοίτει.
τοὺς δ' ἄμφω χάριεν τέλος ἔλλαχεν· οὓς κτερέϊξε
χερσὶ φίλαις θυγάτηρ γλυκερὴ Παυλεῖνα τοκῆας,
ἤδη οἱ θαλέθοντα τόκον κατὰ δῶμα λιπόντας,
τριττύος ἐξ αὐτῆς, οἵ μευ μελάθρων μεδέοιεν.

Νηλὴς ὦ θάνατος, πολὺ δὴ μ[ο]ι ἀκαίριος ἥκεις.
χρῆν γὰρ ἐπ' ὠδείνεσσιν ἔχειν χέρα καὶ τότ' ὀλέσσαι·
νῦν δὲ μετὰ πτολέμους κρυερῶν τε λαφύγματα νούσων
λευγαλέους τε φόβους καὶ θυμοβόρους μελεδῶνας
καὶ δίκας ἀμφιλόγους ῥεικνὸν καὶ κώδιον ἄξεις,
λυπρὴν δαῖτα Χάρωνι· νέων δ' ἔμπης πεφίδησο.

Vs. 4. in lacuna Ignatius de Rossi, amicus Marini, legebat πέτρ', Boissonadus ad Holsten. Epist. p. 447. pulchre dedit λίθος. Vs. 5. Βαλεντείνῃ Welckerus male pro nominativo habuit. Idem vs. 10. init. τρίτους ἐξ αὐτῆς, nescio unde; τόκος τριττύος ἐξ αὐτῆς videtur significare prolem tribus fratribus constantem natu scilicet minoribus, οἵ μευ μελάθρων μεδέοιεν, i. e. quibus domus nostra curae sit. Vs. 11. μοι restituit Boissonadus l. c. Vs. 15. ῥικνὸν καὶ κώδιον rugosum, marcidum et exsiccum, quasi pellem, recte interpretatur Welckerus. Ad latus inscriptionis utrinque bis scriptum nomen est Πιονίου, et Latine *Pioni*.

6204.

Velitris, in museo Borgiano, postea *Romae* in aedibus Vaticanis; edidit Iac. Sirmondus in notis ad Ennodium p. 34. cum Lat. interpret. metrica; indeque Reinesius Synt. inscr. Cl. XVII. p. 821. n. XXIV. Muratorius T. III. p. MDCXLII. 5. cum Lat. interpret. Repetierunt Fleetwood Inscr. syllog. p. 256. 1. litteris minusculis; Van Goens in Animadv. ad Porphyr. de antro nymph. p. 109. ex schedis Ios. Scaligeri in bibliotheca Lugdunensi; ex Reinesio Bonada Anthol. T. II. p. 520. cum interpret. Lat., Marinus papiri diplomat. p. 254. Brunckius Anal. III, 314. n. 746. Iacobsius (Animadv. III, 2. p. 334.) Anthol. Palat. App. n. 196. litteris minusculis. Denuo de lapide transcripsit et edidit Osannus Syllog. p. 427. n. 37. Habeo etiam ex schedis Uhdeni.

[*Textum vide pag. seq.*]

Vs. 1. Van Goens ΕΜΟΙ, reliqui ЄΜΗC. Vs. 4. extr. Sirm. ΝΟΥ, Os. Uhd. ΝΟ. Vs. 9. Os. ΑΡωΝ, reliqui ΑΓωΝ. Vs. 10. Van Goens Ω, reliqui Ο.

Ἦλθες, ἐμῆς ζωῆς γλυκερώτερε, ὅς μ' ἀπέλυσας
νούσων καὶ καμάτων καὶ μογερᾶς ποδάγρας.
Αὐρ. 'Αμφικτύων ἄγων ἔτος ō.

ΗΛΘΕϹΕꟿΗϹ
ΖωΗϹΓΛΥΚΕΡ
ωΤΕΡΕΟϹꟿΕ
ΑΠΕΛΥϹΑϹΝΟΥ
ϹωΝΚΑΙΚΑꟿΑ
ΤωΝΚΑΙꟿΟΓΕ
ΡΑϹΠΟΔΑΓΡΑϹ
ΑΥΡΑꟿΦΙΚΤΥ
ωΝΑΓωΝ
ΕΤΟϹ Ō

Van Vaassen in schedis lusum esse recentioris poetae putavit; sine causa. Vs. 1. γλυκερώτερος legebat Iacobsius, qui comparat Agathiae epigr. LXXXI. Sed in lapide est vocativus, qui ferri potest. Intellige Θάνατε.

6205.

Albae; ex schedis Piccarti edidit Reinesius Epist. ad Hoffmannum et Rupertum p. 327. Synt. inscr. Cl. XII. p. 683. n. 104. deinde Fabrettus c. III. p. 193. n. 453. uterque cum interpret. Lat. Repetierunt Fleetwood Inscr. syllog. p. 200. 2. Bonada Anthol. T. II. p. 224. Meinekius in Seebodii nova biblioth. crit. 1823. T. I. p. 159. Welckerus Syllog. p. 109. n. 78. edit. alt. litteris minusculis.

ΑΝΘΟϹΕΓωΛΕΓΟΜΗΝΥΙΟϹΕΡΜΟΓΕΝΟΥϹΤΕΚΑΙΦΥΡΜΗϹ
ΟΑΝΘΗϹΑϹΔΕΚΑΛωϹΕΤΕϹΙΝΔΥϹΙΝΟΥΧΟΛΟΚΛΗΡωϹ
ΦωΤΟϹΑΦΑΡΠΑϹΘΕΙϹΠΡΟΜΟΙΡΟΝΒΡΕΦΟϹΕΝΘΑΔΕΚΕΙΜΑΙ
ΚΑΙΟΥΚΟΙΔΑΕΙΤΕΚΑΛωϹΕΙΤΕΚΑΚωϹΕΘΑΝΟΝ
ΑΠΛΗΡωΤΑΙΔΑΤΙΜΕΝΗΠΙΟΝΗΡΠΑϹΕϹΟΥΤωϹ
ϹΠΕΥϹΑϹΤΟΥΖΗΝꟿΕϹΤΕΡΕϹΑΙΟΗϹΟΙ
ΠΑΝΤΕϹΟΦΙΛωꟿΕΘΑ

Vs. 1. init. Rein. Epist. ΛΗΘΟΣΕΓΩΛΕΓΟΜΗΝ, idem postea Synt. ΑΝΘΟϹΕΓΩΓΕΝΟΜΗΝ, Fabr. ΑΝΘϹΕΓΩΓΕΝΟΜΗΝ. Vs. 2. Rein. Epist. ΟΑΝΘΗ ΣΑΣΔΕΚΑΚΩΣ, idem in Synt. ΟΑΝΘΗϹΑϹΤΕΚΑ ΚΩϹ, Fabr. ΟΑΝΘΗΣΑΣΤΕΚΑΛΩΣ. Vs. 4. Rein. Epist. ΚΑΙΟΥΚΕΙΤΕΚΑΛΩΣΕΙΤΕ cet., in Synt. et Fabr. ΚΑΙΟΥΚΟΙΔΑΚΑΛΩϹΗΤΕ cet. Vss. 6. 7. Rein. Epist. ϹΠΕΥϹΑϹΤΟΥΖΗΝΜΕϹΤΕΡΗϹΑΙΟΗϹΟΙ|| ΠΑΝΤΕΣΟΦΙΛωꟿΕΘΑ, in Synt. et Fabr. ϹΠΕΥϹΑϹ ΤΟΥΖΗΝΜΕϹΤΕΡΕϹΑΙ nihil amplius.

Ἄνθος ἐγὼ λεγόμην, υἱὸς Ἑρμογένους τε καὶ Φύρμης,
ἀνθήσας δὲ καλῶς ἔτεσιν δυσὶν οὐχ ὁλοκλήρως,
φωτὸς ἀφαρπασθείς, πρόμοιρον βρέφος ἐνθάδε κεῖμαι
κοὐκ᾽ οἶδ᾽ εἴτε καλῶς εἴτε κακῶς ἔθανον.
ἀπλήρωτ᾽ Ἀΐδα, τί με νήπιον ἥρπασ[α]ς οὕτως
σπεύσας τοῦ ζῆν με στερέσαι; ο[ὐ] σοὶ πάντες ὀφ[ε]ιλ[ό]μεθα;

Vs. 1. mirum esse auctorem scripsisse υἱός, quum παῖς et metro et sensui satisfaceret, notavit Iacobsius teste Welckero. Sed plura vitia insunt in hoc epigrammate, ut vs. 1. τε καὶ Φύρμης, vs. 3. πρόμοιρον, pro quo πρόμορον scribi potuisse monet Welckerus. Vs. 2. init. Ο videtur abiiciendum esse, etsi videtur per synaloephen pronuntiari posse; nam sequitur ΔΕ, non ΤΕ. Vs. 4. ex altero Reinesii apographo, in quo omissum prius ΕΙΤΕ, restituit Meinekius. Vs. 5. ΗΡΠΑϹΕϹ in lapide esse videtur. Conf. n. 6201. Vs. 6. Fleewood dedit σπεύσας του ζῆναι με στερέσαι, unde Welckerus ausus est scribere σπεύσας τοῦ ζῆναί με στερέσαι [ταχέως]. Sed auctor pentametrum scripturus ipse operam perdidit, imitans distichon etiam alibi obvium (n. 6227. 6257.).

6206.

Romae, in villa Albani, in lapide litteris rudioribus; edita est in Oderici Dissert. et adnott. Syllog. inscr. p. 177. et a Marino Inscr. vill. Alban. p. 180. n. 161. cum interpretatione Latina et notis (conf. Indicazione antiquaria per la villa Albani edit. sec. p. 140.). Tractavit Welckerus Epigr. spicileg. II. n. 53. p. 25. et Syllog. epigr. Gr. p. 86. n. 58. edit. alt.

[*Textum vide pag. seq.*]

Litterarum formas dedi ex prima editione.

Κεῖμαι Αὐρήλιος Ἀντώνιος ὁ καὶ
ἱερεὺς τῶν[δ]ε θεῶν πάντων, πρῶτον Βοναδῆς,
εἶτα μητρὸς θεῶν καὶ Διονύσου καὶ Ἡγεμόνος·

τούτοις ἐκτελέσας μυστήρια πάντοτε σεμνῶς
νῦν ἔλιπον σεμνὸν γλυκερὸν φάος ἠελίοιο.
λοιπὸν μύσται εἴτε φίλοι βιότητος ἑκάστης
πάνθ᾽ ὑπολανθάνετε τὰ βίου συνεχῶς μυστήρια σεμνά·
οὐδεὶς γὰρ δύναται Μοιρ[ῶ]ν μίτον ἐξαναλῦσαι,
ἔζησον γὰρ ἐγὼ Ἀντώνιος οὗτος ὁ Σεμνὸς
ἔτεσιν ζ̄, ἡμέραισιν ιβ̄.

ἐποίησαν Αὐρηλία Ἀντωνεία καὶ Αὐρήλιος Ὀνήσιμος
γλυκυτάτῳ τέκνῳ μνήμης χάριν.
Θ(εοῖς) χ(θονίοις).

Praescripta et subscripta numeris soluta sunt, nisi quod etiam praescriptis versum heroicum immiscuit auctor: ut cuncti versus septem sint heroici, quorum tamen is, qui quinto loco habetur, heptameter est isque pravus. Numerusque septenarius non fortuitus videtur Welckero, sed dedita opera quaesitus. Quod si est, spectat fortasse annos defuncti, id quod etiam Welckerus concedere videtur. Aurelius Antonius, cognomine Σεμνός, sa-

ΚΕΙΜΑΙΑΥΡΗΛΙΟCΑΝΤΩ
ΝΙΟCΟΚΑΙ·Ι·ΕΡΕΥC ΤΩΝ ΤΕ
ΘΕΩΝΠΑΝΤΩΝΠΡΩΤΟΝΒΟΝΑ
ΔΙΗCΕΙΤΑΜΗΤΡΟCΘΕΩΝΚΑΙΔΙΟ
ΝΥCΟΥ ΚΑΙ ΗΓΕΜΟΝΟC ΤΟΥΤΟΙC
ΕΚΤΕΛΕCΑCΜΥCΤΗΡΙΑΠΑΝΤΟΤΕ
CΕΜΝΩCΝΥΝΕΛΙΠΟΝ CΕΜΝΟΝ
ΓΛΥΚΕΡΟΝ ΦΑΟC ΗΕΛΙΟΙΟΛΟΙΠΟ
ΝΜΥCΤΑΙΕΙΤΕΦΙΛΟΙ ΒΙΟΤΗΤΟCΕ
ΚΑCΤΗCΠΑΝΘΥΠΟΛΑΝΘΑΝΕΤΕΤΑ
ΒΙΟΥCΥΝΕΧΩCΜΥCΤΗΡΙΑCΕΜΝΑ
ΟΥΔΕΙCΓΑΡΔΥΝΑΤΑΙ ΜΟΙΡΟΝΜΙ
ΤΟΝ ΕΞΑΝΑΛΥCΑΙ
ΕΖΗCΟΝ ΓΑΡΕΓΩΑΝΤΩΝΙΟCΟΥ
ΤΟC Ο CΕΜΝΟC ΕΤΕCΙΝ · Ζ · ΗΜΕΡΑΙ
CΙΝ · Ι · Β
ΕΠΟΙΗCΑΝΑΥΡΗΛΕΙΑΑΝΤΩΝΕΙΑΚΑΙΑΥ
ΡΗΛΙΟC ΟΝΗCΙΜΟC ΓΛΥΚΥΤΑΤΩ ΤΕΚΝΩ
ΜΝΗΜΗC ΧΑΡΙΝ
Θ. Χ.

---

cerdos audit Βοναδίης, in quo Bonam deam agnoscit Winckelmannus Monum. ined. p. 161., quae fere dicitur Γυναικεία Θεός, Ἀγαθὴ Θεός; deinde Matris deum, quam a Bona dea distingui ex Cicerone monet Marinus, tum Bacchi et Iacchi, qui nunc Ἡγεμὼν audit, i. e. ἀρχηγέτης τῶν μυστηρίων τῆς Δήμητρος, ut loquitur Strabo X, 468. Habes igitur tres deos coniunctos in mysteriis Bacchicis. Notavitque Welckerus tot dignitates in puerulum cumulatas esse, quod sane mirum est, sed non sine exemplo. Certe in epitaphio Urbini effosso n. 6238. puer habetur idem septennis idemque Bacchicis initiatus mysteriis, quod epitaphium etiam Fogginus Mus. Capitol. T. IV. p. 57. cum nostra inscriptione comparavit. Vs. 2. τῶνδε restituit Iacobsius testante Welckero. Vs. 9. verba μύσται εἴτε φίλοι βιότητος ἑκάστης recte Welckerus interpretatur εἴτε μύσται ἐστὲ εἴτε cet. *sive mystae sive cuiuscunque vitae generis profani.*

6207.

In marmore Farnesiano; edidit Maffeius Mus. Veron. p. CCCXVIII. 1. Denuo transcripsit et edidit Viscontus Monum. Gab. p. 153. (edit. Labus. p. 114) cum interpret. Lat. Repetierunt Bonada Anthol. T. II. p. 530. Iacobsius Anthol. Palat. T. III. Add. p. XCIX. litteris minusculis.

ΕCΤΩCΔΙCΤΑΖΕΙC . . .
ΥΠΕCΤΙΝΤΩΔΥΠΟΤΥΜ
ΒΩΑΝΗΡΕΥΖΗCΑCΤΡΙC
ΕΤΕΩΝΔΕΚΑΔΑCΤΟΥ
ΝΟΜΑΠΟΛΛΟΦΑΝΗC
ΠΙCΤΕΙΜΕΓΑCΗΔΕΤΙΔΟ
ΞΗΟCΠΡΟΛΕΓΕΙΘΝΑΤΟΙC
ΕΥΦΡΟCΥΝΗCΜΕΤΕΧΕΙΝ
ΤΗΝΔΕΠΙΤΥΜΒΙΔΙΟΝ
ΤΟΥΤΩΘΗΚΕΝΧΑΡΙΝΟΝ
ΤΡΕΦΕΠΑΙΔΑΤΟΥΝΟ
ΜΑΚΑΙΤΕΧΝΗΝΗΝΔΙΟ
ΔΩΡΟCΟΔΕ

Litterarum formas dedi ex apographo Viscontiano. Vs. 1. Maff. ΔΙCΤΑΖΕΙC, Visc. ΔΙCΤΑΖCΙΕ. Vs. 2. extr. Maff. ΤΥ . ., Visc. ΤΥΜ. Vs. 6. Maff. ΜΕΓΑ . . . . ΔΕΙΔΟ, Visc. ΜΕΓΑCΗΔΕΤΙΔΟ.

Ἑστὼς διστάζεις [τίς] ὕπεστιν τῷδ᾽ ὑπὸ τύμβῳ;
ἀνὴρ εὖ ζήσας τρ[ε]ῖς ἐτέων δεκάδας,
τοὔνομ᾽ Ἀπολλοφάνης, πίστει μέγας ἠδ᾽ ἔτι δόξῃ,
ὃς προλέγει θν[η]τοῖς εὐφροσύνης μετέχειν.
τὴν δ᾽ ἐπιτυμβίδιον τούτῳ θῆκεν χάριν, ὃν τρέφε παῖδα.
τοὔνομα καὶ τέχνην ἣν Διόδωρος ὅδε.

Vs. 2. ὡνὴρ scripsit Viscontus improbante Iacobsio et ablegante ad Porson. Eurip. Phoen. vs. 1617. De formula τρεῖς ἐτέων δεκάδας conf. Vol. II. n. 2127. Vs. 5. heptameter est illato τούτῳ. Conf. Boeckhius Vol. I. ad n. 1064. In fine lusus est in nomine Diodori, quem etiam Viscontus notavit comparans epigramma n. 6012. *b.* et ex Analectis Ἑρμοῦ δῶρον ἀειδόμενον.

6208.

faustum specimen artis oratoriae exhibitum in Pannonia (a. 119 - 125.). Censet igitur Heyseus Herodem annos XVIII natum orationem illam habuisse, unde natus esset a. u. c. 854. p. Chr. 101. mortuus a. u. c. 930. p. Chr. 177. Quae ratio utique probabilior videtur quam Eichstadii sententia, qui Herodem a. 104. natum, a. 180. exstinctum statuit. Utrumcunque autem iudicaveris verum esse, illud apparet in inscriptione nostra de Faustina iuniore cogitari non posse, recteque Arnaldum statuisse Faustinam maiorem nomine Δηοῦς νέης esse intelligendam, in quam sententiam disputavit etiam Comes de Clarac l. c. p. 904. rationibus non indicatis. Hinc non opus est ut memoremus Tristani sententiam coniicientis utramque Faustinam intelligi posse, maiorem nomine Δηοῦς παλαιῆς, minorem Δηοῦς νέης, probante Iacobsio. Ceterum Faustina maior Cereri assimilata in nummis conspicitur (Vaillant. Numm. Imp. Rom. T. II. p. 167. T. III. p. 133.), Faustina minor Proserpinae (Mionnet T. II. p. 542. n. 192. Suppl. T. V. p. 326. n. 279.). Vs. 9. de fabula qua Saturnus in insulis beatorum credebatur, ignota illa Salmasio, interpretes ablegant ad Hesiod. Opp. et dies 169. Pindar. Olymp. II, 70. Boeckh. Explicat. III. p. 131. Et Viscontus comparavit picturam Mus. P. Clem. T. VI. tab. II. 91. Sepulcr. Nason. tab. VIII. Vs. 11. quanto luctu coniugem defunctam prosecutus sit Herodes, docet Philostratus. Vss. 13. 14. quattuor Regilla liberos Herodi pepererat, de quibus supra. Ἅρπυιαι κλωθῶες sunt Parcae. Et Κατακλῶθες Parcae vocantur etiam apud Homerum (Odyss. VII, 197.), unde Iacobsius monuit intelligi nomen Κλωθώ, quod posteriore tempore uni Parcarum tribuebatur, olim omnibus fuisse commune (cf. Catull. LXIV, 311.). Idem non dubitat quin auctor nostri carminis respexerit Hom. Odyss. I, 241 sqq. ubi quod dicitur Ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο pridem explicavit Heynius ad Virg. Aen. III. Exc. VII. Vs. 17. σφὶ in marmore esse notat Viscontus monens a quadratario omissum esse N ante N: quamquam etiam σφὶ defendi possit. Vs. 18. sensus: antequam ad senectutem pervenisset; ἠλακάτῃ pro λίνοις s. μίτοις Parcarum dictum. Breves colos ap. Martial. IX, 18. comparavit Salmasius. Vs. 19. ἐπίηρον absolute dictum esse ut χάριν pro εἰς χάριν Iacobsius monuit. Vs. 20. βασιλεὺς putatur M. Aurelius Imperator, sed est Antoninus Pius; vid. supra ad vs. 6. Male Tristanus Comm. hist. T. I. p. 618. Iovem M. Aurelii patrem vocari existimabat, quum πατὴρ sollemne sit Iovis epitheton. Monuit Iacobsius. Vs. 22. Iupiter Zephyrum iussit mulierem in beatorum sedes traducere. Comparantur Odyss. IV, 360. Pindar. Olymp. II, 129 sq. Callimach. ap. Catull. LXVI, 54. De insulis beatorum cf. Heynium Opusc. T. I. p. 395 sqq. Vss. 23 - 27. filio Herodis Attico, qui cum sorore Elpinice matri superstes erat, Imperator concessit calcei lunati ornamentum (ἀστερόεντα περὶ σφυρὰ πέδιλα, ἐπισφύριον ἐλεφάντινον μηνοειδές, ut loquitur Philostratus Vit. Herod. VIII. p. 555.) insigne patricii aut senatoris (cf. n. 6185.). Fuit lunula in calce calceamenti apposita, ut ait Schol. Iuvenal. a Pitisco in lex. v. lunula citatus. Rem praeter Philostratum commemorant Iuvenal. Sat. VII, 191. et Statius V. Silv. II, 28. De causis huius ornamenti alii alia commenti sunt (vide Plutarch. Quaest. Rom. T. II. p. 282. A. B. Isidorum XIX, 34. quos perstringit Salmasius). Ex marmore nostro docemur fuisse, qui illud a Mercurio repeterent, qui quum Aeneam Graecorum catervis eriperet, lunam in talaribus fixisset. Atque in gemma ap. Augustin. T. II. n. 3. lunam Aeneae fugam illustrare monuit Viscontus. Ceterum Arcudium παῖδα non de filio Herodis sed cum Matth. Caryophilo de Herode ipso intellexisse satis refutatum illum a Visconto sciens praetereo. Vs. 25. de coniunctione particularum ἦμος ὅτε Iacobsius ablegat ad Schaefer. Greg. Corinth. p. 367. Vs. 27. σεληναίης κύκλος [αἴγλης] legit Salmasius (cf. Apollon. Rhod. IV, 167.); αὐγῆς praetulimus cum Visconto, qui comparat Hymn. Hom. XXXII, 5. 12. Orph. VIII, 5. 6. Vs. 28. παρενερράψαντο Salmasius, ποτ' ἐνερράψαντο Viscontus. Vs. 29. Salmasius restituebat: σύμβολον Αὐσονίοισιν εὐγενέεσσι γεραιόν; Viscontus: υἱάσιν Αὐσονίων εὐηγενέεσσι γεραῖα; Iacobsius coniecit: σύμβολον Αὐσονίοις εὐηγενέεσσί γ' ἐραννόν, et iterum: ὅς δέ κεν Αὐσονίοις εὐηγενέεσσι γεραστός, ut sequentia habeant unde pendeant. Sed hoc non opus est. Videtur T inter utrumque A omissum esse a quadratario, qui alias in hoc monumento omissas litteras infercit (tit. *A*. vss. 18. 19. 25. tit. *B*. vs. 49.), nunc oblitus est. Auctor dederat γέρατα eadem prosodiae licentia, qua usi sunt recentiores poetae in vocabulis τέρας, κέρας, ut Aratus τεράατα, κεράατα, Anacreon κέρατα. Vid. Buttmann. Lexil. I. p. 229. Pluralis numerus non insolens. Prius autem hemistichium difficile restitutu. Viscontus quidem dicit in lacuna cerni etiam nunc residua YC; quod si cum lectione Salmasiana AY componas, satis speciosa coniectura videtur esse Αὐσονίων. Sed alia videntur esse vestigia litterarum: et maiore iure Iacobsius CON agnovit, quod etsi potest esse pars vocabuli Αυσονίων, tamen subesse etiam alia syllaba potest. Equidem Αὐσονίων falsum puto esse, reposuique quod magis accomodatum videbatur (conf. tit. *A*. vss. 14. 15.). Vss. 30 - 33. antiquum hoc Tyrrhenorum ornamentum eum non recusaverit quamvis Atheniensem, quippe qui originem habeat ab Hersa et Mercurio, si quidem Ceryx ex atavis est Herodis Thesidae i. e. Atheniensis. Ceryx nunc Herses et Mercurii filius vocatur, quem alii Pandrosi et Mercurii (Pollux VIII, 103.), ipsi Ceryces Aglauri et Mercurii filium esse voluerunt (Pausan. I, 38, 3. qui etiam aliam traditionem attigit). Mitto statuam Mercurii puellam amplectentis, quam ad amores Mercurii et Herses referebat Winckelmannus Hist. art. p. 46. Docte haec poeta de origine Herodis, qui non solum ab Aeacidis (ut dicit Philostratus p. 546. ἀνέφερε δὲ ἐς τὰ τῶν Αἰακιδῶν) sed etiam ab Erechthidis originem ducebat, paternum ille genus, ut videtur Oleario, ex alteris, ex alteris maternum repetens. Apteque Olearius monet confirmari hoc singulari amore, quo Herodes prosecutus sit Cephisiam Erechtheidis et Marathonem Aeantidis (Philostr. p. 562.).

Memorabile quod calcei senatorii a Tyrrhenis derivantur: quam in rem interpretes conferunt Servium ad Virgil. Aen. VIII, 458. „*Tusca calceamenta, et dicit crepidas, quas primo habuere senatores, post equites Romani, nunc milites.*" In constructione nota asyndeton (cf. vs. 51.) et coniunctivum cum specie futuri, ut in illis Il. VII, 197. οὐ γάρ τίς με βίῃ γε ἑκὼν ἀέκοντα δίηται, Il. I, 262. οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας οὐδὲ ἴδωμαι. In oratione soluta esset οὐ μὴ cum coniunctivo. Vs. 34. de Herode patre, non cum Salmasio de filio intelligendum esse vidit Arcudius, quem sequuntur interpretes recentiores. Τιμήεις ad dignitatem senatoriam pertinet; ἐπώνυμος ad Consulatum, ut vidit Arcudius (cf. Hemsterhus. ad Lucian. dial. marit. IX, 1. T. II. p. 374. edit. Bip.). Herodes Consul fuit a. u. c. 896. p. Chr. 143. Hinc dicitur ἐς βουλὴν ἀγέρεσθαι, ἵνα πρωτόθρονες ἕδραι (cf. Koen. et Schaef. ad Gregor. Corinth. p. 443. edit. Lips.), quia Consules in primis subselliis sedebant. Βουλὴν ἄνασσαν Salmasius comparavit cum *domino senatu* ap. Martial. XIV, 1. Vss. 36. 37. primus recte distinxit Viscontus, qui tamen οὔτ' ἔτι scripsit cum aliis; quod in οὔτε τι mutavit Iacobsius. Herodes propter eloquentiae laudem γλῶσσα Ἀθηνῶν appellatur. Comparantur Aristides in Platon. I. p. 33. ὦ μεγίστη σὺ γλῶττα τῶν Ἑλληνίδων, Himerius Ecl. XIII, 31. p. 232. Melen fluvium celebrans γλῶσσαν τοσαύτην γεννήσαντα, Gellius Noct. Att. XIX, 12. *Herodem Atticum, consularem virum, Athenis disserentem audivi Graeca oratione; in qua fere omnis memoriae nostrae universos gravitate atque copia et elegantia vocum longe praestitit.* Ex discipulis Herodis Rufus Sophista δεσπότην αὐτὸν ἀπεκάλει καὶ Ἑλλήνων γλῶτταν καὶ λόγων βασιλέα (Philostr. II, 17. p. 598.), Hadrianus Tyrius τὸν τῶν λόγων βασιλέα (Philostr. II, 10. p. 286.). Hadrianus hic ex primis discipulis Herodis fuit: qui quum annos XVIII natus convenisset Herodem (Philostr. p. 586.), incipiente M. Aurelio Romae cum Flavio Boetho consulari versabatur (Galen. Prognost. ad Posthum. c. 5.), mox Athenis docebat circiter a. p. Chr. 173. (Philostr. p. 588.); non ita multo post orationem funebrem Herodi praeceptori habuit. Nactus deinceps Romae τὸν ἄνω θρόνον Commodo imperante vita defunctus est, quum annum octogesimum agebat, Tillemontio Vol. II. p. 389. monente, paulo ante a. p. Chr. 190. Hinc efficitur Hadrianum Tyrium natum esse circiter a. 110. Herodi sese applicasse a. 127 vel 128. quo tempore magister Asiam peragravit. Haec dilucide exposuit Heyseus l. c. p. 988. tempora T. Antonini proconsulatum Asiae agentis paulo certius definiturus quam fecit Olearius, qui posuit a. 120 - 138. quum ex Iulio Capitolino Vit. Anton. Pii c. 2. 3. potuerit cognoscere, inter Consulatum Antonini et proconsulatum Asiae rectionem partis Italiae intercessisse. Praeterea Heyseum non fugit errorem commissum esse a Philostrato narrante Hadrianum Tyrium una cum Scepto Corinthio ex circulo interiori discipulorum Herodis (τοῦ κλεψυδρίου) fuisse, quum tamen fama esset Sceptum triginta vel quadraginta annis post in schola Herodis fuisse, ut etiam a. 171. orationem ab Alexandro Sophista apud Herodem habitam audiverit: recteque idem Heyseus carpit Tillemontium qui (p. 389.) Hadrianum Romae cum Boetho versantem alium fuisse putavit atque Hadrianum Tyrium Sophistam. Vss. 38 - 40. ad Regillam revertitur poeta, tribus verbis repetens originem eius a Troianis (cf. vs. 6.); Αἰνειώνη ex posteris Aeneae; Γανυμηδείη ex posteris Ganymedis, filii Trois (cf. Valcken. ad Herodot. VIII. p. 648. 42.); Erichthonius Dardani filius, Trois pater (Il. XX, 219. Apollod. III, 12, 2.). Vs. 40. εἰ restituit Viscontus, qui commate post φίλον posito sequentes infinitivos pro imperativis accipit. Vs. 41. interpunctione mutata θιέων cum θῦσαι iungendnm censet Gerhard. Lectt. Apollon. p. 133. Vs. 42. εἴδεται εὐσεβέεσσι coniecit Brunckius; εἰ δέ τι εὐσεβέεσσι (sc. μέλει) Viscontus; ἔρδ' ἐπεὶ εὐσεβές ἐστι Iacobsius, qui verba θυέων — ἀνάγκη parenthetice ponit; εἶκέ τοι εὐσεβέεσσι Orellius in Append. ad Isocr. orat. περὶ ἀντιδόσεως p. 405. ex quibus coniectura Iacobsii elegantia, Orellii probabilitate praestat. Εἶκε pro ἔοικε. Cf. Il. XVIII, 520. Vs. 44. οὔτε τι pro οὔτ' ἔτι scripsit Iacobsius. Vs. 46. δέ οἱ corrigi voluit Hermannus ad Orph. p. 782. Falso. Auctor scripsit μέν. De correpta syllaba brevi ante οἱ exempla congessit Iacobsius ad Palatin. p. 150. n. 53. Sepulta Regilla est Athenis (conf. n. 6185.). Monumentum, quod hoc loco commemoratur, Salmasius suspicatus est accipi debere de theatro s. Odeo Athenis ab Herode in memoriam Regillae exstructo; qua in sententia eum sequuntur interpretes. Secus iudicat Heyseus l. c. p. 994. non necessarium existimans de Odeo cogitari, quum probabile sit Regillae peculiare sepulcrum exstructum esse. Sed rem dirimit vs. 44. ubi diserte dicitur Regilla neque ut dea templum neque ut mortalis τύμβον accepisse. Itaque eius sepulcrum ἡρῷον fuit, quod varias formas induere potest. Neque obstant verba Statii V. Sylv. III, 47 sqq. ubi se, si opes suppetant, patri odeum pro monumento exstructurum esse ait. Quod si ita est, Regillae statua post Odeum certe inchoatum dedicata videtur. Vs. 47. Rhadamanthi sceptro sedes beatorum significantur. Iacobsius comparat Pindar. Olymp. II, 137. et epigramma Hegesippi 7. Anthol. T. I. p. 255. Vs. 48. de Faustina supra diximus ad vs. 6. Vs. 49. docet illas possessiones, quas Triopii nomine sacraverat Herodes, Regillae olim fuisse: quo pertinere videtur columna Capitolina n. 6184. Vs. 50. χορὸς ἡμερίδων, quod tit. *A.* vs. 23. fuit ἡμερίδων ὄρχοι. Iacobsius confert Achill. Tat. I, 15. p. 37. χορὸς κιόνων, VIII, 6. p. 322. τῶν καλάμων χορός, Eustath. Am. Ism. III. p. 96. χορὸς ὀδόντων, Coluth. vs. 122. χορὸς δονάκων. Similem originem habere videntur χόρτος, χορός, ὄρχος; nec recte observavit Salmasius utrumque vocabulum a saltantium ordinibus derivatum esse. Deinceps nota ἐλαιήεντες pro ἐλαιήεσσαι. Comparantur Il. II, 561. Nicand. Alexiph. vs. 390. Orph. Argon. vs. 261. Vs. 51. οὐ μὲν scripsit Viscontus, ου μιν Iacobsius. De asyndeto cf. vs. 30. Formam θεὴ non ausus sum mutare in θεά, etsi non reppereris apud epicos poetas. Videtur auctor iusto severior fuisse

in adoptando Ionismo. Vs. 52. minores dii maiorum sunt ὀπάονες s. ὀπαδοί. Viscontus comparat Hymn. in Cer. vs. 438 sq. Iacobsius Philostr. in Heroic. prooem. p. 666. Themist. XXII. p. 281. B. Vss. 53. 54. Iphigenia significatur in templo Dianae sepulta et tanquam heroina culta. Ei mulierum, quae in puerperio perierant, velamenta poni solita esse ex Eurip. Iphig. Taur. vs. 1462 - 1467. annotavit Iacobsius. De Herse sacerdote Minervae aliunde non constat. Sed hanc quoque pro heroina cultam esse suspicari licet inde, quod eius soror Aglaurus fanum habebat. Monuit Iacobsius. De forma ἀπητίμησεν nescio cur tam multa dixerit Viscontus. Vide Il. XIII, 113. Vs. 55 sqq. ut mittam Salmasii commentum de matre Caesaris, Tristanus Comm. hist. T. I. p. 583. et Viscontus viderunt, quae nunc dicatur regnum inter heroinas exercere mater Caesaris, intelligendam esse Domitiam Calvillam s. Lucillam (Iul. Capitol. vit. M. Anton. 1. Spartian. vit. Did. Iul. 1.), quae defuncta est ante quam filius eius M. Aurelius ad imperium pervenisset. Hinc quum inter deas referri non posset, factum est, ut a poeta heroinis in sedibus beatorum adscriberetur; in quo Viscontus sibi visus est reperire imitationem Homeri Odyss. XI, 484. 485. Epitheton ὄμπνια Viscontus putat fere idem significare quod πότνια; cui interpretationi certe favet Hesychius: ὀμπνίου νέφους, μεγάλου, πολλοῦ, ηὐξημένου. Dicitur autem Domitia choreas heroinarum regere una cum Alcmena et Cadmi filia Semele quas coniunctim memorat etiam Pindarus Pyth. XI. init.; quae fictio iudicio poetae honori est. Nam matres deorum componuntur cum matre Imperatoris aliquando inter deos referendi. Quod etiam Viscontus notavit. Alcmena post mortem in beatorum sedibus Rhadamantho nupsisse fingitur. Vide Heynium ad Apollod. II. p. 335. et Iacobsium in Exercit. crit. T. II. p. 187. In eam rem Viscontus annotat in Sepulcro Nasonum tab. x. Alcmenam conspici velatam ab Hercule et Minerva coram Radamantho collocatam. Semele vulgo a Baccho ad deos traducta credebatur. Noster Semelen in beatorum sedibus habitantem fingit: qualis fabulae flexus non offendet eum, qui reputaverit fuisse qui non statim post mortem Semelen in deorum sedes sublatam dicerent. Conf. Valcken. Diatr. c. xv. p. 154. et Iacobsius Exercit. crit. T. II. p. 145 sqq.

Inscriptiones hae elegantia et doctrina insignes sunt. Tit. *B.* inscriptum nomen habet Marcelli. Hic igitur auctor carminis putandus est. Eum Viscontus monuit esse Marcellum Sideten, poetam non ignobilem atque aequalem Herodi, cuius etiam nunc superest fragmentum poeticum περὶ ἰχθύων (Fabricii Bibl. Gr. IV. c. 9.). Tit. *A.* nihil inscriptum nominis est. Itaque Brunckius Herodi ipsi tribuebat. Sed ratio carminis ingeniumque par, ut non a vero aberrasse Viscontus videatur, qui eidem Marcello etiam alterum epigramma vindicare non dubitat, in quo nactus est consentientes Iacobsium, Fiorillum, alios (cf. Ephem. Gotting. a. 1795. n. 180. Giornale della letteratura Italiana T. V. 1795. p. 309.). Causam omissi nominis auctoris in tit. *A.* Comes de Clarac l. c. p. 905. eam putavit esse, quod in diversis uterque titulus locis expositus esset, titulus *B.* in templi vestibulo, titulus *A.* in sacro nemore ad templum pertinente, ita ut superfluum videretur in altero nomen poetae repetere.

Subiecimus hoc loco tabulam chronologicam de temporibus Herodis, ut quae in commentario de iis disputavimus uno obtutu habeas composita.

Traiano imp.		
a. u. c. 854.	p. Chr. 101.	Herodes nascitur.
Hadriano imp.		
a. u. c. 872.	p. Chr. 119.	Herodes oratione cadit coram Hadriano in Pannonia.
„ 873.	„ 120.	Scopeliano rhetore magistro utitur.
„ 878.	„ 125.	Hadrianus Athenis commorans Herodi praefecturam civitatium in Asia liberarum defert.
„ 880/881.	„ 127/128.	Herodes in Asia; aquaeductus et balnea in Troiano agro exstruit; Smyrnae Polemonem rhetorem convenit.
		Titus Antoninus Proconsul Asiae. Hadrianus Tyrius Herodem sequitur discipulus.
		Corinthi in templo Neptuni statuas ponit Herodes (Pausan. II, 1.).
		Stadium Panathenaicum Athenis exstruit paulo post mortem patris Attici (Pausan. I, 19. Philostr. 551.).
		Olympiae aquaeductus exstruit, statuas Cereris et Proserpinae dedicat (Pausan. VI, 21. Philostr. l. c.).
		Inscriptiones Vol. I. n. 382. 383.
Antonino Pio imp.		
a. u. c. 893.	p. Chr. 140.	Herodes Romae Imperatoris filiorum adoptivorum, L. Veri et M. Aurelii magister (Iul. Capitol. vit. M. Anton. 2. Vit. Veri 2.).
„ 894.	„ 141.	Moritur Faustina Antonini Pii coniux.
„ 896.	„ 143.	Herodes Consul.
		Anniam Regillam uxorem ducit.
		Canusii aquaeductus condit (Philostrat. 551.).
		Theatrum Corinthi exstructum (Philostrat. l. c.).
		Herodes perdit filiam Panathenaidem.
„ 914.	„ 161.	Regilla Herodis uxor moritur.
M. Aurelio imp.		
		Herodes a fratre Regillae Bradua accusatus.
		Herodes Odeum Athenis condit. Inscriptiones Vol. I. n. 26. Vol. III. n. 6185. 6280.
		Herodes stadium Pythium Delphis ornat (Pausan. X, 32. Philostr. 551.).
		Elpinicen filiam perdit.
a. u. c. 924.	p. Chr. 171.	M. Aurelius in Pannonia agit. Alexander Sophista ab Imperatore epistolographus factus (Philostr. 571. 576.). Athenis coram Herode orationem habet. Herodes ab Atheniensibus accusatus proficiscitur Sirmium causam dicturus. Inde Oricum se confert in confiniis Epiri oppidumque moenibus cingit (Philostr. 551. ubi Heyseus ex cod. Vat. 99. legit: ᾤκισε δὲ καὶ τὸ ἐν τῇ Ἠπείρῳ Ὠρικὸν ὑποδεδωκὸς ἤδη, cf. Philostr. 562. Holsten. ad Steph. Byz. v. Ὠρικός). Mox Marathonem petit. Inscriptiones Vol. I. n. 989 - 995.
„ 928.	„ 175.	M. Aurelius in Asia. Cassius seditionem movet.

		Faustina minor moritur. Imperatoris epistola ad Herodem data.
a. u. c. 929. p. Chr. 176.		M. Aurelius Athenis versatur.
„ 930.	„ 177.	Herodes moritur.

In inscriptionibus Graecis Herodes Τι. Κλαύδιος Ἀττικὸς Ἡρώδης (n. 382. 1883.) aut Κλ. Ἀττικὸς Ἡρώδης (n. 2978.) aut Ἡρώδης Ἀττικοῦ (n. 490. cf. Philostrat. p. 566.) aut simpliciter Ἡρώδης (n. 26. 537. 992. 993. 995. 6185.) audit. Recteque statuere Keilius Syllog. inscr. Boeot. p. 129. videtur de Attico in inscriptionibus Graecis obvio, qui ubi audiat Τι. Κλαύδιος Ἀττικός, ei filius videtur Herodis.

6281.

Romae olim in clivo Capitolino; edidit Smetius fol. CXXXI. 5. cum Lat. interpret.; inde Gruterus p. DCCL. 10. ex quo repetiit Fleetwood Inscr. syllog. p. 251. 2. Repetierunt Bonada Anthol. T. II. p. 531. Iacobsius Paralip. II. p. 768. n. 18. Anthol. Palat. App. n. 160. Extat etiam in cod. Pigh. fol. 59. a.

ЄΙϹΘΡΗΝΟΥϹЄΦΥΛΑΞΑϹΑΤΙΝΙΑΝѠΙΚΑΚЄΔΑΙΜΟΝ
ΟΥΧΟϹΙѠϹΠΟΙΝΗΝЄΥϹЄΒΙΗϹΚΑΤЄΔΟΥ
ΡΟΥϹΤΙΚΟΝΗΓЄΜΟΝΗΑΠΟϹΙΝΚΑΙΠΑΙΔΑΤΙΘΗΝΟΝ
ΠΟΜΠΗΙΟΝΜΑΖѠΘЄΛΓΟΜЄΝΟΝΓΛΥΚЄΡѠ
ΜΗΤЄΡΑΤΑΡϹΟΓЄΝΗΠΟΜΠΗΙΑΝΗΔЄΠΟΥΔЄΝΤΑϹ
ΥΙΟΝΚΑΙΠΑΠΠΟΝΦЄΥΘΑΝΑΤѠΝΑΝΙϹѠΝ
ΠΑΠΠΟϹΜЄΝΓЄΝЄΗϹΠΡΟΠΑΤѠΡΠЄΛЄΝΗΙΘЄΟϹΔЄ
ѠΧЄΤЄΧѠΝΟΥΔЄΝΠΛΗΝΔΑΚΡΥΟΝΠΡΟΤΑΦΟΥ

Εἰς θρήνους ἐφύλαξας Ἀτίνιαν, ὦ κακὲ δαῖμον·
οὐχ ὁσίως ποινὴν εὐσεβίης κατέ[θ]ου
Ῥουστικὸν ἡγεμονῆα πόσιν καὶ παῖδα τιθηνὸν
Πομπήϊον, μαζῷ θελγόμενον γλυκερῷ,
μητέρα τ' Ἀρ[γ]ογενῆ Πομπήϊαν, ἠδὲ Πούδεντας
υἱὸν καὶ πάππον· φεῦ θανάτων ἀνίσων.
πάππος μὲν γενεῆς προπάτωρ πέλεν· ἤϊθεος δὲ
ᾤχετ' ἔχων οὐδὲν πλὴν δάκρυον πρὸ τάφου.

Vs. 1. Ἀτίνιαν et vs. 5. Πομπήϊαν dedit Iacobsius, retracto accentu, quo correptio ultimae syllabae indicaretur. Vs. 2. οὐδ' ὁσίως mavult Iacobsius; κατέθου correxit Gudius; ποινὴν εὐσεβίης absolute positum esse vidit Iacobsius. Vs. 5. Casaubonus Ταρσογενῆ, Scaliger Ἀργογενῆ coniecit. Πούδεντας a recto Πούδης, *Pudens*, correpta syllaba ου ut in aliis nominibus huiuscemodi (cf. n. 4721. 4745.). Vs. 8. δακρύων reposuit Gudius. Stemma familiae hoc est:

Pudens
|
Pompeia
|
Atinia ⁀ Rusticus
|
Pudens, Pompeius.

6282.

In ara sepulcrali reperta in agro Principis Gabrielli prope viam Ardeatinam, inde Romam translata in aedes eius; edidit Amadutius in Memorie enciclopediche Romane sulle belle arti, antichità cet. T. V. p. 7. et Åkerblad ibid. p. 93. Tractavit Welckerus Spicileg. epigr. Gr. II. n. 34. et Syllog. epigr. Gr. p. 111. n. 79.

ΡΟΥΦΙΝΑ ΚΕΛΕΡΟϹ ΕΞΑΡΙϹΤΕΙ
ΝΗϹ ΤΕ ΕΦΥΝ
ΖѠΗ ΔΕ ΠΛΕΙѠΝ ΜΗΤΡΟϹ ΕΝ
ϹΠΛΑΓΧΝΟΙϹ ΕΜΗ
ѠΔΕΙΝΑΛΥΠΗϹΔΗΤΕΚΟΥϹΗΛ
ΛΑΞΑΤΟ
ΠΡѠΤΗΝ ΟΔΟΝ ΔΕϹΤΕΛΛΟ
ΜΑΙ ΠΡΟϹ ΑΙΔΑΝ
ΚΛΗΡΟΝΔΕ ΜΗΤΡΟϹ ΤѠΙΔΕΚΛΗΡ
. . . . . . ΟΥΧѠ ΤΑΦѠΙ
ϹΤΗΛΗΙΔΕ ΦѠΝѠΑΝΤΑΓѠΝΙ
ΑϹΒΙΟΥ

Vs. 1. Amad. ΕΖΑΡΙϹΤΕΙ, Åkerbl. ΕΞΑΡΙϹΤΕΙ. Vs. 5. init. Amad. ѠΔΕΙΜΑ, Åkerbl. ѠΔΕΙΝΑ; ibid. Amad. ΜΗΤΕ. ΡΟΥϹ, Åkerbl. ΔΗΤΕΚΟΥϹ. Vs. 6. Amad. ΛΑΖΑΤΟ, Åkerbl. ΛΑΞΑΤΟ. Vs. 7. extr. ϹΤΕΛΛΟ habet Åkerbl., omittit Amad. Vs. 11. ΑΝΤΑΓѠΝΙ habet Åkerbl., omittit Amad.

Ῥουφῖνα Κέλερος ἐξ Ἀριστείνης τ' ἔφυν,
ζωὴ δὲ πλείων μητρὸς ἐν σπλάγχνοις ἐμή,
ὠδεῖνα λύπης δ' ἡ τεκοῦσ' ἠλλάξατο·
πρώτην ὁδὸν δὲ στέλλομαι πρὸς Ἀΐδαν,
κλῆρον δὲ μητρὸς τῷδε κληρουχῶ τάφῳ,
στήλῃ δὲ φωνῶ ἀνταγωνίας βίου.

Ἀνταγωνίαι nunc sunt adversitates, res adversae.

6283.

Romae extra portam S. Pancratii trans Tiberim, in coemeterio Calepodii; missu Laurentii Zaccagnii edidit Muratorius T. III. p. MCCCXCVII. 1. cum Lat. interpret. Tractavit Hagenbuchius Epist. ad Blaurer. p. 36 sqq. Repetierunt Bonada Anthol. T. II. p. 135. Brunckius Anal. III, 308. n. 724. (conf. Iacobsius Animadv. III, 2. p. 309.) Iacobsius Anthol. Palat. App. n. 313.

[*Textum vide pag. seq.*]

Ῥουφείνου τάφος οὗτος, ὃν Ἀστέριόν ποτ' ἔκληζον,
ὃς προλιπὼν Ῥώμης δάπεδον, Νείλου πόλιν ἐλθών,
καὶ προκοπαῖς λάμψας, πολλοῖσ[ι] δὲ πολλὰ παρασχών,
μηδένα λυπήσας, ἀλλ' εἰς τὸ δίκαιον ἀθρήσας,
Μοιρῶν οὐκ ἔφυγεν τρισσῶν μίτον, ἀλλὰ νεκρωθεὶς
τὴν ψυχὴν ἀπέδωκεν ἐς ἀέρα, σῶμα δὲ πρὸς γῆν.

ΡΟΥ
ΡΟΥΦΕΙΝΟΥΤΑΦΟΣΟΥΤΟΣΟΝΑΣΤΕΡΙΟΝΠΟΤΕΚΛΗΖΟΝ
ΟΣΠΡΟΛΙΠΩΝΡΩΜΗΣΔΑΠΕΔΟΝΝΕΙΛΟΥΠΟΛΙΝΕΛΘΩΝ
ΚΑΙΠΡΟΚΟΠΑΙΣΛΑΜΨΑΣΠΟΛΛΟΙΣΔΕΠΟΛΛΑΠΑΡΑΣΧΩΝ
ΜΗΔΕΝΑΛΥΠΗΣΑΣΑΛΛΕΙΣΤΟΔΙΚΑΙΟΝΑΘΡΗΣΑΣ
ΜΟΙΡΩΝΟΥΚΕΦΥΓΕΝΤΡΙΣΣΩΝΜΙΤΟΝΑΛΛΑΝΕΚΡΩΘΕΙΣ
ΤΗΝΨΥΧΗΝΑΠΕΔΩΚΕΝ·ΕΣΑΕΡΑΣΩΜΑΔΕΠΡΟΣΓΗΝ
ΑΛΛΑΚΑΙΕΥΣΕΒΕΙΗΣΕΣΧΕΝΚΡΙΣΙΝΕΝΦΘΙΜΕΝΟΙΣΙΝ
ΚΑΙΠΑΛΙΝΕΙΔΕΤΟΦΩΣΝΕΚΡΟΣΩΝΚΑΙΠΟΝΤΟΝΕΠΛΕΥΣΕΝ
ΚΑΙΧΩΡΗΣΙΔΙΗΣΕΠΕΒΗΣΥΝΠΑΙΣΙΔΕΚΕΙΤΑΙ
ΩΝΟΥΚΕΙΔΕΤΕΛΟΣΘΑΝΑΤΟΥΠΡΩΤΟΣΓΑΡΕΘΝΗΣΚΕ
ΗΔΕΤΕΚΝΩΝΔΙΣΣΩΝΜΗΤΗΡΣΕΜΝΗΔΕΦΙΛΑΝΔΡΟΣ
ΚΑΙΠΕΛΑΓΟΣΔΙΕΠΛΕΙΣΕΚΑΙΗΓΑΓΕΣΩΜΑΒΥΘΟΙΣΙΝ
ΚΑΙΚΑΜΑΤΟΥΣΥΠΕΜΕΙΝΕΚΑΙΕΝΘΡΗΝΟΙΣΔΙΕΜΕΙΝΕ
ΚΑΙΤΥΜΒΩΚΑΤΕΘΗΚΕΚΑΙΑΙΩΣΙΝΠΑΡΕΔΩΚΕ
ΔΑΜΟΣΤΡΑΤΕΙΑΣΤΑΥΤΑΤΗΣΦΙΛΑΝΔΡΙΑΣ

ἀλλὰ καὶ εὐσεβίης ἔσχεν κρίσιν ἐν φθιμένοισιν,
καὶ πάλιν εἶδε τὸ φῶς νεκρὸς ὢν καὶ πόντον ἔπλευσεν
καὶ χώρης ἰδίης ἐπέβη· σὺν παισὶ δὲ κεῖται,
ὧν οὐκ εἶδε τέλος θανάτου· πρῶτος γὰρ ἔθνησκε.
ἡ δὲ τέκνων δισσῶν μήτηρ σεμνὴ [ἥ]δὲ φίλανδρος
καὶ πέλαγος διέπλε[υ]σε καὶ ἤγαγε σῶμα βυθοῖσιν
καὶ καμάτους ὑπέμεινε καὶ ἐν θρήνοις διέμεινε
καὶ τύμβῳ κατέθηκε καὶ αἰῶσιν παρέδωκε.
Δαμοστρατείας ταῦτα τῆς φιλανδρίας.

Rufinus, cognomine Asterius, Roma in Aegyptum profectus ibique mortuus est. Eius reliquias uxor Damostratea Romam deportavit. Putatur esse ex familia Curtii Rufi Asterii, qui codicem Virgilii Mediceum emendavit. De Rufina quadam Asterii filia sanctis martyribus adscripta dixit Tillemontius Hist. des Emp. T. III. p. 172. De familia Asteriorum Norisius Cenot. Pis. Opp. omn. T. III. p. 676 sq. Multos Asterios recenset Fabricius Bibl. Graec. T. VIII. p. 613 sqq. Haec Iacobsius. Nomen ΡΟΥΦΙΝΟΥ supra insculpturus non perfecisse videtur quadratarius. Vs. 2. Nilopolis urbs est nomi Heracleotici in Heptanomide conf. Holsten. in Steph. Byz. p. 221. Vs. 3. de προκοπαῖς conf. n. 5872. Monet Iacobsius Rufinum videri honorum et divitiarum viam feliciter instituisse. Deinceps πολλοῖσι dedit Hagenbuchius. De sententia Iacobsius confert Theocrit. Idyll. XIV, 63. πολλοῖς πολλὰ διδούς. Vs. 4. μηδένα λυπήσας cf. n. 6260. 6267. Vs. 8. εἶδε τὸ φῶς scil. ossibus ex loco, ubi seposita erant, denuo prolatis. Vss. 9. 10. post patrem duo eius liberi mortui in eodemque sepulcro conditi sunt. Vs. 11. σέμν' ἠδὲ Brunckius cum Hagenbuchio. Vidit postea Iacobsius in σεμνὴ priorem correptam esse. Vid. Erfurdt. ad Sophocl. Ai. p. 619. not. Gaisford. ad Hephaest. p. 218. Vs. 14. de sententia αἰῶσιν παρέδωκε Iacobsius ablegat ad Burmanni Anthol. Lat. T. II. p. 107.

6284.

Prope Ficuleam in lapide fracto; edidit Amatius Giorn. Arcad. 1825. m. Dec. p. 364. Habeo etiam ex schedis Gerhardi a Welckero missis.

ΤΗΝϹΤΗΛΗΝΠΑΡΟΔΕΙΤΑΔΙΕΛΘΩΝΓΝΩϹΗΙ . . . .
ΚΑΙΠΩϹΜΟΙΒΕΒΙΩΤΑΙΚΑΙΠΩϹΑΝΕΛΥϹΑΜΑΘΗϹ . .
ΕϹΠΕΙΡΑΝΜΕΓΟΝΕΙϹΠΑΡΑΙΓΥΠΤΟΙΟΔΑΡΟΥΡΑΙϹ
ΕΝΚΩΜΗΙ.ΕΡΑΠΕΝΘΕΒΥΛΑΙΗ..ΝΟΜΟϹΗΞΟΙϹ
\- - - - - ΑΛΕΞΑΝΔΡΙ - - - ΕΠΑΤΡΑϹϹΙΝ

ΚΑΙΕΝϹΤΡΑΤΙΑΙ - - - - ΝΗΜΕΡΙΩΜΕΤΕΠΙΤΑΘΕΛΗϹΑϹ
ΚΑΙΚΟϹΜΟΝΚΕΚ - - ΕΥΚΑϹΧΕΔΟΝΕΙΠΟΙΜΙΠΑΡΑΥΤΟ
ΟΥΠΟΛΕΜΟΝΠΟΤΕΕΙΔΩΝΟΥΧΕΙΡΑΦΟΝΟΙϹΙΜΙΑΝΑϹ
.ΡΟΝΙΟϹΟΚΑΙΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟϹΕΥΟΔΙΟϹΕΝΘΔΕΚΕΙΜΑΙ
ΕΞΗΚΟΝΤΑΕΤΗϹΓΥΝΑΙΚΑΤΕΜΗΔΑΜΟΥΓΗΜΑϹ
ΜΗΤΕΔΙΚΗΝΕΙΠΑϹΜΗΤΟΡΚΟΝΔΟΥϹΠΟΤΟΜΟΙΩ
ΕΥΤΥΧΙΗΝΔΕΒΙΟΥΤΑΥΤΗΝΝΟΜΙϹΟΝΠΑΡΟΔΕΙΤΑ
ϹΕΡΑΜΜΩΝΕΝΘΑΔΕΚΕΙΜΑΙΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥϹΠΟΛΑΜΟΓΗϹΑϹ
ΕΝΒΙΟΤΩΠΕΡΙΩΝΛΗΘΗΠΛΑΝΗΕΛΠΙΔΙΔΙΩΚΩΝ
\- ΗΝ - ΟϹ - - ΤΟΥΤΟΓΕΝΩΜΑΙΟΒΛΕΠΙϹ

Τὴν στήλην, παροδεῖτα, διελθὼν γνώσῃ [ὅς εἰμι,
καί, πῶς μοι βεβίωται καὶ πῶς ἀνέλυσα, μαθήσ[ῃ.
ἔσπειράν με γονεῖς παρ' Αἰγύπτοιο δ' ἀρούραις
ἐν κώμῃ [Σ]ερα[μ]ένθε, [πά]λαι ἧ[ς οὔ]νομ' [ἐῆν] Ξοΐς.

\- - - - ᾿Αλεξανδρ - - - πατράσσιν
\- - - - - - - - - -
κἂν στρατιᾳ [δὲ πα]νημερίῳ μετέπ[ε]ιτα θελήσας
καὶ κόσμον κεκ[όρ]ευκα σχεδὸν εἴποιμι παρ᾽ αὐτό.
οὐ πόλεμόν ποτ᾽ ἰδών, οὐ χεῖρα φόνοισι μιάνας
Κ]ρόνιος ὁ καὶ ᾿Αρτεμίδωρος Εὐόδιος ἐνθάδε κεῖμαι
ἑξηκονταέτης, γυναῖκά τε μηδαμοῦ γήμας
μήτε δίκην εἴπας μήτ᾽ ὅρκον δούς ποτ᾽ ὁμοίῳ.
εὐτυχίην δὲ βίου ταύτην νόμισον, παροδεῖτα.
Σεράμμων ἐνθάδε κεῖμαι ᾿Αλεξανδρεὺς πολλὰ μογήσας
ἐν βιότῳ, περὶ ὧν λήθη, πλάνη, ἐλπίδι διώκων
[τὸ ζ]ῆν [ἐκτελέ]σ[ας] τοῦτο γένωμ᾽ ὃ βλέπ[ε]ις.

Versus sunt miserabiles. Homo Alexandrinus Cronius et Artemidorus Euhodius audit praeterea is Σεράμμων i. e. Σεραπάμμων dictus de nomine patriae. Nomen ⲟⲥⲉⲣⲁⲙⲉⲛ† exsculpsit Brugschius, optimae spei iuvenis, quocum titulum examinavi.

6285.

Romae in urna cineraria olim sub Capitolio; edidit Smetius fol. CXXXI. 11. indeque Gruterus p. DCLXV. 8. Repetierunt Fleetwood Inscr. syllog. p. 226. 3. litteris minusculis, Bonada Anthol. T. II. p. 326. Brunckius Anal. III, 312. n. 739. Iacobsius (Animadv. III, 2. p. 326.) Anthol. Palat. App. n. 152. Extat etiam in codice Pigh. fol. 4. b. Latina exhibet Burmannus Anthol. Lat. T. II. p. 50.

D Θ K M ❦
ЄIKOCINЄΞΛYKABACINЄTѠ
ZHCACACABЄINA ❦
KAIMHCINTЄTPACINЄITЄN
ΔЄKATONΠAΛINHMAP
THΔЄCOPѠKЄIMAIΘYΓATPOCMЄTA
HMЄΔIѠΞЄN ❦
ΔIΞAMЄNHCTOPΓHNΦIΛOMHTOPA
ΔOΓMACIMOIPѠN ❦
HIC.IACET.EXANIMIS.TVMYLIS.AELIA
SABINA ❦
CVM.SVA.NATA.SIMVL.FETV.QVEM
PROCREAT.IPSA ❦
O.FORTVNA.FIDEM.QVANTAM
MVTASTI.MALIGNE ❦
QVEM.GENVIT.GENETRIX.SECVM
TENET.IN.LARE.DITIS ❦

Vs. 1. fuerit ❦ Θ K X ❦. Vs. 2. extr. ЄΓѠ coniecit Holtenus.

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Εἴκοσιν ἓξ λυκάβασιν ἐ[γ]ὼ ζήσασα Σαβεῖνα
καὶ μησὶν τέταρσιν, εἶτ᾽ ἑνδέκατον πάλιν ἦμαρ
τῇδε σορῷ κεῖμαι θυγατρὸς μέτα ἥ με δίωξεν
δ[ε]ιξαμένη στοργὴν φιλομήτορα δόγμασι Μοιρῶν.

Hic iacet exanimis tumulis Aelia Sabina
cum sua nata simul, fetu, quem procreat ipsa.
o Fortuna, fidem quantum mutasti maligne!
quem genuit genetrix, secum tenet in lare Ditis.

Vs. 2. Brunckius scripsit εἶθ᾽ ἑνδέκατον; εἶτεν pro εἶτα esse suspicabatur Iacobsius. Vid. Schaefer. ad Apollon. Rhod. T. II. p. 262. et Reizius Praefat. ad Herodot. p. XVI. At neglectum spiritum asperum esse probabilius est. Cf. n. 6284. vs. 11.

6286.

Romae extra portam Capenam in vinea Bernardi Oliverii in sarcophago, in cuius operculo sculptus est iuvenis *ornatus viridi tempora pampino*, altera manu coronam, altera calicem tenens, cubitu sinistro super calcita nixus; edidit Amadutius Anecd. litter. T. II. p. 469. n. 20. repetita est Novelle letterarie di Firenze 1774. p. 438. n. 28. Efemeridi letterarie di Roma 1774. p. 274. n. 35. Monum. Matth. T. III. Cl. 3. p. 39. Habet etiam Fogginus Mus. Capitol. T. IV. p. 273. aeri incisam. Tractavit Welckerus Epigr. spicil. II. p. 17. n. 38. Syllog. epigr. Gr. p. 97. n. 66. edit. sec. (cf. Allg. Schulzeitung II. n. 8 b. p. 692. not.)

ΣΑΤΟΡΝΕΙΝΟΣ.ΕΓΩ.ΚΙΚΛΗΣΚΟΜΑΙ.ΕΚ
ΔΕΜΕ.ΠΑΙΔΟΣ
ΕΙΣΔΙΟΝΥΣΟΥ.ΑΓΑΛΜΕΘΕΣΑΝ.ΜΗΤΗΡΕ.ΠΑΤΗΡΕ

Σατορνεῖνος ἐγὼ κικλήσκομαι, ἐκ δέ με παιδὸς
εἰς Διονύσου ἄγαλμ᾽ ἔθεσαν μήτηρ τε πατήρ τε.

Puerum famulitio dei sacro a parentibus pauperibus addictum esse monet Welckerus comparans Leonidae epigramma 15.

ἁ μάτηρ ζωὸν τὸν Μίκυθον, οἷα πενιχρά,
Βάκχῳ δωρεῖται, ῥωπικὰ γραψαμένα.
Βάκχε, σὺ δ᾽ ὑψώσῃς τὸν Μίκυθον· εἰ δὲ τὸ δῶρον
ῥωπικόν, ἁ λιτὰ ταῦτα φέρει πενία.

6287.

Romae in sarcophago anaglypho ornato, in vinea PP. Augustinianorum ad viam Flaminiam eruto, posthac Camaldoli supra Tusculum in museum Cardinalis Passionei translato; asservatur nunc mutilus in museo Britannico; anaglyphis poeta cum Musa repraesentatur bis, sub sedili persona scenica; ediderunt Fabrettus Inscr. c. 10. p. 704. n. 248. Montfauconius Palaeogr. Gr. II, 7. p. 170. cum nota et interpret. Lat.; unde repetiit Corsinus in Paciaudi Monum. Peloponn. T. I. p. 89. Deinde edidit Passionei Inscr. XIV, 28. p. 143. Tractatur Classical Journal T. I. p. 560 sq. Ex Fabretto repetierunt Brunckius Anal. III. p. 315. n. 752. Iacobsius (Animadv. III, 2. p. 337.) Anthol. Palat. App. n. 252. Habeo etiam ex schedis Odofr. Mülleri.

[*Textum vide pag. seq.*]

Versus dimidiati utrinque anaglyphis cinguntur; dextra pars cum versuum initio deest, teste Müllero. Quo non perspecto Montfauconius orationem esse non metro vinctam arbitratus est, Brunckius anapaestos esse immixtis dactylicis versibus statuit. Vs. 1. non habet Müll. Vs. 4. Pass. CYNOΔEΠTHC. Vs. 5.

ꟿ ϹƐꟿΠΡωΝΙΟϹΝƐΙΚΟΚΡΑΤΗϹ
ΗꟿΗΝΠΟΤƐꟿΟΥϹΙΚΟϹ ΑΝΗΡ
ΠΟΙΗΤΗϹ ΚΑΙ ΚΙΘΑΡΙϹΤΗϹ
ꟿΑΛΙϹΤΑ ΔƐ ΚΑΙϹΥΝΟΔƐΙΤΗϹ
ΠΟΛΛΑΒΥΘΟΙϹΙ ΚΑꟿωΝ
ΟΔΗΠΟΡΙƐϹ ΔΑΤΟΝΗϹΑϹ
ƐΝΠΟΡΟϹ ƐΥꟿΟΡΦωΝΓƐΝΟꟿΗΝ
ΦΙΛΟΙ ꟿƐΤƐΠƐΙΤΑ ΓΥΝΑΙΚωΝ
ΠΝƐΥꟿΑΛΑΒωΝ ΔΑΝΟϹ ΟΥΡΑΝΟΘƐΝ
ΤƐΛƐϹΑϹ ΧΡΟΝΟΝ ΑΝΤΑΠƐΔωΚΑ
ΚΑΙ ꟿƐ ΤΑΤΟΝ ΘΑΝΑΤΟΝ ❧
ꟿΘΥϹΑΙꟿΟΥ ΤΟ ϹωꟿΑΚΡΑΤΟΥϹΙΝ

Müll. ΠΥΘΟΙϹΙ, reliqui ΒΥΘΟΙϹΙ. Vs. 9. Müll. ΔΑΝƐϹ. Vs. 10. Fabr. Pass. ΑΥΤΑΠƐΔωΚΑ, Montf. Müll. ΑΝΤΑΠƐΔωΚΑ. Vs. 12. Montf. ΚΡΑΤΟΥϹΙ, reliqui ΚΡΑΤΟΥϹΙΝ.

Μ. Σεμπρώνιος Νεικοκράτης.

Ον κρύπτει κόνις ἥδ',] ἤμην ποτὲ μουσικὸς ἀνήρ,
παντοίων μελέων] ποιητὴς καὶ κιθαριστής.
- .- - ' - μάλιστα δὲ καὶ συνοδείτης
πολλὰ βυθοῖσι καμών· [ἐν] ὁδ[οι]πορί[αι]ς δ' ἀτονήσας
ἔνπορος εὐμόρφων γενόμην, φίλοι, μετέπειτα γυναικῶν.
πνεῦμα λαβὼν δάνος οὐρανόθεν τελέσας χρόνον ἀνταπέδωκα,
καὶ μετὰ τὸν θάνατον Μοῦσαί μου τὸ σῶμα κρατοῦσιν.

Videntur hemistichia vss. 1-3. interiisse. Vs. 5. male insertum est φίλοι. Vs. 6. heptameter est, quem evitare auctor poterat scribendo χρόνῳ pro τελέσας χρόνον. Vs. 7. deleto τὸ tolerabilior erit. Ultima ad anaglyphum respicere videntur, quo bis Musa repraesentatur poetae adstans. Cf. Welckerum Annal. Instit. arch. Rom. XVIII. 1846. p. 146.

6288.

Romae in urna anaglyphis ornata Ulyxem et Sirenas repraesentantibus, quae non extat amplius; edidit Winckelmannus Stor. dell' arte T. II. p. 133. unde repetierunt Christius Abhandl. über die Litt. u. Kunstw. p. 98. Marinus Vill. Albani Inscr. Cl. V. p. 186. n. 164. cum Lat. interpret. Morcelli, Brunckius Anal. III. p. 315. n. 748. Iacobsius (Animadv. III, 2. p. 335.) Anthol. Palat. App. n. 104.

ΑΘΑΝΑΤΩΝ ΜΕΡΟΠΩΝ
ΟΥΔΕΙϹ · ΕΦΥ · ΤΟΥΔΕ · ΣΕΒΗΡΑ
ΘΗϹΕΥϹ · ΑΙΑΚΙΔΑΙ
ΜΑΡΤΥΡΕϹ · ΕΙϹΙ · ΛΟΓΟΥ
ΑΥΧΩ · ϹΩΦΡΟΝΑ · ΤΥΝΒΟϹ · Ε
ΜΑΙϹ · ΛΑΓΟΝΕϹϹΙ · ϹΕΒΗΡΑΝ
ΚΟΥΡΗΝ · ϹΤΡΥΜΟΝΙΟΥ · ΠΑΙ
ΔΟϹ · ΑΜΥΜΟΝ · ΕΧΩΝ
ΟΙΗΝ · ΟΥΚ · ΗΝΕΙΚΕ · ΠΟΛΥϹ
ΒΙΟϹ · ΟΥΔΕ · ΤΙϹ · ΟΥΠΩ
ΕϹΧΕ · ΤΑΧΟϹ · ΧΡΗϹΤΗΝ
ΑΛΛΟϹ · ΥΦ · ΗΕΛΙΩΙ

Ἀθάνατ[ος] μερόπων οὐδεὶς ἔφυ· τοῦδε, Σεβῆρα,
Θησεύς, Αἰακίδαι μάρτυρές εἰσι λόγου.
αὐχῶ σώφρονα τύνβος ἐμαῖς λαγόνεσσι Σεβῆραν
κούρην Στρυμονίου παιδὸς ἀμύμον' ἔχων,
οἵην οὐκ ἤνεικε πολὺς βίος, οὐδέ τις οὔ[τ]ω[ς
ἔσχε τάφος χρηστὴν ἄλλος ὑ[π'] ἠελίῳ.

Sic legit etiam Christius. De vocabulis Στρυμονίου παιδὸς mira Zeunius ad Christ. et Marinus protulerunt. Severam esse filiam filii Strymonis, qui ipse Strymon appellatus fuerit, putat Iacobsius. Sed Στρυμόνιος παῖς dictum ut Στρυμόνιος πῶλος Euripid. Rhes. 383. i. e. παῖς Στρυμονίας γῆς. Itaque Severa fuit filia Strymoniae subolis. Ita etiam Boeckhium iudicasse video.

6289.

Romae olim in aedibus Matthaeiorum; ediderunt Muratorius T. III. p. MDCCXLIV. 5. ex schedis Ptolomaei cum interpret. Lat. Amadutius in Monum. Matth. Cl. X. p. 170. n. 65. uterque vitiosissime; melius Raponius Dissert. de epigrammate Graeco Romae in Coelimontanis Matthaeiorum hortis extante, Velitr. 1788. qui tractavit post Leichium in Miscell. Lips. nov. Vol. I. p. 499. Ex Raponio citavit Schowius Chart. papyrac. Velitr. p. 54. Repetiit Iacobsius Anthol. edit. nov. T. II. p. 866. cf. Graefe Act. in Acad. Petrop. Vol. VIII. p. 643.

ΤΙΚΤƐΤΥΧΗϹƐΠƐΙΡƐΝΔƐϹƐΡΑΠΙΑΚΟϹ
ΤΑΧΥΠΟΤΜΟϹ
ΑΜΦωΘΗΛΥΤƐΡΗΝΠΑΙΔΑϹƐΡΑΠΙΑΔΑ
ΚƐΙΜΑΙΔƐΞΑƐΤΗϹΤΥΜΒΟΝΔƐΜΟΙΟϹΜΑ
ΤΙΤΗΛƐΝ
ΤƐΥΞƐΝΝƐΙΙ . . . . ΠΑΝΤΑϹƐΠƐΥϹƐΒΙΗ
ΚΛƐΙΝΟϹƐΝΑΝΘ.ωΠΟΙ.Ι.ΟΜƐϹΤΙΚΟϹΟϹΜƐ
ΤΙΤΥΤΘΗΝ
ΟΥϹΑΝΔΟΥΛΟϹΥΝΗϹƐΞΑΓΑΓƐΝϹΤΥΓƐΡΗϹ

Vs. 1. Mur. CEHEIPEN; in lapide esse CЄΠЄI PЄN testatur Raponius. Vs. 2. Mur. ΘΗΛΙΤΕΡΗΝ. Vs. 3. Mur. KAIMAI; deinde Mur. TYMBON, Rap. T.MBON; in fine Mur. ΑΤΙΤΗΔΗΝ. Vs. 4. Mur. NEI - - - - ANTAC. Vs. 5. Mur. ΑΝΘΕϢΠΟΙΕΙΟ ΜΕCΤΡΙΟCOCMETITYTOHN, Rap. ΑΝΘ.ϢΟ ....CTIKOCOCMЄTITYTΘHN. Vs. 6. Mur. ΔΟΥΛΟCΥΝΗΝΕΞΑΡΑΓΕΝ.

Τίκτε Τύχη, σπεῖρεν δὲ Σεραπιακὸς — ταχύποτμο[ι]
ἄμφω — θηλυτέραν παῖδα Σεραπιάδα.
κεῖμαι δ' ἑξαέτης· τυμβὸν δέ μοι, ὅς μ' ἀτίτηλεν,
τεῦξεν, νει[κήσας] πάντας ἐπ' εὐσεβίῃ,
κλεινὸς ἐν ἀνθ[ρ]ώποι[σ]ι [Δ]ομεστικός, ὅς μ' ἔτι τυτθὴν
οὖσαν δουλοσύνης ἐξάγαγεν στυγερῆς.

Restituit Raponius. Vs. 1. ταχύποτμοι ἄμφω parenthetice dictum esse vidit Schowius, postquam Raponius proposuit ταχύποτμοι aut ταχυπότμω, testans tamen in lapide esse ΤΑΧΥΠΟΤΜΟC, quod una cum CЄΠЄIPЄN vs. 1. ad lapsus quadratarii referendum iudicavit. Minus feliciter tractavit Leichius. Nomen patris Σεραπιανὸς esse Graefio videtur. Sine causa idonea.

6290.

Romae in aedibus Rondanini; edidit Marinus Vill. Albani Inscr. Cl. V. p. 179. n. 160. Tractarunt Graefe Act. Acad. Petrop. Vol. VIII. p. 702 sq. Welckerus Programm. nataliciis Frid. Guil. III. Bonnae a. 1819. scripto n. 12. ex schedis Zoëgae et Syllog. epigr. p. 106. n. 74.

ΚΕΙΜΑΙCΟΕΜΟCΑΝΗΡ
ΒΙΟΤΗΤΑΝЄΟCΤΕΛΕCCAC
ΚΑΙΓΑΙΗΝΠΑΤΕΩΝΚΑΙ
ΚΥΜΑΤΑΝΗΥCΙΠΕΡΗ
CACAYCO
ΝΙΗΓΑΙΗΤΕΡΜΑΒΙΟΥ
ΘΕΜΕΝΟC

Κεῖμαι Σόεμος ἀνὴρ βιοτῆτα νέος τελέσσας
καὶ γαίην πατέων καὶ κύματα νηυσὶ περήσας,
Αὐσονίῃ γαίῃ τέρμα βίου θέμενος.

Versus mali. Σόαιμος scribendum esse notavit Marinus citans Salmasium ad Script. H. A. p. 171. (759.). Nomen est Syriacum. Mira commentus est Graefius.

6291.

Romae in cippo ab negotiatore Fredionio in vinea extra portam D. Ioannis reperta, postbac in museum Vaticanum translato; edidit Gerhardus Bullett. dell' Instit. arch. Rom. 1831. p. 73 sq. Repetierunt et tractarunt Welckerus Mus. Rhen. a se et Naekio edit. a. I. (1832.) p. 294. Osannus Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1837. p. 404. Habeo etiam ex schedis Gerhardi.

D · M
DIDIO · TAXIARCHI · LIB · FIDELISSIMO

ΤΥΤΘΟΝЄΜΟΝΠΑΡΑΤΥΜΒΟΝЄΠЄΙ
ΜΟΛЄCϢΞЄΝЄΒΑΙΟΝCΤΗCΟΝΙΧΝΟC
ΠΑΥΡΟΙCΓΡΑΜΜΑCΙΝЄΙCΟΡΟϢΝ
ΖϢΟCЄϢΝ.ΜЄΙΛЄΟΝ
ЄΝΔЄΤЄΠΑΙΔϢΝЄΥΓЄΝЄϢΝΙЄΡΗC
ΗΡΞΑΔΙΔΑCΚΑΛΙΗC
ΚΑΙΔΗΚΑΛΕΥΜΗΝΤΑΞΙΑΡΧΗCЄΝΒΡΟΤΟΙC
ΟΥΤΑΡЄΝЄΞΑΜЄΤΡΟΙCΙΝΗΡΜΟCЄΝ
ΤΟΥΝΟΜЄΜΟΝ

D(iis) m(anibus).

Didio Taxiarchi lib(erto) fidelissimo.

Τυτθὸν ἐμὸν παρὰ τύμβον ἐπεὶ μόλες, ὦ ξένε, βαιὸν
στῆσον ἴχνος παύροις γράμμασιν εἰσορόων.
ζωὸς ἐὼν [βασιλεῦσιν ὁ]μείλεον· ἐν δέ τε παίδων
εὐγενέων ἱερῆς ἦρξα διδασκαλίης.
καὶ δὴ 'καλεύμην Ταξιάρχης ἐν βροτοῖς·
οὐ [γ]ὰρ ἐν ἑξαμέτροις ἥρμοσε τοὔνομ' ἐμόν.

Inter ЄϢΝ et ΜЄΙΛЄΟΝ lacunam statuendam esse vidit Gerhardus, qui coniecit ἀγαθοῖσιν ὁμίλεον. Deinceps παίδων εὐγενέων ἱερῆς ἦρξα διδασκαλίης est: *praefui disciplinae puerorum nobilium*; nec tamen videtur de disciplina puerorum ingenuorum in sacris ministrantium posse intelligi, ut fecit Osannus. De inserto trimetro conf. n. 6293. et Elem. epigr. Gr. p. 7.

6291. *b*.

Romae in lapide reperto in fundis Fredionii ante portam D. Ioannis (cf. n. 6299.); edidit Amatius Giorn. Arcad. 1826. T. XXXII. p. 111. cum interpret. Lat. et nota.

[*Textum vide pag. seq.*]

Τειμάνδρα Κυπάρης κεῖτ' ἐνθάδε. κάτθανεν, αἰαῖ,
μηδὲ τὸν ἑξαέτη πλησαμένη βίοτον.
Λ[ούκιος] - - - ος Ἄνθιμος [τῇ μακα]ρίᾳ θυγατρ[ὶ]
μνείας χάριν.

ΤΕΙΜΑΝΔΡΑΚΥΠΑΡΗΣ
ΚΕΙΤΕΝΘΑΔΕΚΑΤΘΑΝΕΝ
ΑΙΑΙ . ΜΗΔΕΤΟΝΕΞΑ
ΕΤΗΠΛΗΣΑΜΕΝΗΒΙΟ
ΤΟΝ Λ - - - - - - -
ΟΣΑΝΘΙΜ - - -
ΡΙΑ.ΘΥΓΑΤΡ - - - -

Timandra designatur ex matre, quae est Cypare. De nomine Amatius confert inscr. vill. Albanae ap. Marinum p. 77. CLAVDIACYPARIS. Cypare habetur etiam ap. Gruter. p. DCCLXIX. 3. et ap. Osann. Syllog. p. 376. n. 55. Supplementa vss. 5. 6. 7. sunt Amatii.

6292.

Romae in museo Capitolino in sarcophago sub imagine mulieris in lecto cubantis; ediderunt Maffeius Mus. Veron. p. CCCXIV. Bottarius Mus. Capitol. T. III. tab. 66. Guascus Mus. Capitol. T. III. p. 177. ligno incisam: repetierunt Bonada Anthol. T. II. p. 379. Welckerus Epigr. spicil. II. n. 45. p. 20. et Syllog. epigr. Gr. p. 82. n. 56. edit. alt. Habeo etiam ex schedis Thorlacii a Petersenio missis.

CЄΜΝΗΝΠΗΝЄΛΟΠΗΝΟΠΑΛΑΙΒΙΟCЄCΧЄΔЄΚΑΙΝΥΝCЄΜΝΗΝΦΗΛΙΚΙΤΑΝΟΥΤΑΧΑΜΙΟΤΕΡΗΝ
ΒΟΥΛΟΜЄΝΗCΔЄΘΑΝЄΙΝΑΝΔΡΟCΠΡΟΤЄΡΗΝCΦЄΤЄΡΟΙΟЄΚΛΥЄCωΔΑΙΜΟΝΠΟΛΛΑΚΙCЄΥΧΟΜЄΝΗC
ΤΟΙΓΑΡΤΟΙΚΑΙЄΜЄΙΟΔΙΚΑΙΟΤЄΡΗΝΟΠΑΚΟΥCΟΝЄΥΧΟΜЄΝΟΥΠΛΟΥΤωΝ
ΗΝЄΙCΑΙΔΑΟΠЄΡΗCωЄΥΡЄΙΝΤΗΝΙΔΙΑΝΦΗΛΙΚΙΤΑΝΠΑΡΑCΟΙ
ΚΛΑΥΔΙΟCΙΗΤΗΡΑΓΑΘЄΙΝΟCΤΗΝΔЄΑΝЄΘΗΚЄΝЄΙΚΟΝΑΦΗΛΙΚΙΤΑCΜΑΡΤΥΡΑCωΦΡΟCΥΝΗC

Vs. 2. extr. Guasc. ЄΙΧΟΜЄΝΗC. Vs. 4. init. Maff. ΑΙΕΙΣ, Guasc. ЄΝЄΙC, Bott. Thorl. ΗΝЄΙC.

Σεμνὴν Πηνελόπην ὁ πάλαι βίος, ἔσχε δὲ [χὠ] νῦν
σεμνὴν Φηλικίταν, οὐ τάχα μιοτέρην.
βουλομένης δὲ θανεῖν ἀνδρὸς προτέρην σφετέροιο
ἔκλυες, ὦ δαῖμον, πολλάκις εὐχομένης.
τοιγάρτοι καὶ ἐμεῖο δικαιοτέρην ὄπ' ἄκουσον
εὐχομένου, Πλούτων, ἥν εἰς Ἀΐδαο περήσω,
εὑρεῖν τὴν ἰδίαν Φηλικίταν παρὰ σοί.
Κλαύδιος ἰητὴρ Ἀγαθεῖνος τήνδ' ἀνέθηκεν
εἰκόνα, Φηλικίτας μάρτυρα σωφροσύνης.

Vs. 1. post ΚΑΙ excidit Ο, ut sit *καὶ ὁ* et per crasin *χὠ*. Vss. 3. 4. de simili amore coniugis pro marito se devoventis cf. n. 5759. Post vs. 5. pentametrum excidisse temere putavit Maffeius. Vs. 7. ludit auctor in nomine Felicitatis. Agathinus quidam medicus a Galeno saepe memoratur (vide Fabric. Bibl. Gr. T. III. p. 41.).

6293.

Romae in lapide in via Nomentana reperto; ediderunt Aringhius Rom. subterr. IV, 20. hinc Reinesius Synt. inscr. Cl. XVII. p. 856. n. 147. Fabrettus Inscr. c. 3. p. 192. n. 448. cum interpret. Lat. Tractavit Hagenbuchius Epist. epigr. p. 404. Dorvillius ad Charit. p. 258. Repetierunt Fleetwood Inscr. syllog. p. 236. 3. litteris minusculis, Bonada Anthol. T. II. p. 307. Brunckius Anal. III, 304. n. 709. Iacobsius (Animadv. III, 2. p. 285.) Anthol. Palat. App. n. 259.

D M
ΝΥΜΦΑΙΚΡΗΝΑΙΑΙΜΕΣΥΝΗΡΠΑΣΑΝΕΚΒΙΟΤΟΙΟ
ΚΑΙΤΑΧΑΠΟΥΤΙΜΗΣΕΙΝΕΚΑΤΟΥΤΕΠΑΘΟΝ
ΝΗΠΙΗΟΥΔΕΔΥΟΙΝΕΤΕΟΙΝΤΕΛΟΣΕΞΑΝΥΣΑΣΑ
ΦΙΛΗΣΙΗΤΗΝΚΛΗΣΙΝΑΥΣΟΝΙΣΓΕΝΟΣ

D. M. habet Fabrettus, omittunt reliqui. Vs. 1. Aringh. ΚΡΗΜΝΑΙΑΙ, Fabr. Rein. ΚΡΗΝΑΙΑΙ. Vs. 4. Aringh. ΑΥΣΟΝΙΣ, Fabr. ΑΥΣΟΝΙΔΕ.

D(iis) m(anibus).

Νύμφαι κρηναῖαί με συνήρπασαν ἐκ βιότοιο,
καὶ τάχα που τιμῆς εἵνεκα τουτ' ἔπαθον,
νηπίη, οὐδὲ δυοῖν ἐτέοιν τέλος ἐξανύσασα,
Φιλησίη τὴν κλῆσιν, Αὐσονὶς γένος.

Puella bimula in aqua perierat. Respicitur ad Hylae fatum (conf. n. 6201.): unde inepte Fleetwoodius vs. 2. *τιμῆς εἵνεκα* vertebat *pro poena*. Similia comparavit Dorvillius. De trimetro iambico, quem Reinesius perperam sublatum ivit, conf. n. 6291.

6294.

Romae; edidit Iac. Sirmondus ad Sidonium p. 103. litteris minusculis; repetierunt Reinesius Synt. inscr. Cl. XIV. p. 756. n. 121. Fleetwood Inscr. syllog. p. 228. 3. Ex Sirmondo repetiit Iacobsius Paralip. II. n. 68. p. 820. Anthol. Palat. App. n. 380.

Θ K
ΦΙΛΗΤωΙΤΟΔЄCΗΜΑΚΑΤΟΙΧΟΜЄΝωΙCΥΝΟΜЄΥΝωΙ
ΑΒΑCΚΑΝΤΙCΓΑΜЄΤΗΜΝΗΜΟCΥΝΗCЄΝЄΚЄΝ

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Φιλήτῳ τόδε σῆμα κατοιχομένῳ συνομεύνῳ
Ἀβασκαντὶς γαμετὴ μνημοσύνης ἕνεκεν.

Bene Iacobsius annotavit: Ἀβασκαντὶς si genuinum nomen, auctor distichi illud male collocavit; nam salvo metro sic poterat scribi:

Φιλήτῳ τόδ' Ἀβασκαντὶς γαμετὴ συνομεύνῳ
σῆμα κατοιχομένῳ μνημοσύνης ἕνεκεν.

6295.

Romae olim ad aquam Virginem in aedibus Francisci Grilli; ex schedis Scaligeri edidit Gruterus p. DCLXXXIII. 7. (conf. Scaliger. Catal. Virgilii p. 242. Grotius T. III. p. 407.), unde repetierunt Fleetwood Syllog. inscr. p. 240. 1. Brunckius Anal. III, 313. n. 742. Iacobsius (Animadv. III, 2. p. 328.) Anthol. Palat. App. n. 381.

ΦΛΑΒΙΑΝωΗΡωΙΠΑΤΗΡΔωΡΟϹΤΟΔΕϹΗΜΑ
ΕΞΕΠΙΤΟΙϹΔΕΚΕΤΗΜΟΥΝΑΒΙωϹΑΜΕΝω
ΜΟΙΡΑΓΑΡΑΙΟΛΙΔΟϹΠΑΤΡΗϹΑΠΑΝΕΥΘΕΜΥΡΙΝΗϹ
ΘΑΨΕΤΕΚΑΙΜΟΥϹωΝΕΥΝΙΝΕΘΗΚΑΡΕΤΗϹ

Vs. 3. Grut. ΑΡΓΟΛΙΔΟΣ, Gud. ΑΙΟΛΙΔΟϹ.

Φλαβιανῷ ἥρωϊ πατὴρ Δῶρος τόδε σῆμα
ἐξ ἐπὶ τοῖς δέκ' ἔτη μοῦνα βιωσαμένῳ·
Μοῖρα γὰρ Αἰολίδος πάτρης ἀπάνευθε Μυρίνης
θάψε τε καὶ Μουσῶν εὖνιν ἔθηκ' ἀρετῆς.

Myrina nota urbs Aeolidis. Vs. 4. Flaviano exstincto patria eius Musarum antistite orbata est.

6296.

Romae; ediderunt Maffeius Mus. Veron. p. LXIV. cum interpret. Salvinii, Gorius Inscr. Etrur. T. I. Append. 33. p. 464. Repetierunt Bonada Anthol. T. II. p. 239. Brunckius Analect. III, 302. n. 704. Iacobsius (Animadv. III, 2. p. 278.) Anthol. Palat. App. n. 383.

ΦΛωΡΟϹΚΑΙΚΙΛΙΟΥϹΤΑΚΤΗϹΘΑΜΑΔΕΥΡΥΠΟΚΕΙΤΑΙ
ΕΞΑΛΛΟΥΤΥΜΒΟΥΔΕΥΤΕΡΑΚΛΑΙΟΜΕΝΟϹ
ΕΞΕΤΕωΝωΡΗϹΟΛΙΓΟΝΔΕΜΑϹΑΛΛΑΤΕΛΗΟΝ
ΘΡΕΠΤΗΡϹΙΝΛΕΙΠωΝΗΛΙΚΙΗϹΕΛΕΟΝ
5 *δευτερα* ΔΟΥΚΑΚΛΑΥΤΟΝΕΧωΝΤΑΦΟΝΟΥΔΕΓΑΡΕΝΘΑ
ΦΕΙϹΑΝΤΟΠΡΟΤΕΡωΝΜΝΗϹΑΜΕΝΟΙΔΑΚΡΥωΝ
ΔΕΙΛΕΙΟΙΤΡΟΦΕωΝΚΕΙΝΑΙΧΕΡΕϹΑΙϹΥΝΕΛΕΞΑΝ
ΤΗΝΟΛΙΓΗΝϹΠΟΔΙΗΝΟΥΚΟΛΙΓΗϹΟΔΥΝΗϹ

Vs. 4. init. Maff. ΘΡΕΠΤΗΡϹΙΝ, Gor. ΟϹ.... ΤΗΡϹΙΝ. Vs. 5. init. Maff. .... ΔΟΥΑΚΛΑΥΤΟΝ cet. δεύτερα ex coniectura addiderunt Maffeius, Salvinius. Vs. 7. init. Maff. ΔΕΙΛΑΙΟΙΤΡΟΦΕΩΝ, Gor. ΔΕΙΛΑΙΟΠΡΟΦΕωΝ. In eodem lapide est titulus:

CN · CALPVRNIVS
HELENVS
V · A · XXIV

Φλῶρος Καικιλίου Στάκτης θ' ἅμα δεῦρ' ὑπόκειται
ἐξ ἄλλου τύμβου δεύτερα κλαιόμενος,
ἐξ ἐτέων ὥρης, ὀλίγον δέμας, ἀλλὰ τέλη‹ον›
θρεπτῆρσιν λείπων ἡλικίης ἔλεον,
5 δεύτερα] δ' οὐκ ἄκλαυτον ἔχων τάφον· οὐδὲ γὰρ ἔνθα
φείσαντο προτέρων μνησάμενοι δακρύων.
δείλαιοι τροφέων κεῖναι χέρες, αἳ συνέλεξαν
τὴν ὀλίγην σποδιὴν οὐκ ὀλίγης ὀδύνης.

Epigramma in Florum quendam mature parentibus, ut videtur, orbatum ex eo loco, ubi post mortem depositus erat, in aliud sepulcrum translatum. Vs. 4. Salvinius coniecerat: ὃς γενετῆρσι λιπών, Brunckius: ὃς γενετῆρσι λίπεν, Iacobsius: τοῖς θρεπτῆρσι λιπών. Vs. 7. init. δειλαίων τροφέων maluit Salvinius, hoc recepto Brunckius δειλαίων τροφέων δειλαὶ χέρες; Iacobsius δείλαιαι τροφέων κεῖναι χέρες. Sed δείλαιος potest dictum videri pro δειλαία, ut alias ἀναγκαῖος pro ἀναγκαία et similia. Bene autem se habet κεῖναι χέρες.

6297.

Romae olim in aede D. Clementis; ediderunt Fulvius Ursinus Imagg. p. 98. aeri incisam, Boissardus P. IV. n. 136. aeri incisam; inde Gruterus p. DCXXXIV. 1. Denuo edidit Guascus Inscr. mus. Capitol. T. III. p. 210., Repetierunt Fleetwood Inscr. syll. p. 207. 1. litteris minusculis, Patinus Comment. in monum. ant. Smyrn. p. 443. cum Lat. interpret. Gumpert in Fragm. Asclepiad. Bithyn. p. 9. Vss. 2-8. Brunckius Anal. III, 276. n. 593. Iacobsius (Animadv. III, 2. p. 196.) Anthol. Palat. App. n. 174. Extat in cod. Pigh. fol. 67. a. Habeo etiam ex schedis Thorlacii a Petersenio missis.

[*Textum vide pag. seq.*]

Vs. 1. Boiss. ΦΙΛΟΙϹ. Vs. 5. Pigh. ΑϹΚΛΗΠΙΑ ΔοΥ. Vs. 6. Pigh. ΕΝΤΑΔΕ. Vs. 8. init. Urs. Boiss. ωϹΕΠΕΙϹΑΔΕ, Pigh. Guasc. Thorl. ωϹΕΠΕΤΕΛΛΕ, quod in lapide esse testantur Gudius in margine operis Gruteriani et Iac. Fr. Heusinger in Programm. a. 1762. Guelpherbyti edito induciarum celebrandarum causa. Vs. 11. Guasc. Thorl. ΔΗωΓΕΝΕΙΕΦΕ ϹΙΟΝ (ΕΦΗϹΙΟΝ expressit etiam Gruterus, ΕΦΕϹΙ ΟΝ habet Pighius); vide ne fuerit in lapide ΔΙΤω. Vs. 12. init. Guasc. Thorl. (ΒΙΙΟϹΑΝΤ) ΒΙωϹΑΝΤ

Θ К

ЄΝΤЄΦΙΛΟΙCΙΦΙΛΟΙΟΚΑΙΗΗ
ΤΗΡΟCΑΡΙCΤΟΥ
ΠΑΙΔЄΙΗCΘΙЄΡΗCЄΓΓΥΘЄΝ
ΑΨΑΜЄΝΟΥ
CωΜΑCΚΛΗΠΙΑΔΟΥΚΑΙΥΙЄΟC
ЄΝΘΑΔЄΒΗΡΟΥ
ωCЄΠЄΤЄΛΛЄΦΙΛΟΙCЄΙCΟ
ΔЄΤΥΜΒΟCЄΧЄΙ

Λ·ΦΟΝΤЄΙω·ΦΟΡΤΙ·ΑCΚΛΗΠΙΑ
ΔΗ·ΤωΓЄΝЄΙ·ЄΦЄCΙω
ΒΙωCΑΝΤΙ·ЄΤЄCΙΝ·Μ̄
ΜΗCΙΝ·Β̄·ΗΜЄΡ·Κ̄Є̄·ωΡ·Ζ̄
ЄΓΝΑΤΙΑ·ΒΡΙCΗΙC·CΥΝΒΙΟC
ΜΝΗΜΗC·ΧΑΡΙΝ

p. ΒΙωCΑΝΤΙ. Vs. 14. init. Boiss. ЄΓΝΑCΙΑ; ib. extr Thorl. CΥΝΒΙω, reliqui (etiam Pigh.) CΥΜΒΙΟC.

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).

Ἔν τε φίλοισι φίλοιο καὶ ἰητῆρος ἀρίστου
παιδείης θ' ἱερῆς ἐγγύθεν ἁψαμένου
σῶμ' Ἀσκληπιάδου καὶ υἱέος ἐνθάδε Βήρου,
ὡς ἐπέτελλε φίλοις, εἷς ὅδε τύμβος ἔχει.

Λ. Φοντείῳ Φόρτι Ἀσκληπιάδῃ τῷ γένει Ἐφεσίῳ βιώσαντι ἔτεσιν μ̄, μησὶν β̄, ἡμέρ(αις) κ̄ε̄, ὥρ(αις) ζ̄, Ἐγνατία Βρισηῒς σύνβιος μνήμης χάριν.

Vs. 3. καὶ in hac sede ante vocalem productum auctoris negligentiae tribuit Hermannus ad Orph. p. 729.

6298.

Romae in villa Pamphilia; ex schedis Ptolomeis edidit Muratorius T. III. p. MCCCXXI. 10. cum interpret. Lat. Tractarunt Leichius in Menckenii Miscell. Lips. nov. T. I. p. 483 sqq. Graeca Bendstenius Marm. myst. spec. I. p. 18 sq. Denuo edidit et commentatus est Niebuhrius Act. Acad. Boruss. 1823. II. p. 251 sqq. (cf. Orelli Collect. Inscr. Latt. I. p. 257. qui inscriptionem repetiit). Epigramma Graecum prius tractavit Dorvillius ad Charit. p. 39., repetierunt Brunckius Anal. III, 299. n. 693. Iacobsius (Animadv. III, 2. p. 264.) Anthol. Palat. App. n. 236. alterum exceptis duobus ultimis versibus in Anthol. Palat. extat. (Brunckius III, 165. n. 78. Iacobsius II. p. 321. conf. Animadv. III, 1. p. 329.)

[*Textum vide pag. seq.*]

Dedi apographum Niebuhrii paucis mutatis. Vs. 1. verba CERELLIAEFORTVNATAECON❦IVGI CARISSIMAECVMQVA V.ANN.XI SVQ et versus duo extremi, quos omisit Muratorius, recentiora sunt. Vs. 11. init. Mur. LAELIOAPELITI; deinde Mur. DONATIONIS, Nieb. DODATIONIS. Vs. 12. Mur. PROPTER, Nieb. OPTER; deinde Mur. MAGNA, Nieb. MANA. Vs. 13. Mur. ΑΜΑΕΤΑΘΕΙC. Vs. 15. init. Mur. ΚΕΡΒΕΡΟC, Nieb. ΚΕΡΒΕΛΟC. Vs. 18. Mur. ΕΙΤΙCΧΕΙC, quod est ΕΙΤΙΕΧΕΙC. Vs. 20. Mur. ΕΙΠΕΟΤΕΟΥΚΔΙΝ, Nieb. ΕΙΠΕΟΙΕΟΥΚΗΝ.

D(iis) m(anibus).

Cerelliae Fortunatae coniugi carissimae, cum qua v(ixi) ann(os) XI. s(ine) u(lla) q(uerela).

M. Antonius Encolpus fecit sibi et Antonio Athenaeo liberto suo karissimo et libertis libertabusque eorum et posteris, excepto M. Antonio Athenione, quem veto in eo monimento aditum habere neque iter, ambitum, introitum ullum in eo habere neque sepulturae causa reliquias eius posterorumque eius inferri; quod si quis adversus hoc qui[d] fecerit, tunc is qui fecerit poenae nomine pontificibus aut antescholaris Virginum HS. L. m. n. inferre debebit, ideo quia me pos[t] multas iniurias parentem sibi amnegaverit, et A. Laelio Apelliti clienti karissimo, quem voluerit donationis causa sarcofagum eligat sibi [pr]opter quod in tam ma[g]na clade non me reliquerit, cuius beneficia [h]abeo.

a. Μή μου παρέλθῃς τοὐπίγραμμ', ὁδοιπόρε,
ἀλλὰ σταθεὶς ἄκουε καὶ μαθὼν ἄπ[ε]ι.
οὐκ ἔστ' ἐν Ἅιδου πλοῖον, οὐ πορθμεὺς Χάρων,
οὐκ Αἰακὸς κλειδοῦχος, οὐχὶ Κέρβερος κυών.
ἡμεῖς δὲ πάντες οἱ κάτω τεθνηκότες
ὀστέα, τέφρα γεγόναμεν, ἄλλο δ' οὐδὲ ἕν.
εἴρηκά σοι ὀρθῶς· ὕπαγε, ὁδοιπόρε,
μὴ καὶ τεθν[η]κὼς ἀδ[ο]λεσχός σοι φανῶ.

b. Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους στήλλῃ χαρίσῃ· λίθος ἐστίν·
μηδὲ τὸ πῦρ φλέξεις· [ε]ἰς κενὸν ἡ δαπάνη.
ζῶντί μοι, εἴ τι ἔχεις, μετάδος· τέφραν δὲ μεθύσκων
πηλὸν ποιήσεις, κοὐ[χ] ὁ θανὼν πίεται.
τοῦτ' ἔσομαι γὰρ ἐγώ· σὺ δὲ τούτοις γῆν ἐπιχώσας
εἴφ', ὅ [τ'] ἐ[γὼ]·οὐκ ἦν, τοῦτο πάλιν γέγονα.

H(uic) m(onumento) d(olus) m(alus) a(besto).

A. Laeliu[m] Apelle[m] in hoc monimento aditum ambitum iubeo habere: iusso Antoni Encolpi: Olo Laelio Apelleti uno sarchofago itum ambitum habere debebit amico optimo.

Tit. *a.* vs. 15. κύων abundat. Deinde τέφρα τε γεγόναμεν scripserunt Dorvillius, Brunckius, Iacobsius. Vs. 16. εἴρηκα. δι' ὀρθῆς ὕπαγε, ὦ ὁδοιπόρε emendabat Dorvillius; ὕπαγε νῦν ὁδοιπόρε coniicit Iacobsius. Sed auctor dedit pravum versum, quem non est cur mutemus. Mox Dorvillius τεθνηκώς γ' dedit sine causa.

Tit. *b.* in Anthol. Palat. ita exhibetur:

Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους λιθίναις στήλαισι χαρίζου.
μηδὲ τὸ πῦρ φλέξῃς· ἐς κενὸν ἡ δαπάνη.
ζῶντί μοι, εἴ τι θέλεις, χάρισαι· τέφρην δὲ μεθύσκων
πηλὸν ποιήσεις, κοὐχ ὁ θανὼν πίεται.

Encolpus quidam et Fortunata et Apelles appellantur in Petronii Satyrico; ubi quum Fortunata Trimalchionis uxor audiat, Niebuhrius coniecit Encolpi nomen a Petronio translatum esse ad furem

D CERELLIAEFORTVNATAECONφIVGICARISSIMAECVMQVAM.V·ANN·XI·SVQ
M · ANTONIVS · ENCOLPVS · FECIT · SIBI · ET · ANTONIO · ATHENAEO
LIBERTO · SVO · KARISSIMO · ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · EORVM
ET · POSTERIS · EXCEPTO · M · ANTONIO · ATHENIONE · QVEM · VETO ·
IN · EO · MONIMENTO · ADITVM · HABERE · NEQVE · ITER · AMBITVM ·
INTROITVM · VLLVM$_s$· INEO · HABERE · NEQVE · SEPVLTVRAE · CAVSA ·
RELIQVIAS · EIVS · POTERORVMQVE · EIVS · INFERRI · QVOD · SIQVIS · AD
VERSVS · HOC · QVIS · FECERIT · TVNC · IS · QVI · FECERIT · POENAE · NOMINE
PoNTIFICIBVS · AVT · ANTE · SCOLARIS · VIRGINVM · HS.L̄ · M · N · INFERRE · DE
BEBIT · IDEO · QVIA · ME · POS · MVLTAS · INIVRIAS · PARENTEM · SIBI · AMNEGAVERIT ·
ET · A · LELIO · APELLITI · CLIENTI · KARISSIMO · QVEM · BOLVERIT̄ · DONATIONIS · CAVSA · SÆRCOFA
GVM · ELIGAT · SIBI · OPTER · QVOD · INTAMMANA · CLADE · NON · ME · RELIQVERIT · CVIVS · BENEFICIA · ABEO
ΜΗΜΟΥΠΑΡΕΛΘΗϹΤΟΕΠΙΓΡΑΜΜΑΟΔΟΙΠΟΡΕΑΛΛΑϹΤΑΘΕΙϹΑΚΟΥΕΚΑΙΜΑΘΩΝΑΠΙ
ΟΥΚΕϹΤΙΕΝΑΔΟΥΠΛΟΙΟΝΟΥΠΟΡΘΜΕΥϹΧΑΡΩΝ ΟΥΚΑΙΑΚΟϹΚΛΕΙΔΟΥΧΟϹΟΥΧΙ
ΚΕΡΒΕΡΟϹΚΥΩΝ · ΗΜΕΙϹΔΕΠΑΝΤΕϹΟΙΚΑΤΩΤΕΘΝΗΚΟΤΕϹ ΟϹΤΕΑΤΕΦΡΑΓΕΓΟΝΑ
ΜΕΝΑΛΛΟΔΕΟΥΔΕΕΝ · ΕΙΡΗΚΑϹΟΙΟΡΘΩϹΥΠΑΓΕΟΔΟΙΠΟΡΕΜΗΚΑΙΤΕΘΝΑΚΩϹΑΔΕΛΕϹ
ΧΟϹϹΟΙΦΑΝΩ · ΜΗΜΥΡΑΜΗϹΤΕΦΑΝΟΥϹϹΤΗΛΛΗΧΑΡΙϹΗΛΙΘΟϹΕϹΤΙΝΜΗΔΕΤΟΠΥΡ
ΦΛΕΞΕΙϹΙϹΚΕΝΟΝΗΔΑΠΑΝΗΖΩΝΤΙΜΟΙΕΙΤΙΕΧΕΙϹΜΕΤΑΔΟϹΤΕΦΡΑΝΔΕΜΕΘΥϹΚΩΝ
ΠΗΛΟΝΠΟΙΗϹΕΙϹΚΑΙΟΥΚΟΘΑΝΩΝΠΙΕΤΑΙ ΤΟΥΤΟΕϹΟΜΑΙΓΑΡΕΓΩϹΥΔΕ
ΤΟΥΤΟΙϹΓΗΝΕΠΙΧΩϹΑϹΕΙΠΕΟΙΕΟΥΚΗΝΤΟΥΤΟΠΑΛΙΝΓΕΓΟΝΑ H · M · D · M · A ·
Λ · LAELIVS · APELLES · IN · HOC · MONIMENTO · ADITVM · AMBITVM · IVBEO · HABERE · IVSSO · ANTONI · ENCOLPI ·
OLO · LELIO · APELLETI · VNO · SAPCHOFAGO · ITVM · AMBITVM · HABERE · DEVEVET · AMICO · OPTIMO

istum, quum proprie esset Trimalchionis. Coniecit etiam alia ingeniosius de temporibus Petronii, satis illa refutata ab Orellio. Cf. Studer in Mus. Rhen. a Welckero et Ritschelio edit. II. 1843. p. 70 sq. et nos huius operis p. 718. Vs. 9. antescholarii Virginum Vestalium vix alibi memorantur, nisi quod notante Niebuhrio miro casu Menelaus antescholanus reperitur ap. Petron. c. 81. Fuisse hoc collegium aliquod libertorum servorumque, quorum ministerio in cerimoniis suis nescio quomodo uterentur Virgines Vestales, consentaneum est. Mirum autem illud nomen inde repeto, quod viris ad Virgines nimis prope accedere non liceret. Coibant igitur vel ante scholam Virginum ipsarum, vel in aedificio ante templum exstructo. Haec annotavit Orellius. Indolem Epicuream epigrammatum notavit Bendstenius, qui in fine tentavit: ἦν ὅτ' ἐγὼ οὐκ ἦν. Cf. n. 6238. 6265. 6745.

6299.

Inscriptio non exacte tradita videtur. Alciatus initio praefixum habet Θ. Κ. quod omisit Gruterus, Vs. 4. extr. Grut. expressit ΕΝΔΙΔΟCΙ, in cod. Alciati fertur esse ΕΝΔΙΔΟΕΙ (Raccolta d' opusc. Venez. T. XLI. p. 168.). Vs. 7. Grut. ΕΠΙΡΗΤΟΙC, ex Alciat. et Urs. schedis enotatur ΕΠΙΡΡΗΤΟΙC. Vs. 9. Grut. ΔΕ, in Alciat. et Urs. schedis dicitur esse Δ. Vs. 10. Grut. ΕCΚΑΤ, sed ΕCΧΑΤ in schedis esse perhibetur. Vs. 12. init. Grut. CΤΗΑΤΟ (i. e. CΤΗ CΑΤΟ); in schedis Alc. Urs. Pigh. dicitur esse ΕΙ CΑΤΟ (vide Raccolta d' opusc. l. c. ubi habetur etiam Alciati interpretatio Latina). Ceterum in dextero latere tabulae dicitur esse draco caudam mordens et eius in circulo stare catulus latrans, aut, ut Pighio placuit, hippopotamus, cuius pedibus subscriptum ΑΤΦΕΟΑΟC (i. e. Αὐρέολος). Ita ap. Grut. in Animadv. p. CCCVI.

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Κλαύδιος Αὐρεόλῳ μετὰ δήϊον Ἄρεα Καῖσαρ
τὰ κτέρεα, θνητῶν ὡς θέμις, ἐνδίδοσι·
τῷ γὰρ καὶ ζωήν· ἀλλ᾽ οὐκ ἐθέλησε φρόνημα
πᾶσιν ἐπιῤῥήτοις τοῦ στρατοῦ ἀντίβιον·
κεῖνος δ᾽ οἰκτίρμων καὶ σώματος ἔσχατ᾽ ὀπίζων
Αὐρεόλου γέφυραν εἵσατο τήν τε τάφην.

Aureolus hic fuit ex triginta tyrannis: eum, ut ait Trebellius Pollio huius epigrammatis non immemor, Claudius Gothicus apud pontem interemit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur, atque illic, ut tyrannum, sepulcro humiliore donavit. De fato Aureoli alii aliter (vide Flav. Vopisc. vit. Aurelian. 16.). Invito Claudio occisum esse titulus docet: unde bene Trebellius Pollio vit. Claud. 5. „iudicio militum apud Mediolanum Aureolus dignum exitum vita ac moribus suis habuit" et Zosimus Hist. I. c. 41. καὶ παραδοὺς ἑαυτὸν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν βασιλέα στρατιωτῶν ἀναιρεῖται τῇ διὰ τὴν ἀπόστασιν ἐχομένων ὀργῇ. Periit autem a. u. c. 1021. p. Chr. 268. In verbis insolentius vs. 2. ἐνδίδοσι admissa systole pro ἐνδίδωσι. Monet Iacobsius scribi potuisse θέμις ἐστί, διδοῖ, ut illud evitaretur. Vs. 3. Iacobsius: τῷ γ᾽ ἂν καὶ ζωήν. Sed recte dicitur τῷ γὰρ καὶ ζωὴν sc. ἐνεδίδου. Exspectes: τῷ γὰρ κἂν ζωήν. Vs. 5. prava forma ὀπίζων pro ὀπιζόμενος. Vs. 6. γέφυραν correpta paenultima.

6762.

Mediolani; ex schedis Alciati edidit Gruterus p. DCCCXCVI. 12. cum Lat. interpret. Alciati; unde repetiit Fleetwood Inscr. syllog. p. 299. 5. litteris minusculis. Ex Alciati codice antiquario transcriptam edidit Zacharia in libro Raccolta d' opusculi cet. Venez. Vol. XLI. p. 154. cum Lat. interpret. et nota Alciati.

Θ К
ΕΝΘΑΔΕΣΟΙΔΟΜΝΕΙ
ΝΑΙΤΕΛΕΣΩΠΑΣΑΜΟΙΡΗ
ΕΝΘΑΔΕΛΟΙΠΟΝΕΧΕΙΣ
ΣΤΥΓΕΡΟΝΟΙΚΟΝΚΟΥΚΕΤΙ
ΣΟΙΦΑΟΣΗΛΕΙΟΙΟΟΥΔΕΤΑ
ΚΛΕΙΝΑΔΕΔѠΜΑΤΑΡѠΜΗΣ
ΟΥΔΑΛΟΧΟΣΟΥΤΕΦΙΛΗ
ΚΑΣΙΓΝΗΤΗΑΛΛΑΣΕΚΑΛΥ
ΠΤΟΥΣΙΤΑΛΕΡΕΑΜΠΕΛΟΣ
ΚΑΙΓΕΑΕΝΜΕΔΙѠΛΑΝѠ

Vs. 3. Zach. ΤΕΛΕΣΩ. Vs. 5. Zach. CΤΙΤЄΡΟΝ ΟΚΟΝΚΟΙΚΕΤΙ, Grut. CΤΥΓΕΡΟΝΟΙΚΟΝΚ'ΟΥΚ Ε||ΤΟΙ. Vs. 3. Grut. ΗΛΕΙΟΙΟΟΥΑΕΤΑ, Zach. ΗΛΕΙΟΙΟΥΔΕΤΑ. Vs. 8. init. Zach. ΟΙΔ. Vs. 9. Zach. ΚΑΣΙΝΗΤΗ. Vs. 11. Grut. ΓΕΑ, Zach. ΤΕΑ. Ceterum ѡ pro Ω hinc inde dedi ex Zacharia.

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Ἐνθάδε σοι, Δομνεῖνα, τέλ[ο]ς ὤπασ[ε] Μοῖρ[α],
ἐνθάδε λοιπὸν ἔχεις στυγερὸν
οἶκον· κοὐκέτι σοι φάος ἠ[ελ]ίοιο
οὐδὲ τὰ κλεινὰ δ[ὴ] δώματα Ῥώμης
οὐδ᾽ ἄλοχος οὐδὲ φίλη κασιγνήτη,
ἀλλά σε καλύπτουσι [θ]αλερ[ὴ] ἄμπελος
καὶ γ[αῖ]α ἐν Μεδι[ο]λάνῳ.

Sunt non tam versus quam cola rhythmica rudi dictione decurrentia. Vs. 1. Scaliger τελείσθω πᾶσα μοίρῃ. Sed fuit haud dubie ΤЄΛΟCѠΠΑCЄ; qui versus facile hexameter fieri poterat inserto βίου post aut ante τέλος. Vs. 3. Scaliger tentabat κοὐκέτ᾽ ἔχεις φάος ἠελίοιο. Idem vs. 4. dedit δή, vs. 6. θαλερή, vs. 7. γαῖα. Suspicabatur Alciatus alicuius eorum Graecorum fuisse, quos Iustinianus Mediolanum misisset, ut eam urbem a Gothorum armis tuerentur.

6763.

Augustae Taurinorum in porticu musei fragmenta duo edita et illustrata in Marm. Taurin. I. p. 185 sqq. Habet etiam Maffeius Mus. Veron. p. CCXXVI. 9. 10.

< Ο Ι Ν Τ Ω
Α Τ Ε Ι Λ Ι Ω

/ΛΙΦΙΛΗΠΙΣΤΗΚΑΙΣΥΝΙΕ⁝ΙΙΣ
ΤΩΝΑΝΕΙΚΗΤΩΝΡΩΜΑΙΩΝΙ
Π Α Τ Ρ Ω Ν Ι

Vss. 1. 2. 5. maioribus litteris. Haec fragmenta in unum commissa titulum ita exhibuerunt editores marmorum Taurinensium:

ΚΩΙΝΤΩ ΓΛΙΤΙΩ
ΑΤΕΙΛΙΩ ΑΓΡΙΚΟΛΑ
. . . .
ΚΑΙ ΦΙΛΗΠΙΣΤΗ ΚΑΙ ΣΥΝ. . . .
ΤΩΝ ΑΝΕΙΚΗΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ
ΠΑΤΡΩΝΙ

nominibus suppletis ex quinque aliis lapidibus Taurinensibus Latine inscriptis, quibus celebratur Q. Glitius P. f. Stellatina Atilius Agricola, Consul II, Septemvir epulonum, Sodalis Augustalis, Claudialis, praefectus urbis, legatus pro Praetore Imp. Nervae Traiani Caesaris Augusti Germanici Dacici provinciae Pannoniae, donatus ab eodem bello Dacico donis militaribus, corona murali, vallari, classica, aurea, hastis puris IV, vexillis IV, legatus pro Praetore provinciae Belgicae Divi Nervae, legatus legionis VI Ferratae, legatus Hispaniae citerioris, praetor, aedilis curulis, quaestor Divi Vespasiani - - -, tribunus legionis I Italicae cet. (vide Marm. Taur. l. c. conf. Murator. I. p. CCCX sq. Machan. ad Aurel. Vict. c. 42. p. 185. edit. Arntz.). Nec dubium quin recte fecerint et commissis fragmentis et suppletis nominibus illis; sed male interpretati sunt fragmentum alterum, censentes Glitium patronum Romanorum appellari. Immo fuit patronus eius civitatis Graecae, quae eum monumento honoravit. Haec autem civitas se *φίλην καὶ πιστὴν καὶ συγγενίδα τῶν ἀνεικήτων Ῥωμαίων* gloriatur esse, ut Sardiani populum Atheniensem praedicant *ἑαυτῶν συγγενῆ* Vol. II. n. 3456. ut Cibyratae urbem suam *συγγενίδα Ἀθηναίων* vocant Vol. III. n. 5852. Itaque titulus fere ita se habuit:

Κοΐντῳ [Γλειτίῳ, Ποπλίου υἱῷ, Στελλατίνᾳ,
Ἀτειλίῳ [Ἀγρικόλᾳ, ὑπάτῳ - - -
- - - - - - - - - - -
[ἡ δεῖνα πόλις - - - - - - -
κα]ὶ φίλη, πιστὴ καὶ συν[γ]ε[νὶς ἀνέ-
καθεν] τῶν ἀνεικήτων Ῥωμαίων
πάτρωνι.

Quae haec civitas Graeca fuerit, nescimus. Nec magis patet, quae munera hominis potissimum nominata fuerint. Ex titulis, quos paulo ante nominavimus, Latinis tantum constat Q. Glitium Atilium Agricolam et Vespasiano imperante muneribus functum esse et Traiano ad summos honores adscendisse. Iam plurima munera Glitii paulo ante memoravimus ex titulis duobus; ex aliis duobus nihil apparet nisi initium: *Q. Glitio P. f. Stellatina Atilio Agricolae, Consuli II, Septemviro epulonum.* Quintum autem titulum Augustus Zumptius ope Machanei ad Aurel. Vict. l. c. ita restitutum mecum communicavit:

Q·GLITIO·P·]F STEL
ATILIO·A]GRICOLAE
COS·VII]VIRO·EPVLON
LEGA]TO·PROPRAETOR
IM]P·NERVAE·CAES·AVG
PR]OVINCIAE·BELGICAE
LEGAT·LEG·VI·FERRATAE
LEG·CITERIORIS·HISPAN
PRAETORI·AEDILI·CV[RVLI
QV·DIVI·VESPASIAN[I·TRIB
LEG·I·ITALIC·X̄[VIRO·STLIT·IVD
IVDIC·SE[LECTO·DE..DECVRIA
ROMA - - - - - - -

Q. Glitio Publii f]il(io) Stel(latina)
Atilio A]gricolae
Cos. VII]viro epulon(um),
lega]to pro Praetor(e)
Im]p. Nervae Caes. Aug.
pr]ovinciae Belgicae,
legat(o) leg(ionis) VI Ferratae,
leg(ato) citerioris Hispan(iae),
praetori, aedili cur(uli),
qu(aestori) Divi Vespasian[i, trib(uno)
legionis I Italic(ae), x[viro stlit(ibus) iud(icandis),
iudici se[lecto de - - decuria
Roma - - -

ex quo sequitur hunc titulum paulo vetustiorem esse, positum vivo etiam tum Nerva. Itaque consulatus I. Glitii in tempora Traiano superiora incidit. Censet Augustus Zumptius Agricolam munerum cursum orsum esse sub Vespasiano, deinde a Domitiano aedilem curulem et praetorem factum atque Hispaniae legionique sextae esse praefectum; ab eodemque Domitiano, incertum quo anno, et consulatum esse adeptum et sacerdotio auctum. Imperante Nerva praepositum esse Belgicae. Ex uno titulorum illorum (Murat. p. CCCX. 1.) intelligi, a Traiano paulo postquam imperium assecutus est, praefectum esse Pannoniae, qua in legatione fortitudine in bello Dacico primo excelluisset. Ex quo bello quum a. 103. Romam rediisset, ut cum Traiano

triumpharet, a. 104. quo Traianus ipse Cos. V. fuisset, in eius locum Consulem II. factum esse cum M. Laberio Maximo II.; qui consulatus memoretur in tabula honestae missionis, quae est apud Lysons. Reliq. Brit. Rom. Lond. 1813. T. I. p. 4. Eodem tempore vel paulo post factum esse sodalem Augustalem, quumque Traianus iterum contra Dacos profectus alterum bellum gereret Dacicum, praefuisse urbi. Quae quum ita sint, fieri non potest, ut probabili ratione lacunam expleamus tituli Graeci, in qua lacuna munerum Glitii designatio interiit.

Hi honores Augustae Taurinorum in Glitium collati docent eum Taurinensem fuisse, quod etiam editores marmorum Taurinensium coniecerunt: cuius rei argumentum peti potest praeterea ex nomine familiae Glitiae in aliis quoque monumentis eiusdem urbis obvio. Etenim habentur Q. Glitius Agathopus (Marm. Taur. p. 40.), T. Glitius Verus (ibid. p. 120.), - - Glitius Titi filius Stellatina Barbatus (ibid. p. 135.). Iuvatque hoc loco commemorare titulos Andrios Vol. II. in Add. n. 2349. *i.* p. 1068. quibus celebrantur P. Glitius Gallus eiusque coniux Egnatia Maximilla, manifesto iidem, qui a Nerone exilio mulctati sunt teste Tacito Annal. XV, 71. conf. XV, 56. Legendum igitur n. 2349. *i.* in tit. *B.* ΓΛΕΙΤΙΟΝ, ut habet apographum Rossii (Inscr. Graec. inedd. Fasc. II. p. 2.) et Lebasii (Revue archéol. III. 1846. p. 283.), qui testans in lapide esse ΓΛΕΙΤΙΟΝ tamen emendatum ibat.

PARS TRICESIMA QUARTA.

INSCRIPTIONES GALLIARUM.

SECTIO PRIMA.

INSCRIPTIONES GALLIAE NARBONENSIS ET AQUITANICAE.

MASSILIA, ANTIPOLIS, AQUAE SEXTIAE, VASIO, VIENNA ALLOBROGUM, NEMAUSUS, TOLOSA, BURDIGALA.

6764.

Massiliae in museo fragmentum monumenti, quod cum Instituto Gallico communicavit Achardus, conservator musei Massiliensis; ediderunt viri docti Mém. de l'Instit. national des sciences et arts (litterat. et beau-arts) pour l'an IV de la république, T. I. p. 180. aeri incisum cum commentario. Fragmentum ipsum parum accurate descriptum. Habet speciem coni, videturque esse infima pars vasis marmorei, opinor. Nam ne hoc quidem constat, lapide sit an alia materia factum. Achardus ad vas rettulit aquae lustrali recipiendae idoneum; de quo dubitantes editores ita ratiocinantur: „l'arrangement des lettres qui forment l'inscription, déterminant la position de cette espèce de cône qui doit être renversé, feroit soupçonner que ce pourroit être la culasse d'un de ces sortes de vases qu'on posoit sur des trépieds ou encore l'extremité d'un carquois. Citant Hoeck Creta T. II. p. 178. Pashley Cret. T. II. p. 95.

ΘЄΑ · ΔΙΚΤΥΑ
ΔΗΜΟϹ · ΜΑΣΣ ·

Θεᾷ Δικτύᾳ δῆμος Μασσ(αλιωτῶν).

Massilia a Phocaeensibus condita est Olymp. XLV, 3. a. Chr. 598. teste Eusebio Chron. p. 124. a quo non multum dissentiunt Timaeus ap. Scymnum Chium vs. 210 sqq. et Solinus II, 52. (conf. Dederichius in Mus. Rhen. philol. 1835. p. 99 sqq.). Primarii Massiliensibus dii fuerunt Apollo Delphinius et Diana Ephesia, cui quidem etiam in coloniis deductis templa exstruxerunt (Strab. IV, 179. 180. 184. III, 159.). Veneris templum Massiliae fuisse prodit n. 6769. Leucotheae aedem n. 6771. Iovis et Minervae cultum praeterea declarant nummi. Titulus noster docet etiam Dictynnam Massilienses in cultu habuisse. Nam forma Δικτύα ex mala pronuntiatione orta videtur pro Δίκτυννα s. Δίκτυνα (fortasse ex Δικτυνήνη, conf. Creuzer Melet. I. p. 29.); de qua dea post Spanhemium ad Callimach. in Dian. 205. disputarunt Creuzer Symbol. IV. p. 150. Odofr. Müller Aeginet. p. 165. Hoeckius Cret. I. p. 24 sq. Conf. Mythogr. edit. Bothe II, 26. III, 7. §. 4. Dictynnae sacra quum Herodotus (III, 59.) a Samiis repetat, Müllerus statuit Britomartis Cretensium et Dictynnae Samiorum sacra posthac apud Cydoniatas in unum coaluisse, ita ut posteris temporibus Britomartis etiam Dictynnae nomine per Cretae urbes coleretur adeoque utraque dea pro uno haberetur numine. Fuit autem lunaris dea Cretensium. Nomen deinceps Dianae inditum; unde Ἄρτεμις Δίκτυνα apud Phocenses et apud Lacones (Pausan. III, 24, 6. X, 36, 3.), ut nomine Dictynnae simpliciter invocaretur Diana. Nulla tamen causa est, cur Massiliensium θεὰν Δίκτυναν pro Diana habeamus cum editoribus inscriptionis, quum constet Massilienses Dianam Ephesiam inprimis coluisse. Quodsi Diana Dictynna esset, haud dubie scriptum fuisset Ἀρτέμιδι Δικτύᾳ in titulo praesertim publice posito. Ceterum titulum aetate Romana positum esse litterarum forma docet; in quibus Σ in voce ΜΑΣΣΑΛΙΩΤΩΝ retentum ex nummis videtur.

6765. 6766.

Massiliae tribuendi videntur silices oblongi Graece inscripti litteris ultra planum extantibus, quos edidit Caylus Rec. d'Antiq. T. IV. tab. 106. 3. (cf. p. 340.) et T. VI. tab. 39. 3. (cf. p. 130 sqq.) aeri incisos.

6765.

ΕΥΦΑΜΕΙΤΩ
ΑΙΘΗΡ ΚΑΙ ΓΑ
ΣΤΑΩ ΠΟΝΤΟΣ
ΣΤΑΤΩ ΔΑΗΡ

6766.

ΜΑΣΣΙ
ΦΩ hoc loco navicula
Κ
ΑΣΥΑ. ΑVΤ

Similes tres silices Latine inscriptos idem exhibet Caylus T. IV. l. c. qui testatur tales lapides plures in Rhodano esse inventos. Monumenta falsa esse vidit Letronnius Sur deux pierres gravées dites l'amulette de César et le cachet de Sépullius Macer, Extr. de la Revue archéol. 1846. p. 18. Quippe sunt similia Kempianis illis, quae quum ipsa per se falsa sint, tamen veras continent inscriptiones aliunde petitas (cf. Elem. epigr. Gr. p. 73.), nisi quod in his accedit modus litteras exprimendi prorsus novicius. De arte, qua litterae expressae sunt, Caylus haec habet: „toutes les pierres sur lesquelles on trouve cette espèce d'inscription ou de caractères en re-

lief, sont des cailloux roulés, de nature calcaire, par conséquent dissolubles dans tous les acides; on écrit et l'on forme tout ce qu'on veut avec de la cire, le reste de la pierre étant découvert; on verse de l'acide nitreux médiocrement concentré; la surface de la pierre est dissoute en trois minutes et tout ce qui était couvert de cire, demeure dans son prémier état, c'est-à-dire, qu'il présente un relief de l'épaisseur d'une ligne. On pourrait objecter que les anciens ne connaissaient point l'acide nitreux: je veux bien le supposer; mais ils peuvent avoir employé le vinaigre à ce même usage. On sait que celui des pays chauds est le plus fort, parce que les vins qu'on y recueille, sont ordinairement très-généreux; il n'est pas surprenant qu'ils ayent découvert son activité et l'usage qu'on en pouvait faire pour cette espèce de gravure; elle était facile et peu coûteuse." Huius igitur generis sunt etiam silices duo illi, quorum inscriptiones repetii.

Tit. 6765. Εὐφαμείτω αἰθὴρ καὶ γᾶ·
στά[τ]ω πόντος, στάτω δ' ἀήρ.

Versus sunt dimetri anapaestici, in quibus nihil reprehenderis nisi hiatum in medio primo versu admissum. Desumpta autem verba videntur ex hymno quodam vetusto Dorice composito, quale exagitat Aristophanes Thesmoph. p. 43 sqq. Geminumque prooemium est hymni in Solem scripti, qui notis musicis antiquis instructus una cum aliis hymnis duobus aetatem tulit (vid. Bellermannus Die Hymnen des Dionysius und Mesomedes, Berl. 1840. p. 26.):

εὐφαμείτω πᾶς αἰθήρ,
γᾶ καὶ πόντος καὶ πνοιαί,
οὔρεα, τέμπεα, σιγάτω.

Utique verba videri possunt desumpta esse ex libro manu scripto, quemadmodum versus Bacchylidis (ap. Bergk. Poet. lyr. Graec. p. 826. n. 21.) Αυδία λίθος μανύει || χρυσόν. ἀνδρῶν δ' ἀρετὰν σοφία τε παγκρατής τ' ἐλέγχει || ἀλάθεια coniecti in lapidem sunt litteris eadem arte expressis (vid. Caylus T. V. tab. 50. 4. 5. p. 134.).

Tit. 6766. dubitationi magis obnoxius est. Nam quum inscriptio ita se habeat:

Μασσ(αλία) Φωκ(αέων), ἄσυ[λ](ος) αὐτ(όνομος),

in nummis Massiliensibus, unde titulus desumptus videtur, elogia illa non comparent. Hinc Caylus coniecit titulum a privato profectum videri neque ullius esse auctoritatis publicae, concedens tamen αὐτόνομον recte dici Massiliam potuisse. Dixi ex nummo desumptum titulum videri, quia etiam alia inscriptio Latina ex nummo coniecta est in silicem, quem Caylus descripsit T. IV. l. c. Iam etsi statui posse videtur Massilienses ius asyli cum templo Dianae Ephesiae (conf. ad n. 6764.) coniunxisse, cui in Asia illud ius attributum erat (conf. Krause Civitt. neocor. s. aedit. p. 85.), tamen, quum monumentum ipsum falsum esse appareat, etiam titulum subditicium putabimus esse, donec de elogiis illis aliunde constiterit.

6767.

Massiliae olim in basi imaginis, quae nunc asservatur in museo Parisino Louvre; edita est in Catal. antiq. Abbatis Campionis de Tersan p. 11. accuratius ediderunt Viscontus Iconogr. Gr. T. I. p. 582 sq. (conf. Mus. P. Clem. T. VI. Praef. p. XI.), Clarac Inscr. tab. LXII. n. 500. A. et ex Seguierii Catal. inscr. Gr. ms. in biblioth. reg. Paris. asservato Osannus Syllog. p. 403 sq. Citarunt Welckerus Syllog. p. 46. Letronnius Explicat. d'une inscr. Gr. cet. p. 34. R. Rochettus Quest. de l'hist. de l'art p. 155. et Lettre à Mr. Schorn, ed. alt. p. 419.

ΤΙΤΙΟϹΓΕ
ΜΕΛΛΟϹ
ЄΑΥΤΩ
ΤΗΝΠΡΟΤΟΜΗΝ
ΜΝΗΜΗϹ
ΧΑΡΙΝ
ЄΠΟΙΗϹЄΝЄΠΙΤΩΑΥΤΟΝ
ЄΝΘΑΔЄΚΗΔЄΥΘΗΝΑΙ

Vss. 6. 7. Ters. ΚΑΡΙΝΕΠΟΙΕCΕΝ. Vs. 8. extr. Ters. ΚΕΘΥΘΗΝΑΙ, Visc. ΚΗΔΕΥΘΗΝΑΙ, Os. ΚΗ ΔЄΘΥΘΗΝΑΙ.

Τίτιος Γέμελλος ἑαυτῷ τὴν προτομὴν μνήμης χάριν ἐποίησεν ἐπὶ τῷ ἐνθάδε κηδευθῆναι.

Monet Viscontus in sepulcris protomas ponere moris fuisse; unde factum, ut protome busti vocabulo dicta sit; bustum enim proprie corpus ustum est. Titium Gemellum artificem fuisse non improbabile est; coniicitque Osannus non diversum videri a Titio, cuius mentio fit in statua Romana apud Boissard. Ant. Rom. P. III. tab. 132. (conf. Winckelmannus Hist. art. VIII. c. 4. 6. Silligius Cat. artif. p. 454.); in quo consentientem habet Rochettum, qui comparat titulum n. 6233.

6768.

Massiliae in urna sepulcrali circiter quinque pedes et dimidium alta lapidis vulgaris, reperta a. 1799. in ruderibus Abbatiae S. Victoris; insculpta sunt cornua copiae duo; ediderunt et explicarunt Fauris St. Vincens et Villoisonus Magas. encycl. a. V. (1799.) T. III. p. 569 sqq. (conf. eiusdem Vincentis libellum: Notice sur J. Fr. F. St. Vincens); edidit etiam Millinus Voyage dans le Midi de la France T. III. tab. LVII. 1. cum interpretatione (conf. p. 149.). Repetiit Iacobsius Paralip. II. n. 11. p. 763. Anthol. Palat. Append. T. II. p. 804. n. 140. litteris minusculis.

[*Textum vide pag. seq.*]

Littera Φ hanc formam habet ⏀. Vs. 9. extr. ΕΝ bis posuit quadratarius. Vs. 11. init. primi editores ΓΥΝΑΙΚΙ, Mill. ΓΥΝΑΚΙ.

Γλαυκία ἐστὶ τ[ά]φος· παῖς δ' ἀνέθηκεν ἑὸς
δεί[ξ]ας ἐκ μεικροῦ πρὸς πατέρ' εὐσεβίην.
οὐκ ἔφθης, ὦ τλῆμον, ἰδεῖν γόνον, οἷος ἂν ἦν σοι

ΓΛΑΥΚΙΑΕϹΤΙΤΑΦΟϹ
ΠΑΙϹΔΑΝΕΘΗΚΕΝΕΟϹ
ΔΕΙΖΑϹΕΚΜΕΙΚΡΟΥΠΡΟϹΠΑ
ΤΕΡΕΥϹΕΒΙΗΝ ΟΥΚΕΦΘΗϹ
ωΤΛΗΜΟΝΙΔΕΙΝΓΟΝΟΝΟΙΟϹ
ΑΝΗΝϹΟΙ.ΓΗΡΑΙωΤΕΥΧΕΙΝ
ΟΥΤΑΦΟΝΑΛΛΑΒΙΟΝ.ΗΦΘΟ
ΝΕΡΑΔΥΜΑϹΠΑΝΤΑΔΙΚΟΥ
ϹΑΤΥΧΗ.ΜΗΤΡΙΜΕΝΕΝΕΝ
ΓΗΡΑΔΑΚΡΥΘΗΚΑΤΟΤΗΔΕ
ΓΥΝΑΚΙΧΗΡΙΑΝΔΥϹΤΗΝΟΥΠΑΙΔΟ
ΑΜΟΡΦΑΝΙΗ

γηραιῷ τεύχειν οὐ τάφον ἀλλὰ βίον.
ἡ φθονερὰ δ' ὑμᾶς πάντ' ἀδικοῦσα Τύχη
μητρὶ μὲν ἐν γήρᾳ δάκρυ θήκατο, τῇ δὲ γυνα[ι]κὶ
χηρίαν δυστήνου παιδὸ[ς] ἅμ' ὀρφανίῃ.

Duo disticha elegiaca admixtis pentametris pluribus. Omnia ita legerunt etiam editores. Viscontus vs. 1. dedit παῖς δ' ἀνέθηκεν ἐός, quia in sequentibus iuventus filii significata sit (Magas. encycl. a. V. T. V. p. 97.). Non sine multa probabilitate. Vs. 4. Villoisonus ex eo, quod filius patri victum praebiturus dicitur, coniicit pauperem Glauciam fuisse. Sine causa. Est hoc sollemne votum liberorum de γηροτροφίᾳ parentum. Vs. 7. χηρίαν est χηρείαν, legendum ut disyllabum per synizesin. Quod Iacobsius monuit evitaturum fuisse auctorem, si scripsisset: χηρείαν στυγνῇ παιδὸς ἅμ' ὀρφανίῃ.

6769.

Massiliae in ruderibus Abbatiae S. Victoris prope sepulcrum Glauciae (n. 6768.); transcripsit Viscontus, edidit Fauris St. Vincens Magas. encycl. a. V. (1799.) T. V. p. 98. cum Lat. interpretatione Visconti (conf. eiusdem Vincentis libellum: Notice sur J. Fr. F. St. Vincens, ubi etiam edita est). Ex libello Vincentis repetiit Boissonadus Epist. Holsten. p. 433.

Θ К
ΑΥΡΗΛΙΟΥΔΙΟΚΛΕΙΔΟΥ
ΟΣΤΙΣΕΖΗΣΕΕΤΕΑΙΖ
ΗΜΕΡωΝΔΕΚΑΠΕΝΤΕ
ΑΥΡΔΙΟΚΛΗΣΚΑΙ
ΑΥΡΗΛΙΑΤΕΡΤΙΑΓΟΝΕΙΣ
ΧΑΡΙΝΜΝΗΜΗΣΕΘΗΚΑΝ
ΓΕΓΝΝΗΤΑΙΕΙΣΤΟΟΥΕ
ΝΕΡΙΣΟΠΟΥΗΡΑΚΛΗΣ
ΗΜΕΡΑΑΦΡΟΔΕΙΤΗΣΗΡ
ΠΑΓΗΥΠΟΘΕωΝΚΑΛΟΥ
ΜΕΝωΝΠΥΘΙωΝ

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις)
Αὐρηλίου Διοκλείδου, ὅστις ἔζησε ἔτεα ιζ, ἡμερῶν δεκαπέντε, Αὐρ(ήλιος) Διοκλῆς καὶ Αὐρηλία Τερτία γονεῖς χάριν μνήμης ἔθηκαν. γεγ[έ]νηται εἰς τὸ Οὐένερις, ὅπου Ἡρακλῆς ἡμέρᾳ Ἀφροδείτης ἡρπάγη ὑπὸ θεῶν καλουμένων Πυθίων.

Extrema Viscontus ita interpretatus est: *natus est in Veneris templo, ubi Hercules* (nempe Herculis statua); *die Veneris raptus est a diis, quum indicerentur Pythia.* Falso. Est potius: *natus est in templo Veneris, ubi die Veneris Hercules raptus est a diis Pythiis.* Quamquam nescio quid subsit mystici. Eduardus Gerhardus, quem de hoc mysterio consuluimus, haec fere nobiscum communicavit. „Quod Hercules coniunctus esset cum Venere, non mirum esse, quippe quum constaret Herculem coluisse Κυθήραν Πασιφάεσσαν (Mirab. auscult. 145.); hanc autem fere esse Proserpinam aut Venerem Libitinam (vide Creuzer. Symbol. T. II. p. 92 sqq. edit. II.). Deos Pythios proprie esse Latonam, Apollinem, Dianam; posse etiam Iovem et Apollinem Moeragetem intelligi (Pausan. X, 24, 4. conf. I, 34, 2.), praesertim quum raptus Pythicus nobis in memoriam revocet raptum tripodem Delphicum admoneatque ut mythum hunc de permutata sede cultus aut oraculi interpretemur. Quodsi auctor tituli putari posset pro raptu Herculis ipsius habuisse, quod alias de tripode ab Hercule rapto, a Moerageta recuperato traditum esset, intelligi quodam modo eius rationem posse, non tamen ut explicari posset raptus Delphicus in templum Veneris translatus. Quod autem Veneris templum memoretur, eo minus flocci faciendum esse, quod eius religio etiam die Veneri dicato praedicetur enucleatius. Venerem autem Massiliensem vix aliam esse atque Astarten Phoeniciam, quemadmodum etiam Venerem in occidentalibus partibus Galliarum cultam (Strab. IV, 178. Plin. III, 4. conf. Engelus Kypr. II. p. 535.). Similiter Herculem Massiliensem pro Tyrio, Thasio, Idaeo potius quam pro Thebano habendum videri; nec multum aberrare si quis hoc in mytho de Melcartho et Astarte cogitaverit. Interim satis esse ad Herculem Adonidis aemulum provocare (Hesych. Suid. s. v. Schol. Theocr. V, 21. Creuzer. l. c. II, 110. edit. II.). Iam quum Hercules Phoenicius aut Idaeus intelligendus sit pataecus hiemalis, videri eum, quum in templo Veneris compareat, hiemalem coniugem esse deae; quam compositionem non dissimilem esse societati Acrati Plutonis et Corae (vid. Panofka Terracott. tab. I. n. XLIX.); ut nihil offenderet, si Hercules hiemalis ad exemplum Herculis Lydii ab Omphale deiecti per Adonidem sive alium deum Solarem videretur supprimi sive, ut metaphora quadam dictum sit, surripi (conf. Schol. Eurip. Phoen. 7. Welcker. Kret. Col. p. 67.). Talem deum posse videri Solem esse, cum quo Venus culta esset Corinthi (Paus. II, 4. extr.) et alibi (Paus. III, 26, 1. cf. Prodrom. p. 167.), aut Apollinem, cum quo coniunctam videamus in insula Delo (Prodrom. l. c.). Hunc proinde una cum asseclis censendum die Veneris (i. e. signo vernali Veneris) Herculem hiemalem submovisse; quemadmodum Apollinem dicunt etiam Delphos intrare hyperboreas segetes allaturum (Müller. Dor. I, 269.)." De die Veneris conf. ad n. 6731.

6770.

Massiliae in lapide nuper effosso in portu; misit Letronnius.

ΜΟΥΣΗ
ΑΣΤΥΚΡΙ
ΤΗΣΥΜΝΙΣ
ΗΘΥΓΑΤΗΡ

Μούσῃ Ἀστυκρίτης Ὑμνὶς ἡ θυγάτηρ.

Astycrita Musae mater est. Etiam alibi mulieres ex matre appellantur. Cf. Vol. II. n. 2201. 2389. 3349. Hymnis nomen meretricis est ap. Lucianum. Et potest Musa meretrix fuisse: unde omissum patris nomen. Letronnius interpretabatur: *Μούσῃ ἀστυκρίτῃ* (iudici urbano) *Γυμνὶς ἡ θυγάτηρ.* Falso.

6771.

Massiliae in marmore elegantissimo; a Scaligero acceptam edidit Gruterus p. CCCCLVIII. 1. Habet etiam Honoratus Bouche Chorograph. Provinc. II, 1. cuius errores correxit Wesselingius ad Itin. Antonin. p. 183. Ex schedis Visconti, qui viderat in museo Massiliensi, edidit Fauris St. Vincens Magas. encycl. a. V. (1799.) T. V. p. 100. cum interpret. Lat.

Τ. ΠΟΡΚΙΩ ΠΟΡΚ ΛΟΥΚΙ
ΛΙΑΝΟΥ ΕΞΟΧΩΤΑΤΟΥ ΑΝΔΡΟΣ
ΚΑΙ ΠΡΟΦΗΤΟΥ ΥΙΩ ΚΥΡΕΙΝΑ
ΚΟΡΝΗΛΙΑΝΩ ΙΕΡΕΙ ΛΕΥΚΟΘΕΑΣ
ΧΕΙΛΙΑΡΧΩ ΛΕΓ ΙΕ ΑΠΟΛΛΙΝΑΡ
ΧΕΙΛΚΟΟΡΤ Θ ΒΑΤΑΟΝΩΝ
ΠΡΑΙΦΕΚΤ ΣΠΕΙΡ Β.ΟΥΛΠ::ΥΡΗΛ
ΠΡΑΙΦΕΚΤ ΣΠΕΙΡ Δ.ΓΑΛΛΩΝ
ΠΡΑΙΦΕΚΤ ΣΠΕΙΡ ΔΑΡΔΑΝΩΝ
ΠΡΑΙΦΕΚΤ ΕΞΠΛΩΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΩΝ
ΕΠΙΤΡΟΠΩ ΠΡΕΙΟΥΑΤΗΣ ΔΙΑ
ΦΛΑΜΙΝΙΑΣ ΑΙΜΙΛ ΛΙΓΥΡΙΑΣ
ΕΠΙΤΡΟΠΩ ΚΑΙ ΗΓΕΜΟΝΙ
ΤΩΝ ΠΑΡΑΘΑΛΑΣΣΙΩΝ ΑΛΤΕΩΝ

Dedimus Visconti apographum ut traditum est. Vs. 1. extr. Grut. ΠΟΡΚΛΟΥ. ΑΙ, Bouche ΠΡΟΚΛΟΥ ΑΙ. Vs. 5. Grut. ΙΕ. ΛΕΓ. ΑΠΟΛΛΙΑΡ, Bouche ΛΕΓ ΙΕΑΠΟΛΛΙΑΡ. Vs. 6. Grut. ΚΟΟΡ. Θ. ΒΑΡΑΟΝΩΝ, Bouch. ΧΟΟΡΤ. Θ. ΒΑΤΑΟΝΩΝ. Vs. 7. extr. ΟΥΛ Π. . ΝΛ. Vs. 10. extr. Grut. ΓΕΡΜΑΝΙΚ, Bouch. ΓΕΡΜΑΝΙΑΜ. Vs. 13. extr. et vs. 14. Grut. ΗΓΕΜ. . . .||ΤΩΝΠΑΡΑΘΑΛΑΣΣΙ . . . . ., quae verba addita sunt ex schedis Lindenbr. et a Gudio, Bouche Η ΓΕΜΤΩΝΠΑΡΑΤΑΛΑΣΣΗΝ.

Τ(ίτῳ) Πορκίῳ Πορκ(ίου) Λουκιλιανοῦ, ἐξοχωτάτου ἀνδρὸς καὶ προφήτου, υἱῷ, Κυρείνᾳ, Κορνηλιανῷ, ἱερεῖ Λευκοθέας, χειλιάρχῳ λεγ(εῶνος) ιε̄ Ἀπολλιναρ(ίας), χειλ(ιάρχῳ) κοόρτ(ης) ϑ̄ Βαταο[ύ]ων, πραιφέκτ(ῳ) σπείρ(ας) β̄ Οὐλπ(ίας) [Α]ὐρηλ(ίας), πραιφέκτ(ῳ) σπείρ(ας) δ̄ Γάλλων, πραιφέκτ(ῳ) σπείρ(ας) Δαρδάνων, πραιφέκτ(ῳ) ἐξπλωρ(ατώρων) Γερμανικῶν, ἐπιτρόπῳ πρειουάτης διὰ Φλαμινίας, Αἰμιλ(ίας), Λιγυρίας, ἐπιτρόπῳ καὶ ἡγεμόνι τῶν παραθαλασσίων Ἄλ[π]εων.

Sic legit etiam Viscontus, nisi quod vs. 6. *Βαταόνων* et vs. 14. *ἄλτεων* dedit. Pater propheta, filius sacerdos Leucotheae fuit. Leucothea s. Ino dea marina colebatur Megaris praesertim (Pausan. I, 42, 8.), in Peloponneso (Pausan. III, 23, 5. conf. III, 26. et Creuzer. Symb. IV. p. 259.), in insula Creta (vide Hoeck. Cret. II. p. 62. Lob. Aglaoph. p. 1186.), in Colchide (Strab. XI, 498.), atque etiam Eleae in Italia (Aristot. Rhetor. II, 23.). Invocatur in Hymn. Orph. LXXIII, 4 sqq. ut *θνητῶν σώτειρα μεγίστη.* T. Porcius Cornelianus ex iis est, qui quum militia functi essent, ad munera sacerdotalia accesserunt (cf. n. 4714.). Vs. 5. de legione XV Apollinari conf. huius voluminis p. 314. *a.* Vs. 6. *Βαταούων* dedit Gudius. Cohortes Batavorum aliunde notae. Vss. 7. 8. 9. *σπεῖρα* nunc *ala* est. Vs. 11. *πρειουάτη* est ratio privata Augusti. Conf. n. 6627. Aemilia et Flaminia, Aemilia et Liguria etiam alibi coniunguntur (Orellii Collect. inscr. Latt. n. 1087. 1181. 3044.). Vss. 13. 14. de procuratore Alpium maritimarum vide Tacit. Hist. II, 12. III, 42. conf. Annal. XV, 32. et titulum Lat. ap. Orell. l. c. n. 3331.

6772.

Massiliae ex ruderibus Abbatiae S. Victoris; a Scaligero acceptam edidit Gruterus p. DCCXXVIII. 2.

ΔΙΟΝΥΣΙ . . . . .
ΔΙΟΝΥΣΙ . . . . . .
ΣΙΔΗΙΤΗ . . . . .
ΜΗΤΡΙ. Μ . . .

Διονύσι[ος
Διονυσί[ου
Σίδῃ τῇ [αὐτοῦ s. *ἰδίᾳ*
μητρὶ μ[νήμης χάριν.

6773.

Massiliae; edidit Gudius Inscr. p. CCLV. 9. et missu Bimardi Muratorius T. III. p. MCCLVII. 7. cum Lat. interpret.

ΦΛΑ ΣΤΑΤΙΩ
ΣΥΡΙΑΝΩ
ΠΑΤΡΙ
ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΩ
ΣΤΑΤ ΣΤΑΤΙΑΝΟΣ

Φλα(ουΐῳ) Στατίῳ Συριανῷ πατρὶ εὐσεβεστάτῳ Στάτ(ιος) Στατιανός.

6774.

Massiliae; ex ephemeridibus Trevoltianis PP. Soc. Iesu edidit Muratorius T. III. p. MCCLXIII. 10. cum Lat. interpret.

Κ.ΛΗΦΕΝΗ
ΠΟΣΙΔΩΝΑΚΤΟΣ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΙΟΥΛΙΟΣ
ΟΣΚΑΙΔΙΑΣΝΙΚΟΥΣ
ΤΗΜΗΤΡΙΜΝΗΜΗΣ
ΧΑΡΙΝ

Κ. [Ἀλ]φε[ι]ῆ Ποσιδώνακτος Διονύσιος Ἰούλιος ὃς καὶ Διᾶς Νικ[ί]ους τῇ μητρὶ μνήμης χάριν.

De forma Νικίους cf. Vol. II. n. 3362.

6775.

Massiliae in lapide reperto a. 1763. inter rudera Abbatiae S. Victoris; edidit Caylus Rec. d'antiq. T. VII. P. V. tab. 78. 1. (conf. p. 276.) aeri incisam.

ΧΑΡΜΟΛΑΩΘΡΑ
CΩΝΟC᾽ΟCΚΑΙΜЄ
ΝΩΝΧΑΡΗCΟΑΠ
ЄΛЄΥΘЄΡΟC

Χαρμολάῳ Θράσωνος, ὃς καὶ Μένων, Χάρης ὁ ἀπελεύθερος.

6776.

Antipoli Massiliensium; a Scaligero acceptam edidit Gruterus p. CLXXIII. 10. Habet etiam Du Fresne Hist. Byz. II. p. 155.

ΑΝΤΙΠΟΛΙC.ΚΑΙ.ΟΙ.ΠΟΛΙΤΑΙ.ΤΟ
ΓΕΝΙΚΟΝ.ΜΟΝ.ΚΑΙ.ΜΑΝΓΟΝ
ΚΑΙ.ΟΥΕΛΑΡΙΟΝ.ΚΑΙ - - - - -

Ἀντίπολις καὶ οἱ πολῖται τὸ γενικὸν μον[ο]μά[χω]ν καὶ οὐελαρί[ω]ν καὶ - - - - - -

Antipolitani adornarunt locum publicum (γενικὸν Theophan. cont. ed. Bonn. V, 31. Georg. Cedren. Hist. ed. Bonn. II. p. 204.) nescio quem. De collegio magnariorum cogitabatur apud Gruterum. Sed vs. 3. videtur esse mentio *velariorum*. Velarii dicebantur qui vela tendebant (vide Orell. Inscr. n. 2967.), et gladiatores quidam (conf. Orell. l. c. n. 2569.). Hinc refinximus vs. 2. ΜΟΝΟΜΑΧΩΝ eiecta particula ΚΑΙ, cui nullus ibi locus videtur.

6777.

In cippo marmoreo effosso in insula S. Margarita prope *Antipolin*; edidit Millinus Magas. encycl. a. 1818. T. VI. p. 150.

ΥΠΕΡ.ΤΗC.CΩΤΗΡ
Μ.ΙΟΥΛΙΟΥΛΙΓΥΟC
ΕΠΙΤΡΟΠΩ.ΚΑΙC
ΑΓΑΘΟΚΛΗC
ΔΟΥΛΟC
ΕΥΧ.ΑΠΕ.ΠΑΝΙ

In altero latere:

PRO.SALVTE
M.IVL.LIGVR
PROC.AVG.
AGATHOKLES

Ὑπὲρ τῆς σωτηρ[ίας
Μ. Ἰουλίου Λίγυος
ἐπιτρόπ[ου] Καίσ(αρος)
Ἀγαθοκλῆς
δοῦλος
εὐχ(ὴν) ἀπέ(δωκε) Πανί.

Pro salute
M. Iul(ii) Ligu(ris)
proc(uratoris) Aug(usti)
Agathocles.

De Panis tutela cf. n. 4838.

6778.

In palma manus dextrae muliebris aheneae, quae longa est VIII poll. IV lin. Digiti medius et annularis deperditi sunt; ediderunt Montfauconius Ant. expl. T. III. P. II. p. 362. tab. 197. et Caylus Rec. d'antiq. T. V. P. III. tab. 55. 4. 5. (conf. not. p. 154 sq.) aeri incisam.

ΣΥΜΒΟΛΟΝ
ΠΡΟΣ
ΟΥΕΛΑΥΝΙΟΥΣ

Σύμβολον πρὸς Οὐελαυνίους.

Moris fuit civitatibus, quae cum aliis sancire concordiam, hospitium, amicitiam voluerunt, dextras mittere. Xenoph. Anab. II, 4, 1. Agesil. III, 4. Tacit. Hist. I, 54. II, 8. Conf. tesseram hospitalem Siciliensem n. 5496. qua duae manus iunctae repraesentantur, ut in nummis aliquoties, et manus in signis cohortium Romanorum, fidei insignia (vide Böttigeri Griech. Vasengem. I, 2. p. 115 sqq.). Talis tessera est etiam dextra haec ad Gallias referenda. Populus ad quem missa est, Velaunii s. Velauni sunt, noti ex Iul. Caes. bell. Gall. VII, 75. ex Strab. IV, 190. ubi Οὐελλάϊοι vocantur, ex trophaeo Alpium (Plin. H. N. III, 24.), ex Ptolemaeo Geogr. II, 7. ubi Οὐέλαυνοι; qui sub imperio Arvernorum esse consuerunt, ut ait Caesar. Pertinent autem ad Galliam Aquitanicam, regioque nunc Velay appellatur. De civitate, unde dextra missa est, non constat, loco quo reperta est non prodito. Graecam fuisse sponte patet. Unde titulum in vicinia Massiliae ponendum duximus. Cur autem Velauni illi natione Graeci putentur esse, ut coniicit Caylus, nulla causa est.

6779.

Aquis Sextiis in lapide, fortasse aliunde eo delato, ut lapis Delius Vol. II. n. 2311. (conf. n. 6000.). Ex schedis Millingenii edidit Ludolfus Stephanius Ind. schol. in Univ. litt. Caes. Dorpat. per semestre prius a. 1849. habendarum p. 6.

ΡοΥΦΕΙΝΗΣ·ΕΜΕΘΕΝ·ΠΡΟΚΛΟΣΠΟΣΙΣΕΝΘΑΔΕΚΕΙΤΑΙ
ΜΟΙΡΑΩΝΒΟΥΛΗΣΙΛΙΠΩΝΒΙΟΝΗΔΕΜΕΧΗΡΗΝ
ΤΕΥΞΑΔΕΙΟΙΜΕΓΑΣΗΜΑΠΕΡΙΣΚΕΠΤΩΕΝΙΧΩΡΩ
ΘΗΗΤΟΝΠΑΝΤΕΣΣΙΘΥΡΑΣΔΕΠΕΘΗΚΑΦΑΕΙΝΑΣ
ΕΙΔΩ΄.ΝΓΕΘΕΜΗΝΠΑΝΟΜΟΙΙΟΝΣΗΜΑΤΕΘΗΚΑ
ΟΙΟΝΕΧΩΝΡΗΤΗΡΣΙΜΕΤΕΠΡΕΠΕΣΑΥΣΟΝΙΟΙΣΙ
ΕΝΤΑΥΤΟΙΣΥΠΑΤΟΙΣΚΛΕΟΣΕΛΛΑΒΕΣΕΞΟΧΟΝΑΛΛΩΝ
ΑΛΛΟΥΤΟΙΝΟΣΦΙΝΓΕΣΕΘΕΝΠΟΤΙΚΕΙΣΟΜΑΙΑΥΤΗ
ΩΣΠΡΙΝΔΕΝΣΩΟΙΣΙΝΟΜΟΔΟΜΟΣΑΜΜΙΤΕΤΥΚΤΟ
ΩΣΚΑΙΤΕΘΝΕΙΩΤΑΣΟΜΗΣΟΡΟΣΑΜΦΙΚ[ΑΛΥΨΕΙ]

De forma tituli et litterarum non satis constat.

Ῥουφείνης ἐμέθεν Πρόκλος πόσις ἐνθάδε κεῖται
Μοιράων βουλῆσι λιπὼν βίον ἠδ᾽ ἐμὲ χήρην.
τεῦξα δέ [τ]οι μέγα σῆμα περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ
θηητὸν πάντεσσι, θύρας δ᾽ ἐπέθηκα φαεινάς,
εἴδω[λό]ν [τ᾽] ἐθέμην πανομοίϊον, σ[χ]ῆμά τ᾽ ἔθηκα,
οἷον ἔχων ῥητῆρσι μετέπρεπες Αὐσονίοισι
ἔν τ᾽ αὐτοῖς ὑπάτοις κλέος ἔλλαβες ἔξοχον ἄλλων.
ἀλλ᾽ οὔτοι νόσφιν γε σέθεν ποτικείσομαι αὐτή,
ὡς πρὶν δ᾽ ἐν [ζ]ωοῖσιν ὁμὸ[ς] δόμος ἄμμι τέτυκτο,
ὡς καὶ τεθνειῶτας ὁμὴ σορὸς ἀμφικ[αλύψει.

Ita recte legit Stephanius. Vs. 5. pronuntiandum *πανομοῖον*. Vs. 9. *σώοισιν* an *ζωοῖσιν* scribendum sit, dubitat Stephanius. Vs. 10. ex Iliad. XXIII, 91.

ὣς δὲ καὶ ὀστέα νῶϊν ὁμὴ σορὸς ἀμφικαλύπτοι

adumbratus est. Proclum coniicias esse Proculum Pontianum, qui Consul fuit a. u. c. 991. p. Chr. 238.

6780.

Vasione; missu Bimardi edidit Muratorius T. III. p. MDCCXXXII. 10. cum Lat. interpret.

ΠΡΟϹΕΡΙ — *Προ - - -*
ΖΗϹΑΙϹ — *ζήσαις.*
ΑΚΟΝΤΙω — *Ἀκοντίῳ.*

De tituli forma vide n. 6565. Prius nomen incertum, fuerit ΠΡΟϹΟΠΙ (i. e. ΠΡΟΚΟΠΙ), an ΠΡΟΚΡΙ, ut defunctus censeatur vale dicere Procopio cuidam aut Procridi. An statuendum ΠΡΟϹ[Π]ΕΡΕ, *prospere*? Magis tamen eo inclino ut putem nomen proprium subesse. Conf. inscriptiones gemmarum n. 7299. 7325. 7326. 7327. 7328. 7331. 7339. 7340.

6781.

Viennae Allobrogum, in statua; edidit Chorier Antiquit. de Vienne p. 403. (edit. alt. Lyon 1828.). Ex Chorerio citarunt Sponius Miscell. erud. antiq. p. 126. Rad. Rochettus Lettre à Mr. Schorn, p. 365. edit. alt.

ΜΥΡΩΝΟΣ — *Μύρωνος.*

Statuam bonae aetatis esse notavit Rochettus concedens tantum Myronem non videri celebrem illum esse aequalem Phidiae.

6782.

Viennae Allobrogum, ut videtur, in urna utrinque ansata; ex schedis Verderii edidit Gruterus p. DCCCCXXIV. 15.

ΤΡΕ

De his siglis eo minus statui quidquam potest, quod qualis urna sit non constat. Dixeris subesse nomen proprium hominis.

6783.

Viennae Allobrogum; edidit Millinus Voyage dans le midi de la France T. II. p. 24.

Δ Μ
ΚΡΑΤΗϹΤΡΑΛ
ΛΙΑΝΟϹ ΤΟ
ΜΝΗΜΑΕ
ΠΟΙΗϹΕΝ
ЄΥΤΥΧΙΑ
ΤΗΙΔΙΑΑΠЄ
ΛЄΥΘЄΡΑ
ΤΥΧΙΑΧΡΗϹ
ΧΑΙΡΞ

D(iis) m(anibus).

Κράτης Τραλλιανὸς τὸ μνῆμα ἐποίησεν Εὐτυχίᾳ τῇ ἰδίᾳ ἀπελευθέρᾳ. [Εὐ]τυχία χρησ[τὴ] χαῖρε.

6784.

In pavimento operis tesselati reperto a. 1833. in loco Saint-Rustice prope *Tolosam* (Toulouse), inter ruinas aedificii Romani, quod asservatur nunc Parisiis; repraesentantur numina marina: larva Oceani, cuius ex ore fluit aqua; utrinque symplegma deorum, hinc Glaucus marinus in piscem desinens et Ino, quae ab illo accipit Palaemonem, illinc Nereis Panope et Borius in speciem Tritonis et Glauci compositus; supra larvam Oceani ephebus in leone marino sedens (Leucas), ex adverso figura muliebris Xanthippe item sedens in hippocampo; infra alia pictura mutila; ad latus Triton, cuius in dorso insidet Thetis, et Nereis Loto sedens in Tritone, cui nomen appictum Νυμφογενής, qui tridentem vibrat, denique Arethusa nympha in arundinibus recubans; descripsit I. de Witte Bullett. dell' Instit. archeol. Rom. 1834. p. 157 sq. conf. Revue archéolog. II, 2. p. 629.

ΛЄΥΚΑϹ ΞΑΝΤΙΠΠΗ

ΓΛΑΥΚΟϹΠΑΛΕΜΩΝ ΙΝΩ   ΒΟΡΙΟϹ ΠΑΝΟΠΗΑ

ΤΡΙΤΩΝ ΘΕΤΙϹ   ΛΩΤΩ ΝΥΝΦΟΓΕΝΗϹ

ΑΡΕΘΟϹΑ   ϹΙΚΗΛΙΩΤΗϹ   - - ΕΝΙΟϹ

Λεύκας. Ξαν[θ]ίππη. Γλαῦκος. Παλέμων (i. e. Παλαίμων). Ἰνώ. Βόριος. Πανόπηα (i. e. Πανόπεια). Τρίτων. Θέτις. Λωτώ. Νυνφογενής. Ἀρέθο[υ]σα. Σικ[ε]λιώτης - - -

In extremis putabatur esse Σικελιώτης γένιος, quod falsum est. Subest potius nomen artificis e Sicilia oriundi. Nympha Πανόπη nota est ex Il. XVIII, 45. conf. n. 8362. *c.* De nomine Λωτὼ conf. n. 8450. *b.* Opus esse ex tertio aut quarto p. Chr. n. saeculo annotat I. de Witte.

6785.

Nemausi ad portam Coronae, fragmentum; edidit Grasser Antiq. Nemaus. p. 80. unde repetiit Reinesius Synt. inscr. Cl. III. p. 503. n. 11. ex schedis Peirescii Sponius Arae ignot. Deor. in Gronovii Thes. ant. Gr. T. VII. p. 255. Recherch. d'antiq. p. 165. (etiam in Poleni Thes. suppl. T. IV. p. 459.), Miscell. erud. ant. p. 111. n. 91. Accuratius Maffeius Gall. antiq. select. V. p. 28. Ex museo Kempiano acceptum edidit Muratorius T. II. p. MLXII. 6. cum interpret. Lat. et not. Est in monumentis Kempianis p. 44. n. 36. Citat Maffeius Mus. Veron. p. CCCCXIV. 5.

. . . . ИЄΛΙΜΙΙϹΓ Ν ΝЄΜΑΥϹѠΤѠΝΑ . . . . . .
. . . . . ΟΥVΝΤΡΑΙΑΝΟΝΚΑΙϹΑΡΑϹЄΒΑϹΤΟΝ . . . . .

Vs. 1. Grass. - - - ΝΕΜΑΥΣΩ . ΤΩΝΑ - - - -, Spon. . . ΝЄΜΑΥΣΩ . ., in Mon. Kemp. . . ΝЄΜΑΥϹѠ, Maff. quod dedimus. Vs. 2. init. Grass. ΘΥΑΝ, Spon. ΟΥΑΠ (Rech. ΤΟΝΟΥΛΠ), Mur. ΟΥΛΠ, in Mon. Kemp. ΟΥΑΠ, quod Ainsworth p. 37. putavit esse ΟΥΛΠ, Maff. . . ΟΥVΝ, quod manifesto est ΟΥΑΝ, id quod exsculpsit etiam Reinesius.

Ψήφισμα συνόδου θυμ]ελι[κῆ]ς [ἐ]ν Νεμαύσῳ τῶν [περὶ τὸν Αὐτοκράτορα Νερ]ού[α]ν Τραϊανὸν Καίσαρα Σεβαστὸν [συναγωνιστῶν - - -

Videtur ex decreto esse synodi theatralis (conf. Vol. I. n. 349.) artificum de Traiano denominatorum. Similem synodum de Hadriano denominatam Nemausi reperimus n. 6786.

6786.

Nemausi in templo Dianae; ex Menardi Hist. urb. Nemausi (Hist. de la ville de Nîmes) T. VII. p. 300. dedit Donatus Inscr. p. 89. n. 2. Partem Latinam repetierunt Orellius Collect. inscr. Latt. T. I. n. 2542. Kellermannus Vigil. p. 33.

T.IVLIO.T.F.VOL.DOLABELLAE
IIIIVIR.AB AERAR.PONTIF
PRAEF.VIGIL.ET.ARMOR
SACRA SYNHODOS NEAPOLI CERTAMINE QVINQVENNALI DEC . .
ΨΗΦΙϹΜΑΤΗϹΙΕΡΑϹ . . . . ΗϹΑΔΡΙΑΝΗϹϹΥΝΟΔΟΥΤΩΝ . . . . .
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙϹΑΡΑΤΡΑΙΑΝΟΝΑΔΡΙΑΝΟΝϹΕΒΑϹΤΟΝΝΕΟΝΔΙΟΝ . . . . .
ϹΥΝΑΓΩΝΙϹΤΩΝΕΠΕΙΔΟΛΑΒΕΛΛ . . . . ΙΗΡΟΥΜΟΝΟΝΕΝΤΗΛΑΜΠΡΟ . . . .
ΔΙΑΤΕΓΕΝΟΥϹΔΟΞΑΝΚΑΙΒΙΟΥΕΠΙΕΙΚΕΙΑΝ . . . . ΟΓΩΚΑΙΨΥΧΗϹΜΕΓΑΛΕΙ . . . .
. . . . ΩϹΟΤΙΔΙΑΤΟΥΤΟΙΟΥΤΟΥΠΑϹΗΓΝ . . . . ΙΚΟΥΜΕΝΗΟΥΚΗΚΙΟ . . . .
. . . . ΥϹΑΓΝΩΜΗΤΟΙΕ . . . . . ΝΗΜ . . . . ΑΝΘΩΝΚΑΙΠΡΟΤΟ . . . . .
. . ΟΥΑΝΔΡΟϹΕΝ . . . . . . ΑΤΟΥΜΑΡΤΥΡ . . . . .
. . . . ΩΤΗϹΝΕΜΑΥϹ . . . . . .
. . . . ΑΥΓΟΥϹΤ . . . . . .
. . . . ΑΡ
. . . . ΔΡΙΑΝΗϹ
. . . . ΕΓΡΑΨΑΚΑΙΕϹΦΡΑ
. . . . VITM·GAVIO
. . . . RAESYNHOD
. . . . NTONARIOR

T. Iulio T. f. Vol(tinia) Dolabellae, IIIIvir(o) ab aerar(io), pontif(ici), praef(ecto) vigil(um) et armor(um) sacra synhodos Neapoli certamine quinquennali dec[revit].

Ψήφισμα τῆς ἱερᾶς [Τραϊαν]ῆς Ἀδριανῆς συνόδου τῶν [περὶ τὸν] Αὐτοκράτορα Καίσαρα Τραϊανὸν Ἀδριανὸν Σεβαστόν, νέον Διόν[υσον], συναγωνιστῶν· ἐπεὶ Δολάβελλ[α, ἀν]ὴρ οὐ μόνον ἐν τῇ λαμπρο[τάτῃ πατρίδι] διά τε γένους δόξαν καὶ βίου ἐπιείκειαν [λ]όγῳ καὶ ψυχῆς μεγαλει[ότητι διενηνοχ]ώς, ὅτι διὰ τοῦ τοιούτου πάσῃ [τῇ ο]ἰκουμένῃ οὐ[χ] ἥκι[στα φιλεῖ διαδίδοσθαι ἡ περὶ πολίτου ἐπικρατο]ῦσα γνώμη, τοι[αῦτα εὐεργέτησε]ν ἡμ[ᾶς], ἀνθ' ὧν καὶ πρότ[ερον ἤδη ἐξενηνόχαμεν περὶ τ]οῦ ἀνδρὸς - - - - μαρτυρ[ίαν - - - - - - - - - τῆς Νεμαυσ[ίων πόλεως] - - - - - - Αὐγούστ[ου] - - - - - - - - - - - - - - - - [τῆς ἱερᾶς Τραϊανῆς Ἀ]δριανῆς [συνόδου - - - - - - - - - ἔγραψα καὶ ἐσφρά[γισα.

- - - - - - - - *vit M. Gavio*
- - - - - - - *sac]rae synhod[i*
- - - - - - - - - - - -

Synodus haec de Hadriano denominata (conf. n. 6785.) videtur esse gymnica et, ni fallor, quodam modo περιπολιστική (vide Vol. I. n. 349. Vol. II. n. 3476. *b.* cf. Boeckhium Vol. II. ad n. 3067. et nos Vol. III. n. 5804.), ita tamen ut sedem habuerit Nemausi. Nam decretum a synodo factum est Neapoli certamine quinquennali, de quo vide ad n. 5804. Dolabella magistratus Nemausensis fuit. Nemausenses fere tribui Voltiniae adscripti fuerunt, ut colligi potest ex titulis Latinis Nemausi repertis (vide Histoire de l'Acad. des Inscr. T. XIV. tab. 3. litt. *n. o. p.* tab. 2. litt. *m.*). Dolabellae munera habes in titulo Nemausensi (Hist. de l'Acad. d. Inscr. T. XIV. tab. 3. litt. *n.*):

SOILLIO.T.F.VOLT.
VALERIANO
I]IIIVIR.AB.AERAR
PONTIFICI.PRAEFECT
VIGILVMETARMORVM
.QVVMPVBLICVMHABE
D· D·

Soillio T. f. Volt(inia) Valeriano, IIIIviro ab aerar(io), pontifici, praefect(o) vigilum et armorum, [e]quum publicum habe(nti) d(ecreto) d(ecurionum).

6787.

Nemausi fragmentum a. 1739. repertum; editum est Hist. de l'Acad. des Inscr. T. XIV. tab. I. A. (conf. p. 107 sq.)

ON
CYΠOKPITHC
TPICAPXIE
MAICEN
OTATAIC
MENON
N
CEICEAYTHN
C

[Τὸν δεῖνα]
- - -, ἄνδρα σοφὸν τῆ]ς ὑποκρί(σεως) τῆς
τραγικῆς? - - -,] τρὶς ἀρχιε-
ρέα - - - καὶ ἐν τει]μαῖς ἐν-
- - - - - ἐνδοξ]οτάταις
- - - - - γενό]μενον
ἀρετῆς ἕνεκε]ν
καὶ εὐνοίας τῆ]ς εἰς ἑαυτὴν
ἡ· πόλι]ς.

Homo fuerit ἀρχιερεὺς τῆς συνόδου. Cf. n. 6788. tit. *a.*

6788.

Nemausi fragmenta a. 1739. reperta; edita sunt Hist. de l'Acad. des inscr. T. XIV. tab. I. B. C. D. E. (conf. p. 107 sqq.). Fragmentum *a* edidit Maffeius Mus. Veron. p. CCCCXIV. 5. qui ibi etiam reliqua citat. Fragmentum *b* dedit Millinus Voyage dans le midi de la France T. IV. p. 255.

a.

ΨΗΦΙΣ
ЄΠЄΙ·Λ·CAMMIOC
ΓЄΓONOTωNЄI

b.

NHPЄΠICHN
HΛOICΦIΛOTЄ
KAIΔIATOYYIOYCA
NЄICTHNIЄPANCYNOΔ
PICTACYMBOYΛEYωNΠAI
ANЄNΛЄΓTωC ΛOCωNANΔ
ICЄNЄNTЄΔIA
CЄΦIΛOTЄIM
ƆMATAKAI
ΔЄO

c.

ωI
ωCKωMωΔOY
IOYXOPAYΛOYΠA
ƆCKAICAPЄωCTPAΛ
TOCTAPCЄYCKωM
ЄNPωMHIЄPACCYN
XOPAYΛHCΓKAΠЄT
YIOCAPXωNCYNO
TPAΛΛIANOCXOP
CЄBACTONЄIKH

d.

ƆMΛYC
ΔωKEΔHN
ЄNTAKOCIA
NΠIЄPΛ
CONKΛ

e.

YIIƆYbEOYLO
OYAB DEΔEΛL
OYAEF.ANTEN

Tit. *a.* vs. 2. Maff. ΕΠΕΙΔΗCΑΜΜΙΟC; vs. 3. Maff. omittit ЄΙ. Tit. *b.* vs. 2. extr. Hist. acad. ΦΙΛΟ ΤΕΗ; vs. 3. Mill. Λ pro Δ et ultimo Α; vs. 5. init. Hist. acad. ΡΙC, Mill. ΙC; ib. extr. Hist. acad. ΠΑΙ, Mill. ΠΑ; vs. 6. Hist. acad. ΑΝЄΝΛЄΠΤωCΟCωΝ ΑΝΔ, Mill. ΑΝЄΝΛCΙ - - - ΛΟCωΝΑΝΛ; vs. 7. Hist. acad. ΙCЄΝΤЄΛΙΑ, Mill. ЄΝЄΝΤЄΔΙΑ; vs. 10. Hist. acad. ωΛЄC, Mill. ΔЄΟ.
Ρ

Parum exputari ex his fragmentis potest. Tit. *a.* est ex decreto fortasse synodi, ut n. 6786., quo honoratur L. Sammius, idem, opinor, qui in titulo Latino ibidem reperto ARCHIEREVSSYNHODI audit. Titulus Latinus editus l. c. tab. 3. litt. *o.* (cf. Orell. n. 2543.) hic est:

L·SAM]MIO·L·F·VOL
ROMANO·EQ·PVBL
HABE]NTI·ALLEC·IN·V̄
DECV]R·LVPERCO·FLAM
PROVINCIAE·NARBONEN
PRAEF·COHORTIS ĪĪ
ROMANAE·VASCONVM
CIVIVM ROMANORVM
SAMMIVS MATERNVS
ALVMNVS·L·SAMMI·EVTICI
ARCHIEREVS·SYNHODI

In alio fragmento tituli Latini ibidem litt. *p.* est:

L.SAMMIO
L.F.VOLT.

Ex decreto nihil superest nisi: *Ψήφισμα - - - - - - - - - ἐπεὶ Λ(ούκιος) Σάμμιος - - - - - - - - - - γεγονότων* - - - Videndum tamen ne ad hoc fragmentum pertineat tit. *b.* si probaveris ibi vs. 3. fuisse *καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ Σα[μμίου]*. In tit. *b.* haec dispiciuntur: vs. 1. *[ἀ]νὴρ ἐπίση[μος]*; vs. 2. - - *φιλοτε[ιμηθεὶς]* vel alia forma; vs. 3. *καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ Σα* - - -; vs. 4. *εἰς τὴν ἱερὰν σύνοδ[ον]*; vs. 5. *[τὰ ἄ]ριστα συμβουλεύων πα[ρὰ πάντα τὸν χρόνον]*; vs. 6. *ἀνενλε[ιπ]ῶς* - - - *ὅσων ἂν δ[ύνηται]*; vs. 8. *ἐφιλοτειμ[ήθη]*; vs. 9. *[ψηφίσ]ματα καὶ* - - -

Tit. *c.* est ex recensu comoedorum et choraularum ad synodum pertinente, qualis memoratur n. 6785.: vs. 2. - - *ἐ]ως κωμῳδοῦ*; vs. 3. - - *ίου χοραύλου πα* - -; vs. 4. - - *ος Καισαρέως, Τραλ[λιανοῦ]* - - -; vs. 5. - - *τος Ταρσεὺς κωμ[ῳδὸς]* - - -; vs. 6. *[τῆς] ἐν Ῥώμῃ ἱερᾶς συν[όδου]* - - -; vs. 7. *χοραύλης γ̄ Καπετ[ωλείοις]* - - -; vs. 8. - - - *υἱός, ἄρχων συνό[δου]* - - -; vs. 9. *Τραλλιανός, χορ[αύλης]*; vs. 10. *Σεβαστονείκη[ς]*, vocabulum formatum ut *ἱερονείκης*, *Καπετωλιονείκης* (n. 6829.).

Tit. *d.* est ex decreto, quo laudatur aliquis, qui in rem publicam beneficia contulit, ut colligi potest ex membris orationis superstitibus: *[τῇ Νε]μαυσ[ίων πόλει] - - - - [ἔ]δωκε δην[άρια] - - - - [π]εντακόσια* - - - - - -

Tit. *e.* apographum non eiusmodi est, ut definiri aliquid de argumento possit.

6789.

Nemausi inscriptio a. 1710. reperta; edidit Sallengre Nov. Thes. ant. Rom. Praef. p. 7. deinde Martene et Durand Voyage littéraire P. I. p. 309. Menard Antiq. de Nîmes VII. p. 319. Maffeius Gall. antiq. sel. ep. XI. p. 60. et Mus. Veron. p. CCCCXIV. 6. cum interpret. Lat. Osservaz. letter. IV. p. 238. Ex Sallengero repetiit Muratorius T. I. p. DXL. 1. ex eodem litterisque Maffeii citatur in libro: Saggi e dissertaz. accadem. dell' Accad. Etrusca di Cortona T. II. p. 146. Ex Maffeio repetierunt Bonada Anthol. T. II. p. 246. (cf. Burmannus Anthol. Lat. II. p. 69. Brevall Travels through Spain, France cet. III. p. 204. 205. Van Goens de Cenotaphiis n. 77. Klotzius ad Tyrt. p. 49.). Postremo edita est in commentatione: Lettre inédite de M. de la Bastie (Bimardi) à Mr. de Caveirac sur une inscription Grecque et Latine de la ville de Nîmes, avec des observations par A. L. Millin, quae excusa est in libro Magas. encycl. 1814. T. VI. p. 328 sqq. unde repetiit Orellius Collect. inscr. Latt. n. 4855. Epigramma Graecum dederunt Brunckius Anal. III, 303. Iacobsius (Animadv. III, 2. p. 279.) Anthol. Palat. Append. n. 120.

D. M.
C·V|B|L|CINIAN
V.ANN.XVI.M.VI
CVIBIVS
AGATHOPVS ET
LICINIANOMAS
F|L.OPTIMOP|ISSIM
ΑΝΘΕΑΠΟΛΛΑΓΕΝΟΙΤΟΝΕΟΔΜΗΤωΕΠΙΤΥΜ
ΒωΜΗΒΑΤΟCΑΥΧΜΗΡΗΜΗΚΑΚΟΝΑΙΓΙΠΥΡΟΝ
ΑΛΛΙΑΚΑΙCΑΜΨΟΥΧΑΚΑΙΥΔΑΤΙΝΗΝΑΡΚΙCCΟC
ΟΥ·ΕΙ·ΒΙΕ·ΚΑΙΠΕΡΙCΟΥΠΑΝΤΑΓΕΝΟΙΤΟΡΟΔΑ

Vs. 3. init. V omittunt Mart. et Dur. Bimard. Vs. 7. totum omittit Maff. in Gall. antiq. habet in Mus. Veron. et habent reliqui. Vs. 9. Mart. et Dur. ΑΙΚΜΗΡΗ. Vs. 10. init. Mart. et Dur. ΑΜΙΑΚΑΙCΛ ΜΥΟΥΚΑ.

D(iis) m(anibus)
C. Vibi Liciniani. v(ixit) ann(os) XVI. m(enses) VI.
C. Vibius Agathopus et Licinia Nomas fil(io) optimo, piissim(o).

Ἄνθεα πολλὰ γένοιτο νεοδμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ,
μὴ βάτος αὐχμηρή, μὴ κακὸν αἰγίπυρον,
ἀλλ' ἴα καὶ σάμψουχα καὶ ὑδατίνη νάρκισσος,
Οὐίβιε, καὶ περὶ σοῦ πάντα γένοιτο ῥόδα.

De voto sollemni conf. n. 5759. 6200. Agathopus et Nomas videntur Graeci natione, servi manumissi a Licinio quodam, qui ex familia Vibia fuit.

6790.

Nemausi pyramides parvae tres ex terra igni cocta repertae sunt, quarum una inscripta est litteris OY, altera littera X, tertia nullam habet inscriptionem. Has pyramides qui edidit Caylus Recueil d'antiquit. T. V. P. V. tab. 98. n. 5. p. 276 sq. magnitudinem earum descripsit ita: „Hauteur de la plus grande, six pouces trois lignes: largeur sur la face de chaque base, deux pouces neuf lignes; hauteur de la seconde, cinq pouces trois lignes: largeur du quarré de sa base, deux pouces quatre lignes; la troisième est la plus mal formée; elle est travaillée encore avec moins de soin que les autres; elle est presque ronde à sa base et sa hauteur est de trois pouces dix lignes." Idem de usu talium pyramidum coniecit haec: „Je croirois qu'elles pourroient avoir servi à marquer dans un magasin les assortimens et le nombre compté d'un intervalle à l'autre, qui se trouvoit rempli de marchandises en état d'être vendues, et cependant de qualité et de prix différens. L'une et l'autre de ces circonstances étoient désignées par ces pyramides. J'ai su depuis qu'on avoit trouvé à Herculanum une chambre qui renfermoit plusieurs balances, dont les poids de même matière, d'une forme égale et d'une proportion pareille, portent les mêmes caractères. Un si grand nombre de circonstances semblables ne laissent aucun doute sur la conformité de l'usage. On peut ajouter, sans craindre de se commettre, que ces poids d'une matière si commune et travaillés avec si peu de soin, ne servoient que pour le détail des denrées les plus grossières et dont l'usage étoit le plus répété."

Nolui huius supellectilis notitiam praetermittere, propterea quod similes pyramides etiam in solo Athenarum reperiri nuper mihi in litteris nuntiavit Stephanus Cumanudes, professor Atheniensis, qui ex uno exemplo enotavit inscriptionem ΓΛΥΚ, i. e. Γλύκ(ων). Extant huius supellectilis exempla etiam in museo regio Berolinensi.

6791.

Burdigalae olim in aede St. Andreae; ediderunt Apianus p. CCCCLXXXIX. Lipsius in Auctar. Smet. Inscr. p. 59. Sincerus Append. ad Itiner. Gall. p. 41. Ex Vineto (ad Ausonium) edidit Gruterus p. DCCCII. 1. cum interpret. Lat. unde repetiit Fleetwood Inscr. syllog. p. 285. 1. litteris minusculis; item ex Grutero dederunt Bonada Anthol. T. II. p. 129. Brunckius Anal. III. p. 310. n. 730. Iacobsius (Animadv. III, 2. p. 316. „Historia huius distichi narratur in vita Ioan. Guijonii, quam fratrum Guijoniorum operibus praefixit Phil. de la Mare, ibidemque repetitur") Anthol. Palat. Append. n. 232. Translatio Latina ap. Ferretium Mus. lapid. p. 330. conf. Anthol. Lat. II. p. 51. n. LXXIV.

ΛΕΙΨΑΝΑΛΟΥΚΙΛΛΗϹΔΙΔΥΜΑΤΟΚΟΥΕΝΘΑΔΕΚΕΙΤΕ
ΗϹΜΕΜΕΡΙϹΤΑΙΒΡΕΦΗΖΩΟΝΠΑΤΡΙΘΑΤΕΡΟΝΑΥΤΗ

Vs. 2. vulgo editur ΜΕΜΕΡΙΣΤΟ, sed in lapide esse ΜΕΜΕΡΙΣΤΑΙ notatur a Scaligero in annotatt. ad Gruter. p. CCCXIII. Apianus:

ΛΕΤΥΑΝΑΛΟΚΙΛΛΗϹΔΙΔΥΜΑ
ΤΟΚΟΥΕΝΘΑΔΕΚΕΙΤΕΗϹΜΕΜΕΗϹ
ΒΡΕΦΗΞΩΟΝΤΑΠΑΤΡΙΘΑΤΕΡΟΝ
ΑΥΤΗ

Itaque quae vulgo traditur versuum distinctio non vera est.

Λείψανα Λουκίλλης διδυματόκου ἐνθάδε κεῖτε,
ἧς μεμέρισται βρέφη, ζῶον πατρί, θάτερον αὐτῇ.

De sententia comparantur Antipater Sidonius Epigr. CIV. et Heraclides Epigr. I. Anthol. T. II. p. 237. Vitium vs. 2. non offensioni est.

SECTIO SECUNDA.

INSCRIPTIONES GALLIAE LUGDUNENSIS.

LUGDUNUM, AUGUSTODUNUM, DIVIO.

6792.

Lugduni ad introitum ecclesiae S. Irenaei; edita est ex Artaudi apographo in Ferussac Bullet. des sciences histor. T. IV. p. 193. Tractavit Welckerus Syllog. epigr. p. 94. et ex novo apographo, quod Florentiae vidit, in Mus. Rhen. III, 1845. (1844.) p. 263 sq.

D M
LVCRETIAEVALERIAE
SEXAVIVSHERMEROS
CONIVGISIBIMERIT
ETSIBIVIVVSPOSVIT
ETSVBASCIADEDICA
VIT
ΟΦΘΟΝΟϹѠϹΚΑΚΟΝΕϹΤΙΝ
ЄΧΙΓΑΡΤΙΚΑΛΟΝЄΝΑΥΤѠ
ΤΗΚΙΓΑΡΦΘΟΝΕΡѠΝ
ΟΜΜΑΤΑΚΑΙΚΡΑΔΙΗΝ

Vs. 2. Welck. VALEPIAE. Vs. 3. Welck. SEXVIDIVSHERMEPOS. Vs. 4. Welck. CONGVGSIBIMEPIT. Vs. 10. Welck. ΤΗΚΙΤѠΝΦΘΟΝЄΡѠΝ, Art. ΤΗΚΙΓΑΡΦΘΟΝΕΡΩΝ.

D(iis) m(anibus)

Lucretiae Valeriae Sex(tus) Avius Hermeros coniugi sibi merit(ae) et sibi vivus posuit et sub ascia dedicavit.

Ὁ φθόνος ὡς κακόν ἐστιν· ἔχ[ει δέ] τι καλὸν ἐν αὐτῷ·
τήκ(ε)ι γὰρ φθονερῶν ὄμματα καὶ κραδίην.

Epigramma habetur etiam in Anthologia ap. Brunck. Anal. T. III. p. 242. n. 429. Iacobsium (Animadv. III, 2. p. 117.) Anthol. Palat. II. p. 376. n. 193. Ibi vs. 1. legitur: *ὁ φθόνος ἐστὶ κάκιστος· ἔχει δέ τι καλὸν ἐν αὐτῷ.* Lapidis lectio praestat. Verba ЄΧΙ ΓΑΡΤΙ dixeris nata esse ex ЄΧЄΙΔЄΤΙ, nisi proba-

bilius lapicidam errasse, propterea quod etiam postea ΤΗΚΙ pro ΤΗΚΕΙ dedit; in quo videri potest mente praecepisse particulam ΓΑΡ altero demum versu exarandam. In ea autem lectione (τήκει γὰρ) consentiunt Anthol. et, ut videtur, lapis. Ductum putatur epigramma ex Isocratis Evag. p. 190. τούτων δ' αἴτιος ὁ φθόνος, ᾧ τοῦτο μόνον ἀγαθὸν πρόσεστιν, ὅτι μέγιστον κακὸν τοῖς ἔχουσίν ἐστιν (cf. Stob. tit. XXXVIII.). Illud apparet sententiam ad invidiam et violentiam arcendam, fere ut phalli symbolum, inscribi solitam esse, ut etiam Welckerus monuit. Ita Zacynthi in epistylio portae nunc ecclesiae in monte Elato incisum epigramma:

ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἑοῖς βελέεσσι δαμάζει.

Vol. II. n. 1935. quod et ipsum habetur in Anthol. X, 111. (conf. Chrysoberges Διατριβὴ περὶ τῆς ἐν Ζακύνθῳ Ἑλληνικῆς ἐπιγραφῆς. ἐν Ναυπλίῳ 1834.).

6793.

In suburbio *Lugdunensi* prope Rhodanum, in horto Ivordii; ex Paradino et Verderii schedis edidit Gruterus p. DCCCCXXXIII. 11.

	D . M
ΕΥΘΥΜΕΙ	ET.MEMORIAE
ΚΑΛΛΙΣΤΗ	AETERNAE
ΟΥΔΕΙϹ	AVR.CALLIS
ΑΘΑΝΑΘΟϹ	☙ TES ☙
	QVAE.VIXIT
	ANN.XXIIII
	MEN.VIII
	DIEB.V.SINE
	VLLO.IVRGIO
	AVRELIAE.II
	BVE.PATR.SEM
	NE.MATER.ET
	EGN.IRENEVS
	CONIVGI.KARIS
	SIMAE.POSVER.ET
	S . A . D

D(iis) m(anibus)

et memoriae aeternae Aur(eliae) Callistes, quae vixit ann(is) XXIIII, *men(sibus)* VIII, *dieb(us)* V, *sine ullo iurgio, Aurelia [L]ibye patr(ona), Semne mater et Egn(atius) Ireneus coniugi karissimae posuer(unt) et s(ub) a(scia) d(edicaverunt).*

Εὐθύμει Καλλίστη· οὐδεὶς ἀθάνα[τ]ος.

Conf. ad n. 6759.

6794.

Lugduni; ex Paradino et Scaligeranis edidit Gruterus p. DCLVIII. 9.

ET MEMORIAE
AETERNAE
Q.LATINI PYRAMI
ANIMAE INCOMPA
RABILIS QVI VIX ANN
XII.M.VIIII.DIES.XVIII
Q.LATINIVS CARVS
ET DECIMIA NICOPO
LIS PATRONI ALVMNO
KARISS.ET SIBI VIVI
POSVERVNT ET SVB
ASCIA DEDICAVERVNT
ΥΑΚΙΤΙ ЄΥΚΥΤ

[Diis manibus]

et memoriae aeternae Q. Latini Pyrami, animae incomparabilis, qui vix(it) ann(os) XII, *m(enses)* VIIII, *dies* XVIII, *Q. Latinius Carus et Decimia Nicopolis, patroni alumno kariss(imo) et sibi vivi posuerunt et sub ascia dedicaverunt.*

Ὑ[ά]κι[ν]τι εὐ[τ]ύ[χει].

De formula subscripta conf. ad n. 6759. Ὑάκιντι nunc est i. q. Ὑάκινθι a recto Ὑακίνθιος s. Ὑάκινθις, nisi subest femininum Ὑακινθίς.

6795.

Lugduni olim in xenodochio S. Laurentii; ex Paradini schedis edidit Gruterus p. DLXIII. 7.

Unde delendus in minusculis articulus τῆς et scribendum aut ἀρετῆς ἕνεκεν ἀνδριάντι [ἐτείμησαν], aut, quod vero similius, ἀρετῆς ἕνεκεν ἐτείμησαν ἀνδριάντι, ut Arundellus habet (cf. n. 3969.). Nam facile fieri potuit, ut ante ΕΤΕΙΜΗΣΑΝ Arundellus omiserit ΕΝΕΚΕΝ. Ex hoc titulo desumpti versus videntur:

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝΛΥΚ
ΙΩΝΘΡΑΚΩΝΚΟΛΩΝ
ΩΝ

quos Lebasius Voy. archéol. cet. T. III. fasc. inscr. 13. 14. p. 226. n. 748. enotavit.

Pag. 56. *b.* in praescriptis n. 3971. τὸν ναὸν recte suppleri Cavedonius l. c. colligit ex eo, quod in nummis Apolloniae spectatur templum octastylum (Mionnet Descr. III. p. 432. n. 11.). Ibid. paulo post in litteris ΑΝΗΚΩΙ vs. 2. Keilius Jahrb. f. wissensch. Krit. 1845. p. 148. scite coniicit inesse ΘΕΑΙΡΩΜΗΙ ΚΑΙ (Θεᾷ Ῥώμῃ καί). Ibid. col. III. vs. 3. pro Τύχης Σωτῆρας Cavedonius l. c. non male putat legi posse Τύχης σωτηρίου, *salutaris* coll. Orelli Collect. inscr. Latt. n. 5. et ibid. vs. 5. scribe ἐκέλευσεν. Ceterum n. 3971. denuo tractavi in libello inscripto *Caesaris Augusti index rerum a se gestarum sive Monumentum Ancyranum*, Berol. 1845. p. 102 sqq. ex quo libello refingenda sunt verba exemplaris Latini.

N. 3972. p. 58. de mystis Dionysiacis Cavedonius l. c. provocat ad Vol. II. n. 3173.

N. 3973. p. 58. epocham, ex qua deducendus annus 247. est, aliam esse eamque posteriorem arbitratur Cavedonius l. c. Quumque fame notati sint anni p. Chr. 336. (S. Hieronym. in Chron. sub a. 336. p. 788. Vallars.), 311. (Euseb. H. Eccl. IX, 8.), 284. (Idacius in Fastis), eo inclinat, ut principium epochae a. u. c. 790. vel 817. figendum putet. Mihi ob indolem tituli id quidem minus commodum videtur. Videndum ne epocha eadem sit, quae habetur in inscriptionibus Phrygiae, quarum designationem chronologicam tractavimus ad n. 3892. in his Add. Quo posito titulus in a. u. c. 917. p. Chr. 164. incideret. Nec est, cur famem quaeramus alias memoriae proditam.

N. 3982. p. 61. vs. 9. ad Elaten Thyatirenam, quae nupsit homini Philomelio oriundo, Cavedonius l. c. p. 142. comparat Aurelium Theseum Thyatirenum (Vol. II. n. 3503.) qui Philomelii magistratu functus est (Mionnet Suppl. VII. p. 608. n. 547.). Vs. 17. Τύχης imaginem et nomen ΕΥΤΥΧΟΥ etiam in nummis Philomelii haberi monet idem coll. Mionnet. Descr. 889. 904. Suppl. 545. 546.

N. 3983. p. 61. in contextu litteris minusculis expresso lege Δαμᾶδι a recto Δαμᾶς (gen. Δαμᾶδος) p. Δαμᾶ[λ]ι. Monuit Keilius.

N. 3990. p. 65. vs. 13. αἰτήματι loco ψηφίσματι proponit Cavedonius l. c. p. 143. ob formulam Latinam EXPOSTVLATIONEPOPVLI (Marini Fratr. Arv. p. 548. 549.). Parum tamen probabiliter.

N. 3991. p. 67. vs. 4. scribe Πούπιον p. Πούπ[λ]ιον. Nomen gentilicium est Pupius et genti Pupiae convenit praenomen Lucii. Vs. 8. scribe ἄλη[ς Π]εικεντεινῆς et dele quae in annotatione dixi de Vicetia. Ala Picentina (etiam Picentiana dicta in diplomate militari ap. Cardinal. Dipl. tab. VII. p. 81. cf. Kellermanni Vigil. p. 66. n. 241.) nota est ex Tacito Hist. IV, 62. Monuit Cavedonius l. c. cui L. Pupius Praesens, qui ἐπίτροπος πρὸς ὄχθαις Τιβέρεως audit, videtur fuisse Procurator vel Curator ad ripas Tiberis, ut vicarius magistratus a Caesare praepositi alicui rei. Eam in rem conferri iubet Marinum fratr. Arv. p. 802. et Borghesium Dec. X. oss. 5.

N. 3993. p. 67. Mater Βοηθηνὴ quin Minerva sit, etiam Cavedonio non videtur dubium esse monenti in nummis Iconii frequentem esse Minervae imaginem. De nomine idem comparat nummum Hierapolis Phrygiae, in quo ΖΕΥΣ ΒΟΗΘΟΣ (cf. Cavedoni Spicil. num. p. 238.). Aliter se habet Ἀπόλλων Βοηδρόμιος (Paus. IX, 17, 1. cf. Panofka in Gerhardi Diar. archaeol. a. VII. 1849. p. 88.). Sed nomen Βοηθηνὴ nisi pro ethnico est ex nomine pagi factum ad exemplum aliorum, ut Δινδυμηνή, Λευκοφρυηνή, Ἀστυρηνή, Μονογισηνή, Κολοηνή, videri potest ex adiectivi forma insolentiore natum: βοηθός, βοηθηνός, ut σαφής, σαφηνής, ἀμενής, ἀμενηνός. Vide Buttmanni Gramm. l. Graec. II. p. 429. ed. sec. De Apolline Iconii culto Cavedonius confert Eustath. ad Periéget. 857.

N. 3995. b. p. 68. ex Hamiltono repetiit Texier Descr. As. min. II. p. 143.

N. 3997. p. 68. ex Hamiltono repetiit Texier Descr. As. min. II. p. 143.

N. 4000. p. 69. vs. 13. Ἰαχαίας scribendum putat Cavedonius l. c. et Bullett. arch. Napol. V. p. 59. i. e. Cereris matris Iacchi ad sententiam Lucretii IV, 1161. *mammosa Ceres ab Iaccho.* At primum quod pro I habet Cavedonius, nihil est nisi ductus, quales Paulus Lucas dedit etiam vss. 3. 6. 7. 10. 11. Deinde forma ἰαχαῖος sine ulla auctoritate est. Vide Hermannum ad Sophocl. Oed. Tyr. 1219. Debebat certe scribi ἰακχαῖος, ἰακχαία. Verum videtur Ἀχαία s. Ἀχαιά, quod Cereris epitheton etiam nunc tuemur. Ad vocem τετρακόρη vs. 15. contuleris fragmentum Orphicum τέτρασιν ὀφθαλμοῖσιν ὁρώμενος ἔνθα καὶ ἔνθα (Orph. ed. Gesneri p. 405. cf. Visconti Mus. P. Clem. Vol. VI. p. 72.).

N. 4001. b. p. 70. edidit Texier Descr. As. min. T. II. p. 143. qui vs. 1. init. habet ΙΑΝΝΗϹ.

N. 4003. b. p. 70. nomen Μενέδημος etiam ex nummis Iconii (Mionnet Descr. n. 7.) adstruit Cavedonius Annal. Inst. arch. Rom. Vol. XIX. p. 144.

N. 4004. p. 70. nimis indulget coniecturis Cavedonius, suspicans Flavium Paulum ab apostolo Paulo, qui Iconii versabatur (Act. apost. XIII. XIV.), nomen traxisse. Ad vocem lancearii s. lanciarii idem ex Act. auth. S. Taraconis c. x. affert: *iratus praeses mandat lancearüs ursum occidi,* ubi speculatores, apparitores, confectores intelligi videantur.

Post n. 4009. c. p. 72. insere:

4009. *c.*[2]

Inter parietinas vici Devli s. Devri, qui creditur situm occupare *Derbes*, in fragmine arae; edidit Bailius fasc. inscr. II. p. 264. g.

ΑΡΤΕΜΕΙΑϹΠΑΙ	Ἀρτεμείας Πα - - -
ΕΥΧΗΝ	εὐχήν.

Bailius coniecit παρὰ εὐχήν. Videtur potius patris nomen mutilum esse.

4009. *c.*[3]

Ibidem, in fragmine arae; edidit Bailius l. c. p. 264. g.

ΛΟΥΚΙ	Λούκι[ος
ΡΜΕΝΝΕΟ	Αὐ]ρ(ηλίου) Μεννέο[υ]
ΕΥΧΗΝ	εὐχήν.

Μεννέας nomen extat in titulo n. 3881.

N. 4010. p. 73. repetiit Texier Descr. As. min. T. I. p. 185.

N. 4011. p. 73. hoc titulo Roulez Bulletin de l'Acad. des sciences de Bruxelles IX, 2. p. 593 sqq. usus est ad explicandam inscriptionem Latinam ap. Guascon. Mus. Capit. I. n. 83. non feliciter, si quid video. Annotat Cavedonius l. c. p. 144. χιλίαρχον ἐν Δακίᾳ dici ut Vol. I. n. 1128. χιλίαρχον ἐν Ἱσπανίᾳ. De stationibus leg. XIII Geminae et I Minerviae idem ablegat ad Borghesium Annal. Instit. arch. Rom. Vol. XI. p. 140. 160.

N. 4012. p. 74. repetiit Texier Descr. As. min. T. I. p. 185.

N. 4013. p. 74. Iulii nomen frequens in Galatia (conf. n. 4018. 4030. 4033. 4079. 4110. 4132. 4056. 4062.) Cavedonio l. c. p. 153. repetendum videtur a Praesidibus Galatiae et Cappadociae (cf. ad n. 4192. in his Add.).

N. 4014. p. 74. b. in var. lect. lege n. 4069. pro n. 4071.

N. 4015. p. 75. vss. 4. 5. bene contra Heusingerum monet Cavedonius inscriptionem pertinere ad tempora Vespasiani, qui Cappadociae cum Galatia coniunctae *propter assiduos barbarorum incursus legiones addidit consularemque rectorem imposuit pro equite Romano* (Sueton. Vespan. 8. cf. Eckhel. D. N. Vol. III. p. 190.). Barbaros illos, quorum incursus memorantur, videri fuisse Albanos et Massagetas, qui etiam a. p. Chr. 131. vexassent Cappadociam et Galatiam (vide Borghesium Iscr. del Cos. Burbuleio p. 56.).

N. 4016. p. 76. in contextu litteris minusculis expresso scribendum vs. 1. Τατιανὸν pro Γαϊανὸν censet Keilius. Fortasse recte. Ibid. p. 76. b. lin. 8. scribe Α[ὐρη]λία. Ibid. vs. 4. tribum Μηνοριζειτῶν Cavedonius l. c. p. 144. revocat ad Μῆνα deum celebratum nummis Ancyrae. Nomen corruptum tribus ΔΙΑΓΕΖΩΝ cum Iovis nomine idem componit. Nescio quam vere.

Tribus νέα Ὀλυμπία eidem videtur nomen habere a monte vicino Olympo. Deinde nomen Μαρουραγηνὴ a Marura Cappadociae repetit, de quo loco nihil mihi constat. Denique de tribu Καλαθηναίᾳ provocat ad nummos Ancyrae imagine Minervae insignes coll. Bolland. Act. Sanctor. ad diem XVIII. Maii n. 14. Postremo ad ludos memoratos vs. 8. comparat nummos Ancyranos ap. Mionnet Descr. 63. 92. Suppl. 40.

N. 4017. p. 76. in contextu litteris minusculis expresso vs. 1. scribendum Τατιανὸν p. Γαϊανὸν censet Keilius. Fortasse recte.

N. 4019. p. 77. repetiit Texier Descr. As. min. T. I. p. 188. qui exaravit vs. 7. extr. ΤΕΙΜΗΤΩΣ, vs. 13. init. ΦΥΛΗΣΙΑ, vs. 16. ΣΕΝΓΑΜΟΥ. Nomen Βάσσος obvium in his locis ad Praesidem Romanum T. Pomponium Bassum revocat Cavedonius l. c. p. 145. coll. Eckhel. D. N. Vol. III. p. 176. 190.

N. 4020. p. 78. Apposite Cavedonius l. c. L. Papirium Alexandrum eundem putat esse qui in nummo Ancyrano ap. Pellerin. Rec. tab. 136. 7. latet: ЄΠΙ .ΛΟΥΑΜΕΞΑΛΙΟΥ (lege ΑΛЄΞΑΝΔΡΟΥ) ΑΝΤΩΝ ...ΑΡΧ. CЄΒΑCΤΗΝΩΝ. Ille quum ἱερεὺς Διονύσου vocetur, Cavedonius Bacchi cultum Ancyranum ex nummis eiusdem urbis adstruit (vide Mionnet. Descr. 44. Suppl. 23.).

N. 4022. 4023. p. 79. C. Iulius Scapula quum dicatur legatus pro praetore Hadriani et Antonini Pii, Cappadociam et Galatiam rexisse anno p. Chr. 138. videtur, paulo post mortem Hadriani, qui nondum Divus audit, et antequam Antoninus patris patriae elogio ornatus esset (cf. Eckhel. D. N. Vol. VII. p. 3.).

N. 4023. p. 79. tractavit Texier Descr. As. min. T. I. p. 190. infelici conatu.

N. 4024. p. 79. *b.* in annotatione extr. scribe 4085 pro 4086.

N. 4026. p. 80. repetiit Texier Descr. As. min. T. I. p. 187.

N. 4028. p. 81. repetiit Texier Descr. As. min. T. I. p. 187. qui vs. 1. init. habet ΡΑ, vs. 10. ΑΛΕ ΞΑΝΔΡΟΥ.

N. 4029. p. 81. de quaestoribus et tribunis candidatis videndi Marinus fratr. Arv. p. 803. et Borghesius Giorn. Arcad. I. p. 193. Dipl. de Tr. Decio p. 55. Monuit Cavedonius, qui ad vs. 22. de regimine Syriae et Palaestinae ablegat ad Borghesium Iscr. del Cos. Burbuleio p. 5. coll. Eckhel. D. N. III. p. 432.

N. 4030. p. 82. repetiit Texier Descr. As. min. T. I. p. 185.

N. 4032. p. 82. repetiit Texier Descr. As. min. T. I. p. 186. qui vss. 14. 15. coniicit Κ[λαυδίου Ἀνθί]μου et vs. 3. scripsit [ἀστυν]ομήσαντα.

N. 4033. p. 83. repetiit Texier Descr. As. min. T. I. p. 191. qui exhibet vs. 7. extr. ΤΟΥΣ, vs. 10. extr. ΚΑΙ, vs. 12. init. ΗΓΕΜΟΝΛΕΓ etc., vs. 13. ΚΑΙΟΙΔ ΚΗΣΑΝΤΑ, vs. 15. extr. ΚΙΝΗ, vs. 16. extr. ΒΗΚΕΝ, vs. 22. extr. ΦΙΚ[Α]Ε̄, vs. 23. sub fin. ΕΡΓΩΝ. Itaque vs. 22. legendum ποντίφικα ε̄, i. e. τὸ πέμπτον. Dele annotationem nostram ad vs. 18. et scribe: Iunge πρὸς πέντε ῥάβδους πεμφθέντα εἰς Βειθυνίαν διορθωτὴν καὶ λογιστὴν cet. Severus extraordinario munere in Bithyniam missus est cum quinque lictoribus ad putandas rationes provinciae. Quinque ei dati lictores, quia non proconsulari potestate erat. Argumentum praeclare illustravit Borghesius Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1843. p. 194 sqq. ratione habita inscriptionis n. 4034. cuius apographum ab Ernesto Curtio transmissum cum eo communicavit Henzenius. Borghesii auxilium sero ad me pervenisse doleo. Itaque in contextu litteris minusculis expresso scribendum vss. 18-20. ἀνθύπατον Ἀχαΐας, πρὸς ε̄ ῥάβδους πεμφθέντα εἰς Βειθυνίαν cet.

N. 4034. p. 83. repetiit Texier Descr. As. min. T. I. p. 192. qui exhibet vs. 2. ΕΙΣΤΟΥΣ, vs. 3. init. [ΘΕ]ΟΥ, vs. 4. init. ΕΞΕΠΙ cet., vs. 9. extr. ΑΠΟ, vs. 10. extr. ΠΕ[Ν], vs. 13. med. [ΕΠ]ΑΡΧΟΝ, in fine ΤΟΥ, vs. 17. extr. ΑΔΡΙΑΝΟΥ, vs. 20. extr. ΥΙΟ[Σ], vs. 21. extr. ΕΝ p. ΕΥ, vs. 22. init. ΕΥ p. ΕΡ. In contextu litteris minusculis expresso vss. 10. 11. scribe: ἀνθύπατον Ἀχαΐας, πρὸς πέ[ν]τε ῥάβδους πεμφθέντα εἰς Βειθυνίαν cet., vs. 14. ποντίφικα ε̄.

N. 4035. p. 84. repetiit Texier Descr. As. min. T. I. p. 193. parum accurate. P. Pomponius Secundianus coniiciente Cavedonio (Annal. Inst. archaeol. Rom. XIX. p. 146.) rexisse Cappadociam et Galatiam videtur. Aelius Macedo vide ne sit idem qui honoratur n. 4031.

N. 4037. p. 84. in annotatione lin. 2. scribe: eius nomen significare videtur post a. p. Chr. 988. scriptum esse titulum utrumque. Immo Imperatores, quorum procurator audit Aufidius Iulianus, facile fieri potest ut sint Maximinus et Maximus.

N. 4039. p. 85. 86. exhibet Texier Descr. As. min. T. I. p. 174. 175. qui hinc inde Chishullum sequi videtur. Habet vss. 1-5. ita:

ΓΑΛΑΤΩΝΟΔΗΜΟΣ
[ΙΕΡ]ΑΣΑΜΕΝΟΣ
ΘΕΩΙΣΕΒΑΣΤΩΙ
ΚΑΙΘΕΑΙΡΩΜΗΙ
[ΤΟΥΤΟΝΤΟΝΝΑΟΝ]
[ΕΠΙΛΟΛΛΙΑΝΟΥ?]
[ΥΠΑΤΙΚΟΥΚΑΙ]
[ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΥ]
[ΤΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥ]
ΑΝΕΘΗΚΕΝ
. . . . [ΘΕ]
ΑΣΕΔΩΚΕΝΚΑΙΜΟΝΟ

vs. 6. extr. ΤΡΙΑΚΟΣ[ΙΑ]; vs. 7. ΚΑΙΚΥΝΗΓΙΟΝΕΔΩΚΕΝ; vs. 9. init. ΠΡΟΣ; vs. 12. ΕΠΙΜΛΟΛΛΙΟΥ ex Chishullo; vs. 13. init. ΠΥΛΑΙΜΕΝΗΣ et in fine ΑΜΥΝ; vs. 14. extr. ΝΙΑΝ; vs. 16. extr. ΓΥΜΝΙΚΟΝ; vs. 17. ΑΡΜΑΤΩΝΚΑΙΚΕΛΗΤΩΝΕ, omissa particula ΚΑΙ; vs. 18. extr. ΤΑΥΡΩΜΑ; vs. 19. ΧΑΙΚΑΙΚΥΝΗΓΙΟΝΚΑΙΠΡΟΣΤΗΝ ex Chish.; vs. 20. ΠΟΛΙΝΤΟ

ΠΟΥΣΑΝΙΕΡΩΣΕΝΟΥΤΟ, partim ex Chish.; vs. 21. extr. ΠΑΝΗΓΥ; vs. 25. lacuna non notatur; vs. 31. init. [ΕΡΜ]ΕΙΑΣ; vs. 32. extr. ΔΕΥ[ΤΕΡΟΝ]; vs. 36. init. ΔΟΡΥΛΑΟΥ, in fine [ΕΛΑΙΟΝ]; vs. 38. init. ΜΟΥΣΙΝΟΣ; vs. 39. init. [ΣΕΛΕΥ]ΚΟΣΣΕΛΕΥΚΟΥ; vs. 40. ΗΛΙΨΕΝΜΗΝΑΣΤΕΣΣΑΡΑΣ ex Chish.; vs. 41. init. ΠΥΛ; vs. 42. [ΔΗΜΟΘΟΙΝΙΑΝΔΙΣ]ΕΔΩΚΕΝ ΤΡΙΣΙΝ; vs. 43. ΕΘΝΕΣΙΝ[ΟΜΟΙΩ]ΣΔΕΕΝΑΝΚΥ ΡΗΕ[ΚΑ]; vs. 44. ΤΟΝΒ[ΗΝ]ΕΘΥΣΕΝ; vs. 45. ΕΔΩ ΚΕΝΟΜΙΟΣΔΕΤΑΥΡΟΜΑΚΙΑΝ; vs. 46. ΚΑΙ[ΠΟΛ ΛΑΣ]ΚΑΘΑΓΩΓΑΣΚΑΙΜΟΝΟΜΑΧΩΝ; vs. 47. ΖΕΥ ΓΗΚΒΗΛΙΨΕΝΔΙΟΛΟΥΤΟΥΕΝΙΑΥ; vs. 48. init. ΤΟΥ[ΤΑ]ΤΡΙΑ; vs. 50. ΕΠΙΜΛΟΛΛΙΑΝΟΥ; vs. 51. init. [ΦΙΛΟΔ]ΑΛΙΟΣ; vs. 52. init. ΠΕΣΣ cet.; vs. 53. ΚΕΚΑΙΕΝΠΕΣΣΙΝΟΥΝΤΙΗΛ[ΙΨΕΝ]; vs. 54. extr. ΑΓΑΛ[ΜΑΤΑ]; vs. 56. ΦΙΛΟΔΑΛΙΟΥ; vs. 58. ΔΥΟ; vs. 59. [ΘΕ]ΑΣΕΔΩΚΕΝ; vs. 61. [ΕΛ]ΑΙΟΝΕΘΗΚΕΝ; vs. 62. [ΟΛΩΙ]ΤΩΕΝΙ[ΑΥΤΩΙ]; vs. 63. ΣΤΟΚΑΙ.. ....[ΕΘΗ]; vs. 64. ΕΘΝ[ΕΣΙΝ] pro ΕΘΗ.ΕΝ; vs. 65. ΕΠΙ......; vs. 66. [ΚΟΥΙΝ]ΤΟΣΓΑΛΛΙΟΣ [ΜΑΡΚΙΑΝ]ΟΥΔΗΜΟΘΟΙΝΙΑΝ; vs. 67. extr. ΠΕΣΣΙ ΝΟΥΝΤΙ; vs. 68. ΝΙΚΗΝΕΘΥΣΕΝΕ[ΛΑΙ]ΟΝ[ΕΘΗ] Κ[ΕΝ]; vs. 69. solum ΕΘΝΕΣΙΝ; vs. 70. ΙΔΗΣΦΙ ΛΩΝΟΣΔΗΜΟ; vs. 71. extr. ΕΚΑΤΟΝΒΗΝ; vs. 72. ΕΛΑΙΟΝΕΘΗΚΕΝΟΛΩΙ; vs. 73. ΤΩΙΕΝΙΑΥΤΩΙ; sequitur spatium duorum versuum, ex quo nobis vestigia supersunt litterarum vss. 74. 75. 76.; deinde pergitur vs. 77. ΚΑΙΕΊΣΕΘΗΚΕΝΒΩΜΟΝ; vs. 78. ΟΙΝΑΝΕΘΗ ΚΕΝ ΙΕΡΑ; vs. 79. init. ΠΥΛ; vs. 80. ΕΚΑΤΟΝ ΒΗΝΕΘΥΣ; vs. 81. [ΕΝ]ΜΟΝΟΜΑΧΩΝ[ΖΕΥΓΗ] ΕΔΩΚΕΝΕΛΑ[ΙΟΝ]; vs. 82. omissus est; vs. 83. ΟΛΩΙΤΩΙΕΝΙΑΥΤΩΙ; vs. 84. ΟΣΑΚΥΛΑΣ; vs. 85. ΔΥΣΙΝΕΘΝ[ΕΣΙΝ]...[Ε]; vs. 87. ΔΙΟΛΟΥΤ[ΟΥ ΕΝΙΑΥΤΟΥ]; vs. 88. [ΕΔ]ΩΚΕΝ; vs. 89. ΟΥΙΟΙΣ ΕΤΙ[ΜΗΣΑΝ].

Si vox ΑΝΕΘΗΚΕΝ post vs. 4. eo loco extat in lapide, quo posita est a Texiero, sane non tantum tribuendum est versuum exponendis primis sollemnibus, quantum nos iis assignavimus in contextu litteris minusculis expresso. Sed ne sic quidem supplementis post vs. 4. a Texiero positis ulla probabilitas accedit. Omninoque cavendum est ne apographo Texeriano plus fidei habeamus quam iustum est. Necdum repperi quod lectionibus a nobis adoptatis anteponerem. Non male Texier vs. 31. proposuit [Ἑρμ]είας. Fortasse etiam vs. 42. legi potest ἔδωκεν τρισὶν ἔθνεσιν· ὁμοίως δὲ ἐν Ἀνκύρᾳ cet. Vs. 66. lege δημοθοινίαν p. δημοθοινίας. Errores manifestos Texieri notare supervacaneum iudico; invenientque facile qui examinaverint eius lectiones cum iis quae de varietate lectionis ad hunc titulum annotavimus. Illud moneo solum, mentionem M. Lollii, qui primus pro praetore Galatiam administravit (Eutrop. VII, 5.) adeo imposuisse transcribentibus, ut vs. 12. ΕΠΙΜΛΟΛ ΛΙΟΥ, vs. 50. ΕΠΙΜΛΟΛΛΙΑΝΟΥ videre sibi visi sint, parum curiosi temporum et rationis magistratuum. Seroque templum dedicatum esse monuimus in annotatione.

Pag. 88. *b.* in annotatione lin. 12. post Σεβαστεῖον (vs. 21.) adde: Hoc Σεβαστεῖον Cavedonio Annal. Inst. archaeol. Rom. XIX. p. 146. videtur esse templum hexastylum, quod exhibetur in nummis Ancyrae cum aquila aut luna aut disco, quorum aquila sit Romana vel symbolum Augusti Iovi aequiparati (cf. Eckhel. D. N. VI. p. 88.), luna autem et discus Μῆνα deum Ancyranum repraesentent. Ibid. post lin. 32. insere: Ad scripturam Ἀτεπόρειγος vs. 23. 32. Cavedonius l. c. comparat nummum Aeduorum inscriptum DVBNOREIX et nomen ex sarcophago Mutinensi BODORIGI (Marm. Moden. p. 110.).

N. 4040. p. 89. repetierunt Eggerus Examen critique des historiens anciens de la vie et du règne d'Auguste, Par. 1844. et inde Texier Descr. As. min. T. I. p. 178-181. apographo usus Hamiltoniano non ignarus nostrae interpretationis expositae in Gerhardi Diario archaeol. 1843. I. n. 2. Titulum repetivimus in libello a me et A. Zumptio edito inscripto *Caesaris Augusti index rerum a se gestarum sive Monumentum Ancyranum*, Berol. 1845. p. 104 sqq. ubi omnino comparandus Commentarius exempli Latini a Zumptio confectus. In contextu litteris minusculis expresso col. I. vs. 6. scribe: Ὀκτα[ουΐου τοῦ cet.

Pag. 90. col. VI. vss. 1. 2. scribe: Ἀρτα[ουάσδης Ἀριοβαρζά]ν[ους υἱός, βασιλεῖς Βρεταν]νῶν Δόμ[νων Οὐε]λλαυνός [τε cet.

Pag. 91. *b.* col. VI. lin. 12. scribe: Marcomanorum regis nomen non expressum videtur (vide Zumpt. l. c. p. 91.).

Pag. 92. *a.* lin. 18. dele verba: *Itaque in exemplari Latino scribendum videtur* IOVISLIBERATO RIS—*et p.* 721., et horum loco scribe: Huic formulae in Latino respondet IVPPITERLIBERTAS. Vide Zumpt. l. c. p. 69. Cum Latina denominatione a Cavedonio comparantur IVPPITERTERMINVS (cf. Annal. Inst. arch. Rom. XIX. p. 327 sqq.) et APOLLO MONETA in nummis Commodi (Annal. l. c. p. 147. Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1848. p. 171.).

N. 4042. p. 92. dixi titulum inter a. u. c. 930 et 933. positum esse. Poteram dicere a. u. c. 930. quo anno M. Aurelius et Commodus Athenis Romam repetentes tempestatem in mari exortam feliciter effugerunt (vide Eckhel. D. N. VII. p. 64.). Hinc Apollonius Apollonii filius τοὺς σωτῆρας Διοσκούρους (cf. n. 3961.) dedicavit in templo Sarapidis. Monuit Cavedonius l. c. p. 148.

N. 4044. p. 93. Axius legatus pro praetore Cappadociae et Galatiae videtur fuisse, ut bene monet Cavedonius l. c. qui praeterea de sacerdote fetiali ablegat ad Marinum Fratr. Arv. p. 708. 714. 754. et ad Hagenbuchium ap. Orell. Coll. inscr. Latt. n. 2275.

N. 4052. p. 94. repetiit Texier Descr. As. min. T. I. p. 195. qui exhibet vs. 3. extr. Κ[ΟΣ], et omittit litteras in vs. 5. residuas.

N. 4056. p. 94. repetiit Texier Descr. As. min. T. I. p. 194. Nomina Κλαυδία et Ἰουλίττα redire inter sanctas virgines Ancyrae commemoratas in Act. Sanctor. ad diem xviii. Maii, n. 19. monet Cavedonius l. c. Idem nomen Ἰουλίττα ab Iulio Peligno vel

alio ex gente Iulia oriundo Praeside Cappadociae et Galatiae (cf. Marinus Fratr. Arv. p. 739.) repetit.

N. 4059. p. 95. tractavit Fr. Iacobsius Vermischte Schriften T. VIII. p. 65. parum feliciter.

N. 4062. p. 96. non male Cavedonius l. c. p. 149. suspicatur in lectione tradita ιουλειητε latere nomen Ἰουλείττη i. e. Ἰουλίττῃ (cf. n. 4056.).

N. 4065. p. 96. repetiit Texier Descr. As. min. T. I. p. 193. qui versum 5. ita exhibet ΑΓΗΣΚΛΑΥ ΔΙΑ[ΤΕ].

N. 4076. p. 99. repetiit Texier Descr. As. min. T. I. p. 192.

N. 4077. p. 99. repetiit Texier Descr. As. min. T. I. p. 194. qui vs. 5. per incuriam dedit ΜΝΗΜΗΣ p. ΜΝΕΙΑΣ.

Post n. 4079. p. 100. insere:

4079. *b*.

Ancyrae; edidit Texier Descr. As. min. T. I. p. 195.

ΕΙΑΜΕΝΗΔΕ
ΔΕΜΑΣΚΕΥΘΕΙ
ΚΛΟΙΝΟΙΟ[ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ]
ΒΩΜΟΣΑΡΓΥΦΕ
ΟΣΛΕΙΨΑΝΑΦΩ
ΤΟΣΕΧΕΙ

[Γα]ῖα μὲν ἥδε δέμας κεύθει κλ[ε]ινοῖο ◡ – –
Βωμὸς [δ'] ἀργύφεος λείψανα φωτὸς ἔχει.

Non male Μενάνδρου vs. 1. extr. proposuit Texier, siquidem nomen illud obvium in hoc tractu. Cf. n. 4141. Sed potest subesse etiam aliud.

4079. *c*.

Ibidem; edidit idem l. c. p. 194.

ΓΑΙΟCΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΖΩΝΕΑΥΤΩΚΑΙCΩΤΕΙΡΗ
ΜΗΝΟΦΙΛΑCΤΗΓΥΝΑΙΚΗ
ΑΥΤΟΥΕΑΝΔΕΤΗCΕΞΑΔΕΛΦΗC
ΤΡΙΟΠΟΛΗCΗΑΥΤΟΑΠΟ

Γάϊος Ἀλεξάνδρου ζῶν ἑαυτῷ καὶ Σωτείρῃ Μηνοφίλας τῇ γυναικ[ὶ] αὐτοῦ· ἐὰν δέ τ[ι]ς ἐξα[λλο]τρι[ώσῃ ἢ] π[ω]λήσῃ αὐτό, ἀπο[τεισάτω - - - - - -

4079. *d*.

Ibidem; edidit idem l. c. p. 194.

ΕΤΕΙΜΗΣΑΝΤΑΔΕΙΔΑΔ
ΙΤΑΠΑΤΗΡΑΥΤΟΥΚΑΙΗΜΗΤΗΡ
ΔΕΙΔΑΚΑΙΣΟΥΣΙΑ
ΣΤΡΑΤΟΝΕΙΚΟΣ. . . . ΗΡ
ΟΙΑΔΕΛΦΟΙΜΝΗΜΗΣ
ΧΑΡΙΝ

Ἐτείμησαν Τ(ίτον) Δείδα[νό] πατὴρ αὐτοῦ καὶ ἡ μήτηρ, Δείδα[ς] καὶ Σουσία, [καὶ] Στρατόνεικος [καὶ Σωτ]ήρ, οἱ ἀδελφοί, μνήμης χάριν.

Nomen Δείδας incertum est. De forma tituli cf. n. 4118. 4122-4125. 4129. 4141. 4143. 4144. 4145.

N. 4082. p. 101. ad Δήμητρα καρποφόρον Cavedonius comparat nummos Pessinuntis, in quibus Ceres frugifera repraesentatur (Mionnet Descr. n. 134. 135. Suppl. n. 81.). In contextu litteris minusculis expresso vs. 6. scribe συ[σ]τήμα[τ]ος κηπουρῶν. Monuit Keilius.

Post n. 4082. insere:

4082. *b*.

Ibidem, in ruderibus aedificii; edidit Texier Descr. As. min. T. I. p. 168.

ΣΩΤΗΡΙΑCΚΛΗΠΙΩΠΕC[CΙΝΟΥ]ΝΤΙΩΝΕΥΧΑΡΙCΤΙΑ

Σωτῆρι Ἀσκληπιῷ Πεσ[σινοῦ]ντίων εὐχαριστία.

N. 4085. p. 102. *a*. in contextu litteris maiusculis expresso vs. 16. init. scribe ΤΑϹΕϹΙ. Vss. 1-8. repetiit Texier Descr. As. min. T. I. p. 169.

N. 4089. p. 103. scribe Μαγειανὸς p. Μα[ρκ]ιανός. Cf. Marinus Fratr. Arv. p. 562. Monuit Cavedonius l. c.

N. 4093. p. 103. in contextu litteris minusculis expresso scribe τ[ὸ μνῆμα - - - - ος]. Δημητρίου Βιξιλλάριος cet. et dele notam. Δημητρίου Βιξιλλάριος recte proposuit Cavedonius l. c.

N. 4097. p. 104. vs. 2. in contextu litteris minusculis expresso scribe: [βραχὺς] ὁ βίος. ταῦ[τα]. Monuit Cavedonius l. c. Cf. n. 6460.

N. 4099. p. 105. edidit Texier Descr. As. min. T. I. p. 195. ita, vs. 1. ЄΤЄΙΡΠΜΟΛΩ, vs. 3. CΛΟ ΜΝΗΜΗC, vs. 6. ΤЄΚΟΚΤΑΟΥ, vs. 7. init. lacunam non signat, vs. 9. ΔΟΜΝΗΟΥ[ΓΑΤΡΙ]. Itaque in fine scribi potest: [καὶ] Δόμνῃ θυ[γατρί]. Verum esse quod posuimus de epocha Tavianorum, ex nummis Tavianis demonstravit Cavedonius Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1845. p. 94. 95. qui ita in litteris: „annos epochae Tavianorum inde ab a. u. c. 729. supputandos esse comprobat nummus Taviorum imperante Septimio Severo percussus, insignis nota ЄΤCΙΗ (Mionnet Suppl. n. 87.) et typo Victoriae gradientis ac praelongam facem prae se ferentis: qui manifesto refertur ad insignem victoriam a Severianis reportatam ad Cyzicum, cuius proprius fere typus sunt duae similes praelongae faces Proserpinae Servatricis."

N. 4100. p. 105. ubi apparet Ἴσιδι et Ὑγίᾳ, Cavedonius l. c. monet in nummis Galatiae extare horum numinum imagines (Mionnet Descr. 24. 45. 112. 146. Suppl. 93.). In numero insequentis inscriptionis corrige 4101.

N. 4103. p. 105. deleatur totus titulus, qui ex meliore apographo edetur in inscriptionibus Christianis.

N. 4105. p. 105. Οἰκονόμος ne non sit nomen proprium viri sed nomen magistratus etiam alibi obvium, veretur Cavedonius l. c. Sed dirimi res non potest propterea quod non liquet, quid nominis lateat in litteris quae sequuntur.

N. 4107. p. 106. vss. 1. 2. τῇ μακαριστῇ ἐν φθιμένοις legendum coniicit Cavedonius l. c. Recte, ut videtur.

N. 4108. p. 106. quod ad latus inscriptionis positum est ΜΗΝΟCΑ Cavedonius suspicatur deberi quadratario, qui quum in ordine verborum post ЄΤΗ ΛΖ illud ponere deberet, ad latus appinxit. Non improbabile id quidem, quum de confusione casuum etiam aliunde constet.

N. 4112. p. 107. de epocha Tavianorum cf. ad n. 4099. in his Addendis.

N. 4117. p. 108. lege Ἀβίβας p. Ἀ[κ]ί[λ]ας, qua emendatione non opus esse videtur. Monuit Cavedonius l. c.

N. 4120. p. 109. vs. 11. Οἰ[ο]βάλου legendum censet Cavedonius l. c. comparans nomen Οἰόβαζος.

N. 4123. p. 110. vs. 3. Λάλαν retineri posse putat Cavedonius. Cf. tamen n. 4129.

N. 4129. p. 111. vs. 3. Ἀπονόμιος legendum arbitratur Cavedonius.

N. 4131. p. 111. subest nomen Κόκκου a recto Κόκκης. Cf. ad p. 286. *b.* in his Add.

N. 4136. p. 112. lege [Ἀρτ]έμωνος p. Ἕ[ρ]μωνος. Monuit Cavedonius.

N. 4138. p. 113. ita lege titulum universum:

Δη]μήτριος κα[ὶ - -
- - ος καὶ Σ]τρατό[νει-
κος κ]αὶ Μαρκιανὸς [τὸ
μνη]μῖον Συνκ[λητικῇ
- - ου τῇ μητρ[ὶ καὶ
Στρατο]νείκῳ πατρὶ γ[λυ-
κυτάτ]ῳ μνήμης χάρι[ν.

Inde a vs. 4. restituit Cavedonius l. c. p. 150.

N. 4142. init. p. 114. Βαβ[ὼ το]ῦ Μάμα [σ]ὺν Μαιεὶ θυγατρὶ legendum proponit Cavedonius l. c. putans aliam filiam esse, quae paulo post memoratur, Λεοντήν. Magis probaverim, si expellas nomen dubium Λεοντῇ; pro quo quum difficile sit aliud reponere probabilius, etiam nunc in lectione nostra vss. 3. 4. σὺν καὶ τῇ θυγατρὶ acquiesco. Nisi forte initio praetuleris Βαβὼ ἡ Νανᾶ. De nomine Βαβὼ cf. Pistoth. Tzschirner Comment. de Graec. nominibus in ω exeuntibus, Vratisl. 1851. p. 22. qui etiam huius tituli meminit.

N. 4143. p. 114. vs. 6. Κάϊκος mavult scribi Cavedonius l. c. coll. Theocr. Epigr. 23.

N. 4145. p. 115. vs. 4. fortasse Ἀγαπία, Σωκράτης legendum suadente Cavedonio l. c.

N. 4150. p. 116. est in tabula marmoris candidi inserta muro aedificii quod putatur antiquum. Tituli melius apographum a Sidoux, qui cum Choiseul-Gouffiero in legatione erat, confectum et per Dionysium (Denis) transmissum nobiscum communicavit A. E. Eggerus. In hoc apographo est vs. 2. extr. ΘΥ, vs. 3. init. ΓΑΤΕΡΑ, vs. 4. extr. ΓΥΝΑΙ, vs. 5. extr. ΕΥΦΡΟΝΟΣ, vs. 6. init. ΖΗΣΑΣΑΝ, vs. 7. ΠΡΟ ΜΟΙΡΑΣΒΙΟΣΑΣΑΝ. Nomen *Vedius* Cavedonio l. c. p. 151. repetendum videtur a P. Vedio Pollione Augusti amico Caesarea Bithyniae oriundo (cf. Eckhel. D. N. II. p. 409.).

Post n. 4150. insere:

4150. *b.*

Amastride in septo quadrato quod pertinet ad aedificium, cuius in muro est inscriptio n. 4150., in basi; transcripsit Sidoux, qui cum Choiseul-Gouffiero in legatione erat; transmissum per Dionysium (Denis) nobiscum communicavit A. E. Eggerus.

ΔΑΜΟΣΟΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ
ΟΥΔΙΑΝΑΙΥΙΔΕΙΝΑΝΤΑΝΕ
ΕΝΗΚΑΙΦΙΛΑΝΔΡΟΝΚΑΙΦΙΛΟ
ΤΕΙΜΟΝΑΝΦΟΤΕΡΑΝΤΑΝΠΟΛΙ
ΩΝΠΟΛΕΙΤΙΝΠΑΣΑΣΑΡΕΤΑΣ
ΚΑΙΩΝΠΡΟΕΔΕΙΣΕΝΕΛΠΙΔΩΝ
ΕΝΕΚΑΨΑΦΙΣΑΜΕΝΑΣΤΑΣΠΑΤΡΙ
ΔΟΣΑΜΑΣΤΡΙΟΣΕΝΤΩΠΡΟΓΟ
ΝΙΚΩΘΕΑΤΡΩΤΕΘΗΜΕΝΑΥΤΑΣ
ΤΟΝΑΝΔΡΙΑΝΤΑΔΙΕΠΙΜΕΛΕΙΑΣ
ΤΙΒΕΡΙΟΥΚΛΑΥΔΙΟΥΜΗΝΙΟΥΤΟ
ΤΟΥΑΝΔΡΟΣΑΥΤΑΣ.ΕΤΟΥΣ
ΗΖΡ

Ὁ] δᾶμος ὁ Ἡρακλεωτᾶν [Ἰ]ου[λ]ίαν Ἀ[κ]υι[λ]εῖναν
τὰν ε[ὐγ]ενῆ καὶ φίλανδρον καὶ φιλότειμον ἀνφοτερᾶν
τᾶν πολίων πολεῖτιν, πάσας ἀρετᾶς καὶ ὧν προέδει[ξ]εν
ἐλπίδων ἕνεκα, ψαφισαμένας τᾶς πατρίδος Ἀμάστριος
ἐν τῷ προγονικῷ θεάτρῳ τεθῆμεν αὐτᾶς τὸν ἀνδριάντα,
δι' ἐπιμελείας Τιβερίου Κλαυδίου Μηνίου τοῦ ἀνδρὸς αὐτᾶς. ἔτους η[ξ]ρ.

Urbs, unde honor habetur mulieri, Heraclea Ponti est, Megarensium colonia. Hinc dialectus Dorica. Mulier Amastriana eademque Heracleensis ab utraque urbe ita honoratur, ut statua ei ab Heraclea decreta Amastride posita sit in theatro a maioribus eius exstructo. Annus subscriptus 168. ex epocha Sinopensium, i. e. Lucullea, deducendus videtur. Cf. ad n. 4151. in his Addendis. Quo posito quum epochae Lucculleae initium capiat a. u. c. 684., annus 168. respondet a. u. c. 850. p. Chr. 97.

4150. *c.*

Ibidem, in lapide quadrato inserto muro aedificii eiusdem, ex quo est inscriptio n. 4150.; ex schedis iisdem misit A. E. Eggerus.

ΥΠΕΡΤΟΥΑΜΑΣΤΡΙΑΝΟΣ
ΔΗΜΟΣ
ΜΗΝΟΔΩΡΟΣ
ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ

Ὑπὲρ τοῦ Ἀμαστριαν[ῶν] δήμο[υ] Μηνόδωρος Ἀφροδίτῃ.

N. 4151. p. 116. est in septo quadrato quod pertinet ad idem aedificium, cuius ex muro est inscriptio n. 4150. Huius tituli apographum a Sidoux, qui cum Choiseul-Gouffiero in legatione erat, confectum et per Dionysium (Denis) transmissum nobiscum communicavit A. E. Eggerus. Est autem hoc:

ΟΥΛΠΙΑΝΟΝΑΡΑΒΙΑΝΟΝ
ΤΟΝΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΥΠΑΤΙΚΟΝΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ
ΚΑΙΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝΤΟΥ
ΣΕΒΑΣΤΟΥΣΥΡΙΑΣ
ΠΑΛΑΙΣΤΕΙΝΗΣΛΑΙΛΙΟΣ
ΑΥΡΗΛΙΟΣΜΑΡΚΙΑΝΟΣ
ΟΠΡΩΤΟΣΑΡΧΟΝΤΟΝ
ΙΑΙΝΟΝΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΟΦΙΛΟΣ
ΕΝΤΩ.ΕΣ.ΕΤΕΙ

Videtur igitur hoc apographum conspirare cum altero S. Martini, in quo vs. 8. item est ΛΑΙΛΙΟΣ. De epocha Amastrianorum coniecturam non improbabilem protulit Cavedonius l. c. p. 151. qui statuit Sinopensium communem esse, i. e. Lucullеam, quum Amastris et Sinope eodem tempore in potestatem Luculli pervenissent (Appian. Mithrid. 82. 83.). Huius epochae principium est a. u. c. 684. (Eckhel. D. N. II. p. 392.). Inde tituli annus 260. incideret in annum XII. Imp. Commodi, a. u. c. 944. p. Chr. 191. Sed id quum statui non possit ob legati pro praetore Syriae Palaestinae mentionem, quae tempora significat bello Parthico L. Veri anteriora (vid. Borghesium Iscr. del Cos. Burbuleio p. 58-60.), Cavedonius in designatione anni pro ΞΣ coniicit scribendum esse ΙΣ exigua mutatione, ut annus sit 207. qui respondeat anno I. Antonini Pii, a. u. c. 891. Coniecturae proponendae otium facere videtur lectio apographo supra allato tradita ΕΣ, ex qua prodit annus 205. qui ex epocha Lucullea respondet anno XX. Hadriani, a. u. c. 889.

N. 4152. p. 117. in minusculis lege Γαλλικῆς p. Γαλατικῆς. Cf. n. 4542. 4544. De legatione III. Gallica Cavedonius l. c. comparat nummos Tyri et Damasci (Eckhel. D. N. III. p. 333. 392.).

Post n. 4152. insere:

4152. *b.*

Amastride in sepulcro in rupe; transcripsit Sidoux, qui cum Choiseul-Gouffiero in legatione erat; apographum per Dionysium (Denis) nobiscum communicavit A. E. Eggerus.

ΣΕΡΒΕΙΛΙΟΥΡΟΥΦΟΥ

Σερβειλίου Ῥούφου.

In alio sepulcro vicino ibidem Sidoux vidit incisas litteras Ο Ρ Ο magno inter se intervallo singulas dissitas.

4152. *c.*

Amastride, in coemeterio Turcico in basi tres pedes alta; transcripsit idem, misit idem.

ΜΥΣΤΑΡΧΙΚΟΣ

In corona oleaginea lemniscata:

ΓΕΡΟΥΣΙΑΣ

Μυσταρχικός. Γερουσίας.

Honoratur Mystarchicus a Senatu.

4152. *d.*

Amastride, in basi rupta; transcripsit idem, misit idem.

ΚΝΟΝΑΥΤΩΝΚΑΙΤΟΥΣΥΜΠΑΝΤΟΣΟΙΚΟΥΤ....
....ΒΟΥΛΗΣΚΑΙΔΗΜΟΥΤΟΥΑΜΑΣΤΡΙΑΝΟΣ
....ΑΝΟΥΛΟΥΕΙΤΟΥΠΡΕΣΒΕΥΤΟΥΚΑΙΑΝΤ...
...ΗΣΑΣ.ΝΤΩΙ..ΣΕΤΕΙΕΠΙΟΝΠΕΡΗΤ......
ΑΡΧΟΝΤΑΑΡΧΟΝΤΩΝΑΝΕΣΤΗΣΕΥ.......
ΚΛΕΑΚΑΙΤΗΚΑΤΕΠΙΚΕΙΜΕΝΗΛΕ.......
....ΙΣ.ΧΑΣΑΠΕΚΑΤΕΣΤΗΣΕΝ........
.......ΑΡΧΟΝΤΩΝΠΡΟΗ..........

*[Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ νείκης καὶ αἰωνίας διαμονῆς τῶν Κυρίων Αὐτοκρατόρων Καισάρων Μ. Αὐρηλίου Ἀντωνείνου καὶ Λ. Αὐρηλίου Οὐήρου, Ἀρμενιανῶν, Παρθικῶν, Μηδικῶν καὶ τῶν τέ]κν[ω]ν αὐτῶν καὶ τοῦ σύμπαντος οἴκου το[ῦ Σεβαστοῦ καὶ ὑπὲρ] βουλῆς καὶ δήμου Ἀμαστριαν[ῶν ὁ δεῖνα ἐπὶ - - - - Κ]ανουλ[είου] τοῦ πρεσβευτοῦ καὶ ἀντ[ιστρα(τήγου) οἰκοδομ]ήσας [ἐ]ν τῷ - - σ ἔτει ἐπὶ [τῶ]ν περ[ὶ - - - -
ἄρχοντα ἀρχόντων ἀνέστησε - - - - - - - - -
- - καὶ τῇ κατεπικειμένῃ - - - - - - - -
- - - - ἀπεκατέστησεν [ἐπὶ τῶν περὶ τὸν
δεῖνα] ἀρχόντων, πρὸ ῆ [Καλανδῶν - - -*

Annus 200. et quod excurrit ab anno u. c. 684. deducendus (vide ad n. 4151. in his Add.) docet titulum post a. u. c. 884. p. Chr. 131. ac proinde eodem saeculo positum esse ad quod pertinet n. 4151.

Dixeris vs. 4. quum Iota quod vocatur mutum exulet vs. 6, ductu Ι post ΤΩ pro altero crure litterae Η accepto, designatum fuisse annum ΗΛΣ, 238, qui annus respondet anno u. c. 922. p. Chr. 169. siquidem verisimile est Imperatores, quorum nomina in lacuna interierunt, esse M. Aurelium et L. Verum. Certe neque Antoninum Pium et Caesarem M. Aurelium probabile est memorari (cf. n. 4661.), nec M. Aurelium et Commodum, de cuius liberis non constat (Eckhel. VII. p. 139.). Quibus ita positis initio supplementa dedimus. Vs. 5. extr. et vs. 6. fuerit tale quiddam: [σὺν τῇ ἐξέδρ]ᾳ καὶ τῇ κατεπικειμένῃ λέ[σχῃ]; sed de supplementis h. l. parum definiri licet, quum non constet, de quo aedificio sermo sit.

N. 4154. p. 118. Gn. Claudius Severus consul iterum et gener M. Aurelii Antonini Severi videtur filius fuisse Claudii Severi philosophi Peripatetici, M. Aurelii magistri, a quo Imperatore is frater appellabatur (vide Borghesium Giorn. Arcad. XLII. p. 193 sq.). Monuit Cavedonius l. c.

N. 4157. p. 119. in annotatione extr. lege: Mionnet Descr. in Paphlag. n. 108. Suppl. n. 155.

N. 4158. p. 119. Aliud apographum confectum a Sidoux, qui cum Choiseul-Gouffiero in legatione erat, misit A. E. Eggerus. In eo est vs. 2. init. ΑΝΑ ΞΗΠΡΑΤΟ, vs. 5. omissus. Aliud apographum a Xanthopulo habuit Keilius, qui ex eo enotavit supra epigramma posita verba haec ΤΟΝΚΑΙΑΥΤΟΥΣ ΜΕΤΑΤΩΝΣΠΕΙΡΟΚ residua ex praescriptis; vs. 5. ΕΥΛΑΛΙΟΙΟ, monuitque per totam inscriptionem esse Α p. Α. Itaque in contextu litteris minusculis expresso in fronte scribe: - - - *τον καὶ αὐτοὺς μετὰ τῶν σπειροκ[εφάλων* - - -, vs. 5. scribe *Εὐλαλίοιο*, cuius lectionis meminit Welckerus qui titulum litteris minusculis ex Hamiltono edidit Mus. Rhen. III. 1845. p. 272. n. 51. Idem bene annotat voce *θεσμός* h. l. intelligendum esse Imperatorem, plura is congerens de voce *στήλη*, quae h. l. et recentiore aevo significat statuam (cf. Zoëga de obel. p. 571. n. 4. Gloss. vett. et Suid. s. v.). Affert praeterea exempla haec: Vit. Plat. in Biblioth. Gotting. vett. litt. et artt. fasc. V. ined. p. 18. *γυνὴ γάρ τις ἀπῆλθε χρησομένη, εἰ δεῖ τὴν στήλην αὐτοῦ συντάξαι τοῖς ἀγάλμασι τῶν θεῶν*; Fab. Aesop. cod. Flor. 169. *πετρίνην στήλην ὁμοίαν ἀνδρί*; Tzetz. Chil. VI, 610. *στήλην* de Memnone, quam Osannus Syllog. p. 17. falso negat esse statuam; Anthol. Planud. l. V. *εἰς τὰς ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ στήλας τῶν ἀθλητῶν*, et l. IV. *εἰς στήλην Ἀλεξάνδρου*; eodemque modo explicandam vocem censet in epigrammate Cyziceno Anthol. Palat. VI, 342. de quo Boeckhius disserit in Explicatt. ad Pind. Ol. VII. p. 172.

N. 4159. p. 119. apographum a Xanthopulo acceptum Keilius misit hoc:

ΟΥΔΕΝΑΦΑΡΟΤΕΡΟϹΧΡΥϹΟΥ
ΛΙΘΟϹΕΙΠΛΕΟΝΑΝΘΕ[ΩΙ]
ΠΑΡΘΕΝΙΗϹΑΙΔΟΙΠΕΠΥϹΜΕ
ΝΟϹΕΙΜΙΔΕΓΕΙΩΝ
ΡΕΙΠΑΝΗΚΑΘΑΡΟ[Ι]ϹΑΡΑΠΙΔΟϹ
ΕΝΘΑΜΕΒΟΥΛΗϹ [c]
Θ ΝΚΕΧΑΡΙϹϹΑΜΕΝΗΑΡΕΤΗΠΑ
ΤΡΟϹΟΝΠΕΡΙΠΑΝΤΩΝ
ΤΙΜΗϹΑΝΒΑϹΙΛΗΕϹΕΛΕΥΘΕ
ΕΙΒΙΟΤΟΙΟ
[ΜΑ]ΡΤΥΡΙΠΙϹΤΕΥϹΑΝΤΕϹΕ
ΡΙΗΝΑΜΙϹΟΙΟ
ΠΑΙΔΕΙΗϹΑ
ΚΙΗϹΤΕ
ΙΕΡΟΗ

Itaque vss. 1. 2. scribendum videtur: *Οὐδὲν ἀφαυρότερος χρυσοῦ λίθος, εἰ πλέον ἄνθῃ παρθενίης αἰδοῖ πεπυκασμένος*, et vss. 9. 10. *βασιλῆες, ἐλευθερ[ίῃ] βιότοιο*, et fortasse vss. 11. 12. *ἐ[λευθε]ρίην Ἀμίσοιο*, vs. 14. *ἡλι]κίης τε* proposuit Keilius.

N. 4162. p. 120. vs. 1. *Διομέδων* proposuit Keilius. Vs. 3. Cavedonius l. c. mavult *Φλογίω[νος]*. Sed causa, quam ex Iota muto repetit, non idonea est.

N. 4163. p. 120. habeo nunc etiam ex schedis Sidoux, quas a Dionysio (Denis) acceptas misit A. E. Eggerus. Est autem apographum hoc:

ΠΟΝΤΙΚΟϹ
ϹΑΛΛΟΥ ΕΤΩΝ ΝΗ
ΕΝΘΑΔΕΚΕΙΩ

Ex quo videndum ne nomen *Σάλλου* bene se habeat.

N. 4164. p. 120. habeo nunc etiam ex schedis Sidoux, quas a Dionysio (Denis) acceptas misit A. E. Eggerus. In eo est vs. 1. init. ΣΑΙΟΥΕΙΝΙΟΣΟΗΛΟ ΙΕΡΟΣ (ubi prope conieceris esse *ὁπλότερος*, quod videatur nunc esse nomen proprium *Ὁπλοτερός*), vs. 2. terminatur voce ΕΤΕΡΟΣ; vs. 3. init. ΑΝΟΙΞΕΙ, deinde ΚΑΤΑΤΕΘΗΝΑΙ; hic versus terminatur voce ΤΟΙ.

N. 4165. p. 120. habeo ex schedis iisdem: quae habent vs. 1. init. ΜΗ   ΑΤΕΡΙΟΣ, vs. 2. init. ΤΗ ΟΡΟΝΕΑΥΤΩ cet.

N. 4168. p. 121. Arrium Antoninum Tillemontius (Commod. p. 438.) coniicit genus habere ex avo materno Antonini Pii eundemque esse, qui Proconsul Asiae fuit et iussu Commodi ad mortem datus est, quum is circa a. p. Chr. 188. in Christianos saeviebat. Praesidem Ponti et Bithyniae nunc eum sistit inscriptionis fragmentum. Monuit Cavedonius l. c.

N. 4169. p. 121. in annotatione notare poteram nomen *Iulii* frequentatum in hoc tractu (cf. n. 4170. 4183.) repeti posse videri a praesidibus Ponti hoc nomen gerentibus, ut Iulio Marino, Iulio Cornuto, Iulio Severo (cf. Marin. Fratr. Arv. tab. LVIII.). Monuit Cavedonius l. c.

N. 4170. p. 121. in contextu litteris minusculis expresso dele interpunctionem post *μνήμης*.

N. 4174. p. 122. ex Hamiltono repetiit Welckerus Mus. Rhen. III. 1845. p. 249. n. 25. qui vs. 4. *[ε]ὐ[σχ]ήμως* scripsit: improbabiliter.

N. 4180. p. 123. ex Hamiltono repetiit Welckerus Mus. Rhen. III. 1845. p. 249. n. 24. Cum oratione huius tituli Cavedonius l. c. p. 153. comparat fragmentum laudationis ap. Marinum Iscr. Alb. p. 136.

N. 4187. p. 124. vss. 8. 9. non male Cavedonius l. c. legendum censet *το[σ]αύτ[η]ν χάριν*, i. e. tantillam gratiam.

N. 4189. p. 124. Ad Nicopolin Ponti etiam nummum inscriptum ΝΙΚΟΠΟΛΕΙΤΩΝΝΕΩΚΟ (Mionnet Suppl. II. p. 118. n. 366.) referendum putat Cavedonius l. c. itemque nummum Nicopolitanum cum inscriptione ΑϹΥΛΟΥ vulgo Nicopoli Epiri tributum (Eckhel. D. N. II. p. 166. Mionnet Descr. n. 98.).

Post n. 4189. adde·

4189. *b*.

In vico Mujalek ab oppido Sivas (vetere *Sebastia*) meridiem versus, in basi; edidit Bailius Fasc. inscr. III. p. 13. qui etiam apographum habuit ex schedis Brantii a Borrellio missis.

ΓɪΙɪΑΙΜΙΛΙΑΝΟΣΝΑ
ΤΑΛΙΤΙΑΙΜ . . ΜΗ

Γ(άϊος) Ἰ(ούλιος) Αἰμιλιανὸς Ναταλιτίᾳ μ[νή]μη[ς χάριν.
Bailius vs. 2. ex schedis Brantii enotat ΤΑΛΙΠΤΑΙΝ.

N. 4192. p. 125. Nomen Iulii in Galatia et Cappadocia obvium Cavedonio l. c. p. 153. videtur repetendum a Praesidibus huius provinciae, ut Iulio Peligno, Iulio Quadrato (cf. Marin. Fratr. Arv. p. 735. 739.). Cf. ad n. 4013. in his Add.

N. 4196. p. 126. vs. 1. scribe Τι[β. Ἀῤῥούντι]ος Ἰουλιανός; vs. 2. init. Ἰου[λ]ια[ν]αῖς Σεκούνδῃ καὶ Σαβείνῃ; vs. 3. init. Ἀττ[ικ]ῷ. Monuit Cavedonius.

N. 4198. p. 127. Nomen Domitii, quod Marcus Philippus Lyciarcha gerit, Cavedonius bene componit cum Domitio Apollinari legato pro Praetore Lyciae (vide Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1843. p. 140. cf. n. 4236.).

N. 4199. p. 127. Epochae annos inde ab a. u. c. 827. quo Lycia postremum in provinciam redacta est, supputandos censet Secchius Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1843. p. 140. Sed hanc epocham non huius tituli esse monui iam ad n. 6270. 6271. Itaque si aliunde demonstrari potest Lycios ea, quam dixit Secchius, usos epocha esse, nihil hoc obstat, quo minus Telmissenses alia urbis epocha usi esse censendi sint. Cf. ad n. 4300. *f.* et n. 3892. in his Add. Inde a n. 4199. aliquoties dedi in lemmate Fellows Itin. As. min. edit. alt. 1841. ut n. 4203-4205. 4208. 4209. 4213. 4214. 4216. 4220-4222. 4224. 4225. 4226-4230. 4238. pro quo rectius dicendum erat Fellows Itin. Lyc. 1841.

N. 4199. *b*. p. 127. Scribe Αἴχμ[ω]νος. Nomen Αἴχμων nunc redit in titulis Xanthiis n. 4269. *b.*[1] 4269. *b.*[2] in his Add. et in Olympeno n. 4375. *i.* in his Add.

N. 4200. p. 127. nomen Ἑρμολάκου de architecto intelligendum sit nec ne, dubium esse monet Welckerus Mus. Rhen. 1848. p. 384.

N. 4202. p. 127. edidit Texier Descr. As. min. T. III. p. 188. qui tradit esse:

ΑΜΥΝΤΟΥΕΡΜΑΠΙΟΥ

unde legendum Ἑρμαπίου pro Ἑρμαγόρου. Cf. n. 4257.

N. 4203. p. 128. habeo nunc etiam ex schedis Loewii et Schoenbornii sine memorabili varietate lectionis.

Post n. 4203. insere:

4203. *b*.

Telmissi, in sepulcro rupi inciso; transcripsit Loewius. Edidi Annal. instit. arch. Rom. XIX. p. 119.

ΑΠΟΛΛΟ	
ΝΙΟΥΒ	Ἀπολλ[ω]νίου β
ΑΘΗ . . .	Ἀθη[ναί]ου.
ΟΥ	

N. 4204. p. 128. habeo nunc etiam ex schedis Loewii et Schoenbornii, quae etiam n. 4205. obtulerunt.

N. 4206. p. 128. de symbolo duarum manuum vide ad n. 3819. in his Add.

N. 4207. p. 129. habeo etiam ex schedis Loewii sine memorabili varietate lectionis. Multae pendendae violatoribus sepulcrorum in titulis Lyciis sunt denarii 250 n. 4268. — 500 n. 4208. *c.* Add. 4229. 4246. 4278. *h.* Add. — 1000 n. 4228. 4255. 4320. — 1500 n. 4300. *d.* Add. 4245. 4212. 4303. *g.* — 2000 n. 4325. *d.* Add. — 2500 n. 4277. 4300. *r.* Add. 4321. *b.* — 3000 n. 4325. *c.* Add. — 5000 n. 4207. 4325. *f.* Add. — 20000 n. 4290. cf. Add. Talis multae ut plurimum tertia pars conceditur ei, qui accusaverit, ut denariorum 500 n. 4233. 4315. *i.* Add. 4325. *i.* Add.; denariorum 1000 n. 4249. 4278. *c.* 4325. *h.* et *k.* in Add.; denariorum 1500 n. 4247. 4264. 4299. 4278. *i.* Add. 4300. *f.* 4300. *l.* Add. 4325. *b.* et *g.* Add.; denariorum 2000 n. 4325. *d.* Add.; denariorum 2500 n. 4224. *d.* Add.; denariorum 3000 n. 4325. *c.* Add.; denariorum 5000 n. 4224. *c.* Add. 4305. — Similisque summa fuisse videtur etiam n. 4266. *c.* 4288. cf. n. 4215. 4208. Sed aliquoties etiam argento exponitur multa, ut talentum argenti est n. 4259. Cf. tit. Pisid. n. 4366. *n.* Quod ubi fit drachmis, observare licet multae partem dimidiam attribui accusatori. Summa drachmarum semel videtur esse 500 n. 4303. *h.*[3] Add.; aliquoties 1000 n. 4315. *k.* Add. 4244. Add. 4303. *h.*[4] Add.; semel 3000 n. 4303. *e.* Add. nisi ibi scribendum Ⅽ (i. e. 6000), bis 6000 n. 4293. ubi scribe ϛ (conf. Add.) n. 4300. *x.* Add. Hinc n. 4308. si recte legimus aut ἐπὶ τοῖς ἡμίσεσι τῶν χρημάτων aut ἐπὶ τοῖς ἴσοις μέρεσι τῶν χρημάτων (vide Add.), videtur scribendum vs. 4. ὀφειλήτ[ει δραχμὰς - -]. De multa titulorum Phrygiae vide ad n. 3900. in his Add.

Post n. 4208. p. 129. adde:

4208. *b*.

Telmissi, in sepulcro; transcripsit Loewius. Edidi Annal. instit. arch. Rom. XIX. p. 119.

ΕΥΠΟΛΕΜΟΥΤΟΥΔΙΟΓΕ
ΝΟΥΣΠΡΟΓΟΝΙΚΟΝ

Εὐπολέμου τοῦ Διογένους προγονικόν.
Intellige μνημεῖον.

4208. *c*.

Telmissi, in coemeterio ad viam quae deducit Pinara; ediderunt Rossius Intelligenzblatt zur Allgem. Litt. Zeit. Halle 1845. n. 36. p. 290. Spratt et Forbes Itin. Lyciae Lond. 1847. II. p. 268.

ΕΥΤΑΚΤΟΣΕΡΜΑΝΔΕΙΜΑΣΙΟΣΚΑΔΥΑΝΔΕΥΣΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝ
ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝΕΑΥΤΩΚΑΙΤΗΓΥΝΑΙΚΙΚΑΡΠΙΜΗΚΑΙΤΟΙΣΤΕΚΝΟΙΣ
ΕΥΤΑΚΤΩΚΑΙΧΡΥΣΙΠΠΩΚΑΙΤΗΕΚΤΟΥΤΩΝΕΣΟΜΕΝΗΓΕΝΕΑ
ΕΑΝΔΕΤΙΣΕΤΕΡΟΣΕΝΘΑΨΗΧΩΡΙΣΤΟΥΕΠΙΤΡΕΨΑΙΤΙΝΑΗΜΩΝ
ΑΠΟΤΕΙΣΕΙΤΩΚΑΔΥΑΝΔΕΩΝΔΗΜΩ✱Φ

Vs. 5. extr. Spratt et Forbes omittunt ✱.

Εὔτακτος Ἑρμανδειμάσιος Καδυανδεὺς τὸ μνημεῖον κατεσκεύασεν ἑαυτῷ καὶ τῇ γυναικὶ Καρπίμῃ καὶ τοῖς τέκνοις Εὐτάκτῳ καὶ Χρυσίππῳ καὶ τῇ ἐκ τούτων ἐσομένῃ γενεᾷ. ἐὰν δέ τις ἕτερος ἐνθάψῃ χωρὶς τοῦ ἐπιτρέψαι τινὰ ἡμῶν, ἀποτείσει τῷ Καδυανδέων δήμῳ δηνάρια φ̅.

Nomen patris Ἑρμανδείμασις redit in titulo Cadyandensi n. 4228. *b.* in his Add.

N. 4210. p. 130. formulam, ad quam Ἰάσονος καὶ Θεοδότου redegimus, summoverunt meliora apographa n. 4288. 4683. (vide hos titulos in his Add.). Hinc tutius medelam adhibere et Vol. II. n. 1318. ubi Καιλιανοῦ proposuit Keilius et Vol. III. n. 5471. ubi scribendum ἡ καὶ Ἀγάθη, et n. 4210. ubi Keilius suadet scribendum esse τῶν ἑαυτῶν s. ἑατῶν τέκνων, ut Θεόδοτον sit nomen matris (cf. Syllog. inscr. Boeot. p. 36.).

N. 4211. p. 130. aliud apographum dissimile invenio in schedis Loewii hoc:

ΤΟΥΤΟ
ΤΟΜΝΗΜΑ
ΚΑΤΕϹΚΕΥΑ
ϹΕΝ
ΚΛΕѠΝΤΟΥ
ΠΟΥΝ . . Ο .
ΤΕΛΜΗϹϹΕΥϹ

Noli Κλέων legere. Nomen Ἰάσων frequens est in Lycia (cf. n. 4210 sq. 4243. 4292 sq.).

N. 4212. p. 130. accuratius apographum dedit Loewius, quod edidimus Annal. Instit. arch. Rom. XIX. p. 116.

ΓΗϹΑ . . ΜΑϹ	Σ]ησάμας?
ΚΕΡΑΜΕΥϹ	κεραμεὺς
ѠΝΗϹΑΜΗΝ	ὠνησάμην
ΔΙΑΤѠΝΑΡΧΕΙ	διὰ τῶν ἀρχεί-
ѠΝΤΟΝΠΥΡΓΙ	ων τὸν πυργί-
ϹΚΟΝΕΑΥΤѠ	σκον ἑαυτῷ
ΚΑΙΓΥΝΑΙΚΙΜΟΥ	καὶ γυναικί μου
ΕΛΠΙΔΙΚΑΙΤΟ	Ἐλπίδι καὶ τ[ῇ
ΠΕΝΘΕΡΝΕΝ	πενθερ[ίδι μου
ΕΥΦΡΟϹΥΝΗΚ	Εὐφροσύνῃ κ[αὶ
ΙΑΝΟΑΡΙѠΚΑΙΤ . .	Ἰανοαρίῳ καὶ τ[έ-
ΚΝΟΙϹΗ . . Ν . .	κνοις ἡ[μῶν
ΚΑΙϹѠΤΗΡΙΧѠ	καὶ Σωτηρίχῳ
ΤѠΝΠΕΝΘΕΝΙ	τῷ πενθε[ρῷ.
ΕΤΕΡѠΔΕΟΥΔΕ	ἑτέρῳ δὲ οὐδε-
ΝΙΕΞΕϹΤΑΙ	νὶ ἐξέσται [τε-
ΗΝΑΙΕΠΕΙΑ	θ]ῆναι· ἐπεὶ ἀ-
ΕΙϹΕΙΤѠ	ποτ]είσει τῷ [ἱερ-
ѠΤΑΤѠΤΑ	ωτάτῳ τα-
ΜΕ Ѡ ✱ ͵ΑΦ	με[ί]ῳ δηναρία ͵αφ̅.

Nomen Σησάμας ab urbe Paphlagonia repetendum videtur, quae Σήσαμος s. Σήσαμον appellabatur. Σησάμης vel Σεισάμης etiam ap. Aeschyl. Pers. 320. 979. occurrit. Πενθερὶς pro πενθερὰ bene Keilio videtur statuendum comparanti παλλακὶς et παλλακή.

N. 4213. p. 130. apographum Loewii hoc est:

ΟΝΗϹΙΦΟΡΟϹ
ΔΙϹΤΟΥΑΛΕΞΑΝ
ΔΡΟΥΤΟΝΠΥΡΓΙ
ϹΚΟΝΤΟΥΤΟΝΚΑ
ΤΕϹΚΕΥΑΖΕΝΕ
ΑΥΤΩΚ . . ΤΗΓΥ
ΝΑΙΚΙΑΥΤΟ . ΑΜ
ΜΙΑΑΓΑΘΩΝΥΜΟ
ΚΑΙΤΟΙϹΤΕΚΝΟ . Ϲ
ΚΑΙΤΟΙϹϹΥΓΓΕ
ΝΕΞΙΝΟΝΗΞΙ

N. 4214. p. 131. habeo nunc etiam ex schedis Loewii. Eundem titulum edidit Texier Descr. As. min. T. III. p. 189.

N. 4215. p. 131. vs. 4. de formula ἐὰν μείνῃ μετ' αὐτοῦ apposite Keilius comparat Vol. II. n. 2820. *A.* 5. γυναῖκα γενομένην καὶ μείνασαν Ἀττάλου, et servorum apud dominos παραμονὴν (Curt. Anecd. Delph. p. 40.).

N. 4216. p. 131. accuratius apographum dedit Loewius, quod edidi Annal. inst. arch. Rom. XIX. p. 116. n. 12. denuoque transcriptum dedit H. Barthius Mus. Rhen. VII. p. 258. n. 41.

Barth.

ΠΟΛΕΜΩΔΛ Ε
ΣΙΑΣΩΝΑΦΑΡΝΑΚΟΥ
ΜΑΥΣΩΛΟΣΣΙΑΣΩΝΟΣ
RΛΙΩΝΕΑΥΤΟΥΠΛΥ
ΚΑΙΜΕΡΙΜΑΥΑΣΑΜΑΥΣΩΛΟΥ
ΤΟΝΕΑΥΤΗΣΑΝΔΡΑ
ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΑΣΕΝΕΚΕΝ
ΤΗΣΕΙΣΑΥΤΟ

Loew.

Π Ο Λ Ε Μ Ω Λ Α
ΣΤΑΣΩΝΑ ΦΑΡΝΑΙΟΥ
ΜΑΥΣΩΛΟΣ ΣΤΑΣΩΝΟΣ
ΤΟΝΕΑΥΤΟΥΠ
ΚΑΙΜΕΡΙΜΑΥΑΣΜΑΥΣΟΛΟΥ
ΤΟΝΕΑΥΤΗΣΑΝΔΡ
ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΑΣΕΝΕΚΕ
ΚΤΗΣΕΙΣΛ

Hinc titulus ita legendus est recepta ex Fellowsii et Barthii apographo vs. 5. lectione ΜΕΡΙΜΑΥΑΣΑ:

Πολέμω[ν] λα[τύπος.
Στάσωνα Φαρνά[κ]ου

Μαύσωλος Στάσωνος
τὸν ἑαυτοῦ π[ατέρα
καὶ Μεριμαυάσα Μαυσ[ώ]λου
τὸν ἑαυτῆς ἄνδρ[α
φιλοστοργίας ἕνεκε[ν
τῆς εἰς α[ὐτούς.

Keilius vs. 1. proposuit Πολέμων δ[ὶς] ἐ[ποίησεν, i. e. Πολέμων Πολέμωνος ἐποίησεν, non improbabiliter. Certe etiam alias sculptores nomina sua titulis praemittere solebant. Cf. ad n. 3887. in his Add. Sed tamen haud scio an probabilius sit Πολέμω[ν] λα[τύπος; cf. n. 3827. *v.* et *y.* in his Add. Nomen Μεριμαυάσα Keilius cum nomine Μερινδάσα n. 4300. *x.* in his Add. comparat. In apographo Barthiano vs. 4. init. litterae RΛ suo loco motae sunt, fortasse illae pertinentes ad finem versus, ut ultima syllaba sit vocis ΠΑ ΤΕΡΑ, nisi simpliciter repetitae sunt ΚΑ ex initio vs. 5.

Post n. 4216. p. 131. adde:

4216. *b.*

Telmissi in lapide ad moscheam; transcripsit Loewius. Edidimus Annal. Inst. arch. Rom. XIX. p. 119.

ΡΟΥΦΟCΔΙΟΝΥCΙΟΥ
ΤΡΙΠΟΛЄΙΤΗCЬCΦΟΙ
.ΗCΤΑΥΤΗΝ.ΗΝЄѠ
.ΑΤΟΘΗΝΙΝЄΝΟΑ
ЄΤЄΘΙΚΑΤЄΘΑΥΑΜΟΥ
ΔЄΛΦΟΝΔΙΟΝΥCΙ

Ῥοῦφος Διονυσίου
Τριπολείτης [τ]ῆς Φοι-
νίκ]ης ταύτην [τ]ὴν [σ]ω-
μ]ατοθή[κη]ν, ἔν[θ]α
ἐτέθ[η], κα[ὶ] ἔθα[ψ]ά μου
τὸν ἀ]δελφὸν Διονύσι[ον
- - - - -

N. 4217. p. 131. vs. 3. vox σύνδρομος pro σύζυγος defendi posse videtur Cavedonio Annal. Inst. arch. Rom. XIX. p. 154. quia cóniux dici possit una cum aliquo vitam percurrere. Vix recte.

N. 4219. p. 132. vs. 2. σὺν τῷ ὑποσορίῳ scribendum esse vidit Keilius. Cf. n. 4287.

Post n. 4220. p. 132. insere:

4220. *b.*

Telmissi in sepulcro; transcripsit Loewius. Edidimus Annal. Inst. arch. Rom. XIX. p. 119.

ΟΠΥΡΓΙCΚΟC	Ὁ πυργίσκος
ΘΥΤΟCΠΡΟ	οὗτος προ-
ΟΝΙΚΟC	γ]ονικὸς
ΑΥΡΝ	Αὐρ(ηλίου)
ΤΡΚΕΠ	- - - -
ΝΕCΟΜΕ	καὶ τῶ]ν ἐσομέ-
ΥΑΡCΕ	νων ἐξ αὐτο]ῦ ἀρσέ-
ΡΟΥ	νων τέκνων; ἑτέ]ρου
	[δὲ οὐδενὸς] cet.

N. 4221. p. 132. apographum a Loewio acceptum nihilo melius est:

ΛΗΣ

ΟΕΣΤ
ΤΑΚΑΛΛ
ΝΙΟΣΔΙΟ
ΑΝΤΗΔΙΩΝ

Post n. 4221. adde:

4221. *b.*

Telmissi in moschea; transcripsit Loewius. Edidimus Annal. Inst. arch. Rom. XIX. p. 120. 5.

ΤΟΥ - - - - ΜΕΙΟΝΙΟΤΗ..ΕΥΑCΕΝΟΙΙ...ΤΟCΔΙΟΝΥCΙΟΥ
Δ - - - - - - - - - - - ΕΝ - - Θ - - - - - ΗΘΗΚΗ
ΚΑ - - - - ΔΟ - - - - ΥΤΟΥΡΟΔ - - - - Ρ - - ΟΙΠΑΙΕ
ΘΗΚ - - - - ΟΥΔΙΟΝ..Ο.ΘΡΕΠΤΟΝΒΥ - - - - - - - - -
ΚΑΙΠ - - - ΟΝ - ΧΕ..ΑΤΗΝΜ.ΤΕΡΜΥΤΟ - - - ΝΚΑΙΕΛΠΙΔ
ΘΡΕΠ - - - ΕΞΙΕ..ΚΑΤΥ.ΕΝΑΤΡ.Τ.CΞ - - - - ΑΙΕΙCΤΟ

Τοῦ[το τὸ μνη]μεῖον [κα]τ[εσκ]εύασεν - - - - τος Διονυσίου
- - - - - - - - - - - - - - ἡ θήκη
- - - - - - - - - - - - - - - -
- - - - - τ]οῦ Διον[υσί]ο[υ] θρεπτὸν - - - - -
- - - - - - - - - - - - καὶ Ἐλπίδ[α]
θρεπ[τὴν - - - - - - - - - - θεῖν]αι εἰς τὸ
[μνημεῖον] cet.

4221. *c.*

Telmissi in monumentum eodem, ex quo est n. 4221.; transcripsit Loewius. Edidimus Annal. l. c. p. 120. 6.

ΔΟ ΑΝΔΑ
ΙΟC.ΑΙΣ...ΚΕ..Ν..ΣΕΑΥΤΗΣΚΑΙΤΟΙΣΤΕΚΝΟΙΣ
ΤΕΛΗΤΟ..ΛΑΔΗΟΣΚΑΙΛ...ΗΤ.ΟΣΙΓΑ.ΡΟΥ

Nihil apparet nisi vs. 2. ἑαυτῆς καὶ τοῖς τέκνοις.

4221. *d.*

Telmissi in monumento sepulcrali; transcripsit Loewius. Edidimus Annal. l. c. p. 120. 7.

. . CPONΔЄMH
. . . HΛЄΞONEI
. . . . . CA . . . TO
\- - - - - -
\- - - - - -
\- - - - - -
\- - - - - -
. . . . H . A . . . .
. . . ΓINA . . . .
. . OTЄIC . . . .
. ICKωΛH . . .
. ΠONTAM . .
. YΠOKЄIC . .
THTYMBωP . .
A

Apparet: - - - - *ἕτε]ρον δὲ μη[δένα] ἐξὸν εἶ-[ναι θάψ]α[ι εἰς] τὸ [μνημεῖον τοῦτο]* cet.; sub finem: *ὑποκείσ[εται] τῇ τυμβωρ[υχί]α.*

N. 4223. p. 133. transcripsit Loewius, qui spatium vs. 9. vacuum non magis agnoscit quam Fellowsius, et addit in fine foliolum.

N. 4224. Loewius ita transcripsit:

a.

- - INT°A	Tit. *a.* [Τοῦτο τὸ
- - EIONΔIO	μνημ]εῖον Διο-
- NTOYTOY	φά]ντου τοῦ
E - - PATOY	Ἑ[ρμοκ]ράτου
TE . MHΣ -	Τε[λ]μησ[σέ-
OΣKAIA -	ω]ς καὶ Ἀ[μμί-
- ΣTHΣ - -	α]ς τῆς [συμ-
- - IOY -	β]ίου [καὶ
IΩNT - - -	τ]ῶν τ[έκ-
N - - - -	ν[ων αὐτῶν
KAI - - -	καὶ - - -
ΓΩNO - -	- - - [Ἑρ-
MOΛYKO - -	μολύκο[υ τοῦ
ЄPΛOAY -	Ἑρ[μ]ο[λ]ύ[κου
TOYΓA - -	τοῦ γα-
MЄPOTK -	μ[β]ρο[ῦ] κ[αὶ
ZωCIMH -	Ζωσίμη[ς Ἑρ-
ΦOKPATO -	μ]οκράτο[υ.
MHCCЄITO	μὴ [ἐξ]έ[σ]τ[ω
ITHΠOM -	ἕ]τ[ερ]ο[ν
KHΘЄYΘH -	κη[δ]ευθῆ-
NAIICTO -	ναι (ε)ἰς το[ῦ
TOTOY - -	το τὸ ὑ[ποσ-
APIONI -	ό]ριον [ἢ - -

b.

ANΔEPOY	Tit. *b.* Ἀνδ[ρέ]ου κ-
ΛHOIAMIA	αὶ ᾧ] Ἀμία
HΓYN Y	ἡ γυ[νή μου σ]υ[γχ-
ΘH	ωρεῖ] - - -
EΞEΞT	ἐξέ[σ]τ[αι -
THKAIΘ	- - -
OI . AONT	- - -
TE	- -

N. 4224. *b.* p. 133. Post hoc fragmentum adde aliud quod ex magno sepulcro transcripsit Texier Descr. As. min. T. III. p. 190.

- - - -	- - - -
- - - -	- - - OY
MNHMHC	MNЄIAC
XAPIN	XAPIN
- - -	- - -
- - -	- - ου
μνήμης	μνείας
χάριν.	χάριν.

N. 4224. *c.* p. 133. ex schedis Gravesii edidit Rossius Intelligenzbl. zur Allgem. Litt. Zeit. Halle 1845. n. 35. p. 286. 2. cum hac varietate lectionis: vs. 3. KATЄCKЄYACA, vs. 4. THNCωMATOΘH KHN, vs. 5. ΓYNЄKI, vs. 6. AYPNANNATЄIMO ΘЄOY, vs. 7. init. ЄTЄPω; deinde ЄΞONЄC, post vs. 9. add. quos quattuor versus non legit Schoenbornius:

TωΠINAPЄωNΔHMωΔHNA
PIAΠЄNTAKICXЄIΛIAKATTOTPITON
MЄPOCΛHMΨЄTAIOMHNYCACЄNΔЄ
TωYΠOPIHONANIOYΛHCω

i. e. *τῷ Πιναρέων δήμῳ δηνά-*
ρια πεντακισχείλια κα[ὶ] τὸ τρίτον
μέρος λήμψεται ὁ μηνύσας· ἐν δὲ
τῷ ὑπο[σο]ρί[ῳ] ὃν ἂν [β]ουληθῶ.

Adde igitur haec et scribe vs. 6. Αὐρ(ηλία) Νάννα. Fortasse vs. 2. Πιναρεὺς scribendum licet apographis in OYC consentientibus. Conf. ad n. 4248. in his Addendis.

Post n. 4224. *c.* adde:

4224. *d.*

In sepulcro prope vicum Kalpek ad *Anticragum*; transcripsit Thomas Graves; edidit Rossius Intelligenzblatt zur Allgem. Litt. Zeit. Halle 1845. n. 35. p. 283. 1.

ΤΟΗΡΩΟΝΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝΕΙΣΑΙΩΝΙΟΝΜΝΗΜΗΝΚΑΙΤΗΜΕΤΑΘΑΝΑΤΟΝΑΦΘΕΙΩΜΕΝΗΘΡΗΣ
ΚΕΙΑΗΡΟΔΟΤΟΣΓΑΙΟΥΙΟΥΛΙΟΥΑΣΚΛΗΠΙΔΟΥΠΙΝΑΡΕΥΣΚΑΤΑΣΥΝΧΩΡΗΜΑΙΟΥΛΙΑΣΟΥΗΡΑΝΙ
ΑΣΓΕΓΟΝΟΣΕΡΙΑΡΧΙΕΡΕΟΣΛΙΚΙΝΙΟΥΣΤΑΣ ΩΕΜΙΔΟΣΑΝΔΙΚΟΥΚΗΔΙΑΤΩΝΕΝΠΑΤΑΡΟΙΣΑΡΧΕΙ
ΩΝΕΚΜΕΜΑΡΤΥΡΙΜΕΝΟΥΚΑΙΕΙΣΤΑΠΙΝΑΡΕΩΝΑΡΧΕΙΑΕΑΥΤΩΚΑΙΓΥΝΑΙΚΙΚΑΙΤΕΚΝΟΙΣΤΛΗ
ΠΟΛΕΜΩΙΑΣΟΝΟΣΚΑΘΥΙΟΘΕΣΙΑΝΗΡΟΔΟΤΟΥΠΙΝΑΡΕΙΚΑΙΓΥΝΑΙΚΙΑΥΤΟΥΚΑΙΣΥΜΦΕΡΟΥΣΗΡΟΔΟΤΟΥ
ΚΑΙΑΔΕΛΦΩΤΛΗΠΟΛΕΜΩΓΑΙΟΥΙΟΥΛΙΟΥΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥΠΙΝΑΡΕΙΚΑΙΤΟΙΣΕΞΑΥΤΩΝΚΑΙΕΚΤΟΥΤΩΝΓΕΝ
ΝΗΘΕΙΣΙΝΑΛΛΩΔΕΟΥΔΕΝΙΕΞΕΣΤΑΙΕΝΤΩΗΡΩΩΤΑΦΗΝΑΙΟΥΤΕΣΥΝΧΩΡΗΣΑΙΤΙΝΙΚΑΤΟΥΔΕΝΑΤΡΟ
ΠΟΝΟΥΤΕΠΡΟΣΕΝΓΡΑΨΑΙΗΕΚΚΟΛΑΨΑΙΤΗΣΕΠΙΓΡΑΦΗΣΤΟΥΗΡΩΟΥΜΟΝΩΝΘΑΠΤΟΜΕΝΩΝΕΝ
ΤΩΥΠΟΣΟΡΙΩΤΩΝΘΡΕΠΤΩΝΕΚΑΣΤΟΥΗΜΩΝΕΑΝΔΕ . . . ΙΑΡΑΤΑΥΤΑΠΟΙΗΣΗΚΗΔΕΥΣΗΤΙΝΑΕΝ
ΤΩΗΡΩΩΗΚΑΤΑΣΟΦΙΣΗΤΑΙΤΙΠΕΡΙΤΙΝΟΣΤΩΝΠΡΟΣΕ . . . . . ΜΕΝΩΝΣΤΩΙΕΡΟΣΥΛΟΣΚΑΙ
ΕΞΩΘΕΝΟΦΕΙΛΕΤΩΕΚΤΩΝΥΠΑΡΧΟΝΤΩΝΑΥΤΟΥΕΠΙΤΕΙΜΙΟΥΤΩΠΙΝΑΡΕΩΝΔΗΜΩ✕ΒΦΟΥ
ΣΗΣΤΗΣΚΑΤΗΓΟΡΙΑΣΠΑΝΤΙΤΩΒΟΥΛΟΜΕΝΩΕΠΙΤΩΤΡΙΤΩΜΕΡΕΙΤΟΥΧΡΗΜΑΤΟΣ

Τὸ ἡρῷον κατεσκεύασεν εἰς αἰώνιον μνήμην καὶ τῇ μετὰ θάνατον ἀφ[ωσ]ιωμένῃ θρησκείᾳ Ἡρόδοτος Γαΐου Ἰουλίου Ἀσκληπι[ά]δου Πιναρεύς, κατὰ συνχώρημα Ἰουλίας Οὐηρανίας γεγονὸς ἐ[π]ὶ ἀρχιερέος Λικινίου Στασ[ιθ]έμιδος, [Ξ]ανδικοῦ κή, διὰ τῶν ἐν Πατάροις ἀρχείων, ἐκμεμαρτυρ[η]μένου καὶ εἰς τὰ Πιναρέων ἀρχεῖα, ἑαυτῷ καὶ γυναικὶ καὶ τέκνοις Τληπολέμῳ Ἰάσονος καθ' υἱοθεσίαν Ἡροδότου Πιναρεῖ καὶ γυναικὶ αὐτοῦ καὶ Συμφερούσ[ῃ] Ἡροδότου, καὶ ἀδελφῷ Τληπολέμῳ Γαΐου Ἰουλίου Ἀσκληπιάδου Πιναρεῖ, καὶ τοῖς ἐξ αὐτῶν καὶ ἐκ τούτων γεννηθεῖσιν· ἄλλῳ δὲ οὐδενὶ ἐξέσται ἐν τῷ ἡρῴῳ ταφῆναι οὔτε συνχωρῆσαί τινι κατ' οὐδένα τρόπον οὔτε προσενγράψαι ἢ ἐκκολάψαι τῆς ἐπιγραφῆς τοῦ ἡρῴου, μόνων θαπτομένων ἐν τῷ ὑποσορίῳ τῶν θρεπτῶν ἑκάστου ἡμῶν· ἐὰν δέ [τις π]αρὰ ταῦτα ποιήσῃ [ἢ] κηδεύσῃ τινὰ ἐν τῷ ἡρῴῳ ἢ κατασοφίσηταί τι περί τινος τῶν προ[γ]ε[γραμ]μένων, [ἔ]στω ἱερόσυλος καὶ ἔξωθεν ὀφειλέτω ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ ἐπιτειμίου τῷ Πιναρέων δήμῳ δηνάρια δισχίλια πεντακόσια, οὔσης τῆς κατηγορίας παντὶ τῷ βουλομένῳ ἐπὶ τῷ τρίτῳ μέρει τοῦ χρήματος.

4224. e.

tius ΕΠΟΙΗΣΑΝ. Vs. 4. extr. incertum, uter verum viderit, Texier an Bailius. Interim illi adstipulor, quia lectio ΚΑΙΔΟΜΩΙΣΕΒΑΣΤΩΝ consuetudinem Graece interpretantium magis sapere videtur.

Dis patriis et domui Augustorum
ex testamento A. Curtii Crispini A. Curtius Crispinus Arruntianus et A. Curtius Auspicatus Titinnianus fecerunt.
Θεοῖς πατρίοις καὶ δόμῳ Σεβαστῶν
ἐκ διαθήκης Α. Κουρτίου Κρεισπείνου Α. Κούρτιος Κρεισπεῖνος Ἀῤῥουντιανὸς καὶ Α. Κούρτιος Αὐσπικᾶτος Τιτιννιανὸς ἐποίησαν.

Idem titulus bilinguis repetitus est in portis, ut docet fragmentum.

4324. *d.*[5]

Ibidem in gradu secundo sedilium amphitheatri qua cameras arcuatas tangit; edidit Bailius l. c. II. p. 211.

b. Τ... ΑϹΠΛΥϹΙΟΥΚΟ ΝѠΝΟϹ

a. ΔΗΜΑΡΧΟϹΛΟΛΛΙΟϹ

c. Τ̇ΖΟΗϚΓΥΚΛΚΥΔΡΕΟϚ

Tit. *a.* Δήμαρχος Λόλλιος.
b. Τ[ατί]ας Πλουσίου Κόνωνος.
c. Τό(πος) Ζόης γυ(ναικὸς) Κλ(αυδίου) Κυδρέος.

Sunt loci assignati, ut videtur, spectatoribus. Conf. Elem. epigr. Gr. p. 338. 2. Δήμαρχον in Lycia cognovimus etiam in n. 4278. *i.* in his Add.

N. 4343. p. 172. vs. 5. scribe τ[ῶ]ν ἱερ[ῶ]ν κά-[στρων, ut bene coniecit Cavedonius Annal. Instit. arch. Rom. XIX. p. 159. comparans dictionem τοῦ ἱεροῦ πραιτωρίου n. 4483. Notum, elogium Iuliae Domnae μήτηρ στρατοπέδων (Vol. I. n. 1075.), μήτηρ κάστρων (Vol. II. n. 2972. Vol. III. n. 3882. *g.* in his Add.). Itaque delenda annotatio nostra et scribendum: Titulus post mortem Septimii Severi et Getae positus est.

N. 4345. p. 172. vs. 6. scribe Θ]ε[ᾶς] Δήμη[τρος cet. quod maiore cum probabilitate proposuit Cavedonius l. c. p. 159. simul provocans ad nummos Sidetarum, in quibus Genius urbis spicas tenens repraesentatur (Mionnet. Suppl. n. 222.). Itaque annotatio nostra supervacanea est.

N. 4346. p. 173. ex basi transcriptum edidit Bailius l. c. II. p. 228. qui habuit apographum Iensii Pellionis a Borrellio missum. Bailius vs. 2. expressit ΤΙΣΤΗΝΓΥΝΑΙΚΑΒΡΥΩΝΙΑΝΟΥ, vs. 4. ΡΙΟΥΑΠΟΕΠΙΤΡΟΠΩΝΠΡΙΜΙΠΙ, vs. 5. ΛΑΡΙΟΥ ΚΤΙΣΤΟΥ cet., deinde ΦΙΛΟΠΑ, vs. 7. ΔΟΣΦΥΓΑ cet., vs. 8. init. ΝΗΝΥΠΑΤΙΚΩΝΗΓΕΡΟΥΣΙΑ cet., vs. 9. extr. ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ. Ex apogr. Pell. idem enotat: vs. 3. init. ΛΟΜΙΑΝΟΥ, et ibid. ad fin. ΚΡΑΤΑ ΟΥΚΗ cet., vs. 7. extr. ΡΑΙΕΡΡΟ, vs. 10. ΕΥΤΥΕΗ ΠΗΓΑΣΙ. Hinc in litteris minusculis vs. 2. legendum γυναῖκα Βρυωνιανοῦ et vs. 9. συνεργίου i. e. συνεργείου. Quippe συνέργειον videtur nunc esse collegium fabrorum; similiter alias συνεργασία dicitur (cf. n. 3858. *e.* in his Add. Vol. II. n. 3154. 3304.).

N. 4350. p. 173. vs. 9. excidisse ΚΑΙϹΑΡΑ vel ΝΕΟΝ, ut sit τὸν ἐπιφανέστατον Καίσαρα, coniicit Cavedonius Annal. Inst. arch. Rom. XIX. p. 160. (cf. Eckhel. D. N. VIII. p. 370.)

N. 4352. p. 174. cum praemio, quod his in titulis celebratur, ἀνδριάντος σὺν τῇ βάσει Cavedonius l. c. comparat nummos Sidetarum, in quibus nunc Minerva gradiva (Mionn. Descr. 244. Suppl. 184.), nunc iuvenis paludatus super basin inter binas figuras Victoriam et hastam tenentes conspiciatur (Mionn. Suppl. 204.). Praeter nummum Aspendium a Walpolio citatum idem alium nummum inscriptum ΘΕΜΙ ΔΟϹΤΟΒ̄ ex Mionneto (Descr. n. 12. 18.) memorat.

In fine formulam Ἀρτέμων δὶς Διονυσίου quum ex regula a Boeckhio proposita Vol. II. ad n. 2346. *b.* in Add. interpretatus essem, postea vidi me dissentientem habere Keilium, qui exemplis ex inscriptionibus Lyciis congestis probabile reddidit notam numeralem nomini proprio subiectam semper ad id quod praecedit nomen referri oportere. Res aperta est in exemplis iis, in quibus nullum post notam numeralem nomen sequitur; constatque, ubi filius et pater cognomines sunt, homonymiam designari addita nota β̄ vel vocula δίς, ut Ἐπάγαθος δὶς n. 4264. 4265. Ἰάσων β̄ n. 4300., ubi filius, pater, avus, nota γ̄ sive vocula τρίς, ut Ἁρμαῒς γ̄ n. 4243. Ἐπαγάθῳ τρὶς n. 4264. vs. 4. (conf. n. 4325. *d.* et 4380. *n.*[3] in his Add.), ubi filius, pater, avus, proavus, nota δ̄ sive τετράκις, ut Ἀπολλωνίδῃ δ̄ n. 4207. et sic deinceps (cf. Vol. II. n. 2186.). Eandem igitur rationem constare etiam subiectis notae numerali nominibus et consentaneum videtur et probari potest. Quippe, ubi avi nomen differt a filio et patre cognominibus, hoc subiici aut praemisso articulo solet aut omisso:

Διονύσιος β̄ τοῦ Διογένους n. 4254. i. e. Διονύσιος Διονυσίου τοῦ Διογένους; Ἀντίφιλος δὶς τοῦ Φαρνάκου n. 4203. i. e. Ἀντίφιλος Ἀντιφίλου τοῦ Φαρνάκου; conf. n. 4205. 4211. 4213. 4217. 4243. vss. 3. 4. n. 4248. 4249. 4253. 4300. *f.* in his Add. 4305. 4332. (ubi scribendum Πτολεμαῖον δὶς τοῦ Κο - - -), Vol. II. n. 2109. *b.* 2777. 2346. *b.* in Add.

Ἀρτέμων δὶς Διονυσίου n. 4352. i. e. Ἀρτέμων Ἀρτέμωνος τοῦ Διονυσίου; Βόηθος β̄ Φαρνάκου et Ἀρισταγόρας δὶς Κρατέρου n. 4303. *i.* i. e. Βόηθος Βοήθου τοῦ Φαρνάκου et Ἀρισταγόρας Ἀρισταγόρα τοῦ Κρατέρου; cf. n. 4303. *e.* vs. 12. 4303. *e.*[2] in his Add.

Et hanc quidem verissimam esse interpretationem evincunt exempla n. 4380. *e. f. g.* ubi qui memoratur Θοαντιανὸς δὶς Μελεάγρου Κάστορος, idem n. 4380. *h.* dicitur Θοαντιανός, υἱὸς Θοαντιανοῦ Μελεάγρου Κάστορος. Proinde patet formulam ita etiam in reliquis explicandam esse, ut in nomine proavi subiecto numerali τρὶς s. γ̄. Ἀρίσταρχος τρὶς τοῦ Νουμηνίου n. 4285. i. e. Ἀρίσταρχος Ἀριστάρχου τοῦ Ἀριστάρχου τοῦ Νουμηνίου; Νεάρχου τρὶς τοῦ Μολλέσεος n. 4380. *k.*[4] in his Add. Μολῆς τρὶς τοῦ Νεῖλος n. 4321. *f.* Ζήνωνος δ̄ τοῦ Χρυσίππου Vol. II. n. 2774. et suppresso articulo: Μολῆς γ̄ Νεῖλος n. 4303. *e.* cf. n. 4303. *i.* 4380. *f.* Memorabilia exempla sunt ea, in quibus quum satis esset notasse δ̄, tamen proavi nomen exponitur praemisso γ̄, ut n. 3822. *b.*[2] in his Add. Μηνοδώρου γ̄ τοῦ Μηνοδώρου. Hinc fortasse proficimus ad constituendum initium tituli Vol. II. n. 2774. Ibi aliquis laudatur πεντάκι τοῦ Ἀρτεμιδώρου Μενίππου, qui quum vss. 5. 6. 7. ἔκγονος Ἀρίστωνος τρὶς τοῦ Ἀρτεμιδώρου Μενίππου, γυμνασιάρχου, audiat, vix dubium est, quin homo laudatus et ipse nomen Ἀρίστων gesserit eiusque avus sit Ἀρίστων ille gymnasiarcha, ut stemma familiae fuerit hoc:

Μένιππος
|
Ἀρτεμίδωρος
|
Ἀρίστων
|
Ἀρίστων
|
Ἀρίστων τρὶς τοῦ Ἀρτεμιδώρου, γυμνασιάρχης
|
Ἀρίστων ∾ Αὐρ. Ἀμμία
|
- - - Ἀρίστων πεντάκι τοῦ Ἀρτεμιδώρου.

Itaque Ἀρίστων πεντάκι τοῦ Ἀρτεμιδώρου est Aristonis filius, Aristonis gymnasiarchae nepos, Aristonis pronepos, Aristonis abnepos. Et qua hic via nos hominis prosapiae suae curiosi nomen indagavimus, eadem Boeckhius Vol. II. n. 2186. alius hominis homonymiam stirpi adhaerentem eruit. Ex iis exemplis, in quibus pater et avus cognomines sunt, ut n. 4245. 4264. 4274. 4324. inprimis memorabilia sunt ea, in quibus, quum non solum pater et avus cognomines sint, sed etiam filius, tamen homonymia inde a patre demum enotatur, ut n. 4198. M. Αὐρ. Ἑρμαγόρας, ὁ καὶ Ζώσιμός, υἱὸς M. Αὐρ. Ἑρμαγόρου δὶς Μάρωνος τοῦ Διοφάνους, in quo Keilius auctorem putat ob formulam ὁ καὶ Ζώσιμος statim initio nomini subiunctam ita verba exposuisse, quum posset defungi sic: M. Αὐρ. Ἑρμαγόρας τρὶς Μάρωνος τοῦ Διοφάνους, ὁ καὶ Ζώσιμος. Sed similis prorsus expositio, nullo interiecto cognomento, est Vol. II. n. 2763. Παπίου τοῦ Παπίου δ̄ τοῦ Διογένους, pro quo dici poterat Παπίου πεντάκις τοῦ Διογένους. Similiter homonymia inde ab avo notatur n. 4292. Ἰάσων Ἰάσονος Δωσίου δ̄ (i. e. Δωσίου τοῦ Δωσίου τοῦ Δωσίου τοῦ Δωσίου), n. 4380. *e.* Θόας Ἑρμαίου Θόαντος τρὶς (i. e. Θόαντος τοῦ Θόαντος τοῦ Θόαντος), Vol. II. n. 2794. Τρύφωνος τοῦ Τρύφωνος τοῦ Ζήνωνος γ̄ τοῦ Χρυσίππου (i. e. Ζήνωνος τοῦ Ζήνωνος τοῦ Ζήνωνος τοῦ Χρυσίππου).

In titulis Aphrodisiensibus quod Boeckhius ad n. 2835. statuit τρὶς non diserte id significare, patrem et avum et proavum esse cognomines, sed tantum proavum, idque liquere ex n. 2817. 2843. falli videtur. Nam n. 2817. manifesto stemma gentis hoc est:

Ζήνων
|
Μένιππος
|
Διογένης
|
Καλλίας
|
Διογένης
|
M. Αὐρ. Διογένης ∾ Μύρτον
|
M. Αὐρ. Διογένης γ̄ τοῦ Καλλίου.

et n. 2843. hoc:

Κόρυμβος
|
Φιλόκαπος
|
Αὐρ. Φιλόκαπος ∾ Αὐρ. Μενανδρὶς
|
Φιλόκαπος τρὶς τοῦ Κορύμβου.

ut pateat constare interpretandi rationem. Nam M. Αὐρ. Διογένης γ̄ τοῦ Καλλίου est Διογένης Διογένους τοῦ Διογένους τοῦ Καλλίου, et rursus Φιλόκαπος τρὶς τοῦ Κορύμβου est Φιλόκαπος Φιλοκάπου τοῦ Φιλοκάπου τοῦ Κορύμβου. Itaque videndum ne supplementa Boeckhii n. 2835. non recte se habeant.

His ita expositis unum, ni fallor, restat exemplum, quod favet regulae Vol. II. n. 2346. *b.* in Add. propositae, Vol. II. n. 2686. Αυτιμάχου τοῦ τετράκις Στοιβάστου. In hoc certe quadrat quod Boeckhius dicit, ubi genitivus addatur numerali notae, hanc significare genitivum insequentem totiens sumendum esse quotiens unitas continetur illo numero. Sed hoc ut dici possit facit articulus notae numerali praemissus.

N. 4360. p. 176. Tiberius Claudius Bithynicus Proconsul Lyciae et Pamphyliae fuisse videtur. Itaque eius nomen Cavedonius addendum monet recensui Proconsulum Lyciae, quem concinnavit Secchius (Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1843. p. 140 sq.). Innotuerunt autem Proconsules excepto Claudio Bithynico hi:

Mettius Rufus n. 4279. 4280. quem Secchius falso Epidium vocat.
C. Iulius Saturninus n. 4272.
C. Porcius Longinus aetate Alexandri Severi; Fratr. Arv. tabb. 43. 44.
- - - *Primus* - - -; Gruter. p. CCCCXCI. 12.
Q. Ranius Honoratianus Festus; Murator. DXVII. 4.
Lollianus; Ruinart Act. Mart. p. 378. Act. Sanct. Febr. T. III. p. 57.
Flav. Claud. Rudens Marcianus n. 4241.

N. 4364. p. 177. in litteris minusculis scribe: Τιβ. Κ(λαυδίου) Οὐάρου υἱοῦ Τ(ιβ.) Κ(λ.) Μαρκέλλου. Monuit Cavedonius l. c. Vari nomen frequens est in hoc tractu. Et qui n. 4366. *b. g. h.* memoratur Platonianus Varus ad familiam Tib. Claudii Vari Marcelli filii pertinet.

Post n. 4366. *i.* p. 178. insere:

4366. *i.*[2]

Termessi in basi in fronte templi parvi; ex schedis Danielli ediderunt Sprattius et Forbesius Itin. Lyc. II. p. 284.

ΗΠΑΤΡΙΣΕΚΤΩΝΔΗΜΟΣΙΩΝ
ΙΕΡΕΑΘΕΑΣΡΩΜΗΣ
ΚΑΙΔΙΟΝΥΣΟΥΔΙΑΒΙ
ΟΥΜΑΡ.ΑΥΡ.ΠΛΑΤΩΝΙ
ΑΝΟΝΟΤΑΝΗΝΑΡΧΙ
ΕΡΑΣΑΜΕΝΟΝΤΟΥΣ
ΕΒΑΣΤΟΥΜΕΓΑΛΟΠΡΕ
ΠΩΣΚΑΙΑΡΞΑΝΤΑΕΝ
ΔΟ.ΩΣΚΑΙΦΙΛΟ
ΤΕΙΜΗΣΑΜΕΝΟΝ
ΤΗΠΑΤΡΙΔΙΕΙΣΑΙ
ΩΝΙΟΝΝΕΜΗΣΙΝ
ΑΡΓΥΡΙΟΥΚΕΦΑΛΛΙ
ΟΥ×ΜΥΡΙΑΔΑΣΔΕ
ΚΑΙΕΞΚΑΙΠΕΝ
ΤΑΚΙΣΧΕΙΛΙΑΠΕΝ
ΤΑΚΟΣΙΑ

Ἡ πατρὶς ἐκ τῶν δημοσίων
ἱερέα Θεᾶς Ῥώμης
καὶ Διονύσου διὰ βί-
ου Μάρ(κον) Αὐρ(ήλιον) Πλατωνι-
ανὸν Ὀτάνην, ἀρχι-
ερασάμενον τοῦ Σ-
εβαστοῦ μεγαλοπρε-
πῶς καὶ ἄρξαντα ἐν-
δό[ξ]ως καὶ φιλο-
τειμησάμενον
τῇ πατρίδι εἰς αἰ-
ώνιον νέμησιν
ἀργυρίου κεφαλ[α]ί-
ου μυριάδας δέ[κα
καὶ ἓξ καὶ πεν-
τακισχείλια πεν-
τακόσια.

M. Aur. Otanes Platonis filius haud dubie ad gentem pertinet M. Aur. Midiani Platoniani Vari, qui et ipse sacerdos Romae fuit n. 4366. *b.* cf. n. 4366. *g. h.*

4366. *i.*[3]

Termessi in basi; ex schedis Danielli ediderunt Sprattius et Forbesius Itin. Lyc. II. p. 285.

ΒΟΥΛΗΣΚΑΙΔΗ
ΜΟΥΔΟΓΜΑΤΙ
ΤΟΝΚΡΑΤΙΣΤΟΝ
ΠΡΑΙΠΟΣΙΤΟΝ
ΙΟΥCΤΕΙΝΟΝ
ΗΛΑΜΠΡΑΤΕΡ
. . . . . .
ΜΕΙΣΟΝΩΝΠΟ
ΛΙCΤΟΝΙΔΙΟΝΑΥ
ΤΗCΕΝΠΑCΙΝ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

Βουλῆς καὶ δή-
μου δόγματι
τὸν κράτιστον
Πραιπόσιτον
Ἰουστεῖνον
ἡ λαμπρὰ Τερ-
[μησσέων τῶν]
μει[ζ]όνων πό-
λις τὸν ἴδιον αὐ-
τῆς ἐν πᾶσιν
εὐεργέτην.

Fuit Termessus maior et Termessus minor. Steph. Byz. s. v. ἔστι καὶ ἄλλη ταύτης ἄποικος καὶ αὐτὴ Πισιδίας λεγομένη μικρά, ὡς ἐκείνη μείζων. Huius maioris Termessi mentio fit etiam in titulo simili n. 4366. *i.*[4] in his Add. et in inscriptione Mylasensi a Lebasio (Voy. arch. III. inscr. p. 116. n. 358.) reportata Τερμησσέων τῶν μειζόνων αὐτονόμων καὶ συγγενῶν Μυλασέων. De situ huius Termessi constat; de altera testis est titulus n. 4380. *n.*[3] in his Add. De formula Τερμησσεῖς οἱ μείζονες cf. n. 4380. *i.*[4] in his Add.

4366. *i.*[4]

Termessi in basi; ex schedis Danielli ediderunt Sprattius et Forbesius Itin. Lyc. II. p. 285 sq.

ΒΟΥΛΗΣΚΑΙΔΗ
ΜΟΥΔΟΓΜΑΤΙΤΟΝ
ΚΡΑΤΙΣΤΟΝΠΡΑΙ
ΠΟΣΙΤΟΝΚΩΝΣΤΑΝ
ΤΕΙΝΟΝΗΛΑΜΠΡΑ
ΤΕΡΜΗΣΣΕΩΝΤΩΝ
ΜΕΙΣΟΝΩΝΠΟΛΙΣ
ΤΟΝΙΔΙΟΝΑΥΤΗΣ
ΒΟΥΛΕΥΤΗΝΚΑΙΕΝ
ΠΑΣΙΝΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

Βουλῆς καὶ δή-
μου δόγματι τὸν
κράτιστον Πραι-
πόσιτον Κωνσταν-
τεῖνον ἡ λαμπρὰ
Τερμησσέων τῶν
μει[ζ]όνων πόλις
τὸν ἴδιον αὐτῆς
βουλευτὴν καὶ ἐν
πᾶσιν εὐεργέτην.

Cf. n. 4366. *i.*[3]

4366. *i.*[5]

Ibidem in fragmento; ex schedis Danielli ediderunt Sprattius et Forbesius Itin. Lyc. II. p. 284.

ΝΚΥΡΙΑΝΠΑ
ΡΙΔΑΤΕΡΜΗΣ
ΣΟΝΑΥΡ.ΙΟΥΛΙ
ΑΝΟΣ

Τὴ]ν κυρίαν πα-
τ]ρίδα Τερμησ-
σὸν Αὐρ(ήλιος) Ἰουλι-
ανός.

De κυρίᾳ πατρίδι cf. n. 4385.

N. 4366. *k*. p. 179. Nomen Τροκόνδας apud Lycios et Pisidas frequens (cf. Vol. I. n. 904. Vol. III. n. 4341. *e*. 4366. *u*. 4367. *g*.), Cavedonius l. c. comparat cum nomine regis vicinae Ciliciae ΤΑΡΚΟΝΔΙΜΟΤΟΥ (Eckhel. D. N. III. p. 82.). Ceterum vs. 2. init. Keilius suspicatur legendum esse προθανούσῃ p. προξενούσῃ. Speciose.

N. 4366. *n*. p. 180. multa nunc drachmis computatur, ut aliquoties in titulis Lyciae. Vide ad n. 4207. in his Add. Frequentior ratio denariorum est. Cf. n. 4366. *k*. *u*. 4380. *o*. — 4366. *l*. *q*. — 4366. *r*. *s*.

N. 4366. *o*. p. 180. vs. 5. ΑΡΒΕΡ nomen barbarum videtur Cavedonio l. c. comparanti Ἀρβαζάκιος similia.

Post n. 4366. *t*. insere:

4366. *t*.[2]

Prope vicum Gule-Look haud procul ab urbe *Termesso* in rupe; ediderunt Sprattius et Forbesius Itin. Lyc. I. p. 232.

	- - - -
ΠΛΑΤΟΝΙΚΟΣ	Πλατ[ω]νικὸς
ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ	φιλόσοφος

N. 4366. *w*. p. 183. vs. 73. Ἀντωνίου Εὐμάχου scribendum censet Keilius.

N. 4366. *x*. vide ne fuerit οἱ Σαγαλασσέων παραφυλακῖται.

N. 4367. p. 183. in contextu litteris minusculis expresso *B*. vs. 25. Δημῆς Εὐμάχου probabiliter corrigit Keilius; p. 184. *b*. in annotatione extr. lege: Vide n. 4380. *v*. Epochae huius tituli initium Cavedonius l. c. coniicit poni posse circiter a. u. c. 793. quia in nummis Termessi Domitiano imperante cusis (Mionnet. Descr. 222. Suppl. 239.) habeatur notatum L.ΜΑ.

N. 4367. *c*. p. 183. inscriptionem Latinam lege ita: *C. Iu[l]ius C. f(ilius) Fab(ia) Rufus*. Caium Iulium Fabia Severum habes n. 4029. Cf. n. 4238. *c*. 4511. Hinc cognosces gentem Iuliam tribui Fabiae fuisse adscriptam. Monuit Cavedonius l. c. p. 161. qui etiam Marinum Fratr. Arv. p. 753. conferri iubet.

N. 4367. *g*. p. 185. vs. 2. ΛΙΛΠΡΙΑΝΩΝ Αἴλιον Πριανὸν legi posse coniicit Cavedonius l. c.

N. 4367. *k*. p. 185. Agrippam, qui de matre Aristia agnomen tulit *Aristianus*, Cavedonius coniicit stipendia meruisse in legione XV. Apollinari in Syria atque Iudaea militante inter annos u. c. 816-824. coll. Borghesio Annal. Inst. arch. Rom. XI. p. 162.

N. 4368. p. 186. tituli eiusdem vel similis initium ex fragmento arae transcriptum edidit Bailius l. c. II. p. 262.:

ΗΣΑΓΑΛΑΣΣΕ
ΩΝΠΟΛΙΣΠΡΩ

Formulam ΠΡΩΤΗϹΠΙϹΙΔΩΝΦΙΛΗϹΚΑΙϹΥΝΜΑΧΟΥΡΩΜΑΙΩΝ restituendam esse nummo contra Eckhelium D. N. III. p. 22. monuit Cavedonius l. c.

Post n. 4373. p. 186. adde:

4373. *b*.

Sagalassi ex ara transcriptum edidit Bailius l. c. II. p. 263. qui habuit etiam apographum Iensii Pellionis a Borrellio missum.

ΠΟΠΛΙΟΣ
ΙΟΥΛΙΟΣ
ΔΙΟΓΕΝΙΑ
ΝΟΣΥΙΟΣ
ΠΟΠΛΙΟΥ
ΙΟΥΛΙΟΥ
ΣΙΝΚΛΗΤ
ΙΚΟΥΑΓΟ
ΡΑΝΟΜΗ
ΣΑΣΤΗΓΛΥ
ΚΥΤΑΤΗΠΑ
ΤΡΙΔΙΤΟΝ
ΕΡΩΤΑ
ΝΕΘΗΚΕ

Πόπλιος Ἰούλιος Διογενιανός, υἱὸς Ποπλίου Ἰουλίου Σ[υ]νκλητικοῦ, ἀγορανομήσας τῇ γλυκυτάτῃ πατρίδι τὸν ἔρωτα ἀνέθηκε.

4373. *c*.

Sagalassi supra fonticulum; edidit Bailius l. c. II. p. 264.

ΟϹΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΕΠΟΙΗϹΕ
ΚΑΙΤΟΥϹϹΤΕΦΑΝΟΥϹΥΠΕΡ
ΥΙΟΥΑΤΤΑΛΟΥΑΝΕΘΗΚΕ

- - - - - - - - - ος ἐκ τῶν ἰδίων ἐποίησε καὶ τοὺς στεφάνους ὑπὲρ υἱοῦ Ἀττάλου ἀνέθηκε.

N. 4376. p. 187. scribe Ἑρμογᾶ. Cf. n. 3865. *o*. in his Add.

N. 4379. p. 188. quam inscriptionem ex Arundello litteris minusculis dedimus, eam accurate transcriptam expressit Bailius l. c. II. p. 260.:

ΗΠΑΤΡΙϹ
ΤΦΛΑΝΝΙΑΝΟΝΚΛΕΩΝΑ
ΤΟΝΑΞΙΟΛΟΓΩΤΑΤΟΝ

Hinc Τ. Φλ. Ἀννιανὸν scribendum videtur.

N. 4379. *c*. p. 188. tit. *B*. vs. 7. ἱερομνήμονα θεοῦ Ἱερᾶς οἰκίας sacerdotem numinis (genii) Sacrae domus Augustorum intelligit Cavedonius Annal. Inst. arch. Rom. XIX. p. 161. comparans Marini Fratr. Arv. p. 647. 831. Orelli Collect. inscrr. Latt. n. 277. et Forcellini Lex. v. *sacer*.

N. 4379. *d*. p. 188. Aufidius Coresinus Marcellus etiam Cavedonio videtur esse idem ille laudatus ap. Gruter. CIII. 11. qui quum leg. legionis I. Minerviae audiat, circa tempora Commodi videri potest fuisse vir praetorius, mox legatus pro Praetore Augusti Ciliciae, quo tempore honor ei habitus est ab urbe Pednelisso (cf. Borghes. Iscr. di Burbuleio p. 36. Bullett. arch. Rom. 1843. p. 196.).

N. 4379. *o*. p. 191. *b*. in annotatione lin. 3. lege *prope Olympum* pro *prope Limyra*.

Ante n. 4380. p. 191. insere:

4380. *a.*

Cibyrae in diazomate theatri aut gymnasii; ex schedis Danielli ediderunt Sprattius et Forbesius Itin. Lyc. II. p. 286 sq.

ΥΡΑΤΩΝΔΗΜΟΣΠΕΠΛΟΥΠΑΝΚΡΑΤΟΥ . ΡΜΗΕΤΕΙΜΗΣΕΝ
ΚΟΙΝΤΟΝΟΥΗΡΑΤΟΝΤΡΟΙΛΟΥΥΙΟΝΚΛ . . . ΤΟΥΜΕΙΝΑΝ
ΦΙΛΑΓΡΟΝΕΝΕΑΛ . ΕΤΗΣΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝΕΠΙΕΤΗ
ΔΕΚΑ . Υ . . ΑΣΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΕΝΑΥΤΟΣΤΩΝ
ΕΧΑΡΙΣΑΤΟΔΕΤΗΠΟΛΕΙΕΙΣΤΗΝΜΕΤΑΤΑΥΤΑ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΙΑΝΤΗΝΑΙΩΝΙΟΝΜΥΡΙΑΔΑΣΔΡΑΧΜΩΝ
ΡΩΔΙΩΝΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑΩΣΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΕΙΣΘΑΙ
ΕΚΤΩΝΤΟΚΩΝ . . ΗΔΕΑΙΩΝΙΟΣΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΙΑΗΡΞΑΤΟ
ΕΤΟΥΣΕΝΑΤΟΥΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΟΥΤΗΣΚΤΙΣΕΩΣΤΩΝΤΟΣΦΙΛΑΓΡΟΥ
ΤΟΥΡΟΜΑΙΚΟΥΔΗΝΑΡΙΟΥΙΣΧΥΟΝΤΟΣΑΣΣΑΡΙΑΔΕΚΑΕΞ
ΗΡΟΔΙΑΔΡΑΧΜΗΤΟΥΤΟΥΤΟΥΔΗΝΑΡΙΟΥΙΣΧΥΕΙΕΝΚΙΒΥΡΑ
ΑΣΣΑΡΙΑΔΕΚΑΕΝΗΙΔΡΑΧΜΗΙΡΟΔΙΑΙΔΕΔΟΤΑΙΗΔΩΡΕΑ

Ὁ Κιβ]υρατῶν δῆμος Π[ο]πλ[ί]ου Πανκράτου [γνώ]μῃ ἐτείμησεν
Κόϊντον Οὐηράτ[ι]ον Τρ[ω]ΐλου υἱόν, Κλ[ουσ]τουμείνᾳ
Φίλαγρον ἐν[δεκα]ετῆ γυμνασίαρχον, [ὃς] ἐπὶ ἔτη [μὲν
δεκα[τέσσαρ]α [ἐ]γυμνασιάρχησεν αὐτὸς τῶν [νέων,
ἐχαρίσατο δὲ τῇ πόλει εἰς τὴν μετὰ ταῦτα
γυμνασιαρχίαν τὴν αἰώνιον μυριάδας δραχμῶν
Ῥ[ο]δίων τεσσαράκοντα, ὡς γυμνασιαρχεῖσθαι
ἐκ τῶν τόκων· ἡ δὲ αἰώνιος γυμνασιαρχία ἤρξατο
ἔτους ἐνάτου τεσσαρακοστοῦ τῆς κτίσεως, [ζ]ῶντος Φιλάγρου,
τοῦ Ῥ[ω]μαϊκοῦ δηναρίου ἰσχύοντος ἀσσάρια δεκαέξ
ἡ Ῥοδία δραχμὴ τούτου τοῦ δηναρίου ἰσχύει ἐν Κιβύρᾳ
ἀσσάρια δέκα, ἐν ᾗ δραχμῇ Ῥοδίᾳ δέδοται ἡ δωρεά.

Epocha Cibyratarum principium habet a. u. c. 776. Cf. ad n. 4380. *v.* Itaque annus 49 incidit in a. u. c. 824. p. Chr. 71. Inde ab hoc anno instituta est *αἰώνιος γυμνασιαρχία*, quae sustentata usura pecuniae a Philagro donatae in omne tempus duratura esset neque ullam passura intercapedinem. Itaque ante hoc gymnasiarchia Cibyratis non nisi in tempus exercebatur, quotienscunque pecunia ab opulentioribus collata suffecisset. Vocem *αἰώνιος* nunc in aliam sententiam adhibitam esse quam qua vulgo dicitur *αἰώνιος γυμνασίαρχος* (Vol. I. n. 1326. 1349. 1379.) i. e. *γυμνασίαρχος δι' αἰῶνος* i. e. *διὰ βίου* (Vol. II. n. 2777.), nihil attinet dicere. Memorabilis forma tituli, cui addita in fine est nota de valore argenti, quo magis constaret de donatione Philagri. Pecunia donata constat 400,000 drachmis Rhodiis. De talento Rhodio cf. Boeckh. Disquisitt. metrol. p. 100 sq. Keilius suspicatur initio fuisse *ὁ Καισαρέων Κιβυρατῶν δῆμος* (cf. n. 4380. *b.*[1,2] in his Add.). De nomine *Παγκράτου* idem monet memorari Pancratem Cibyratarum tyrannum ex aetate Persei ap. Polyb. XXX, 9. 14. Vs. 3. *ἐνδεκαετῆ γυμνασίαρχον, ὃς ἐπὶ ἔτη μὲν δεκατέσσαρα ἐγυμνασιάρχησεν αὐτὸς τῶν νέων*, gymnasiarcham, qui quum gymnasiarchiam in annos undecim suscepisset, eam ultro usque ad annum decimum quartum gessit. Similiter *ἱερεὺς δεκαετὴς μὲν τῶν ὁμοβωμίων θεῶν Σεβαστῶν διὰ βίου δὲ τῶν βουλαίων* n. 3857. *d.* in his Add. De supplemento vs. 4. extr. comparat Keilius Vol. II. n. 2724. *γυμνασιαρχήσαντα τῶν νέων.*

Post n. 4380. adde:

4380. *b.*[1]

Cibyrae in basi; ex schedis Danielli ediderunt Sprattius et Forbesius Itin. Lyc. II. p. 286.

ΛΟΥΚΙΟΝΑΙΛΙΟΝΚ
ΚΑΙΣΑΡΟΣΤΡΑΙΑΝΟΥ
ΑΔΡΙΑΝΟΥΣΕΒΑΣ
ΤΟΥΥΙΟΝΘΕΟΥΤΡΑ
ΙΑΝΟΥΠΑΡΘΙΚΟΥΥΙ
ΩΝΟΝΘΕΟΥΝΕΡΟΥΑ
ΠΡΟΕΓΓΟΝΟΝΔΗΜΑΡ
ΚΙΚΗΣΕΞΟΥΣΙΑΣΥ
ΠΑΤΟΝΤΟΔΕΥΤΕΡΟΝ
ΗΚΑΙΣΑΡΕΩΝΚΙΒΥΡΑΤΩΝ
ΠΟΛΙΣΤΟΝΙΔΙΟΝΕΥΕΡΓΕ
ΤΗΝΕΠΙΜΕΛΙΘΕΝΤΩΝΤΗΣ
ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣΤΩΝΠΕΡΙ
ΜΚΛΑΥΔΙΟΝΦΛΑΟΥΙΑ
ΝΟΝΑΡΧΟΝΤΩΝΚΑΙΤΟΥ
ΓΡΑΜΑΤΕΩΣΠΟΠΛΙΟΥ
ΑΙΛΙΟΥΟΡΕΣΤΟΥ

Λούκιον Αἴλιον Κ[αίσαρα,
Καίσαρος Τραϊανοῦ
Ἀδριανοῦ Σεβασ-
τοῦ υἱόν, θεοῦ Τρα-
ϊανοῦ Παρθικοῦ υἱ-
ωνόν, θεοῦ Νερούα
προέγγονον, δημαρ-
[χ]ικῆς ἐξουσίας, ὕ-
πατον τὸ δεύτερον,
ἡ Καισαρέων Κιβυρατῶν

πόλις τὸν ἴδιον εὐεργέ-
την, ἐπιμελ[η]θέντων τῆς
ἀναστάσεως τῶν περὶ
M. Κλαύδιον Φλαουϊα-
νὸν ἀρχόντων καὶ τοῦ
γραμ[μ]ατέως Ποπλίου
Αἰλίου Ὀρέστου.

Titulus positus est a. u. c. 890. p. Chr. 137. Cibyratae Caesarei audiunt. Cf. n. 4380. *b.*[2]

4380. *b.*[2]

Cibyrae in basi; ex schedis Danielli ediderunt Sprattius et Forbesius Itin. Lyc. II. p. 285. (conf. Vol. I. p. 258.)

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝΚΙΒΥΡΑΤΩΝΗΒΟΥ
ΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΕΤΕΙΜΗΣΑΝΤΙ
ΚΛΦΛΑΟΥΙΑΝΟΝΥΙΟΝΤΙΚΛ
ΠΑΥΛΕΙΝΟΥΥΠΑΤΙΚΟΥΚΑΙ
ΚΛ.ΜΑΡΚΙΟΛΛΗΣΥΠΑΤΙΚΗΣ
ΠΡΟΝΗΣΑΜΕΝΟΥΤΗΣΚΑΤΑ
ΣΚΕΥΗΣΚΑΙΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣΤΟΥ
ΑΝΔΡΙΑΝΤΟΣΣΑΚΕΡΔΩΤΟΣ
ΤΡΙΣΤΟΥΓΕΝΟΜΕΝΟΥΓΡΑΜ
ΜΑΤΕΩΣΤΗΣΠΟΛΕΩΣΕΝΤΩ
ΑΤΩΠΕΝΤΕΚΟΣΤΩΕΚΑ
ΤΟΣΤΩΕΤΕΙ

Καισαρέων Κιβυρατῶν ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐτείμησαν Τι(βέριον) Κλ(αύδιον) Φλαουϊανόν, υἱὸν Τι. Κλ. Παυλείνου ὑπατικοῦ καὶ Κλ(αυδίας) Μαρκ(ίας) Ἰόλλης ὑπατικῆς, προν[ο]ησαμένου τῆς κατασκευῆς καὶ ἀναστάσεως τοῦ ἀνδριάντος Σακέρδωτος τρὶς τοῦ γενομένου γραμματέως τῆς πόλεως ἐν τῷ [ἐν]άτῳ πεντ[η]κοστῷ ἑκατοστῷ ἔτει.

Caesarei Cibyratae audiunt etiam n. 4380. *b.*[1] Titulus positus est a. 159. qui annus ex epocha Cibyratarum (cf. n. 4380. *v.* et 4380. *a.* in his Add.) incidit in a. u. c. 933. p. Chr. 180.

N. 4380. *b.* p. 191. in annotatione adde: Conf. n. 4380. *l.* et nummos Cibyratarum (Mionnet Descr. n. 371. Cavedonii Spicileg. num. p. 235.).

N. 4380. *e.* p. 192. Balbura a L. Murena Lyciae tributa inde ab a. u. c. 670. (Strab. XIII. p. 631.), quo anno posteriores tituli omnes huius urbes superstites esse videntur Cavedonio in litteris.

N. 4380. *g.* p. 192. vs. 14. scribendum videtur Μουσαῖος [γ̄ Τρωΐ]λου Μουσαίου. Cf. n. 4380. *f.* vs. 10.

N. 4380. *i.* p. 193. huius fragmenti vss. 3. 4. 5. denuo transcriptos ediderunt Sprattius et Forbesius Itin. Lyc. II. p. 289.

ΜΑΡΤΥΡΗΘΝΤΑΔΕΚΑΙΥΠΟΤΗΣΚΡΑ
ΤΙΣΤΗΣΟΙΝΟΑΝΔΕΩΝΠΟΛΕΟΣΔΙΑ
ΤΕΨΗΦΙΣΜΑΤΟΣΚΑΙΕΠΙΣΤΟΛΩΝ

itaque in contextu litteris minusculis expresso scribendum κρατίστης et in fine ἐπιστολῶν.

Post n. 4380. *k.* adde:

4380. *k.*[2]

Balburis in basi; ex schedis Danielli ediderunt Sprattius et Forbesius Itin. Lyc. II. p. 289.

ΒΑΛΒΟΥΡΕΩΝ
ΤΗΝΒΟΥΛΗΝ
ΚΑΙΤΟΝΔΗΜΟΝ
ΤΟΥΣΕΑΥΤΟΥ
ΔΕΣΠΟΤΑΣ
ΟΝΗΣΙΜΟΣΔΗ
ΜΟΣΙΟΣ.Α
ΟΙΣΚΑΠΡΟΣ
ΕΘΕΤΟ˙ΙΣΤΟ
ΣΕΙΤΟΜΕΤΡ
ΟΝΚΑΤΕΤΟΣ
Μ̊.ΤΝΒ

Βαλβουρέων τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον, τοὺς ἑαυτοῦ δεσπότας, Ὀνήσιμος δημόσιος, [π]α[ρ᾽] οἷς κα[ὶ] προσέθετο [ε]ἰς τὸ σειτόμετρον κατ᾽ ἔτος μο(δίους) τνβ̄.

Σιτόμετρον s. σιτομέτριον est frumentum dimensum. Keilius apposite comparari iubet, Plutarch. Parall. 31. p. 313. τῆς εὐθηνίας μὴ ἀρκούσης Κίννας τοῦ δήμου τὸ σιτόμετρον ὑπέσπασε. Idem de senatus populique statuis provocat ad Otfr. Mülleri Enchir. Art. §. 405. p. 661.

4380. *k.*[3]

Prope *Balbura* in vico Trimeli; ex schedis iisdem ediderunt iidem l. c. p. 289.

ΕΡΜΑΣΑΡΦΙΑΔΙ
ΤΗΙΔΙΑΓΥΝΑΙΚΙ
ΤΗΤΡΥΦΩΝΟΣ
ΘΥΓΑΤΡΙΓΕΝΕΙ
ΚΟΛΟΣΣΗΝΗ
. . . . ΗΣΕΝΕΚΑ

Ἑρμᾶς Ἀ[π]φιάδι
τῇ ἰδίᾳ γυναικί,
τῇ Τρύφωνος
θυγατρί, γένει
Κολοσσηνῇ.
μνήμ]ης ἕνεκα.

4380. *k.*[4]

Prope vicum Ebajik, Balburis in orientem, ubi *Bubon* sita fuisse putatur, in basi; ex schedis iisdem ediderunt iidem l. c. p. 288.

ΒΟΥΒΩΝΕΩΝΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗ
ΜΟΣΕΤΕΙΜΗΣΕΝΑΡΤΕΜΙΟΝ
ΤΡΟΙΛΟΥΟΡΕΣΤΟΥΒΟΥΒΟΝΙΑ.
ΓΥΝΑΙΚΑΕΥΓΕΝΙΔΑΤΑΞΕΩΣΤΩΗ
ΠΡΩΤΕΥΟΗΤΩΝΤΗΣΠΟΛΕΟ.
ΠΑΤΡΟΣΚΑΙΣΥΝΓΕΝΩΝΑΡΞΑ.
ΤΩΝΤΗΣΠΑΤΡΙΔΟΣΚΑΙ
ΤΟΥΛΥΚΙΩΝΕΘΝΟΥΣΣΩ
ΦΡΟΝΑΦΙΑΑΝΔΡΟΝΠΑΣΗΑ
ΡΕΤΗΚΕΚΟΣΜΗΜΕΝΗΝΙΕΡΑ
ΣΑΜΕΝΗ.ΤΩΝΘΕΩΝΣΕΒΑΣ
ΤΩΝΜΕΤΑΚΑΙΤΟΥΑΝΔΡΟΣΛΥ
ΤΗΣΝΕΑΡΧΟΥΤΡΙΣΤΟΥΜΟ
.ΛΕΣΕΟΣΒΟΥΒΩΝΕΟΣΚΑΙ
ΠΟΛΛΑΚΑΙΜΕΓΑΛΑΑΝΑ. .
ΣΑΣΑΝΤΗΠΑΤΡΙΔΙ

Βουβωνέων ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐτείμησεν Ἀρτέμιον Τρ[ω]ΐλου Ὀρέστου Βουβ[ω]νί[δ]α, γυναῖκα εὐγενίδα, τάξεως τῶ[ν] πρωτευο[υσ]ῶν τῆς πόλε[ως], πατρὸς καὶ συνγενῶν ἀρξά[ν]των τῆς πατρίδος καὶ τοῦ Λυκίων ἔθνους, σώφρον[α], φί[λ]ανδρον, πάσῃ ἀρετῇ κεκοσμημένην, ἱερασαμένη[ν] τῶν θεῶν Σεβαστῶν μετὰ καὶ τοῦ ἀνδρὸς [α]ὐτῆς Νεάρχου τρὶς τοῦ Μο[λ]λέσεος Βουβωνέ[ω]ς, καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα ἀνα[λώ]σασαν τῇ πατρίδι.

Oppidum Bubon notum est e scriptoribus. Strab. XIII, 631. Plin. N. H. V, 28. Ptolem. Geogr. V, 3. Hierocle Synecd. 28. Steph. Byz. s. v. Βουβών. Ethnicum, ut etiam Stephanus tradit, est Βουβωνεύς. Vs. 14. Μόλλεσις idem nomen videtur quod est alibi Μόλλισις n. 4224. *f.* in his Add.

N. 4380. *m.* p. 193. ex schedis Danielli ediderunt Sprattius et Forbesius Itin. Lyc. II. p. 290. cum hac varietate lectionis: vs. 2. ΜΟΥΛΟΥΚΙΟΥ Π.ΙΛΙΟΥΕΥ, vs. 3. ΑΡΕΣΤΟΥΠΑΝΕΓΥΡΕΩΣ, vs. 4. Ε.......ΕΥΑΡΕΣΤΕΙ, vs. 5. extr. ΣΤΗΣΑ, vs. 6. extr. ΧΡΗΜΑΤΩΝ, vs. 7. ΠΟΠΠΛΙΟΣ, vs. 8. extr. ΥΙΟΣΙ΁I, i. e. ΙΠ, vs. 9. extr. ΛΙΚΙΝΙΑ, vs. 11. extr. ΚΟΙΝΟΝ, vs. 13. extr. ΠΑΛΗΝ, vs. 14. extr. ΠΑΤΗΡ, vs. 17. ΑΝΔΡΟΝ, vs. 19. init. ΑΡΑΜΕΜΟΣ, deinde ΘΗΚΕΡΑΤΟΝ, vs. 20. ΖΟΑΝΟΝ. Hinc vss. 3. 4. scribendum παν[η]γύρεως ε̄ ἀγώνων τῶν Εὐαρεστείων. Itaque concidit quod praeeunte Leakio dedimus Παλαιτυρέως et quod huic coniecturae substituit Cavedonius Annal. Inst. arch. Rom. XIX. p. 162. Deleatur annotatio nostra de Tyro. Ceterum epigramma litteris minusculis repetiit Welckerus Mus. Rhen. 1850. p. 620. n. 16.

N. 4380. *n.* p. 194. vss. 3. 4. lege: παν[ηγ]ύ[ρεως ε̄ ἀγώνων τῶν Εὐαρεστείων. Cf. ad n. 4380. *m.* in his Add.

Post n. 4380. adde:

4380. *n.*[2]

Oenoandis in tabula moenibus inserta prope portam; ex schedis Danielli ediderunt Sprattius et Forbesius Itin. Lyc. II. p. 290.

ΧΡΟΜΑ
ΤΙΣΘΕΩ
ΥΨΙΣΤΩ
ΤΟΝΛΥ
ΧΝΟΝ
ΕΥΧ..

Χρ[ω]ματὶς θεῷ ὑψίστῳ τὸν λύχνον εὐχ[ήν].

Nomen Χρωματὶς conferri potest cum Φιληματὶς et similibus, et Χρωμάδης (Ross. Dem. Att. n. 9.) et Εὐχρώμιος n. 4367. *e.* bene comparavit Keilius: nisi nomen mere Lycium est ut Πορματὶς n. 4314. Vix tamen recte ad nomen Χρομίος revocaveris.

4380. *n.*[3]

Ibidem in basi; ex schedis Danielli ediderunt Sprattius et Forbesius Itin. Lyc. II. p. 291.

ΟΔΗΜΟΣΟΤΕΡΜΗΣΣΕΩΝ
ΠΡΟΣΟΙΝΟΑΝΔΟΙΣΕΤΕΙΜΗ...
ΚΑΤΑΤΑΠΡΟΣΨΗΦ ΣΜΕ.....
ΠΟΛΥΚΛΕΙΑΝΚΡΟΙΣΟΥΤΗΣ
ΓΥΝΑΙΚΑΔΕΤΛΗΠΟΛ
ΣΟΥΜΕΡΑΣΑΜΕΝΗ
....
..ΤΑΙΣ...Ν..
ΩΣΤΕΦΑΝΩ
ΦΡΟΣΥΝΗΣΕΝΕΚΕΝ

Ὁ δῆμος ὁ Τερμησσέων [τῶν πρὸς Οἰνοάνδοις ἐτείμη[σεν κ[α]τὰ τὰ προ[ε]ψηφ[ι]σμέ[να Πολύκλειαν Κροίσου τ[ρί]ς, γυναῖκα δὲ Τληπολ[έμου τοῦ - - - σου [ἱ]ερασαμένη[ν θεᾶς - - - - - [ταῖς πρώ]ταις [τειμαῖς καὶ χρυσ]ῷ στεφάνῳ [σωφροσύνης ἕνεκεν.

Ex hoc titulo efficitur prope Oenoanda oppidum fuisse Termessum, distinguendum ab urbe cognomini maiore, quae ob id ipsum in titulis inferioris aetatis vocatur ἡ λαμπρὰ Τερμησσέων τῶν μειζόνων πόλις n. 4366. *i.*[3,4] in his Add. Memoratur haec Termessus a Steph. Byz. s. v. qui monet: ἔστι καὶ ἄλλη ταύτης ἄποικος καὶ αὐτὴ Πισιδίας, λεγομένη μικρά, ὡς ἡ προτέρα μείζων. Hanc minorem Termessum in agris Oenoandorum sitam fuisse hic titulus docet. Vs. 6. σου syllaba ex nomine avi videtur resedisse; vss. 6. 7. θεᾶς Ἀρτέμιδος proposuit Keilius comparans n. 4362. Idem vss. 9. 10. εὐσεβείας καὶ σωφροσύνης ἕνεκεν.

N. 4381. *b.* p. 196. in contextu litteris minusculis expresso vs. 5. lege πριγκιπά[λι]ν. In annotatione: de principalibus vide Forcellini Lex. v. *principalis.* Monuit Cavedonius l. c. p. 162.

N. 4382. p. 196. edidit Texier Descr. As. min. T. II. p. 137. qui vs. 2. init. exhibet ΘΕΟΥ.

N. 4383. p. 196. edidit Texier Descr. As. min. T. II. p. 138. ex Hamiltono expletis tamen lacunis.

N. 4385. p. 197. edidit Texier Descr. As. min. T. II. p. 136. qui vs. 4. med. ΚΟΥ[ΕΥ]ΤΥΧΙΑC, vs. 3. extr. ΑΡΜΕΝ[ΙΑΚΟΥ], vs. 6. min. ΙΕΡΑ[C]CΥΝ cet.

N. 4393. p. 198. quod dixi de Ἀρείᾳ confirmari videtur nummis Isauriae, in quibus Pallas νικηφόρος conspicitur (Mionnet Descr. n. 1.). Quod qui monet Cavedonius l. c. p. 162. non animadvertens Lucium Orestae filium votum solvisse, non Orestam, dicit tradi etiam Athenis ab Oresta aram Palladi Ἀρείᾳ dedicatam esse (Pausan. I, 28, 5.).

N. 4400. p. 199. nomina Tullii et Lucii Cavedonio l. c. videntur aetati deberi, qua L. Tullius cum M. Tullio Cicerone Proconsule Ciliciae in Asia versabatur (a. u. c. 703. cf. Epist. ad Div. XV, 4. ad Attic. V, 4. 21.).

N. 4403. p. 200. scribendum videtur Ἄρην [τὴν μητέρα αὐ]τοῦ. Conf. n. 4366. *n.*

Pag. 203. in titulo columnae scribe ΙΟΤΑΡΕ.

N. 4411. p. 203. *a.* Σεβαστοὶ intelligi possunt etiam generatim Divi Augusti. Cf. ad n. 4332. in his Addendis.

N. 4424. p. 206. edidit Bailius Fasc. inscr. Gr. II. p. 99. ex schedis Rossianis a Borrellio missis:

ΚΟΥΡΙΔΗϹΔΕΙΟΥΚΑΤΕϹΚΕΥ
ΑϹΕΝΤΟΗΡΩΟΝΕΑΥΤΩΚΑΙΤΟΙϹ
ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΙϹΜΟΥ

Si vera esset scriptura ΡΙ, facile aliquis coniiceret scribendum esse [Διος]κουρίδης; sed hoc propter spatium lapidis statui vix potest. Δ etiam in hoc apographo est. Itaque tutius scribere ΚΟΥΑΔΗΣ, Κουάδης, quod nomen factum est ex nomine Κούας (n. 4402. 4410.). Simile nomen est regis Persarum Κωάδης ap. Malal. XVI. p. 114. XVIII. p. 185.

N. 4428. p. 207. edidit Bailius l. c. p. 98. qui habuit etiam a Borrellio acceptum. Vs. 1. init. ΟΒΡΙ ΜΟΣΜΩΠΟΥ, extr. ΣΥΡΒΙΟΣ, vs. 3. ΕΑΥΤΟΙΣΚΑΙ ΤΕΚΝΟΙΣ.... ΤΟΥΤΟΙΣ - - - ΤΑΙΣ, vs. 4. ΕΚΑ ΤΕΡΩΝΑΥΤ - - - - -, vs. 5. ΧΙΑΝΗΚΑΙ; unde deleta annotatione nostra minusculis scribendum:

Ὄβριμος Μώπου καὶ Νέων Σύρβιος
τὸ ἡρώειον κατεσκεύασαν ἐκ τῶν ἰδίων
ἑαυτοῖς καὶ τέκνοις [αὐτῶν], τούτοις [καὶ] ταῖς
ἑκατέρων αὐτ[ῶν γυναιξίν, τῇ δεῖνι - - -
χιανῇ καὶ [τῇ δεῖνι - - - - ἰδίας ἐν τῷ
ἡρῴῳ ὀστοθήκας ἀναθέντες - - - -]

Nomen alterius feminae [Εὐμα]χιανῇ dedit Bailius; sine probabilitate. Potest esse etiam [Εὐτυ]χιανῇ.

Post n. 4429. insere:

4429. *b.*

Seleuciae in sepulcro rupi inciso; transcripsit et edidit H. Barthius Mus. Rhen. VII. 1849. p. 249. n. 16.

ΜΝΗΜΕΙΟΝ
ΘΕΟΔΩΡΟΥ
ΔΙϹΙΟΘΕΟΔΩΡΟΥ

Μνημεῖον Θεοδώρου. [Ἀφρο]δίσιο[ς] Θεοδώρου.

4429. *c.*

In vico Meidân, ab urbe *Seleucia* in septentrionem in regione montana Tracheae in columella; edidit Bailius l. c. II. p. 100.

ΑΘΗΝΟΔΩ
ΡΟϹΔΙΟΔΟ
ΤΟΥΟϹΤΕΟ
ΘΑΚΑϹΚΑΤΕϹ
ΤΗϹΕΝΕΙϹΕΑΥ
ΤΟΝΚΕΤΗΝ
ΓΥΝΑΙΚΑΑΥ
ΤΟΥΑΒΑΝΙϹ
ΤΑΤΑΙΔΙΑΑΥ
ΤΟΥΜΝΗΜΗϹ
ΧΑΡΙΝ

Ἀθηνόδωρος Διοδότου ὀστεοθ[ή]κας κατέστησεν εἰς ἑαυτὸν κ[αὶ] τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Ἄβαν. ἵσταται διὰ αὐτοῦ μνήμης χάριν.

Nomen muliebre Ἄβα ex Cilicia notum (vide Strab. XIV, 672.).

Post n. 4432. p. 208. adde:

4432. *b.*

Coryci, in lapide parieti inserto; edidit Bailius l. c. II. p. 93.

ΘΗΚΗΛΟ
ΥΚΙΟΥ
ΑΙΑΚΟ

Θήκη Λουκίου Αἰακο[ῦ].

4432. *c.*

Ibidem; edidit idem l. c. II. p. 94.

ΘΗΚΗΖΗΝΩΝΟϹΟΥΕΤΤΙΑΝΟΥ

Θήκη Ζήνωνος Οὐεττιανοῦ. An Οὐετερανοῦ?

4432. *d.*

Ibidem; edidit idem l. c. II. p. 93.

ΘΗΚΗ — Θήκη
ϹΚΙΟΥΡΑϹ — Σκιούρας
ΛΥΚΚΟΜΙ — - - -

Vs. 3. Λυκομήδους subesse putat Bailius.

4432. *e.*

Ibidem; edidit idem l. c. II. p. 95.

ΤΟΠΟϹΚΑΛΑΡΟΠΙΟΥΥΙΟΥΤΑΡϹΕΙΟΥ

Τόπος Καλαροπίου υἱοῦ Ταρσείου.

4432. *f.*

Ibidem; edidit idem l. c. II. p. 95. qui habuit etiam apographum ex schedis Rossii de Bladensburg a Borrellio missis.

ЄΞΟΝ. ЄЄΙΝΑΙΤ.... ϹΚΟ. ΙΔΟΥ
ΤЄΘΗΝΑΙΔ. ΚΑΙΑΡΡΙΑϹЄΛΠΙ
ΟΝΥϹΙΟΝ..... ΩΝΟΠΟΠΛΙΟϹ
ΚΑΙЄΛΠΙΔΑ... ΟϹΚЄΙΤ.. Є.... ΙΑΝ
.... ΜΗΔЄΝΑЄΤ......... ΙΑΝ
- - - - - - - -
- - - - - - - -

ἐξὸν [δ]ὲ εἶναι τ[ῷ Διο]σκο[υρ]ίδου [υἱῷ - - -
τεθῆναι δ[ὲ] καὶ Ἀῤῥίας Ἐλπί[δος ἄνδρα Διονύσιον [καὶ υἱούς]· ὧν ὁ Πόπλιος [ὁ
καὶ Ἐλπιδ[ι]α[ν]ὸς κεῖτ[αι]. ἐ[ξουσ]ίαν
δὲ ἔχειν] μηδένα ἕτ[ερον τοῦ τάφου. ἐ]ὰν
δέ τις] cet.

Vss. 2. 4. nomen mutilum Ἐλπιδαφόρου esse putat Bailius.

4432. *g.*

Ibidem; transcripsit et edidit H. Barthius Mus. Rhen. VII. 1849. p. 248. n. 9.

ΤΑΡΑϹΙϒΙΝΙΟΡΑΦΟΥ

Ταρασίου ἱ[στ]ιοράφου.

4432. *h.*

Ibidem in vestibulo monumenti in rupe excavando facti; edidit Bailius l. c. II. p. 96. ex schedis Rossianis a Borrellio missis.

ΕΙΜΟΥΘ..ΝΕΓΝ...ΝΕΜΟΡΟΗΣ
ΤΥΠΟΝ.ΠΑΡΟΔΙΤΑΙ
ΝΦΙΟΕ.ΝΗΝ.ΕΚΗΣΑΙΕΕΝ::Δ
ΕΙΡΕΨ.......ΟΔΟ

Εἴ μου [ὁρᾶθ' ἁ]γν[ῆς] μορ[φ]ῆς τύπον, [ὦ] παροδῖται,
- - - - - - - - - -

N. 4435. p. 208. edidit Bailius l. c. II. p. 97.

ΑΡΜΕΝΙΟΝΠΕΙϹΩΝΕΙΝΟΝ
ΤΟΝΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ

Itaque scribendum: *Ἀρμένιον Πειστωνεῖνον τὸν λαμπρότατον.*

N. 4436. p. 209. edidit Bailius l. c. II. p. 97. ex schedis Rossianis a Borrellio missis:

ΚΗΠϭ
ЄϹΟΠΟϚ

quod Bailius legit *κήπου ἔσοπτος* s. *τόπος*, putans sermonem esse de horto quodam publico aedificiis ornato, ad quem introitus erat per columnationem. Si litterae Ρ, quae extat in apographo Beaufortiano, ratio habenda non est, ut coniici potest ex apographo a Bailio tradito, legas *κήπου ἔσο[δ]ος.*

Post n. 4436. adde:

4436. *b.*

Solis s. *Pompeiopoli,* in columna stoae, ad quam pertinent etiam n. 4434. 4435. 4436.; edidit Bailius l. c. II. p. 96. qui habuit etiam apographum Rossii de Bladensburg a Borrellio missum.

ΕΠΙΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΤΟΥ
ΤΟΥΔΙΣΑΡΧΟΝΤΟΣ

ΟΥΠΗΚΙΗΣΚΑΙΓΡΑΜΜΑ
ΤΕΥΣΚΑΙΔΙΣΑΡΧΩΝΥΠΕΡΣΩ
5 ΤΗΡΙΑΣΤΟΥΟΙΚΟΥΑΥΤΟΥΘ..ΜΕ
ΝΟΣΕΠΟΙΗΣΕΤΟΝΘΡΟΝΟΝΣΥΝ
ΤΩΚΟΦΙΝΩΚΑΙΤΑΙΣΑΝΑΒΑΘΡΑΙΣ
.ΑΙΣ..ΘΑΚΑΙΣΜΟΙ..ΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝ

Ex apographo Rossiano Bailius enotat vs. 5. extr. ΘΩΙΜΕ.

Ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ - - -
του δὶς ἄρχοντος

- - - - καὶ γραμμα-
τεὺς καὶ δὶς ἄρχων ὑπὲρ σω-
5 *τηρίας τοῦ οἴκου αὐτοῦ [εὐξά]με-*
νος ἐποίησε τὸν θρόνον σὺν
τῷ κοφίνῳ καὶ ταῖς ἀναβάθραις
τ]αῖς [στοϊ]καῖς μό[νος] ἐκ τῶν ἰδίων.

Vs. 3. init. nomen magistratus subesse videtur, exempli gratia *ὁ δεῖνα β]ου[λευτ]ής.* Vs. 5. extr. *θυόμενος* dedit Bailius praeter consuetudinem loquendi, quam coniecturam in Auctar. p. 349. frustra fulcire studet. Vs. 7. *κόφινον* Bailius in donariis habet, quae Baccho offerre consuerunt vinitores (Pitisci Lex. I. p. 564. *a.*). De sacro *τεμένει* h. l. sermonem esse sane vel *θρόνου* mentio prodit. Sed tamen ratio *κοφίνου* quae sit h. l. latet. In nummis Pompeiopolitanis imagines Solis, Palladis, Dianae comparent. Vs. 8. *ταῖς τε θάκαις* legebat Bailius, in Auctario p. 350. loculos interpretans ad recipiendos thesauros sacros. Sed quis unquam dixit *θάκη*?

N. 4440. p. 209. denuo transcripsit et edidit H. Barthius Mus. Rheu. VII. 1849. p. 248. n. 8. Habet vs. 1. init. ΟΝΤѠϹ, vs. 2. extr. ΔΡΟΜΟΙϹ, vs. 3. extr. ϹΙΔΗΡΟΔЄΤΟΙϹΘЄΜЄΛΙΟΙϹ, vs. 5. extr. ΑΠЄΙΡЄΙ ϹΙΝΟΘΙΟ, vs. 6. sub fin. ΤЄΨΑΝ, vs. 8. ΠΛΗΘѠΝ ΠΡΗΥΤЄΡΟϹΤЄ/ЄΘΗ, vs. 9. init. ΤΗΝΔЄΓЄΦ cet. in fine ΤЄΛЄϹΑϹΘΑΙ, vs. 10. post init. ΠΙΘΟΙ pro ΠΙΘΟΟ, in fine ΔΙΑϹΗΜΟΤΑΤΟΥ, vs. 11. post init. ΜЄΤΟΠΙϹΘЄΝ. Apographum docet in lapide constanter esse Є pro Ε.

N. 4443. p. 210. in annotatione scribe: *Θεὸς Σεβαστὸς* est Augustus. Dele verba *C. Iulius Caesar* et quae sequuntur. Errorem quidem a me damnatum in schedis animadvertit etiam Cavedonius l. c. p. 163. coniiciens simul titulum positum esse a. u. c. 734 vel 735, postquam Augustus mare feliciter emensus est ex Oriente Romam repetens. Apteque Venerem *Εὔπλοιαν* invocari idem monet propter tutelam gentis Iuliae (Horat. Od. IV, 15.).

Post n. 4443. adde:

4443. *b.*

Mopsuestiae in lapide muro inserto; transcripsit et edidit H. Barthius Mus. Rhen. VII. 1849. p. 247. n. 5.

ΦΙΛΟΚΛΗΣΦΙΛΟΚΛΕΟΥΣΤΟΥ
ΙΣΧΟΛΑΟΥARXΙΤΕΚΤΟΝΟΝ
ΗΛΙΩΙΚΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙ

Φιλοκλῆς Φιλοκλέους τοῦ
Ἰσχολάου ἀρχιτέκτ[ω]ν [θεῷ
Ἡλίῳ καὶ τῷ δήμῳ.

Solis imago etiam in nummis Mopsuestiae habetur (vide Eckhel. D. N. Vol. III. p. 60.). Alterum titulum, quem Mopsuestiae transcripsit Barthius, quum Pocockius et Turnerus in insula Cypro viderint prope Salaminem (vide Vol. II. n. 2634.), probabile fit lapidem ex insula Cypro in vicinam oram esse translatum.

4443. *c.*

Ibidem in domo quadam; transcripsit et edidit H. Barthius Mus. Rhen. VII. 1849. p. 247. n. 6.

ΝΕΡΟΥΑΝΤΡΑΙΑΝΟΝΚΑΙΣΑΡΑ
ΝΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝΥΙΟΝΘΕΟΥ
ΒΑΣΤΟΥΗΠΟΛΙΣ L̄Γ

Αὐτοκράτορα] Νερούαν Τραϊανὸν Καίσαρα
Σεβαστὸν ἄριστο]ν Γερμανικόν, υἱὸν θεοῦ [Νε-
ρούα Σε]βαστοῦ, ἡ πόλις. Ἔτει γ̄.

N. 4447. p. 211. epistolam Cavedonius l. c. p. 163. putat Iustini II. esse, cuius extat nummus singularis inscriptus GABALORVM (cf. Eckhel. D. N. III. p. 315.).

N. 4451. p. 213. *a.* lin. 6. scribe n. 4480. Malbochum et Selamanen intelligi posse coniicit Cavedonius l. c. in nummis Hieropolis, quibus praedicantur ΘЄΟΙCΥΡΙΑC (Eckhel. D. N. III. p. 262.).

N. 4453. p. 213. Βενεφικιαρίων Κορνικουλαρίων ὑπατικοῦ Cavedonius l. c. agnoscit adiutorem cornicularioram Legati consularis Syriae (conf. Marinus Fratr. Arv. p. 759. 770.). Epocham, ex qua annus 243 notatur, idem coniicit esse Caesaream, ut in nummis Antiochiae, quibus nummi Beroeae aliorumque huius tractus oppidorum similes sunt.

N. 4456. p. 214. vs. 1. non male Cavedonius l. c. coniicit scribi posse - - - [κ]αὶ [π]ᾶσι θεοῖς cet.'

N. 4458. p. 216. *a.* ad vim θεῶν Σωτήρων, quos Dioscuros esse statui, Cavedonius l. c. monet in nummis Antiochi I. Soteris expressos haberi pileos Dioscurorum (cf. Cavedoni Spicil. num. p. 261.).

N. 4460. p. 216. Caesium Priscum Cavedonius l. c. bene annotat videri fuisse praesidem Syriae inter Iul. Severum et Commodum vel inter Burbuleium et Commodum collocandum (conf. Borghesium Iscr. di Burbul. p. 68. 71.).

N. 4461. p. 217. Seleucenses duabus inprimis epochis usi sunt, altera ab a. Varroniano 646. deducenda, altera Actiaca a. u. c. 723. (conf. Borghesium Iscr. di Burbul. p. 70.). Ad Actiacam revocandum annum tituli esse censet etiam Cavedonius l. c.

Vs. 4462. p. 217. tituli annum Cavedonius l. c. mavult exigi ad epocham Actiacam. Vs. 2. extr. καὶ διαμονῆς legendum censet Keilius.

N. 4463. p. 217. in contextu litteris minusculis expresso extr. scribe Βαράχου. Cf. n. 4573. *c.* Nomen Semiticum est, id quod iure Cavedonius etiam de nomine ΑΒΕΔΡΑΨΑΣ vs. 3. statuere videtur.

N. 4469. p. 219. melius factum esset, si titulum in inscriptionibus Italiae posuissem. Extat Florentiae in museo artium publico, ubi transcripsit Osannus (Syllog. inscr. p. 532. 13.), transcripsimus ipsi a. 1847. Leguntur in lapide haec accurate expressa:

ΛΟΥΚΙ^ΑΟΝΠ
ΡШΤΟΓЄΝΗ
∘ ΧΑΙΡЄ ∘
ΑΝΤΙΟΧЄΥΟ
5 ΥΔΑΦΝΗC

Hinc apparet pessime opera functum esse quadratarium. Retracto nomen a me exempli causa positum. Videtur ille voluisse ΛΟΥΚΙΛΛΙΑΝЄ, ut sit Λουκιλλιανὲ Πρωτογένη, χαῖρε, Ἀντιοχεῦ [ἀπὸ] Δάφνης.

N. 4472. p. 221. *a.* lin. 34. verba: „Nicopolis Seleucidis est" delenda esse monui p. 730. *a.*—Ibidem p. 221. *b.* lin. 8. scribe p. 291. Sententiam Borghesii quod paucis abieci, oblique notat Cavedonius. Atqui non abiudicavi a Seleuco nomen Fabii, sed in inscriptione Chandleriana huic nomini locum nullum esse significavi. Quod nomen eruimus ex lectionibus lapidis accurate inter se collatis ΟΥЄΤΙΛΙΟΥ s. ΟΥЄΤЄΙΛΙΟΥ, idem coniicias subesse etiam lectioni, quam ex codice Dionis enotavit Ursinus: ΚΑΙΜΦΑ ΒΙΤЄΑΛCЄΛЄΥΚΟC, licet hae litterae nomen *Vitellii* commendare videantur. Sed vide ne fuerit ΒΕ ΤΕΙΛ i. e. Βετείλιος.

N. 4473. p. 222. quod nomen artificis esse conieci, etiam agoranomi nomen esse posse putat Cavedonius l. c. coll. n. 4476. 4531.

N. 4474. p. 222. ad Mareae mentionem in titulo Latino Cavedonius apposite annotat Maream quendam memorari Antiochenum ap. Ammian. XII, 5. (cf. Mai Coll. script. Vatic. II. p. 234.), qui circiter aetate ea, cui tribuendus hic titulus est, operam praestitit Persis Antiochiam obsidentibus.

N. 4476. p. 224. pondus in Syria repertum per Ed. de Cadalvene et in antiquarium bibliothecae Parisinae translatum, accuratissime edidit et descripsit Longperier Annal. Inst. arch. Rom. Vol. XIX. Suppl. p. 341. conf. Monum. ined. Inst. arch. Rom. T. IV. tab. XLV. n. 11. 11 *b.* Inscriptiones lateris utriusque ita se habent:

a.

b.

Tit. *a.* Ἀντιοχέων τῆς μητ[ροπό]λεως καὶ ἱερᾶς καὶ ἀσύλου καὶ αὐτονόμου.
ἀγορανομούντων Ἀντιόχου καὶ Ποπλίου.
Tit. *b.* Ἔτους εβ[δ]όμου. δημοσία μ[ν]ᾶ.
ἀγορανομούντων Ποπλίου καὶ Ἀντιόχου.

Est igitur mina Syriaca ex urbe Antiochia; unde apparet talentum fuisse Syriae proprium longeque diversum ab Attico. Pondus Longperiero annotante valet 1068,20 gramm. Minam dimidiatam Syriacam habes n. 4476. *b.* in his Add. Inscriptio ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΗΣΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣΤΗΣΙΕΡΑΣΚΑΙΑΣΥΛΟΥ ΚΑΙΑΥΤΟΝΟΜΟΥ extat etiam in nummis Antiochiae, in quibus qui anni notantur inde a Γ usque ad ΘΚ, ii ex epocha Pompeiana a. u. c. 690. supputandi sunt. Hinc annus VII in pondere nostro signatus ad eandem epocham ut par est, exactus incidit in a. u. c. 697. a. Chr. 57. Recentius pondus est n. 4476. *b.* in his Add.

Post n. 4476. insere:

4476. *b.*

In pondere ex aere ducto, cuius in altero latere expressa est Fortuna ancorae innixa et cornucopiae sinistra tenens, in altero aries et stellula; in Syria repperit Ed. de Cadalvene; nunc asservatur in antiquario bibliothecae Parisinae; accuratissime edidit et descripsit Longperier Annal. Inst. arch. Rom. Vol. XIX. Suppl. p. 542 sq. conf. Monum. ined. Inst. arch. Rom. Vol. IV. tab. XLV. n. 12.12 b. Habui apographum pessime confectum, quod non paenitet suppressisse.

a.



b.

Tit. *a.* Ἔτους β. Ἀπο(λλωνίδου). Νικ(άνο)ρ(ος).
ἀγορανομο[ύ]ντων Νικάνορος τοῦ Ἀρτεμι[δ]ώρου.
Tit. *b.* καὶ Ἀπολλωνίδου τοῦ Ἀμφαινέτου.
δημόσιον ἡμιμναῖον.

Est mina dimidiata Syriaca et ipsa ad urbem Antiochiam pertinens (cf. n. 4476. in his Add.), cuius in nummis aeneis apparet eadem Fortuna ancoram tenens cum nota anni Γ (vid. Eckhel. D. N. Vol. III. p. 271.). Etiam figura arietis ut signi astronomici nota est ex nummis aeneis Augusti Antiochiae percussis, in quibus nomen urbis Antiochiae aeque suppressum est. Annum II. huius ponderis non dubito cum Longperiero referre ad epocham Actiacam (a. u. c. 723.), qua post Pompeianam (a. u. c. 690.) et Caesarianam (a. u. c. 705.) Antiochenos constat usos esse. Itaque pondus fuerit ex a. u. c. 724. a. Chr. 30. Mina haec dimidiata Boeckhio annotante (Disquisit. metrol. p. 73.) valet 521 gramm. Longperiero 535,15 gramm. Monogrammata nominum Apollonidae et Nicanoris ex nummis enotantur apud Mionnet n. 547. 892. Notabis nomina magistratus bis exposita, mutato ordine, ut in pondere n. 4476.

N. 4483. p. 227. in contextu litteris minusculis expresso vs. 2. dele interpunctionem ante δίς. Causam quaesiveris in iis, quae monuimus ad n. 4352. in his Add.

N. 4485. p. 229. *a.* lin. 5. dele verba: *idque confirmatur etiam nummo Caracallae, in quo* COL. PALMYRA. Nempe hunc nummum ut Golzianum damnandum esse bene monet Cavedonius l. c. Eidem Palmyra colonia iuris Italici facta a Septimio Severo videtur, ut Tyrus et Laodicea, quae urbes *Septimiae Aureliae* audiunt (Eckhel. D. N. III. p. 320. 387.). Recte haud dubie. Hinc etiam nubes Septimiorum in inscriptionibus Palmyrenis. Ad formulam ἐπίτροπος Σεβαστοῦ δουκηνάριος apte Cavedonius comparat inscriptionem Sexto Vario Marcello positam n. 6627. ubi ille PROC.AQVAR.C̄.PROC.PROV.BRIT. C̄C̄.PROC.RATIONIS.PRIVAT.C̄C̄C̄. vocatur, atque ad vocem μητροκολωνίας vs. 5. nummum Antiochiae Syriae inscriptum ΜΗΤΡΟΚΟΛΩΝ (Eckhel. D. N. III. p. 303.).

N. 4488. p. 229. de legione XIV. Gemina Martia, cuius mentio fit etiam n. 4618. conf. Boeckh. Vol. II. ad n. 3751. et quos Cavedonius citat, Cardinalium Dipl. p. 307. Borghesium Annal. Inst. arch. Rom. XI. p. 160. Cum dictione τετειμημένος ὑπὸ τῶν Αὐτοκρατόρων τετάρτης στρατείας sc. τειμῇ. Cavedonius bene comparat formulam ἀπὸ στρατειῶν n. 4499.

N. 4501. p. 234. cum lectisternio pro salute Imp. consecrato Cavedonius l. c. apte comparat lectisternium nummi Mesopotamiae inscripti ΥΠΕΡΝΙΚΗΣ ΤΩΝΚΥΡΙΩΝ (cf. Eckhel. D. N. III. p. 520.), exemplumque vetustius ex Thucydide III, 68. petitum: κλίνας κατασκευάσαντες ἀνέθεσαν τῇ Ἥρᾳ. Rebellionem Iudaeorum qui anno Varroniano 885. tribuunt statuuntque Hadrianum non in Syriam reversum esse, eos recte iudicare evincit Borghesius (Iscr. di Burbul. p. 64.).

Post n. 4503. insere:

4503. *b*.

Palmyrae; transcripserunt Abekenius et Thomsonus, ex quorum apographis edidit Henzenius Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1847. p. 124. cum aliquot supplementis. Transcripsit etiam Gard. Wilkinsonus, qui edidit in Akermani Chron. numism. (The numismatic Chronicle and Journal of the numismatic Society, Lond.) Vol. IX. 1847. p. 128.

\- - - - - -
. . . . . Π . .
ΑΝΘΥΠΑΤ - - - - - ΙΛ
ΑΝΕΙΚΗΤΩCΕΒΑCΤΩ
ΚΑΙCΕΠΤΙΜΙΑΖΗΝΟΒΙΑ
CΕΒΑCΤΗΜΗΤΡΙΤΟΥ - -
ΤΟΥΑΗΤΤΗΤΟΥΙ - - -
ΚΡΑΤΟΡΟCΟΥΑΒΑΛΛΑ - -
ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΥ

Lacunam vs. 1. non annotavit Wilkinsonus; vs. 2. Wilkins. . . . . ШΠ . . . .; vs. 3. init. Wilkins. Λ p. Α; vs. 5. Wilkins. CΕΠΤΙ . . Α; vs. 6. med. Abek. . ΗΤΡΙ, Wilkins. ΜΗΤΡΙ; vs. 7. extr. ductum Ι habet Wilkinsonus; vs. 9. idem post ΔΩΡΟΥ lacunam notat.

[Παλμυρηνῶν ἡ πόλις
Αὐτοκράτορι Καίσαρι
- - - - ἀρχιερεῖ
μεγίστῳ, ὑ]π[άτῳ,
ἀνθυπάτ[ῳ, πατρὶ πατρίδος,
ἀνεικήτῳ Σεβαστῷ
καὶ Σεπτιμίᾳ Ζηνοβίᾳ
Σεβαστῇ, μητρὶ τοῦ [Σεβασ-
τοῦ ἀηττήτου [Αὐτο-
κράτορος Οὐαβαλλά[θου
Ἀθηνοδώρου.

Inscriptio non uno nomine insignis, posita inter a. u. c. 1020. p. Chr. 267. et a. u. c. 1024. p. Chr. 271. Quae de successore Odenathi Imp. historia tradit, composuimus ad n. 4492. Nunc docemur Zenobiae filium fuisse Vaballathum, qui defuncto Odenatho imperium suscepit retentis vitrici titulis imperatoriis, et Vaballathum istum Graeco nomine Athenodorum cognominatum esse, quod nomen vario modo decurtatum apparet etiam in nummis Vaballathi (Eckhel. D. N. VII. p. 492.). Fortasse non multum a vero abfuit Vopiscus (Aurel. 38.), qui Vaballathi nomine voluit regnasse Zenobiam. Potest id factum esse, ut tamen mox filio traditum imperium sit, qui paucis annis post defunctus matri imperium reliquerit; unde eius memoria prorsus interiit Aureliano Palmyram aggrediente. Initio tituli Aureliani Imp. mentionem fieri coniecit Henzenius. Aureliani et Vaballathi nomina iuncta in nummis conspiciuntur (Eckhel. D. N. VII. p. 492 sq.). At potest etiam M. Aur. Claudii Imp. mentio facta esse, cuius cum elogiis conspirant ea quae in lapide dispiciuntur (vid. Vol. II. n. 3747. 3748.), videndumque ne elogium *ἀνείκητος* pertineat ad victoriam a Claudio de Gothis reportatam. Quo posito dedicatio facta fuerit a. u. c. 1023. p. Chr. 270. statim post nuntium de victoria allatum. Sed nihil decerno. Sequitur ex his, ut in stemmate, quod de familia Odenathi concinnavimus ad n. 4507. p. 237. *b*. scribendum sit:

Odenathus Imp.

Herodes, Vaballathus cogn. Athenodorus, Herennianus, Timolaus.
Zenobiae filius, Imp.

De nomine Septimii in familia Odenathi recepto vid. ad n. 4507. cf. n. 4485. in his Add.

N. 4504. p. 235. ad formulam *αἰώνιον γέρας* Cavedonius l. c. comparat Homericum illud: *ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων* (Iliad. XXIII, 9.). Cf. n. 4507. ubi *αἰώνιος τιμή*.

N. 4507. p. 237. *a*. quae de Odenatho seniore, patre Odenathi Imp. ex temporum et personarum ratione conieci, ea Cavedonius l. c. monet mirifice comprobari loco Anonymi in Excerptis post Dionem, qui Odenathum iuniorem narrat accusasse Rufinum quod iniusta morte affecisset Odenathum seniorem parentem suum (*Ὀδέναθοι δύο· ὅτι τὸν Ὀδέναθον τὸν παλαιὸν Ῥουφῖνος ἀναιρεῖ — κατηγόρει δὲ ὁ νέος Ὀδέναθος Ῥουφίνου ὡς φονεύσαντος τὸν πατέρα αὐτοῦ* cet. Mai Collect. scriptt. e codd. Vatt. T. II. p. 238. n. 122. cf. Borghesium Giorn. Arcad. T. XLII. p. 333.).

N. 4511. p. 237. Gentem Iuliam per Syriam diffusam fuisse monet Cavedonius l. c. p. 166. provocans ad nomina Iuliae Domnae et Iuliae *Maesae* Emesenarum natione (Marinus Fratr. Arv. p. 510.) et coniiciens huius rei auctores videri fuisse Syriae praesides ex gente Iulia oriundos (cf. Borghesium Iscr. di Burbul. p. 62 sqq.).

N. 4512. p. 238. Caesar Iulianus hic et n. 4513. Cavedonio recte videtur esse Iulianus Apostata.

N. 4517. p. 239. Imperatores huius tituli Cavedonio videntur esse Galerius et Licinius cum Maximino et Constantino, qui filii Augustorum audiunt in nummis (Eckhel. D. N. VIII. p. 52.). Coniicit praeterea nomina Galerii et Licinii dedita opera deleta esse ac proinde titulum esse posteriorem a. p. Chr. 307. At conformatio tituli inde a vs. 5. impedit, quo minus nomina Imperatorum expressa fuisse putemus.

N. 4521. p. 240. vss. 9. 10. poteram absolvere:

Κρόνῳ Κυρίῳ κα[ὶ - - - - - σὺν
Εὐσεβίᾳ γυ[ναικί.

Quamquam de Crono dubitari potest, nisi forte nunc intelligendus est deus quidam Phoenicius, Molochus s. Baal (cf. Gesen. Thes. philol. ling. Hebr. p. 794.). Bene Cavedonius coniicit Abilenen ab Augusto Zenodoro (conf. ad n. 4523.) ademptam, restitutam esse Lysaniae, fortasse nepoti Lysaniae ab Iosepho memorati; nam Claudio imp. Abilene regno Agrippae Magni addita est (Eckhel. D. N. III. p. 491. 496.). Hinc simul apparet *τοὺς Κυρίους Σεβαστοὺς* esse Tiberium et Livium, qui etiam in nummis Iudaeae titulo *Σεβαστῶν* celebrantur (Eckhel. D. N. III. p. 497.).

N. 4525. p. 240. edidit Bailius Fasc. inscr. III. p. 128. transcriptum de marmore reperto inter parietinas templi vetusti cui nomen est Deir el Qûs-

sâr ad partes septentrionales *Beryti* et subter iuga montis E' Sunnîn. Habet vs. 1. extr. ΘΟΛΟΜ.Υ, vs. 2. init. ΡΑΒΒΑΩΜΟΥ, unde in contextu minusculis expresso legi debet *ἐπὶ Θολέμ[ο]υ Ῥαββαώμου.* Vestigium terminationis Graecae nominis Semitici conservarat etiam apographum Seetzenianum.

N. 4528. p. 241. ex duobus lapidibus in loco Sîr regionis E' Ddunniyeh in plaga Libanensi septentrionali transcriptum edidit Bailius l. c. III. p. 140. qui habuit etiam apographum a Borrellio missum. Expressit autem ita:

a. ΑΥΡΙЄΡΟΚΛЄΙΑΔΟΜΝΟΥΓΥΝΗΛΥϹ........ΤΟΥ
ΛΥϹΙϹΤΡΑΤΟΥΙЄΡΟΥΡΓΗϹЄΤΗΝΚΛЄΙΝΗΗ

b. ЄΤΙΠΡΟΤЄΡΟΝ✱ΤЄΤΡΑΚΟϹΙωΝЄΙϹΤΑЄΡΓΑ

Ex apographo Borrelliano annotatur vs. 1. init. ΗΡΟΚΛΛ i. e. ΠΡΟΚΛΑ, vs. 2. ΣΗΤΡΛΓΟΥΠϹΡΟΥ ΡΟΗWЄΤΛΚΛΙΛΜΗΝ, quae satis consentiunt cum Seetzeniano. Videtur legendum esse:

Αὐρ(ηλία) Πρόκλα Δόμνου, γυνὴ Λυσ[ιστράτου] τοῦ Λυσιστράτου ἱερούργησε τὴν κλείνην, [ἐπίδοσιν ποιησαμένη] ἔτι πρότερον δηναρίων τετρακοσίων εἰς τὰ ἔργα [τῆς κυρίας.

Bailius in lacuna: *ἐποιήσατο δὲ καὶ ἐπίδοσιν.* Aur. Procla sollemnibus sacrorum initiavit lectisternium quod dedicavit, in templo deae cuidam consecrato.

Post n. 4528. adde:

4528. *b.*

Ad *Libanum* inter parietinas templi prope monasterium S. Demetrii in tractu El Kûrah, in lapide; edidit Bailius l. c. III. p. 137.

a. WΙΚΟΔΟΜΗΘΗΗΠΛЄΥ
ΡΑΑΥΤΗΤΟΥΝΑ..ΚΑΙ
ΤΟЄΠΑΝωΤΗϹΘΥΡΑϹ
ΤΗϹWΙΚΙϹ.....ΑΤΟΥ
ЄΥΘ.ΤΟΥϹΑΙϹ-----ΝΑ
ΑΝ.ΠΗ....ΧΙΛΙ
ЄⲜΗΚΟΝΤΑ

b. ΠΟ
ΚΟΔΟΜΟΥ
ΚΑΙΒЄΝΝΙΟΥ
ΥΚΑΙΠΟΥΠΛ
ΙΟΥΛΑΤΟΜ

Tit. *a.* *Ὠικοδομήθη ἡ πλευρὰ αὕτη τοῦ να[οῦ] καὶ τὸ ἐπάνω τῆς θύρας τῆς ᾠκ[οδομημένης] α[ὐ]τοῦ [καὶ εὐθ[ε]τούσ[η]ς [μοίρας δρ]α(χμαῖς) ἀν[ὰ] πή[χεις] - - - - χιλί[αις ἑξήκοντα - - -*

Tit. *b.* *Πο - - - [οἰκοδόμου καὶ Βεννίου [τοῦ καὶ Πουπλίου λατόμου.*

Tit. *a.* de pretio diserte expresso cf. n. 4449-4451. Bailius vss. 4 sqq. legebat *τῆς ᾠκισμένης τύμπανον? εὐθετούσαις σανίσι? ἀνὰ πήχεις χιλίους ἑξήκοντα,* quae sensu cassa sunt.

Tit. *b.* nota opificum est. Bailius fidenter legebat: *Πουπλίου οἰκοδόμου καὶ Βεννίου ξυλοτόμου καὶ Πουπλίου λατόμου.* Improbabiliter. De nomine *τοῦ οἰκοδόμου* nihil definiri potest. *Λατόμον* autem Bennium eundemque Beblium audire probabile est. De *ξυλοτόμῳ* nihil constat.

4528. *c.*

Ad *Libanum* in aedibus semirutis vicinis templo ex quo est n. 4528. *b.*; edidit Bailius l. c. III. p. 139.

ΗΛΙΟΔWΡΟΥΚΑΙϹΙΛΑΝΟΥ
ΔΙΟΙΚΗΤWΝ - - - - ΚΟΝΤΑ
ΠΟΔЄϹ- - - -ΟΥϹWΙΚΟΔΟΜΗ

Ἡλιοδώρου καὶ Σιλανοῦ
διοικητῶν [πεντή]κοντα
πόδες [μήκ]ους ᾠκοδομή[θησαν.

De *διοικηταῖς* etiam Bailius comparavit n. 4594. 4631. Vs. 3. *θριγκοῦ* supplevit idem, nulla ratione habita litterae C. De lectione *μήκους* conf. n. 4449. 4450. Pars aedificii ut designaretur disertius non opus erat, quia titulus ei parti impositus erat.

4528. *d.*

Ad *Libanum* ibidem; edidit Bailius l. c. III. p. 139. qui habuit etiam apographum a Borrellio missum.

ΦΗΝΤΡΑϹЄΠΟΙ Borr. ΟΙΗΝΤΡΛЄЄΗΟΙ

Pro voce Latina *festras* i. e. *fenestras* habuit Bailius. Festra ap. Macrob. Sat. III, 12. explicatur ostium minusculum in sacrario. Itaque si lectio vera est (certe apographum Borrellianum conspirare cum Bailiano videtur), dixeris vocem *festra* in *φήντρα* corruptam esse, ut titulus fuerit: *ὁ δεῖνα τὰς] φήντρας ἐποί[ησεν.* Sed in huiusmodi apographis difficile est aliquid definire.

4528. *e.*

Ad *Libanum* prope Botryn; edidit Matranga ap. Diamillam Mem. numism. Fasc. II. 1847. p. 55. n. 2.

ΚΑΣΣΙΑΛΥΣΙΑΣ
ΦΥΛΟΞΕΝΟΥΘΥΓΑ
ΤΗΡΗΚΑΙΚΛΑΥΔΙΑ
ΖΗΣΑΣΑΕΤΗ·$\overline{\text{ΜΘ}}$
ΣΩΦΡΩΝΚΑΙΦΙΛΑΝΔΡΟΣ

De litterarum forma non constat.

Κασσία Λυσιὰς Φ[ι]λοξένου θυγάτηρ, ἡ καὶ Κλαυδία, ζήσασα ἔτη $\overline{μθ}$, σώφρων καὶ φίλανδρος.

N. 4529. p. 241. integrum titulum edidimus inter inscriptiones Aegypti n. 4697. *b.* immemores fragmenti ab Hamiltono transcripti. Itaque huc transferenda inscriptio lapidis Beryto in Aegyptum delati. Recteque Bailius in Berytensibus recensuit, qui in oppido Damiette s. Tamiathe ex basi transcriptum edidit Fasc. inscr. III. p. 1[?]5.:

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΛΟΥΚΙΟΝΠΟΠΙΛΛΙΟΝΒΑΛΒΟΝ
ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝΤΙΒΕΡΙΟΥ
ΚΛΑΥΔΙΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΣΕΒΑΣΤΟΥΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ
ΤΟΝΠΑΤΡΩΝΑΤΗΣΠΟΛΕΩΣ

Exemplum, quod expressimus n. 4697. *b.* litterarum formis discrepat, videturque illud Bailiano accuratius esse. Itaque relato titulo n. 4697. *b.* ad n. 4529. ut par est, sponte patet quae ibi dixi ad originem tituli spectantia locum iam non habere. Iis, quae de L. Balbo Claudii Imp. legato monui, nunc non habeo quod addam.

N. 4530. p. 241. denuo transcriptum edidit Bailius l. c. III. p. 116. Habet vs. 1. extr. ΑΙΕΙ, vs. 2. init. ϹΑΦΗϹΕΛΕΝΧΟϹ cet. utrumque in lapide videtur esse. Vs. 4. Bailius improbata nostra interpretatione ita explicat: *oblationes vel exiguae, modo adsit in dando alacritas, plenam consequuntur gratiam,* docens τὸ μικρὸν esse τὴν μικρὰν προσφορὰν προθύμως δοθεῖσαν. Immo in formula παρὰ τὸ μικρὸν inest consilium brevi captum s. promptum: *gratia plena initur ita, ut prompte ac sine haesitatione des, non ut parum aut multum.* Haec omnino vis formulae est consideranti, ut par est, locutionem Graecam γίγνεσθαι παρά τι. Ceterum spectata stili ratione ac sententiarum tetrastichum Cavedonio (in litteris ad Academiam missis) videtur comparandum cum tetrastichis S. Gregorii Nazianzeni Mutinae editis a. 1826. e schedis Steph. Ant. Morcelli (Memor. di relig. Lett. T. X. p. 177 sqq.).

N. 4531. p. 242. monumentum, quod hodie asservatur in antiquario bibliothecae Parisinae, repetiit Longperier Annal. Inst. arch. Rom. Vol. XIX. Suppl. p. 344. (cf. Monum. ined. Inst. arch. Rom. Vol. IV. tab. XLV. n. 13.) qui aeque ac Cavedonius ibid. p. 167. impugnat Altieri de Hauteroche de duplici epocha inscripta opinionem, quam ipsi amplexi sumus. Uterque ΜΖ explicat μ(ηνὸς) ζ i. e. ἑβδόμου. Verum hoc esse nunc persuasum mihi est, non quod diversa collocatio notarum numeralium offensioni sit in eiusmodi supellectile (in qua, ut in nummis, consentaneum est non solum litteras inversas aliquando impressas esse per incuriam sed etiam litterarum ordinem perturbatum), sed quod haec ratio interpretandi longe verisimilior videtur esse. Ceterum hoc monumentum pondus esse etiam Longperierus agnoscit. Quod autem Cavedonius dicit videri formam Α parum convenire a. u. c. 602. fateor me non intelligere. Cf. Elem. epigr. Gr. p. 149.

N. 4535. p. 243. edidit Bailius l. c. III. p. 120. qui vs. 1. extr. habet ΤΗ pro ΙΗ, in reliquis consentiens cum apographo a nobis expresso. Aliud apographum a Smitho missum protulit Henzenius Bullett. dell' Instit. arch. Rom. 1846. p. 83. in quo vs. 1. est ΡΩΝΑΝΕΘΗΚΑ cet. Smithianum apographum accuratius dedit Letronnius, qui docte tractavit hunc titulum Revue archéol. III. 1846. p. 79-83. 489-491. (Notice sur une inscription grecque de Beyrouth en Syrie), cum tabula aeri incisa rudera exhibente delineata aquaeductus Romani, ad quem pertinuisse illa inscriptio videtur. Apographum Smithianum ita expressit Letronnius:

ΡΩΝΑΝΕΘΗΚΑΙ
ΛΟΘΕΝΕΚΝΗϹΟΙΟ
ΡΟΔΟΥΤΕΧΝΑϹΠΑ
ΠΟΘΙΝΟΝΑ\ΛΙΩ
ΝΟΕΚϹΡΑΟΥΧΑΛΚΕ
ΟΝΑΝΓΙΤΥΠΟΝ
ΠΡΟΧϹΟΝΤΑΒΡΟ
ΤΟΙϹ/ΕΡΟΔΡΟΜΟΝ
ΥΔΩΡ

Lectio vs. 8. /ΕΡΟΔΡΟΜΟΝ vocabuli emendandi occasionem dedit Letronnio, qui vidit scribendum esse ΑΕΡΟΔΡΟΜΟΝ, ἀεροδρόμον, de qua lectione cogitavit etiam Henzenius fretus haud dubie notitia quam a Smitho habuit de aquaeductibus, quorum reliquiae in illa regione etiam nunc visuntur. Talem notitiam qui non habuit Letronnius ex epitheto illo feliciter invento collegit titulum pertinere ad aquam, quae aleretur per ductum pluribus ordinibus arcuum instructum, qualem poetice descripsit Rutilius Itin. I, 97. *quid loquar aerio pendentes fornice rivos?* et qualem etiam nunc admiramur ad pontem Gardium in Gallia (Pont du Gard). Conferri potest formula ἐς ἠέρα πολλὸν ἱέναι νᾶμα de aquaeductu adhibita n. 5649. *h.* Coniectura Letronnii confirmata est primum acceptis litteris a Calliero, qui hanc in sententiam rettulit: „cet aqueduc est à deux heures trois quarts de Beyrouth et à deux heures de Déir-el-Kalaah, qui est à trois heures de cette ville. Il est entre deux collines et à cheval sur le Nahr-Beyrout (comme le pont du Gard sur le Gardon); sa longueur est d'environ 200 mètres. Il avait autrefois trois rangées d'arcades; mais le temps les a réduites à deux. Ce bel ouvrage antique est aujourd'hui rompu par le milieu"; mox ab Iulio de Bertou, a quo Letronnius non solum descriptionem sed etiam delineationem loci a Montfortio accurate confectam habuit. Huius igitur aquae ductus alicubi ad meatus subterraneos, unde aqua Berytum ducebatur, consentaneum est formatum fuisse quod vocatur castellum, apposito monumento, quod describitur inscriptione nostra τέχνασμα Ἄμμωνος κεραοῦ χάλκεον ἀντίτυπον, ex quo aqua profluebat per aerem deducta (ἀεροδρόμον ὕδωρ). Monumentum fuit persona Iovis Ammonis cornuti fabricata Rhodi et ab homine Berytio dedicata. Dedicantis nomen subesse litteris ΡΩΝ Letronnius coniecit dicens posse esse Εὔφρων, Σώφρων, Εὐθύφρων, simile. Fortasse tamen rectius cum Henzenio dixeris primum versum terminari [φέ]ρων ἀνέθηκα ob verba sequentia τηλόθεν ἐκ νήσοιο Ῥόδου, ut nomen dedicantis initio versus scriptum fuerit. Inconsiderate Bailius, qui totum versum ita supplet: οἴκαδε νοστήσας τόδ' ἄγαλμ' Ἄμμων' ἀνέθηκα. De personarum usu in fontibus cf. Viscontum Mus. P. Clem. V. tab. 6. Avellinum Opusc. II. p. 150. Ad consuetudinem fontes ore Ammonis cornuti ornandi apposite Cavedonius Annal. XIX. p. 167. comparat verba Hygini fab. 133. „*Liber in India cum aquam quaereret nec invenisset, subito ex arena aries dicitur exiisse, quo duce Liber cum aquam invenisset*—

in eo loco, ubi aquam invenerat, templum constituit, quod Iovis Hammonis dicitur." Ut de singulis pauca addam, quum titulus secundo saeculo epochae Christianae vix antiquior sit, prima syllaba vocis ἀὴρ in epitheto ἀεροδρόμος correpta offendere neminem potest. Neque exempla huius usus desunt. Lacunam init. versus ultimi caute non explevit Letronnius; exspectari vocem generis masculini ratus, ex qua aptum participium προχέοντα sit; Bailius ἀντίτυπον h. l. generis masculini esse statuens scripsit τειρομένος προχέοντα cet. Non tutius est quod Henzenius coniecit vocem ἀντίτυπον initio versus hexametri repetendam esse. In contextu igitur litteris minusculis expresso scribe vs. 1. - - - ρων ἀνέθηκα, vs. 4. ἀεροδρόμον.

N. 4536. p. 24 . edidit Bailius l. c. III. p. 118. qui habet vs. 1. extr. ΙΛΑΡΟϹ, vs. 2. extr. ΑΝЄΘΗΚΑ, vs. 3. extr. ΚΜΟΥ, vs. 8. ΚѠΜѠΝΚΑΙΚΑΤ, vs. 9. ϹϹΟΥΔЄϹΠΟΤΑ, vs. 10. ΝΥΝΙΛΑΡΟΥϹϹ. Ubique Α. Itaque vocabula Ἵλαρος et ἀνέθηκα uncis liberari possunt. Reliqua ita scripsit Bailius:

ὑπὲρ σωτηρίας καί μου εὐτυχοῦς καὶ
τέκνων· ἵλαθί μοι, Βαλμαρκώς, κοίρανε κωμῶν
καὶ κατ' ἔλεός σου, δέσποτα, νῦν Ἱλάρου σέο κλῦθι

audacia parum laudabili. Verba inde a vs. 5. in speciem orationis metricae composita sunt; et sane auctor videtur hexametros duos facere voluisse, non tamen quales editor Britannus ei suggessit. Mens auctoris haec potius fuerit:

ЄΙΛΑΘΙΜΟΙ
ΒΑΑΛΜΑΑΡΚѠϹ
ΚΟΙΡΑΝЄ
ΚѠΜѠΝΚΑΙΚΛΙ[ЄΝΤΟ]
ϹϹΟΥΔЄϹΠΟΤΑ
ΝΥΝΙΛΑΡΟΥЄϹ[ΑΚΟΥϹΟΝ]

Εἵλαθί μοι, Βααλμααρκώς, κοίρανε κωμῶν·
καὶ κλί[εντό]ς σου, δέσποτα, νῦν Ἱλάρου [ἔ]σ[άκουσον.

Littera Α inter pronuntiandum duplicata, cuius productionis vestigium non solum in orthographia Baal habetur sed etiam in nomine (ex Mamercus contracto) Μάαρκος (cf. Elem. epigr. Gr. p. 248. not.). Et altera pars nominis, ΜΑΡΚѠϹ s. ΜΑΡΚѠΘ, quin talem productionem ferat, dubium non est, etiamsi non comparari posset cum nomine Μελικάρθος (Baal-Melicarthus = Hercules Phoenicum, cf. Gesen. Mon. Phoen. p. 410.). Et priorem quidem versum auctor ita videri potest voluisse fingere productionem litterae Α legentibus permittens. Altero versu expressisse videtur: *et exaudi nunc, domine, Hilarum clientem tuum.* Vocis κλίεντος prior syllaba per synizesin pronuntianda. Haec satis de versibus, quibus certe peiores habentur in inscriptionibus. In praescriptis vide ne scribendum sit: ὑπὲρ σωτηρίας κ(αὶ) [βί]ου εὐτυχοῦς καὶ τέκνων. Nam quod Bailius dedit ΚΜΟΥ, infelici coniecturae deberi videtur; litteras ibi prope evanidas esse docet apographum Wildenbruchianum. Ceterum Bailius quum alios titulos Latinos eodem in loco transcriptos dedit (p. 122 sqq.), tum eum, quem ex schedis Wildenbruchianis in annotatione posui, accuratius exhibuit ita:

P.POSTVMVS
P.F.AVCTVS
IOVIBALMARCODI
V.L.M.S.

Post n. 4536. adde:

4536. *b.*

Sidone in columella marmorea quae asservatur in bibliotheca Parisina, repperit Ludovicus Batissier; edidit Chabouillet Revue archéol. VI. 1849. p. 344.

ΦЄΙΛΟΚΑ
ЄΙΑΧΡΗϹ
ΤΗΚΑΙΑ
ѠΡЄΖΗϹΑϹ
ϹΑЄΤΗ
ΙΖ

Φειλόκ[λ]εια χρηστὴ
καὶ ἄωρε, ζήσασα
ἔτη ιζ.

4536. *c.*

In insula *Arado* in basi; ex schedis Iulii de Bertou edidit Secchius Iscrizioni greche trovate in Arado, oggi Ruad, isola tra la Siria e la Fenicia, Roma 1838. 4. p. 7. n. 1. Nuper denuo transcripsit et edidit Barthius Mus. Rhen. VII. 1849. p. 246. n. 3.

ΟΔΗΜΟϹ
ΔЄΚΜΟΝΛΑΙΛΙΟΝ
ΔЄΚΜΟΥΥΙΟΝ
ЄΠΑΡΧΟΝϹΤΟΛΟΥ
ЄΥΝΟΙΑϹЄΝЄΚЄΝ

Vs. 2. extr. Barth. ΑΑΙΛΙΟΝ; vs. 3. init. Secch. ΛЄΚΜΟΥ, Barth. ΔЄΚΜΟΥ; vs. 4. Secch. ЄΠΑΡΧΟΝ ϹΤΟΛΟ, Barth. ЄΠΑΡΜΟΝЄΤΟΑΟΥ, quae composuimus; vs. 5. Secch. ЄΥΝΟΙΥЄЄΝЄΚЄΝ, Barthius quod dedimus.

Ὁ δῆμος Δέκμον Λαίλιον, Δέκμου υἱόν, ἔπαρχον στόλου εὐνοίας ἕνεκεν.

Decimus Laelius praefectus classis annotante Secchio vix alius est quam Decimus Laelius qui quum in gratiam Cn. Pompeii accusator Flacci extitisset (Cic. pro Flacc. 6.), mox Asiaticis navibus praefuit (Iul. Caes. de bello civili III, 5.). Eius pater Laelius teste commentatore orationis Ciceronianae (Auct. class. II. p. 16.) in bello Sertoriano ab Hirtuleianis interfectus est: quem quidem Laelium et ipsum Decimum audiisse auctor est Iulius Obsequens Prod. cxix. cuius in libris olim falso legebatur *Didius Laelius* (cf. Frontin. Strateg. II, 3. 5.). Probabiliter Secchius cum aliis statuit Laelii, qui classi praefuit, filium fuisse Decimum Laelium Cornificii legatum, qui, ut Appianus (bell. civ. LVI.) et Dio Cassius (XLVIII, 21.) tradunt, a. u. c. 711. finem vitae sponte implevit, et nepotem eundem Decimi Laelii Balbi Consulis a. u. c. 748. qui in fastis nominatur D.LAELIVS.D.F.D.N.BALBVS. Itaque stemma Laeliorum, qui praenomine Decimi gaudent, hoc fuerit:

D. Laelius, in bello Sertoriano interfectus.
|
D. Laelius, praefectus navibus Asiaticis.
|
D. Laelius, legatus Cornificii.
|
D. Laelius Balbus, Consul.

Ceterum qui Laelius memoratur ap. Ciceronem Epist. ad Att. VIII, 3. XI, 7. 14. videtur idem ille Decimus Laelius esse, classi praefectus.

4536. *d.*

In insula *Arado*; ex schedis iisdem edidit Secchius l. c. p. 18. n. III.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟ
ΔΗΝΟΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΝΔΗΜΟΚΡΥ
ΤΟΥΤΟΥΚΑΙΜΑΡΙΩΙ
ΝΟΣΚΑΛΩΣΓΡΑΜΜΑ
ΤΕΥΣΑΝΤΑ ❦
❦ ΤΩ ςΟΤ ΕΤΕΙ
ΤΕΙΜΗΣΧΑΡΙΝ

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆ[μ]ος Ἀντίοχον Δημοκρ[ί]του τοῦ καὶ Μαρίωνος καλῶς γραμματεύσαντα τῷ ςοτ ἔτει τειμῆς χάριν.

Epochae Aradiorum initium ducendum ab auctumno a. u. c. 495. anno recuperatae autonomiae (vide Eckhel. D. N. Vol. III. p. 394 sq.). Unde annus inscriptionis 376. spectat ad a. u. c. 871. p. Chr. 118. unoque anno recentior est titulus n. 4536. *e.* in his Add. in quo signatus annus 377. est.

4536. *e.*

In insula *Arado*; ex schedis iisdem edidit idem l. c. p. 22. n. IV. Nuper denuo transcripsit et edidit Barthius Mus. Rhen. VII. 1849. p. 247. n. 4.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΑΡΑΔΙΩΝΔΑΜΙΝΜΝΑΣΕΟΥ
ΑΓΟΡΑΝΟΜΗΣΑΝΤΑΚΑΛΩΣ
ΚΑΙΦΙΛΟΤΕΙΜΩΣΕΝΤΩΖΟΤ
ΕΤΕΙΤΕΙΜΗΣΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣ
ΧΑΡΙΝ

Barthius vs. 2. solum ΤΟΝΔΑΜΙΝΜ, vs. 3. ΡΑ ΝΟΜΗΣΑΝ, vs. 4. ΙΦΙΛΟΤΕΙΜΩΣ, vs. 5. ΤΕΙΜΗΣ ΚΑΙΕΥΝΟ.

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Ἀραδίων Δάμιν Μνασέου, ἀγορανομήσαντα καλῶς καὶ φιλοτείμως, ἐν τῷ ζοτ ἔτει τειμῆς καὶ εὐνοίας χάριν.

De anno et epocha cf. n. 4536. *d.* Nomen Δάμεις habetur in Cilicia n. 4426. quod utrum ad formam Doricam Δᾶμις (cf. n. 5146. 5169.) revocandum sit necne, non liquet.

4536. *f.*

In insula *Arado*; ex schedis iisdem edidit Secchius l. c. p. 30. n. V.

. . . . . . ΙΗΒΟΥΛΙΙΙ . . . . . .
. . . . . . ΙΝΙΟΝΣΕΚΟΥΝ . . .
. . . . . ΧΟΝΣΠΕΙΡΗΣΟΡΑ . . .
. . ΩΤΗΣΕΠΑΡΧΟΝΝΘ . . . . . .
. . ΩΝΑΝΤΕΠ·ΙΤΡΟ . . . .
. . . ΥΙΟΥΛΙΟΥΑΛΞ . . . . . .
. . . ΛΡΧΟΥΙΟΥΙΟΥΔΑΙ . . . . .
. . . . ΡΟΠΟΝΣΥΡ . . . .
. . . . . ΩΙΛΕΓΕΩΝΟΣΕ . . . .

Ἀραδίων] ἡ βουλ[ὴ καὶ ὁ δῆμος
- - - - ίνιον Σεκοῦν[δον,
ἔπαρ]χον σπείρης [Θ]ρα[κῶν
πρ]ώτης, ἔπαρχον [ἔ]θ[νους Ἰου-
δαί]ων, ἀντεπίτρο[πον Τιβε-
ρίο]υ Ἰουλίου Ἀλ[ε]ξ[άνδρου,
ἐπά]ρχου [τ]οῦ Ἰουδαϊ[κοῦ ἔθνους,
ἐπίτ]ροπον Συρ[ίας καὶ Φοινίκης,
χειλίαρχον] λεγεῶνος ε - - -

De homine Secchius comparavit inscriptionem Latinam ap. Orellium Collect. inscrr. Latt. n. 2223. in qua T. Appius Alfinius Secundus quum aliis muneribus tum praefectura alae I. Aug. Thracum functus; recte ille dubitans ne non idem sit Secundus qui honoratur titulo nostro. Idem inde a versu 4. ita legebat: *ἔπαρχον νο[μέρων τ]ῶν ἀντεπι[στρατευσάντων ὑπὸ Γαΐο]υ Ἰουλίου Ἀλεξ[άνδρου καὶ ἐπά]ρχου Ἰου[λ]ίου Δαι - - -*, ratus Iulium Alexandrum h. l. memoratum esse illum, cuius ut *ὑποστρατηγοῦ* mentionem iniicit Dio Cassius LXVIII, 30. Parthorum rebellionem a Traiano repressam describens. At, ut nihil aliud dicam, vs. 5. *ἀντεπίτροπον* verum videtur licet syllabis vocabuli in apographo puncto diremptis; quumque vs. 7. mentio sit *Ἰουδαϊκοῦ ἔθνους*, coniecerit aliquis intelligendum esse Tib. Iul. Alexandrum, qui a. p. Chr. 46. procurator Iudaeae fuit (cf. p. 311. *a.*); ut Secundus aliquando vicem gessisse illius Alexandri videatur. Hic autem Alexander optimo iure etiam *ἔπαρχος τοῦ Ἰουδαϊκοῦ ἔθνους* dici potuit, quum ex voce *ἀντεπίτροπος* satis pateat eum fuisse procuratorem. Quid quod procurator Iudaeae etiam *ἔπαρχος ἔθνους Ἰουδαίων* appellari posse videtur. Cf. n. 4340. *b.* in his Add. Atque hunc ipsum titulum videor mihi cognoscere vss. 4. 5. Quo posito Secundus praefectura gentis Iudaeorum functus posthac vicem gesserit procuratoris Iulii Alexandri, mox procurator Syriae et Phoenices futurus. Haec si ita sunt, inscriptio est ex aetate Vespasiani. Neque non favet huic aetati mentio legionis v., quam constat post militiam in Ponto et Armenia exactam sub Carbulone missam esse in Aegyptum atque in Syria militasse flagrante bello Iudaico (Tacit. Hist. V, 1.). Iam vero legio v. una cum legione VIII. in nummis Beryti et Heliopolis celebratur inde ab Augusto, qui legionum harum veteranis colonias in Syria assignavit (vide Eckhel. D. N. Vol. III. p. 357. et p. 335.). Unde Secchius mentionem legionis v. in titulo nostro iniectam ad veteranos illius legionis trahit, dubitans, utrum legio v. Alauda an legio v. Macedonica intelligenda sit. Ego quum putem legionem v. bipartitam fuisse, et alteram partem Alaudam vocatam esse, Macedonicam alteram, illam in Germania egisse, hanc in Moesia, ita statuerim, in nummis Beryti et Heliopolis veteranos celebrari legionis v. Alaudae, quumque legio v. e Moesis excita ad bellum Parthicum dicatur (Tacit. Ann. XV, 6.), eam esse Macedonicam, ac proinde, si de aetate huius tituli recte indicavimus, eam ipsam legionem v. Macedonicam intelligi posse, in qua munere aliquo functus sit Secundus.

4536. *g*.

In insula *Arado*; ex schedis iisdem edidit Secchius l. c. p. 41. n. IV.

ΗΒC
ΟΔΗ
ΜΑΡΚΟΝ ΤΤΙΜΙΟΝ
ΜΑΡΚΟΥΥΙΟΝΦΑΒΙΛ
ΜΑΓΝΟΝΕΚΑΤΟΝΤΑΡΧΗΝ
ΛΕΓΕѠΝΟCΔ CΚΥΕΙΚΗ
ΤΟΝΕΑΥΤѠΝΠΟΛΙΤΗΝ
ΕΥΝΟΙΑCΚΑΙΤΙΜΗCΧΑΡΙΝ

Ἡ β[ουλὴ καὶ]
ὁ δῆ[μος ὁ Ἀραδίων]
Μάρκον [Σεπ]τίμιον,
Μάρκου υἱόν, Φαβί[ᾳ],
Μάγνον, ἑκατοντάρχην
λεγεῶνος δ̄ Σκυ[θ]ικῆ[ς,]
τὸν ἑαυτῶν πολίτην,
εὐνοίας καὶ τιμῆς χάριν.

Titulus aetate Septimii Severi non antiquior. Legionem IV. Scythicam per Phoenicen et Syriam divisam fuisse constat (Eckhel. D. N. Vol. III. p. 394.).

4536. *h*.

In insula *Arado*; ex schedis iisdem edidit idem l. c. p. 14. n. II.

ΑΡΙΣΤΩΝΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ
ΙΕΡΕΑΚΑΙΣΑΙΟΣΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΩΡΟΒΟΥΛΟΝΤΩΝΥΛ
ΣΑΝΤΩΝΛΟΥΝΟΣΥ

Ἀρίστωνα [Ἀ]σκληπιάδου, ἱερέα Καίσα[ρ]ος Σεβαστοῦ, [π]ρόβουλον τῶν [πρυτανευ]σάντων - - - -

Falso Secchius vs. 3. init. nomen proprium statuit esse. Mitto eius commenta in fine, quae sensu cassa sunt.

4536. *i*.

In insula *Arado*; ex schedis iisdem edidit idem l. c. p. 48.

ѠΥΝ
ΚΟΜΜΟΛΟ
Ν ΠΟΛΙΟ

Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ διαμονῆς τοῦ κυρίου Αὐτοκράτορος] Κομμό[δ]ο[υ Σεβαστοῦ] ἡ πόλι[ς. Cf. n. 5889.

N. 4537. p. 244. melius transcriptum edidit Bailius l. c. III. p. 130.:

ΥΠΕΡCѠΤΗΡΙΑCΤѠΝΚΥΡΙѠΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡѠΝ
ΟΥΑΛΕΡΙΟC. . . . . ΑΝΟCΙΕΡΕΥCΘΕΟΥΠΑΝΟCΤΗΝ
ΚΥΡΙΑΝΝΕΜΕCΙΝΚΑΙΤΟΝCΥΝΤΗΥΠΑΥΤΟΥΚ◦ΙΛ. ΑΝΑ
ΘΕΙCΗΠΕΤΡΑΤΕΛΕCΙȣΡΓ. . . ΝΤΑ. . . ΟΝΑΥΤΗC
ΑΡΧΕΛΑѠΥΙѠΗΡѠ

Vss. 4. 5. ex schedis Abekenii lectionem CYN ΤΗΥΠΑΥΤΟΥΚΟΙΛΑΝΑ . . ΘΕΙCΗΠΕΤΡΑ protulit etiam Henzenius Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1848. p. 66.

Ὑπὲρ σωτηρίας τῶν Κυρίων
Αὐτοκρατόρων
Οὐαλέριος - - - ανός, ἱερεὺς θεοῦ Πανός, τὴν
κυρίαν Νέμεσιν καὶ τὸν σὺν τῇ ὑπ' αὐτοῦ κοίλ[ῃ] ἀνα[τεθείσῃ πέτρᾳ τελεσιουργ[ηθέ]ντα [σηκ]ὸν αὐτῆς
- - - - - - - - Ἀρχελάῳ υἱῷ Ἡρώ[δου
- - - - - - -

Vs. 3. [Φλαουϊ]ανὸς coniicit Bailius, de Imperatoribus Diocletiano et collega cogitari posse debili coniectura ex nomine Valerii colligens. Vss. 4. 5. κοίλη πέτρα est cellula in rupe incisa ad recipiendum simulacrum numinis. Ad sensum igitur non multum a vero aberravimus olim quum reposuimus κόγχῃ. In fine mentio fit Archelai Herodis M. filii qui ethnarcha Iudaeae fuit, quae mentio quo pertineat in hoc titulo, nunc non liquet. Bailius verisimile putat esse officia eius erga sacerdotes et religionem Panis commemorata fuisse in parte tituli quae periit.

N. 4538. p. 244. edidit Bailius l. c. III. p. 132. ita:

ΤΗΝΔΕ. ΕΑΝΑΝΕΘΗΚΕ
ΦΙΛΕΥΙ. ΧѠΔΙΟΠΑΝΙ
ΟΥΙΚΤѠΡΑΡΗΤΗΡΛΥCΙ
ΜΑΧΟΙΟΓΟΝΟC

Apposite Cavedonius Annal. XIX. p. 168. comparat nummos Caesareae Paniadis, in quibus repraesentatur Iuppiter stans ad rupem, prope quam pedum Panis (Mionnet Descr. n. 21. Suppl. n. 4.).

Post n. 4538. insere:

4538. *b*.

In eadem rupe, ex qua sunt n. 4537. 4538. fragmentum misere habitum edidit Buckinghamus Travels among the Arab Tribes p. 403. quod ad n. 4539. me dixi praetermittere malle; nuper paulo accuratius edidit Bailius l. c. III. p. 133. et ex schedis Abekenii Henzenius Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1848. p. 66.

ΠΑΝΙΤΕΚΑΙΝΥΜΦΑΙC
ΜΑΙΗCΓΟΝΟΝΕΝΘΑΝΕΘΗ
ΚΕΝΕΡΜΕΙΑΝΔΙΟCΥΙΟΝ
ΟΥCC- - ѠC- - - ΙΠΟΓΓ- - ΟΥΙ
ΚΤѠ. . . CΙΜΑ. οΥΠΑΙ
C. ΕΡ- - - ΥΔΑΜΑ. . ΝΟC. ΡΗ
ΤΗΡ

Buckinghamus priores tres versus dedit pessime depravatos. Apographum Abekenianum hoc est:

ΠΑΝΙΤΕΚΑΙΝΥΜΦΑΙC
ΜΑΙΗCΓΟΝΟΝΕΝΘ- - ΕΘΗ
ΚΕΝ . . . ΑΝ . . . ΤΟCΙΟΝ
Ε. . . . . Π. . . . ΡΗCΥΙ
. . . . ΜΟΥCΑΙ
. . . . . CΙΑ. . . ΟΟΥΡΗ

Πανί τε καὶ Νύμφαις Μαίης γόνον ἔνθ' ἀνέθηκεν
Ἑρμείαν, Διὸς υἱόν, - - - - - - - -

Οὐΐκτω[ρ, Λυ]σιμά[χ]ου παῖς, Ἑρ[μογένο]υ δ' ἅμα [Πα]νὸς [ἀ]ρητήρ . . . .

Sacerdos Panis Victor Lysimachi filius notus est ex n. 4538. Is nunc Pani et Nymphis Mercurii imaginem dedicat. Secundi hexametri pars altera certa ratione restitui non potest. Probabilitate carent quae Bailius proposuit: ἀσσωτῆρ' vel ὁδηγητῆρ' ὑπὸ γαίην. Idem vs. 3. dedit Ἑρμαίου δ' ἅμα, proponens simul Ἑρμογενοῦς.

N. 4539. p. 244. vss. 1-9. scribe: Ἀγρίππα Μά[ρκ]ου ἄρχων ἔτους [σ]κγ ὀν[ε]ίρῳ χρ[η]σμοδο[τη]θεὶς τ[ὴ]ν κ[υ]ρ[ίαν] Ἠχὼ ἀνέθηκεν cet. Video in eandem sententiam incidisse Cavedonium, nisi quod ille vs. 7. τῶν βιοῤῥῶν legi posse putabat. Sed τὴν κυρίαν certum est. Ex apographo Abekeniano Henzenius (Bullet. dell' Inst. arch. Rom. 1848. p. 67. edidit verba:

ЄΤΟΥϹ
ЄΚΓΟΝΙΡ.
ΧΡΗϹΜΟ.
ΔΟΥ.ΘЄΙϹ
ΤΗΝΚ......

unde editor illud feliciter, reliqua infelicissime exsculpsit: ἐκ πονηροῦ χρησμοῦ κελευσθεὶς τὴν κυρίαν Ἠχὼ ἀνέθηκεν. Vs. 14. extr. litteram C et vs. 15. extr. litteram H Abekenium vidisse idem narrat. De formula ὀνείρῳ χρησμοδοτηθεὶς cf. dictionem similem χρηματισθεὶς κατ' ὄναρ et quae ad n. 4331. in his Addendis annotavimus. Annus 223. obvius etiam in nummis Caesareae Paneadis (Mionnet Descr. n. 23.) ad epocham huius urbis revocandus est, quae initium habet a. u. c. 751. (cf. Eckhel. D. N. III. p. 342.). Itaque titulus in a. u. c. 975. p. Chr. 222. incidit. Quae dixi de Agrippa, nummis Caesareae Paneadis quodam modo confirmari monet Cavedonius (conf. Eckhel. D. N. III. p. 341. 491.), originem tamen nominis recte repetens a M. Agrippa Augusti genero, qui missus est in Syriam.

N. 4540. p. 245. vs. 3. ΦΑΦΑ ingeniose Cavedonius l. c. ita explicat, ut siglum praenominis Flavii (Φ[λ.] Φ[λ.]) bis praemissum sit nominibus Εὔνομος et Ἀγριππεῖνος, quo indicaretur utrumque Flavium audiisse. Hoc nominibus plene scriptis alias ita efferri solet Φλάβιοι Εὔνομος καὶ Ἀγριππεῖνος. Cf. ad n. 4541. in his Add.

N. 4541. p. 245. vs. 2. ΦΦΛΛ, i. e. Φλ(άβιος) Φλ(άβιος) explicat Cavedonius. Nempe Φλάβιος Καπίτων καὶ Φλάβιος Ναπαῖος. Cf. ad n. 4540. in his Add.

N. 4544. p. 246. in lacuna fuisse nomina Avidii Cassii de industria deleta egregie annotat Cavedonius Annal. XIX. p. 168. Avidius Cassius in Orientem missus est finito bello Parthico a. u. c. 919. (vide Borghesium Iscr. di Burbul. p. 59.). Eo anno titulus positus pro salute et victoria M. Aurelii et L. Lucii ad bellum cum Marcomannis et Quadis gerendum proficiscentium.

N. 4546. p. 248. vs. 3. scribe Γ(άϊος) Ἐλεύϊος, ut recte legit Letronnius (Extrait de la Revue archéol. vii^me^ année, 1850. p. 8.). Monuit Cavedonius.

N. 4551. p. 247. *b.* lin. 27. 28. 29. deleantur. Iulius Saturninus videndum ne sit idem ille qui Lyciae et Galatiae Praeses fuit n. 4013. 4272. De xenodochiis Cavedonius conferri iubet Furlanettum Append. ad Forcellin. v. *xenodochium.*

N. 4554. p. 248. videtur mihi nunc Gesenius recte cogitasse de deletis nominibus Alexandri Severi, non quod etiam alias huius Imperatoris nomina iussu Maximini exstincta videntur (cf. n. 4562. Borghesium Mem. dell' Inst. arch. p. 297. Avellinum Opusc. III. p. 211.), sed quod formula ὑπὲρ σωτηρίας καὶ νείκης aptius de Alexandro Severo explicari potest. Accedit quod etiam legionis nomen deletum est, quam Cavedonius l. c. p. 169. ingeniose coniecit esse VII. Geminam Alexandrinam, ut belli Germanici, ita fortasse expeditionis contra Persas participem factam (cf. Borghes. l. c. p. 298. Annal. Inst. arch. XI. p. 152.). Itaque si epocham urbis cum Cavedonio credideris ex a. u. c. circiter 968, repetendam esse, adoptatam illam fortasse ob Caracallae in Syriam adventum (cf. Eckhel. D. N. VII. p. 214. 274.), annus 16. qui titulo subscriptus est, videri potest in annum incidere eum, quo Severus Alexander contra Persas profectus est; ut pro eius salute et victoria titulus poni potuerit. Postremo quod de epocha Rabbathmomae dixi, nunc retracto, postquam ex nummis Severi et Caracallae constat eam altius repetendam esse, quam visum est Eckhelio (vide Mionnet Descr. n. 53. Suppl. n. 24.).

N. 4556. p. 249. *b.* de forma κόγχης Cavedonius l. c. conferri iubet Viscontum Mus. P. Clem. VII. tab. 18. et nummos Bybli ap. Mionnet Descr. n. 132. Suppl. n. 70. (coll. Sestino Mus. Hederv. III. p. 82.); de opere inaurato inscriptionem Vol. II. n. 3148. et aliam ex Aegypto reportatam Vol. III. n. 5100.

N. 4561. p. 250. vide ne subsit nomen Σάτου[ρος].

N. 4562. p. 250. de deleto nomine Alexandri cf. ad n. 4554. in his Add.

N. 4566. p. 251. vss. 3. 4. 5. Cavedonius l. c. p. 170. ita legit: Θεοῦ Τραϊανοῦ *leg(ionis). I. P(arthicae)* vel *P(iae) ex leg(ione) III. K(yrenaica)* scil. promotus, translatus. Cf. Marini Fratr. Arv. p. 629. 630. Orellii Collect. inscrr. Latt. n. 3454.

N. 4568. p. 251. vs. 2. Χαιρεσιφάνη scribendum putat Cavedonius l. c. p. 170. contra analogiam.

N. 4578. *b.* p. 253. vs. 5. extr. scribe πιστῶν. Videtur πιστὸς titulus esse dignitatis alicuius. Etiam n. 4590. πιστῶν referendum ad nomina Κασσίου Μαλιχάθου et Παύλου Μαξιμίνου, non ad Μαρδόχων.

N. 4578. *c.* p. 253. vs. 3. verba ἡγεμόνος — κατὰ ἔθνος Φοινίκων Cavedonio l. c. recte videntur pertinere ad praesidem Syriae Phoenices secundum divisiones earum provinciarum factas a Septimio Severo et a Constantino M. (conf. Borghesium Iscr. di Burbul. p. 60. 61.). Idem coniicit scribendum esse vs. 4. ΔΑΛΜΑΤΙΟΥ vel adeo ΔΑΛΜΑΤΙΟϹ. Bene, ut vi-

detur. Nomen est Praesidis Syriae et Phoenices. Ac videndum, ne intelligi possit Dalmatius s. Dalmatius Caesar, fratris Constantini M. filius, quem Antiochiae commoratum esse tradit Theophanes Chronogr. I. p. 45. edit. Bonn. *γνοὺς δὲ ὁ βασιλεὺς τὰς κατὰ Ἀθανασίου διαβολὰς Δαλματίῳ πρῶτον τῷ ἰδίῳ ἀνεψιῷ ἐπιτρέπει τὴν ζήτησιν εἰς Ἀντιόχειαν ὄντι*, et cuius facinus in vicinia Syriae patratum prodit Cedrenus Hist. T. I. p. 519. edit. Bonn. *Καλόκαιρος δὲ ἐν Κύπρῳ τυραννήσας ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας ὑπὸ Δαλματίου ζῶν κατακαίεται.* Conf. Theophan. Chronogr. I. p. 43. edit. Bonn. Utut est, nomen *ἡγεμόνος* videtur esse *Δαλμάτις*, i. e. *Δαλμάτιος*, in quo auctor tituli sibi indulsit producere syllabam paenultimam. Scribe igitur vs. 4. *ἔπλετο Φοινίκ[ω]ν Δα[λ]μάτιος, ἄντα δό[μο]ιο.*

N. 4582. p. 255. vs. 2. *ἀγαπητῇ ἀλόχῳ* mavult Cavedonius l. c. Non male. Cum formula *στέφανον νίκης νοσφίσατο* vs. 7. idem comparat verba Pauli Ep. II. ad Timoth. IV, 8. *ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος.*

N. 4585. p. 256, scribe: *ὑπὲρ σωτηρίας καὶ νείκης καὶ αἰωνίου διαμον[ῆς τῶν Κυρίων] ἡμῶν [Αὐτοκρατόρων Καισάρων Γ. Ἰουλ. Μαξιμείνου καὶ Γ. Ἰουλ. Μαξίμου τοῦ] υἱοῦ αὐτοῦ Σεββ.* cet. et in annotatione: Titulus ad a. u. c. 989. pertinet commonstrante Consulatu Africani, quem M. Antonium Gordianum Africanum filium esse evicit Borghesius Mem. dell' Inst. arch. Rom. I. p. 320 sqq. Nomina Maximini et Maximi Augustorum (cf. Eckhel. D. N. Vol. VII. p. 291. et 298.) coniiciente Cavedonio deleta fuerint quum Maximinus inimicus declararetur, cognito de Gordianis Africanis Romae creatis nuntio. Votum factum pro salute et victoria Augustorum Cavedonio videtur lucem afferre titulo PARTH. MAX. quem Maximinus tulit in inscriptione ad a. u. c. 990. pertinente (vide Orelli Coll. inscrr. Latt. n. 964.). De designatione Pomponii Iuliani, qui legatus pro Praetore Syriae Phoenices annexa tum Palaestina fertur (conf. Borghesium Iscr. di Burbul. p. 61.), Cavedonius comparat Traianum Decium, qui in inscriptione Lusitaniae ex a. u. c. 991. similiter deletis nominibus Maximini audit LEG. AVGG. PR. PR. (cf. Borghesium Dipl. di Decio p. 22.) non immemor inscriptionis Romanae a. 997. ap. Fabrett. p. 339. n. 511. in qua qui Pomponius Iulianus memoratur, fortasse idem ille sit, quem sistit titulus noster.

N. 4592. p. 257. Imperatorem, cuius nomina et elogia deleta sunt, Cavedonius l. c. p. 171. non improbabile putat esse Severum Alexandrum (conf. n. 4554. 4562.) aut Elagabalum.

N. 4593. p. 258. dele annotationem de Consulibus, et scribe: Annus Consulatus est a. u. c. 1084. p. Chr. 331. nominibus Bassi et Ablavii notatus. In contextu litteris minusculis expresso legendum Cavedonius putat: *Σατορνῖνος Οὐετρα(νίου), — Ἀβουῤῥις — Ἡράκλιτος Οὐετρανίου.* Fortasse recte.

N. 4598. p. 259. tractavit Ferd. Piper Zeitschr. für Alterthumswissensch. 1845. n. 40. demonstrans titulum a Stoico oriundum esse. Omnino eo refertur formula *ἀείζωος θεός.* Quippe Stoici *τὸ ἀείζωον* Iovi tribuerunt utpote *ἀεὶ ζῶντι* et *τοῦ ζῆν* auctori, quemque Iovem mundi animam praedicabant esse, eum abolito nomine mythologico *θεὸν* simpliciter vocare solebant. Monet praeterea vir doctissimus etiam *τὸ πεπρωμένον τέρμα* cum philosophia Stoicorum convenire (vide Plutarch. de Stoic. rep. c. 47. p. 1056. c.), neque obstare *βουλὰς τοῦ θεοῦ*, quas quum Chrysippus ad fatum rettulerit (vide Plutarch. l. c. c. 34. p. 1050.), tum nihil dicit esse aliud, quam causas rerum. Conf. n. 6199.

N. 4601. p. 260. in textu litteris minusculis expresso lin. 2. scribe [*Κομμόδου*] pro [*Οὐήρου*]. Hoc pridem notatum in schedis meis. Posthac vidi monere etiam Cavedonium l. c. qui de Martio Vero post oppressam demum Avidii Cassii seditionem Praeside Syriae ablegat ad Borghesium Iscr. di Burbul. p. 39.

N. 4602. 4603. p. 260. nomina de industria deleta esse censet Cavedonius l. c. p. 172. monens vestigia nominis *Πρίσκου* idonea esse ad coniiciendum laudari filium Prisci fratris M. Filippi Imp. de quo Zosimus I, 19. *καὶ Πρίσκον ἀδελφὸν ὄντα τῶν κατὰ τὴν Συρίαν προεστήσατο στρατοπέδων.*

N. 4608. p. 262. *b.* in annotatione extr. adde: *quo anno nummis huius Imperatoris libertas celebratur et laetitia publica.* Monuit Cavedonius l. c. p. 172. qui scite annotat omissum esse in praescriptis *καὶ νίκης* ut in titulis pro salute Antonini Pii positis. Titulus denuo tractatur in libello posthumo Letronnii (Revue archéol. VII[me] année. 1850. Extrait p. 10 sq.): „le pluriel *ἐπιστύλια* est assez remarquable; il paraît que l'auteur a considéré à part l'entablement des colonnes et celui des pilastres, à moins toutefois que conservant le singulier ΤΟ on ne lise: ΤΟ - - . ΕΠΙϹΤΥΛΙΔ, qui serait une abréviation de *ἐπιστυλίδιον*, forme diminutive de *ἐπιστύλιον*." Posterius probabile non est. Quodsi in fine ΚϹ in ϹΕ mutatum ibat Letronnius, falli videtur. Neglexit idem anni designationem ΔΙ, in qua ei videbatur esse ΜΑΥΡ, lacunam ante has litteras statuenti.

N. 4609. p. 262. in contextu litteris minusculis expresso vs. 2. scribe: *καὶ Π. Σεπ[τιμί]ου [Γέτα Καισάρων]* cet. quae restitutio per incuriam nescio quam mutata est in *Λ. Αὐρηλίου Οὐήρου.* Error non fugit Cavedonium.

N. 4610. p. 262. vs. 6. in contextu litteris minusculis expresso scribe: *[σ]τρ(ατιώτης) λ(εγιῶνος) γ̄ Κυ(ρηναϊκῆς)*, ut praeclare vidit Cavedonius monens legionem III. Cyrenaicam dictam Antoninianam videri de Caracalla, ut postea cognominata sit Valeriana Galliena (conf. Cardinali Dipl. p. 299.), atque etiam exemplum adstruens ex inscriptione ad a. 212. pertinente, in qua est mentio LEGIONVM III ANTONINIANARVM (cf. Labum Ara ant. d' Heinburgo p. 63.

et Borghesium Dipl. de Tr. Decio p. 33. 34.). Nihili est *ἄρκης Ἀντωνινιανῆς*, quod dedi ad exemplum *ἄρκης Λιβιανῆς* Vol. II. n. 3484. 3497. quam lectionem egregie submovit Cavedonius Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1849. p. 127 sq.

N. 4612. p. 263. vs. 4. in contextu litteris minusculis expresso scribe *Μοινίου Χλαμμέους*. Exemplum nominis Moenii protulit Cavedonius ex marmore Mus. Estensis (Indic. p. 62.), in quo habetur M. MOENIO.C. Cf. Bull. dell' Inst. arch. Rom. 1848. p. 107. 108.

N. 4616. p. 264. Legatum pro Praetore, cuius nomina deleta sunt (cf. n. 4544.), Cavedonius l. c. coniicit esse Lusium Quietum, qui a. u. c. 869. a Traiano missus est in Palaestinam (Dio Cass. LXVIII, 32. Euseb. Hist. eccl. IV, 2.), decennio fere ante Consulatu ornatus. Eius nomina in monumentis deleta esse posteaquam Hadriano suspectus ad mortem datus esset, idem suspicatur Cavedonius. Itaque titulus, quem ob elogium Dacici dixi a. u. c. 836. non antiquiorem esse, propter omissum elogium Parthici a. u. c. 869. non posterior est.

N. 4617. p. 264. Cavedonius censet significari consulatum Iulii Saturnini, ut alias Africani (n. 4585.), et Bassi et Ablabii n. 4593. (cf. n. 4644.), ut nihil mutandum sit in lectione *ὑπατεύοντος Ἰουλίου Σατουρνείνου*. Cui coniecturae nihil habeo quod opponam, praesertim quum etiam Proconsulatus in Syria offendat. Itaque adoptata Cavedonii coniectura si Iulius Saturninus sit, qui Consul fuit a. u. c. 1017. p. Chr. 264. vulgo Amulius Saturninus, Imperator, cuius nomina interierunt, fuerit Gallienus. Proinde legendum videtur:

Ἔτους [δωδεκάτου τοῦ] Κυρίου Αὐτοκράτορος [Καίσαρος Λικινίου Ἐγνατίου Γαλλιηνοῦ] ὑπατεύοντος Ἰουλίου Σατουρνείνου cet.

Itaque in annotatione dele verba: *Iulius Saturninus Proconsul est idem, cuius est epistola ad Phaenesios data n.* 4551. et quae sequuntur.

N. 4618. p. 264. vss. 2. 3. 4. Cavedonio subesse videtur *ἀρχὴν ἄρξαντι τῶν δεκάνδρων πραγμάτων ζητέων*, qnod quomodo conciliari possit cum litteris superstitibus vs. 2., equidem non video, ut mittam *ζητέων* nihili esse.

N. 4624. p. 266. Epocha, ad quam pertinet annus 109., ignota esse putanda est, recte monente Cavedonio iusto antiquiorem videri titulum, si statuatur epocha Pompeiana. Videndum, ne epocha sit Bostrenorum statuenda (a. u. c. 858.). Conf. ad n. 4659. in his Add. Quo posito annus 109. respondet a. p. Chr. 212. Idem dictum velim de n. 4635. 4641.

N. 4635. p. 267. de epocha ad quam pertinet annus 253. vide ad n. 4624. in his Add.

N. 4637. p. 268. Gesenius ad Burckhardti Itin. Syr. I. p. 178. translat. Germ. p. 506. siglum ₩ significare 30 dicit coll. Grut. p. 704. 801.

N. 4639. p. 268. vss. 6. 7. Cavedonius non male coniicit legi posse *ἐγ λεγεῶνος ᾱ [Ἀθηνᾶς]*. Cf. Borghes. Annal. Inst. arch. Rom. XI. p. 140.

N. 4640. p. 268. vss. 2. 3. *Οὐετρανοὶ ἐπίσκοποι* i. e. *veterani speculatores* probabiliter legit Cavedonius coll. Eckhel. D. N. VI. p. 53.

N. 4641. p. 268. de epocha, ad quam pertinet annus 260., vide ad n. 4624. in his Add.

N. 4643. p. 269. in contextu litteris minusculis expresso lin. 2. scribe ✶ *ιε̄ μυρ.* Cf. Elem. epigr. Gr. p. 353. Monuit Cavedonius simul coniiciens litteris in fine ΠΠ subesse *ἱππικοῦ*.

N. 4643. *b.* vss. 5. 6. scribe: *τ[έ]κνοις ὅ[π]ό[σ]ους [π]αρέλαβεν*, ut vidit Cavedonius.

N. 4644. p. 269. de Imperatore tituli aliter statuit Cavedonius l. c. p. 175. qui quum sibi persuadeat nomina Imperatoris et legati de industria deleta esse, quod Gordiano accidisse non probabile sit, Philippum I. designatum censet ipsis Bostris oriundum, ubi positus titulus est. Hoc quo probabilius videatur, epochae Bostrenorum principium ait esse aequinoctio verno a. u. c. 858. ac proinde annum 139. in priores menses incidere a. u. c. 997., ut Philippo mense Februario Imperatore renuntiato fieri facile potuerit, ut patria pro eius salute et victoria votum fecerit. Ceterum legatum, cuius ex nominibus supersit MAPK, fortasse legendum *Μαρκίου*, videri posse fuisse affinem Marciae Otaciliae Philippi I. uxoris, quum constet perfidum Imperatorem inprimis propinquos suos honoribus auxisse. Huic argumentationi obstat primum quod demonstrari in titulo tam mutilo ex lapide fracto transcripto non potest nomina Imperatoris et legati dedita opera esse exstincta, deinde quod probabile non est Bostrenos tam celeriter aliquid dedicasse novo Imperatori, ut annum 139. subscribere potuerint, denique quod, quum vix dubium sit quin in praescriptis fuerit *καὶ νίκης*, haec formula parum apta est Philippo, quum contra praeclare conveniat Gordiano adversus Persas profecto. Haud scio an nunquam in titulis pro salute Philipporum positis obvia formula sit *ὑπὲρ νίκης* (cf. n. 4516.).

N. 4646. p. 270. *στρώματα* Cavedonio videntur inprimis esse pavimentum, area lapide constrata; *κρηπὶς* est margo. Vocem *στρῶμα* habes etiam de tecto Vol. II. n. 2266.

N. 4647. p. 270. *ἀπὸ φλαμένος* eo sensu dictum videtur Cavedonio ut significet *ex-flamine*, ad analogiam formularum in titulis Latinis obviarum *ex-consule*, *ex-pedite* (cf. Marinum Fratr. Arv. p. LXXVIII.). Fortasse recte. Certe *ἀπὸ φλαμένος* significare potest, *quum flamen fuisset* vel *deposito flaminis munere*. Quamquam hac in re usitatior numerus pluralis, ut *φλαμὴν καὶ ἀπὸ ἀγωνοθετῶν* (Vol. I. n. 521.), et praepositio *ἐξ*, ut docent locutiones *ἐκ πενήτων πλούσιοι*, *ἐκ δούλων ἐλεύθεροι γεγένηνται*.

N. 4651. p. 271. non obsum, si quis cum Cavedonio numerales malit restituere ΕΙϹ, ut annus sit 215. ac proinde titulus aequalis habeatur inscriptioni n. 4648.

N. 4658. p. 272. temporibus Elagabali, cuius avus Avitus audiit, hoc Aviti nomen per Orientem divulgatum censet Cavedonius.

N. 4659. p. 272. dele annotationem et scribe: *Annus 280. ad epocham Bostrenorum exigendus videtur, quae incipit a. u. c. 858. unde titulus a. p. Chr.* 387. *positus est.* Monuit Cavedonius, qui quod putat inscriptionem Christianam videri, non ita certum est. Certe ex formula ἐξ ἰδίων κόπων γεωργικῶν colligi id non potest. Nam tituli n. 4582. 4598. simul comparari non possunt. Vide ad n. 4598. in his Add.

N. 4661. p. 273. Lectionem a nobis propositam probavit Letronnius Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Égypte T. II. p. 536. Extrema nuper ingeniose restitutum ivit Cavedonius l. c. p. 176 sq. proponens:

[ἐπὶ Ἀττιδίου Κ-
ορνηλι[ανοῦ πρεσβ. Σεββ. ἀν]τιστ[ρατήγου,] ὑπατ[είᾳ Ἀππί]ου Ἀν[νίου - - -

unde annus inscriptionis incideret in a. u. c. 913. Quippe qui Cornelianus initio belli Parthici M. Aurelio Imp. repulsus est a Vologeso (Capitolin. in Marc. 8.), a. u. c. 915. legatus pro Praetore Syriae fuit, ut colligi ex inscriptione potest a Borghesio (Iscr. di Burbul. p. 63.) restituta, in qua est SVB ATRIDIO CORNELIANO. LEG. AVGG. PR. PR. Idem Cornelianus nihil obstat quo minus vel a. u. c. 913. praeses Syriae fuerit; idque probabile videri potest ex vestigiis nominis Consulis, quod composuit Cavedonius. Alius L. Attidius Cornelianus, fortasse filius Praesidis Syriae, sacerdos cooptatus in collegium quoddam a. u. c. 943. habetur ap. Gruter. p. ccc. 2. (cf. Borghesium Mem. dell' Inst. I. p. 259.). Atque ex hoc quidem titulo scripturam nominis Ἀττιδίου, ex altero formulam Σεββ. adoptandam censebat Cavedonius. Illud haud dubie recte. De altero dubitari potest. In hac egregia Cavedonii coniectura illud solum aegre fero, quod lectio ΥΠΑΤΕΙΑΑΠ ΠΙΟΥ ob spatium residuum admitti non potest, fortasse illa reiicienda etiam propterea quod formula ὑπατείᾳ τοῦ δεῖνος in titulis recentioris demum aetatis comparet. Itaque videndum ne uterque Consul illius anni designatus fuerit praemisso participio decurtato ΥΠΑΤ pro ΥΠΑΤΕΥΟΝΤωΝ. Et decurtata vocabula etiam in iis quae praecedunt admittere debebimus. Hinc proposuerim:

[ΕΠΙΑΤΤΙΔΙΟΥΚ
ΟΡΝΗΛΙ[ΑΝΟΥΠΡΕϹΒϹΕΒΑΝ]ΤΙϹΤ[ΡΑ]ΥΠΑΤ[ΑΠΙ]ΟΥΑΝ[ΝΙΟΥ - - - - - -

Quae si ita sunt, in contextu litteris minusculis expresso vss. 6. 7. scripseris:

[ἐπὶ Ἀττιδίου Κ-
ορνηλι[ανοῦ πρεσβ(ευτοῦ) Σεβ(αστοῦ) ἀν]τιστ[ρα(τήγου)], ὑπατ(ευόντων) [Ἀπ(π)ί]ου Ἀν[νίου - - - - -

N. 4662. *b.* p. 273. vs. 4. omnino dubia lectio est πρεσβευτοῦ. Cavedonius l. c. βουλευτοῦ substituit. Ne hoc quidem satisfacere videtur. Vide ne fuerit λογιστοῦ πόλεως (cf. Vol. II. n. 1069.); etsi vel hoc intutum. Expectandum melius apographum. Voce ἐμβόλου partem hippodromi significari opinatur Cavedonius coll. Od. Mülleri Enchirid. art. p. 378. ed. sec. §. 290. 2. et Visconti Mus. P. Clem. V. tab. app. A. Fortasse recte.

N. 4667. p. 274. novum apographum edidit L. de Laborde Revue archéol. IV, 1. p. 256.:

(*a*) (*b*) (*c*)
ΑΡΡΙΑΝ ꟼΟΜ ΣΑΘΕ ΤΧ
ΔΟΥΗΙΜ3 Λv·ΡΝΙΛΜ∘ΡΥΝΙΝΘΕΤΜ-ΝΚΛΙΓΛΥΗ3ΧΕΡΗ
ΝΟΥΣΟΣΙΙΛΝΣΑΝΚΙΡΙΡΗΡΙΛΣΗΑFΙΣΑΙΛΗΤ∘ΥΤ∘ΔΕΜΗΝΚΡΑ ΤΗΜ∘Υ
ΤΡΗΤΑΙΗΕΛΡΑΒΙΤΕΤΕ ΤΜΗΤΟΡΡ∘ΛΙΕΑΥΕ∘ΝΙLΜ
ΤωΤΕΠΛΤΗΕΒΔ∘ΜΜΤ∘ΝΤ∘ΝΑΚΑΙΚΙΚ ΝΑΥΚ∘ΒΛΝΑ
Α°ΚΕΝ∘ΥΝΕΚΑΜΗΡΙΓΗΡΑΙΗΘ ΝΥΑΕ ΛΙΗΡ∘ΜΗΝ
(*d*) (*e*)

hoc apographum id boni habet, ut doceat altero hexametro medelam adhibendam esse paulo diversam ab ea, quam olim proposuimus. Quippe in hoc titulo ut pro Δ est Δ, ita pro Π videtur obtinuisse forma ΡΡ, ut colligi potest ex scriptura ΜΗΤρΟ ΡΡΟΛΙϹ et ΛΙΡΡ∘ΜΗΝ. Itaque ΡΡ fraudem fecerit fragm. *a.* vs. 2. extr. ubi est ΡΥΝΙΝ. His ductibus subesse videtur ΡΡ∘ΛΙΤΑΙ sive ΡΡ∘/ΕΙΤΑΙ, in qua voce littera ∘ minori modulo incisa effugere aciem transcribentium potuit. Quae ibi praecedunt litterae, terminationem aoristi ΑΝΤ∘ continent. Initio versus litterae ΔΟΥΝΙΜ mutandae in ΔΟΥΜΟΙΤ. Haec igitur si ita se habent, scribendum erit:

ΑΥΣ∘ΝΙωΝΔΟΥΜ∘Ι[ΤΕΙΜΗΝΚ∘ΜΙΣ]ΑΝΤ∘ΡΡ∘ΛΙΤΑΙ

ut distichon secundum hoc est:

Αὐσονίων δ' οἱ μοὶ [τειμὴν κομίσ]αντο πολῖται
Θε[σ]μῶν καὶ γλυ[κ]ερῆ[ς πρῶτος ἔ]γωγε πάτρης.

Ceterum mirum quod hoc quoque apographum

fragm. *a.* vs. 3. servat formam Σ in ductibus ΙΙΛΝ ΣΑΝΚΙΡΙΡ, ut prope dixeris subesse ΠΑΝΣΑΚΤΗΡ, i. e. πανσακτῆρ' epitheto Orco tributo, quo sensu dicitur πανδεκτὴρ s. πανδέκτωρ. Quam in sententiam certe comparari posset Ξέρξα Ἅιδου σάκτορι ap. Aeschyl. Pers. 919.

N. 4668. p. 275. tit. *a.* tractavit nuper Hoggius Transact. of the Roy. Soc. of lit. Second series. Vol. VIII. p. 229. qui vs. 1. legit [Φ]αῦστος pro Αὖ-[λ]ος, siquidem ꟾC videtur esse ligatura pro CT. Non male, nisi quod improbabile est quod putat ΑΥ scriptum esse pro ΦΑΥ, ut intelligatur littera Φ. Videndum potius ne littera Φ ligata fuerit elemento praecedenti. Deinde vs. 3. ubi exempli gratia ἐν[θάδε ἐ]λ-θ[ών] dedimus, Hoggius ob exiguum spatium commendat ἔν[θα ἐ]λθ[ών].

Tit. *f.* vs. 3. in lapide ΠΑΝΕΜΗΧΙΡΙ esse contendit Barthius Mus. Rhen. philol. VII. 1849. p. 268. quod si ita est, auctor videtur personam aliquam compellasse dicendo: Πανέμη χ[α]ῖρ[ε].

Tit. *g.* vide ne scriptum fuerit μνησθῶσι Μοῦσης, Σαμουήλ, quo posito deleatur annotatio ad hunc titulum.

In eodem loco rupi incisas inscriptiones, quae sequuntur, transcripsit et edidit Barthius l. c. p. 269. n. 76. 77. 78.

k. ΚΑΙΡΗΡΥΛΛΟC

l. ΚΑΡΗЄΥΒΟΥ

m.
ΡΡѠCΘΑ/
ΠΒΟΔѠ
ΜΟC

Tit. *k.* fuerit: - - καὶ [Β]ήρυλλος, aut si nihil deest, Και[κίλιος] [Β]ήρυλλος.
Tit. *l.* fortasse ΚΑΡΜ, ut sit: Καρ[μ](ίνιος) Εὔβου[λος].
Tit. *m.* [ἐ]ῤῥῶσθαι Π[ρ]όδωμος?

Pag. 283. *b.* lin. 31. lege: *Diopolites.*

Ibid. lin. 35. lege: 4712. *b.* pro 4713. *b.*

Ibid. lin. 48. Naucratem nomum nunquam extitisse putat Letronnius Rec. des inscr. T. II. p. 50. In nummis ΝΑΥΚΡΑΤΙC legitur, unde sane colligi potest quod etiam aliunde collegimus aetate Romanorum nomum huius nominis non obtinuisse. Videtur autem etiam ab aetate Ptolemaeorum abiudicandus, siquidem Naucratis urbs Graeca fuit, ut Ptolemais.

Pag. 284. *b.* lin. 10. scribe n. 4911. Diximus ex uno Pathyritico nomos duos natos esse, Hermonthiten et Latopoliten. Hoc ita verum est, ut tamen Pathyriticus et Latopoliticus eodem tempore obtinuerint, antequam Hermonthites Pathyriticum aboleverit. Nam ut aetate Romana Hermonthites et Latopolites uni stratego paruerunt, ita aetate Ptolemaeorum Pathyriten et Latopoliten uni stratego demandatos esse docet nunc titulus n. 4930. *d.* in his Add. Cf. n. 4897. tit. *b.* in his Add.

Contra opinionem Peyroni Droysenius, ut indicavimus, diversos putat Perithebaicum cum Diospoli urbe ab orientali, Pathyriticum cum Memnoniis ab occidentali ripa. Diversos esse nunc etiam Letronnius (Rec. des inscr. T. II. p. 109 sq.) concedit, monens tamen et Perithebaicum et Pathyriticum ad ripam occidentalem porrigi, quia in papyro Greyano legatur ἐν Θυναβουνοῦν ἐν τῇ Λιβύῃ τοῦ περὶ Θήβας et ἡ Λιβύη τοῦ Παθυρίτου et ἡ Λιβύη τοῦ Κοπτίτου. Hinc Perithebaicum et Pathyriticum et Coptiten ad utramque Nili ripam porrigi partemque ad ripam laevam sitam communi nomine Λιβύην vocari collegit. Sunt igitur hi tres nomi contigui totidem zonas plus minusve largas constituentes a meridie septentrionem versus, ita ut Pathyrites et Perithebaicus Memnonia attingant ad montes Libyae porrecta; unde quae ad Memnonia Perithebaici nomi pertinebant negotia, a magistratibus Diospolis, quae ad Memnonia Pathyritici, a magistratibus Hermonthis pertractabantur: id quod ex papyris apparet. Ceterum Perithebaicum nomum Letronnius putat exiguum fuisse urbe Thebarum eiusque agro circumscriptum. Et tamen videtur idem Διοπολίτης μέγας dictus esse, utpote Διόσπολιν τὴν μεγάλην continens, a quo distingueretur nomus Διοπολίτης μικρὸς cum urbe Diospoli parva, cuius nomi mentio fit n. 4930. *b.* in his Add. Certe qui in inscriptionibus papyrisque ὁ περὶ Θήβας (ap. Ptolem. ὁ Θηβῶν νόμος) audit, in nummis Hadriani est ΔΙΟΠΟΛΜЄ i. e. Διοπολίτης μέγας; Diopolites minor est Διοπολίτης Ptolemaei et qui simpliciter ΔΙΟΠΟΛΙΤΗC vocatur in nummis.

De Plinio praeter Hermonthiten etiam Pathyriten memorante nobiscum consentit Letronnius l. c. Debuit Plinius pro Pathyritico nomum Thebarum recensere. Quando autem Hermonthites Pathyritico substitutus sit, ignoratur. Titulus, qui Pathyriticum et Latopoliticum memorat (n. 4930. *d.* in his Add.) est ex aetate Ptolemaei Auletae. Eiusdem aetatis est etiam n. 4897. tit. *b.* vss. 1-10. in quo mentio fit Pathyritici nomi. Ex inscriptionibus quae Hermonthitici et Latopolitici mentionem continent, vetustissima est n. 4911., non ea Augusto Imp. antiquior. Quae quum infra inscriptionem ad a. XIV. Augusti pertinentem exarata sit, non inepte Letronnius suspicatur referri ad eum annum posse. Indeque statuit Hermonthiten nomum institutum esse inter regnum Ptolemaei Auletae et imperium Augusti. Quumque iudice Champollione templum urbis Hermonthis a Cleopatra filium Caesarionem enixa ornatum ac fortasse exstructum videri possit, Letronnius eo inclinat ut horum sollemnium ad Caesarionem spectantium occasione oblata nomen metropolis ad denominandam provinciam translatam esse coniiciat, abolito nomine vetusto a metropoli pridem exstincta repetendo, cuius metropolis in vico Pathyri diu perdurarunt vestigia (conf. Ptolem. Geogr. IV, 5. κώμη Ταθυρίς, ubi scribendum Παθυρίς).

At Panopolites et Thinites pro uno nomo, ut voluit Peyronus, haberi non possunt, quippe quorum nomina et scriptorum et nummorum fide atque

etiam in inscriptionibus accurate distinguuntur. In quo memorabile Thiniticum nomum etiam recentiore aevo perdurasse, ut docet eius mentio in inscriptione Cyzicena Vol. II. n. 3692.

Pag. 285. quae de Eupatore diximus, probat Letronnius Rec. des inscr. Gr. cet. T. II. p. 536.

Pag. 286. *b.* et 287. *a.* ex usu pervulgato Cleopatram Soteris II. et Alexandri I. matrem Coccen cognominatam diximus. Hunc usum qui praeivit Letronnius (Interpret. Strab. V, 340.), nuper nomina ignominiosa Ptolemaeis indita pluribus persequens (Journ. des Sav. 1842. p. 706. 707.) monuit non Cleopatram, sed Alexandrum I. fortasse ob vultum rubrum ulceribusque distinctum κόκκην cognominatum fuisse. Quippe Alexander I. dicitur ὁ κόκκης καὶ παρείσακτος ἐπικληθείς (Strab. XVII, 794.). Et sane errorem auctoris Chronici Paschalis p. 347. edit. Bonn. vel verba eius prodere videntur, quibus, quum Cleopatra Soteris II. aeque atque Alexandri I. mater fuerit, Alexander I. υἱὸς Πτολεμαίου τοῦ δευτέρου Εὐεργέτου καὶ Κοκκῆς μητρός, Soter II. autem υἱὸς Κλεοπάτρας dicitur. De forma κόκκης conf. Lobeck. Paralip. Gr. Gr. p. 134. 135. Ceterum cognomen *Cocce* s. *Cocca* ad feminas translatum produnt inscriptiones Latinae inferioris aetatis quas significat Hase Journ. des Sav. 1848. p. 533.

Pag. 292. *b.* lin. 3. dele: *Ptolemaeus* ἐπιστράτηγος τῆς Θηβαΐδος n. 4932. omisso elogio συγγενής, et insere:

Ptolemaeus συγγενὴς καὶ στρατηγὸς τοῦ μικροῦ Διοπολίτου n. 4930. *b.* in Add.
Ptolemaeus συγγενὴς καὶ στρατηγὸς n. 4930. *e.* in Add.
Nicomachus συγγενὴς καὶ στρατηγὸς τοῦ Παθυρίτου καὶ Λατοπολίτου n. 4930. *d.* in Add.
- - *odotus* συγγενὴς καὶ στρατηγὸς Ὀμβείτου καὶ τοῦ περὶ Ἐλεφαντίνην καὶ Φίλας καὶ Παθυρίτου καὶ Λατοπολίτου καὶ Τεντυρίτου n. 4897. tit. *b.* in Add.
Dionysius Phanuphis στρατηγὸς n. 4930. *d.* in Add.
Erato συγγενὴς καὶ στρατηγὸς n. 4901. in Add.

Pag. 293. *a.* Thebarcham etiam nunc Letronnius (Recueil des inscr. Gr. cet. T. II. p. 112.) statuit urbi Thebarum praefectum fuisse, non tamen quidquam addens de ratione strategi nomi Perithebaici. Habetur n. 4905. in his Add. στρατηγὸς καὶ ἐπιστράτηγος καὶ Θηβάρχης τῆς Θηβαΐδος ἐπὶ τῆς Ἰνδικῆς καὶ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Letronnius ibi putabat τῆς Θηβαΐδος additum esse ob ea quae sequuntur ἐπὶ τῆς Ἰνδικῆς καὶ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, quibus indicetur epistrategi Thebaidis potestate etiam praefecturam maris Indici et Rubri contineri. At qui nunc ἐπὶ τῆς Ἰνδικῆς καὶ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης audit, n. 4897. *b.* est στρατηγὸς τῆς Ἰνδικῆς καὶ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Itaque particula καὶ haud dubie a sculptore, qui postmodum figuram insculpsit, deleta est et τῆς Θηβαΐδος complementum est ad στρατηγὸς καὶ ἐπιστράτηγος καὶ Θηβάρχης licet illud non necessarium. Qui alias στρατηγὸς τῆς Ἰνδικῆς cet. audit, optime dici ὁ ἐπὶ τῆς Ἰνδικῆς potest. Neque opus est h. l. τοῦ. Nec tamen inde statuamus Θηβάρχου munus ad iurisdictionem totius Thebaidis pertinere; id quod collegimus ex n. 4837.

Pag. 304. *b.* lin. 3. dele: n. 4979. id quod monuimus etiam ad n. 4979.

Pag. 305. *a.* sub fin. ἱερόφωνος dici potuit et qui hymnos in numinis laudem caneret. Monuit Cavedonius in litteris.

Pag. 307. *b.* lin. 37. inscriptionem Graecam vide nunc n. 5900.

Pag. 309. *b.* Memoratur etiam VICEPRAEFECTVS Aegypti (vide Marinum Iscr. Alb. p. 52.). Monuit Cavedonius in litteris.

Pag. 313. *a.* lin. 35. scribe: *Maenius* pro Alanius. Inscriptio quam ad M. Aurel. Papirium Dionysium citavi, nunc est n. 5895.

Pag. 313. *b.* lin. 2. Post M. Ulp. Primianum insere:
M. Antonius Sabinus; qui praefectus fuit a. IV. Septimii Severi Imp. Vide n. 4701. *b.* in Add.

Pag. 314. lin. 23. insere: cohors II. Thebaeorum (n. 4720.).

Pag. 315. *a.* titulum ex Fabretto citatum vide nunc n. 5900. accuratius expositum.

Pag. 315. *b.* in catalogo epistrategorum scribe quinto loco: *Fl. Vitalinus.* Huic catalogo insere:
Ptolemaeus ἐπιστράτηγος τῆς Θηβαΐδος n. 4933.
Terentius Alexander ἐπιστράτηγος (Heptanomidis) n. 4831. *b.* in Add.
Arrius Victor ἐπιστράτηγος (Heptanomidis) n. 4701. *b.* in Add.

Pag. 316. *b.* infra lin. 6. ab ima pag. scribe n. 4911. (pro 4910.). Ceterum strategos non solum Romanorum sed etiam regum aetate interdum binis pluribusve simul nomis praefuisse nunc docent tituli n. 4930. *d.* 4897. *b.* in his Add.

Pag. 317. *a.* in catalogo strategorum dele *Aurelius Micio* et repone *Felicio*, ut emendavimus ad n. 5106. Adde:
Claudius Apollinaris στρατηγὸς (Λατοπολίτου) n. 4831. *b.* in Add.
Theomnestus στρατηγὸς Φιλῶν n. 4922. *d.* in Add.
Zeno στρατηγὸς τοῦ Λυκοπολίτου n. 4920.

Pag. 317. *b.* § 3. extr. Epistatas etiam Romanorum aetate in nomis obtinuisse nunc docet titulus n. 4922. *d.* in his Add.

Pag. 320. *a.* ἴδιος λόγος ap. Strab. non est cur mutetur in ἰδιολόγος. Vide nunc n. 4815. *c.* in his Add.

Barii in aedicula reperta a. 1835. (nel suolo censito a Vito Michale de Natale dove è adesso la strada Melo); misit Mommsenius. Infra insculpta sunt varia instrumenta.

ΝΕΠΩΣΚΑΛ
ΑΙΧΡΥΣΟΥΒΥ
ΖΑΝΤΙΟΣ
ΖΗΣΑΝΤΙΕΤΗ
ΚΕ
ΜΗΝΕΣΓ'.ΗΜΕ'ΙΕ·

Νέπως Καλ[λ]ιχρύσου Βυζάντιος.
ζήσαντι ἔτη κε̅, μῆν[α]ς γ̅, ἡμέ(ρας) ιε̅.

Nota dativum pro *ζήσας.*

5875. *a.*[2]

Venusiae in basi, in domo gentis Vitalianae; ex Cimaglia Ant. Venus. p. 185. et Lupoli Itinere Venusino p. 284. Misit Mommsenius.

ΗΛΙΩ
ΜΙΘΡΑ
ΥΠΕΡϹΩΤΗΡΙΑϹ
ΒΡΙΙΙΙΟΥΠΡΑΙ
ϹЄΝΤΟϹ
ϹΑΓΑΡΙϹΟΙΚΟ
ΝΟΜΟϹ

Vs. 4. Cimagl. ΒΡΗΜΟΥ. Potest fuisse ΒΡοΥΤ ΤΙΟΥ vel ΒΡΥ̊ΤΤΙΟΥ vel etiam ΒΡΥΤΤΙΟΥ, ut n. 6707. Vs. 5. Lup. ϹЄΝΙΟϹ, Cim. ϹЄΝΤΟϹ. Ceterum Lup. Ω pro ω.

Ἡλίῳ Μίθρᾳ ὑπὲρ σωτηρίας
Βρ[υττ]ίου Πραίσεντος
Σάγαρις οἰκονόμος.

Bruttius Praesens vix dubium est quin unus sit ex illis qui in fastis Romanis habentur; ut qui imperante Antonino Pio Consul fuit a. u. c. 892. (p. Chr. 139.), 906. (p. Chr. 153.), 933. (p. Chr. 180.) aut qui Caracalla a. u. c. 970. (p. Chr. 217.) et Philippis a. u. c. 999. (p. Chr. 246.). Sagaris nomen ex inscriptionibus Phrygiae et Galatiae notum (conf. n. 3973. 4066. 4083.).

Post n. 5875. *e.* p. 763. insere:

5875. *f.*

Beneventi repertus lapis a. 1779.; ex schedis Amadutianis misit Mommsenius.

ΙΑЄ·Υ·Τ·Υ·Χ·Χ·Λ·ΙΡЄ

- - - ία Εὐτυχ[ία], χ[α]ῖρε.

Initio fuit *Ἰουλία* vel *Αἰλία* vel simile praenomen. Interpunctio inter singulas fere litteras posita est, ut alias inter singulas syllabas. Cf. n. 6327.

5875. *g.*

In monte *Casino*; ex schedis Cassitti misit Mommsenius.

ΜΙΚΡΑ·ΜΕΝ·ΗΛΙΘΟΣ·ΕΣΤΙΝ
ΕΧΕΙ·ΔΗΔΕΙΑΝ ΟΠΩΠΗΝ
ΕΝΔΟΝ ΤΟΝ ΜΟΡΦΩΝΩΣ
ΙΟΝ'ΕΝ ΤΑΛΑΡΟΙΣ

Μικρὰ μὲν λίθος ἐστίν, ἔχει δ' ἡδεῖαν ὀπωπὴν
ἔνδον τ[ῶ]ν μορφῶν, ὡς ἴον ἐν ταλάροις.

Qui lapis est, qui intus habet amoenum
adspectum formarum, ut viola in corbe?

N. 5877. p. 763. in lemmate scribe: Aeclani. Titulum edidit Guarinus Fasti duumvir. di Pompei 1837. p. 217. Habeo nunc etiam ex schedis Mommsenii, cuius apographum consentit cum exemplo, quod edidimus, nisi quod ibi constanter est A p. A.

Adde:

5877. *b.*

Aeclani; transcripsit Brunnius; misit Mommsenius.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗϹ
ΚΑΝΔΙΤΑ
ΤΗΦΙΛΗ ❦

Πολυνείκης Κανδί[δῃ] τῇ φίλῃ.

N. 5877. *d.* p. 764. lege οἶκος [φ]ίλος οἶκος ἄριστος, sententia desumpta ex fabula Aesopiana (n. cv. ed. Planud. n. LXXIX. ed. del Furia). Monuit Cavedonius in litteris, qui praeterea titulum coniicit non ante saeculum Christ. XVI. lapidi esse incisum.

N. 5878. n. 764. Inscriptionem etiam Mommsenius falsam iudicat in schedis, quas misit, allato apographo, ni fallor, eo, cuius meminit Guarinus l. c. in lemmate, delineato ad lapidis magnitudinem. Ex eo Guarinus solam lectionem vs. 12. ΣΕΝΑΙΛΩΝ enotavit. Habetur autem ibi praeterea haec varietas lectionis: vs. 3. init. ΕΥΡΩΝ; vs. 6. sub fin. ΞΟΝΗΩΝ, in quo videri potest Ω mutasse sedem suam (ΞΩΝΗΟΝ); vs. 8. extr. ΚΛΥΓ, vs. 9. init. >N, vs. 10. init. ƆN, vs. 12. init. ΙΩΝΣΕΝΑΛΩΝ cet., vs. 13. init. ΊΔΝ, vs. 14. ΤΑΝΗΙΑΡΑΝΒΥΜΑ. Non invenio rationes satis idoneas quibus aliquis sibi persuadeat opus esse falsarii. Ceterum Guarinus quid in Comment. XX. p. 18. moneat, mihi non constat, quum hoc libello uti non liceat.

N. 5879. p. 768. Tres illos viros Graecos, de populo Rom. tempore belli Italici s. Marsici per XI annos egregie meritos, cum navibus suis opem tulisse Romae periclitanti similiter atque Heracleenses Ponti, qui in Italiam advecti δυσὶ τριήρεσι καταφράκτοις συνεμάχησαν (Memnon ap. Phot. c. XXXI. p. 727.), annotavit Cavedonius.

N. 5880. p. 768. in lemmate scribe Sirmondi pro Sismondi et sic etiam in varietate lectionis. In inscriptione vs. 5. init. scribe ΤΗΝΡΩΜΗΝ, ex Boissardo petita lectione, itemque in contextu litteris minusculis expresso *Romam Iovi* cet. et τὴν Ῥώμην Διΐ. Ita recte Orellius qui in Collect. inscrr. Latt. n. 3674. repetiit titulum. Lycii statuam deae Romae dedicaverunt. Dictum est τὴν Ῥώμην pro θεὰν Ῥώμην (conf. n. 4266. *b.*), ut est Vol. II. n. 2416. *b.* in Add. ἱερεὺς τῆς Ῥόδου, Vol. III. n. 3887. ἱερεὺς τῆς Ῥώμης.

N. 5883. p. 770. egregie Cavedonius in litteris monet legendum esse ὑπὲρ σωτηρίας Κεϊωνίας Πλαυτίας cet. Nimirum Ceionia haec soror germana fuerit L. Veri, qui L. Ceionius Commodus antea vocabatur, adoptione autem facta soror etiam M. Aurelii fuerit inde ab a. u. c. 891. quo Antoninus Pius L. Ceionium filium adoptavit (vide Eckhel. D. N. Vol. VII. p. 87 sq.) unaque Annium Verum, qui postea M. Aurelius. Ceioniam igitur illam nomen Plautiae a matre tulisse, unde coniici possit, uxorem L. Aelii Caesaris Plautiam fuisse appellatam. Apte idem animadvertit diaeresin in nomine Κεϊωνίας adhibendam scriptura indicatam esse in lapide, littera I punctis inclusa, ut n. 5820. *b.* 5823.

N. 5884. p. 770. deleta annotatione nostra in contextu litteris minusculis expresso scribe: Ἀντωνείνῳ Σεβ(αστῷ) τὸ β [καὶ Γέτᾳ] Καίσαρι ὑπάτοις. Annus est p. Chr. 205., quo Consules fuerunt Antoninus (Caracalla) Aug. II. et Geta Caesar. Nomen Getae deletum, ut alias. Monuit Cavedonius in litteris, qui addit: „in nummis anni 205. obvenit typus processus consularis cum epigraphe: ANTONINVS PIVS AVG·COS·II. aut P. SEPTIMIVS GETA CAES·COS (Eckhel. D. N. Vol. VII. p. 205. 229. cf. Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1834. p. 71.).

N. 5894. p. 774. ubi proposuimus [*Astace*]*ni* et [Ἀστακη]νοί, Cavedonius in litteris malle se significat [*Bithy*]*ni* aut [*Hadria*]*ni* aut [*Tia*]*ni*, quia Astaceni sub Imperio nummis careant ex eoque coniici possit res eorum in deterius prolapsas esse. At Bithynorum mentio improbabilis vel ob recensus rationem; nec minori de causa repudiaveram Ἀδριανοὶ et Τιανοί, quod et de κυριολεξίᾳ horum nominativorum non satis constat (Ἀδριανοὶ an Ἀδριανεῖς, Τιανοὶ an Τιανεῖς; cf. Eckhel. D. N. Vol. II. p. 413.), et, vix hoc loco dictum esset Ἀδριανοὶ non adiecto πρὸς Ὀλύμπῳ s. ἀπὸ Ὀλύμπου.

N. 5896. p. 776. Ad eundem L. Fabium Cilonem pertinet quod Furlanettus Lap. Patav. p. 438. protulit fragmentum Vicentiae repertum a. 1768. ibique a se visum apud Tornierum. Traditur autem ita a Furlanetto: Λ ΦΑΒΙΟΝ ΤΟΝ ΚΕΙΛΩΝΑ Γ ΡΩΜΗΣ, quod sit: *Senatus Rom. L. Fabium Cilonem.* At qui in his litteris versatus est, statim videt quae ibi traduntur non esse nisi membra disiecta inscriptionis supparis titulo nostro n. 5896. et verba olim ita se habuisse:

Λ ΦΑΒΙΟΝ
ΚΕΙΛΩΝΑ
ΤΟΝ[ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ]
[ΕΠΑΡΧΟΝ]ΡΩΜΗΣ

Illud Γ, in quo Furlanettus de γερουσίᾳ cogitabat, nihil est nisi ductus residuus litterarum Π vel Τ vel Ρ, quae vocabulis inter ΤΟΝ et ΡΩΜΗΣ evanidis adhaeserunt.

N. 5899. p. 777. quod olim in schedis conieci Φλ. Ζήνων ἀρχιερεύς. Κλ. Διάσημος Ἀφροδισιεὺς ἐποίει non ausus sum reponere. Nunc eandem coniecturam mecum communicavit Keilius. Hinc nolui silentio praetermittere.

N. 5904. p. 778. in contextu litteris minusculis expresso scribe Ἰουλίαν Βάσσιλλαν, et dele quae de Balbilla annotavimus omnia. Iulia Bassilla s. Basilla, quae hoc titulo honoratur, est mima illa celebris sepulta in theatro Aquileiensi. Vide n. 6750. Ceterum titulum citarunt Reinesius ad Rupert. p. 271. extr. et Hagenbuchius Epist. epigr. ad Blaur. p. 58.

N. 5924. p. 790. mutilum ex collect. Val. Mar. edidit Ang. Maius Scriptorum vett. nova collect. T. V. p. 295. n. 1. litteris minusculis, immemor ceterorum editorum. Vs. 5. omisit EGIT, vs. 6. habet LLL pro III, vs. 8. omisit MERVIT spatio vacuo relicto, vs. 9. *loc. statuae* cet.

N. 5927. p. 791. tit. 1. habet etiam Caylus Rec. d'antiq. T. VI. P. III. tab. 54. 5. 6. cf. p. 160. De vi tesserarum 2. 3. cf. ad n. 5369. p. 567.

N. 5928. p. 791. numero ζ Henzenius Annal. Inst. arch. Rom. 1848. p. 280. putat indiacri sedem in gradu octavo. De vi tesserae conf. ad n. 5369. p. 567.

N. 5929. p. 791. habet Maius Scriptt. vett. coll. V. p. 19. 3. litteris minusculis inter Christianas, quibus etiam Piper tribuit Act. philol. Germ. cet. Basiliae 1848. p. 87. Falso. Scribe Πίστη.

N. 5935. p. 792. Iovi Στρατίῳ aliquid dedicatur in titulo Mylasensi ap. Lebas. Voy. arch. III. Inscr. p. 113. n. 342. 343. Cf. O. Jahn Archäol. Aufs. p. 42. Winckelm. zu Plut. amat. p. 159. Allg. Litt. Zeit. 1848. n. 267. p. 982.

N. 5937. p. 793. de Deo Dolicheno ad Marinum Fratr. Arv. p. 538 sqq. ablegat Cavedonius in litteris.

N. 5942. p. 793. ὑπὲρ σωτηρίας Μάρκου καὶ Φαδίλλας. Votum susceptum et solutum pro salute Marci et Fadillae, filiorum T. Aurelii Fulvi Antonini, antequam is ab Hadriano adoptatus in domum Augustam eveheretur (cf. Eckhel. D. N. Vol. VII. p. 38. Orell. Collect. inscrr. Latt. n. 852. 854.). Ita iudicat Cavedonius in litteris. Fortasse recte. Quamquam in simplici praenomine Μάρκου significari posse Augustum, aliquis coniiciat ex eo, quod etiam alibi simplici nomine significatur Augustus, ut Φαυστεῖνα Augusta n. 5887. Cf. n. 6323. in his Add.

N. 5948. p. 795. scribe Θεὰν Κόρην Σαρδιανοῖς cet. De collocatione nominum eorum, quibus dedicatur aliquid, ante nomen eius, qui dedicat, cf. n. 5786. Dea est Proserpina. Tractavit inscriptionem hanc Eckhelius D. N. Vol. IV. p. 371. Monuit Cavedonius in litteris.

N. 5949. p. 795. potest esse etiam Πριμιγ(ένης).

N. 5958. p. 797. vs. 6. scribe [Ῥ]ουφεινία. Aliter de σπεῖρα ἱερᾷ iudicavit Cavedonius in litteris, proponens σπεῖρα ἱερὰ (cohors sacra sacerdotum vel cultorum numinis, cf. Forcellini s. v. cohors et Morcelli Op. epigr. T. V. p. 265.), coniiciensque idem significari etiam voce ἱεροδουλεία n. 6000. Sed ut largiar huic coniecturae favere nomen mulieris, quod apparet inter dedicantes, tamen posito nominativo σπεῖρα ἱερὰ collocatio vocabulorum habet quo offendat. Exspectatur certe Διονύσου ἱερεῖς καὶ σπεῖρα ἱερά. Neque opus est nominativo isto, ut homines, qui dedicarunt, pro ἱεροδούλοις vel similibus administris habeantur.

N. 5965. p. 799. tractavit etiam Hagenbuchius Epist. epigr. ad Blaur. p. 59 sq. qui petiit ex Bonanni Mus. Kirch. tab. xxii. n. 2. Titulum Bonannus et Montfauconius interpretati sunt de voto Neptuno soluto; et Bonannus quidem ab urinatore solutum votum putabat. Hagenbuchius titulum sepulcralem esse statuebat: Rufina Iustum in hoc monumento posuit in memoriam gratiae s. beneficii, quod Iustus, dum viveret, Rufinae exhibuerat, non Neptunus Iusto. Satis hoc quidem simpliciter, et fortasse recte.

N. 5969. p. 799. Constat Latinos aquam puram et integram virginem appellasse (conf. Ruhnken. ad Hymn. Hom. p. 15.). Virginis ab Agrippa Romam deductae multi mentionem fecerunt, Ovidius Art. III, 385. Martialis VI, 42, 18. VII, 31, 11. Plinius H. N. XXXI, 25. Frontinus de aquaed. 10. Seneca Epist. 83.

N. 5973. p. 800. Ex alio titulo Romano constat Cl. Iulianum praefectum annonae fuisse a. u. c. 954. p. Chr. 201. (Gruter. p. cccxiii. 6.). Itaque, si praefectura annonae tum annua erat, votum pro domo Augusta eo ipso anno susceptum putandum erit. Monuit Cavedonius in litteris: qui praeterea coniicit, quum Geta Caesar triennio ante renuntiatus esset, nomen eius (ΚΑΙΓЄΤΑΚΑΙϹΑΡΟϹ) deletum postea videri iussu Caracallae fratricidae. Ad talem coniecturam faciendam certe non invitat condicio apographi nostri.

N. 5973. *b.* p. 801. *b.* in contextu litteris minusculis expresso vs. ult. scribe ἀκεσώδυν[ε; σῶζε], Πατρώνου.

N. 5975. p. 802. nomen Γιλουίου defendit Cavedonius in litteris. Fortasse recte. Nam gentilicium Gilvius a gilvo pariter ac Fulvius a fulvo derivari posse sponte patet.

N. 5977. p. 803. ad eundem Minicium Natalem pertinent quas Henzenius Annal. Instit. arch. Rom. Vol. XXI. 1849. p. 223 sqq. edidit inscriptiones Latinas, in quibus fragmentum est bilingue, residuis litteris Graecis his:

. . . . . ΒΑΙ . . . . ΡΙΩ . . . . . ΜΩΚΑΙ . . . . ϹΘΕΟΙϹ

ubi in fine Cavedonio suppleri posse videtur: καὶ [τοῖς συννάοι]ς θεοῖς.

N. 5984. p. 809. *a.* in contextu litteris minusculis expresso lin. 1. scribe Ἡρακλῆς, et p. 809. *b.* vs. 65. νεὼν εἵσατο, ut probabiliter dedit Keilius.

N. 5985. p. 814. *b.* in contextu minusculis expresso post εἰσακούστῳ interpunctio ponatur. Herculem paciferum d. oleae ramum, s. clavam et leonis exuvias tenentem in nummis L. Veri Aug. expressum esse monet Cavedonius in litteris (vide Eckhel. D. N. Vol. VII. p. 91. coll. p. 444.).

N. 6000. p. 819. de Iulia Mamaea μητρὶ Σεβαστοῦ cf. praeterea Eckhel. D. N. Vol. VII. p. 288. Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1848. p. 188.

N. 6002. p. 820. vs. 11. Κυριλλῶ proposuit Keilius. Sed si nomen feminae expressum putaveris, verisimilius est Κύριλλα.

N. 6005. p. 821. Statuam Isidis simul et Τύχης in museo Atestino esse, repertam illam in agro Mutinensi, monuit Cavedonius in litteris (vide Marmi Modenesi p. 174.).

N. 6012. p. 822. de Mithra lectu digna scripsit Felix Lajard Annal. Inst. arch. Rom. 1841. p. 218 sqq.

N. 6023. p. 827. vs. 2. lege Σκυ[θίνου]. Vid. Bergkius Anacr. reliq. p. 118.

N. 6046. p. 830. De Hermarcho eiusque patre conf. Keil. Progr. „Schol. Afranae diem III. m. Iulii quo ante hos CCC annos aperta est celebranti gratulatur Schola Portensis" Numburgi 1843. p. 13.

N. 6049. p. 831. hermam nunc asservari in museo Atestino Mutinae monet Cavedonius in litteris (conf. eiusdem libellum dell' origine del Mus. Est. p. 26.). Imaginem idem docet a lineamentis Euripidis abhorrere inscriptionemque

ЄΥΡЄΙΠΙ
ΔΗϹ

incisam videri saeculo XVI.

N. 6056. p. 832. Ỷ fortasse sonum vocalis consimilis Osco V̇ indicare (conf. Mommsen. Unterital. Dial. p. 26.) coniicit Cavedonius in litteris. De similitudine soni ο et υ apud Graecos cf. Buttmann. Lexil. I. p. 29. de permutatione harum litterarum vide ad n. 4224. *f.* in his Add.

Post n. 6059. p. 833. insere:

6059. *b.*

In herma, ni fallor; inscriptio inter alias *Brundesinas* enotatur in Io. Bapt. Casimiri epistola apologetica ad Q. Mar. Corradum a. 1567. ms. quae asservatur in bibliotheca Brundesina cum lemmate: in domo familiae Stephaniae; misit Mommsenius.

ΘΑΛΗΣΜΕΙΛΗΣΙΟΣ
ΕΝΓΥΑΠΑΡΑΔΕΑΤΑ

Θαλῆς Μειλήσιος.
Ἐνγύα· πάρα δὲ ἄτα.

De sententia subscripta cf. n. 6035. 6073. 6095. 6101. 6109.

N. 6063. p. 833. herma nunc in museo Berolinensi est, olim n. 389. insignita. Titulus ita exprimendus:

ΘЄΜΙϹΤΟΚΛΗϹ
ΟΝΑΥΜΑΧΟϹ

quae aetate recentiore incisa esse sponte patet. Monuit Keilius.

N. 6064. p. 834. in contextu litteris minusculis expresso scribe Ἐρέσιος pro Ἐφέσιος.

N. 6074. p. 835. excidit annotatio: delendus ductus I videtur in nomine ΑΣΚΙΩΝΔΟΥ, etsi nomen patris Cratippi aliunde non notum est. Cognominem notabis esse patrem Cratetis Cynici (vide Diog. Laert. VI, 85.).

N. 6091. p. 839. Non erat cur mutaretur forma Καλχαδόνιος in Καλχηδόνιος, siquidem forma Dorica vel in nummis imperatoriis propagata est. Vide Eckhel. D. N. Vol. II. p. 411. Conf. Cavedonium Spicil. numm. p. 132.

N. 6098. p. 840. Perseus videtur filius Tyranni (conf. Suid. v. Τύραννος et Interpret. ad Act. Apost. XIX, 9.). Monuit Cavedonius in litteris.

N. 6103. p. 841. repetiit Stanisl. Viola Tivoli nel decennio della diviazione del fiume Aniene cet. Rom. 1848. (cf. Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1849. p. 89 sqq.) cum interpretatione Garrucci.

N. 6109. p. 842. Extat in porticu musei Burbonici herma cui inscriptus est titulus hic:

ϹΟΛΩΝЄΞΗΚЄϹΤΙΔΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟϹϹΟΦΟϹ

Σόλων Ἐξηκεστίδου
Ἀθηναῖος σοφός.

quem habeo ex schedis Mommsenii. Titulus recentissima aetate impositus videtur.

N. 6125. p. 848. *a.* lin. 16. ab ima pagina: arietem nunc non agnoscit Welckerus Cycl. epic. II. p. 180.

Pag. 848. *b.* lin. 25. de Achivis in equo latentibus cf. nunc Welckerus Cycl. epic. II. p. 185.

Post n. 6130. p. 857. adde:

6130. *b.*

In picturis argumenta ex Odyssea repraesentantibus, repertis ad montem Esquilinum in via dicta Gratiosa: *a.* Ulysses Laestrygones fugiens navibus destructis; ad dextram insula est, fortasse Circes; *b.* Ulysses coram Circe ad genua eius prolapsus; *c.* Ulysses in inferis coram Tiresia, adstantibus Phaedra, Ariadne et fortasse Leda; supra Elpenor in scopulo sedens; *d.* Sisyphus et Tityus poenas dantes in inferis, item Danaides; descripsit Braunius Bullett. dell' Instit. arch. Rom. 1850. p. 17 sq.

a. ΟΔΥϹϹЄΥϹ — *b.* ΟΔΥϹϹЄΥϹ ΚΙΡΚΗ — *c.* ЄΛΠΗΝΩΡ ΤΙΡЄϹΙΑϹ — *d.* ϹΙϹΥΦΟϹ

a. Ὀδυσσεύς. *b.* Ὀδυσσεύς. Κίρκη. *c.* Ἐλπήνωρ. Τ(ε)ιρεσίας. *d.* Σίσυφος.

N. 6131. p. 857. de hoc monumento nuper disseruit L. Schmidt Annal. Inst. arch. Rom. Vol. XXI. p. 119 sqq.

N. 6136. p. 860. idem titulus, cuius alterum exemplum memorat Sponius (vide lemma), traditur etiam in oppido Arce inter Arpinum et Aquinum repertus esse hac forma:

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟϹ·ΝЄϹΤΟΡΟϹ
ΑΘΗΝΑΙΟϹ·ЄΠΟΙЄΙ

Hoc exemplum qui protulit Dionysius (Dionigio Viaggi in alcune città del Lazio, Roma 1809. fol. 45.) nihil amplius de basi tradit, in qua perscriptus titulus videtur. Tradit solum repertum esse initio itineris sui.

N. 6140. p. 861. forma Ἀφροδισεύς p. Ἀφροδισιεύς ex mala pronuntiatione orta videtur.

N. 6142. p. 861. idem titulus apud eundem Dionysium memoratur utpote repertus in oppido Arce inter Arpinum et Aquinum, hac forma:

ΓΛΥΚΩΝ·ΑΘΗΝΑΙΟϹ·ЄΠΟΙЄ

N. 6173. p. 868. edidit etiam Osannus Syllog. p. 456. n. 185. qui legit ΦΑΙΔΕΜΟΣ.

N. 6174. p. 868. in titulo Latino Cavedonius per litteras significavit se malle legere: [*curatore*] *aed*(*ium*) *sacr*(*arum*) [*et operum*] *pu*(*blicorum*). Cf. Marini Fratr. Arv. p. 53. 357. 358. Annal. Inst. arch. Rom. Vol. XXI. p. 223 sqq.

N. 6184. p. 875. de usu insolentiore *τὶς* p. *ὅστις* vide ad n. 6223. *b.* in his Add.

N. 6188. p. 876. accurate expressit Ianssenius Musei Lugd. Batavi inscriptiones Graecc. et Latt. p. 23. tab. IV. n. 3.:

ΑΝΤΙΝΟΟΣ·ΜΑΡ
ΚΕΛΛΟϹΟΡΕΥϹ
ΤΟΥ·ΑΔΡΙΑΝΟΣ
ΩΚΟΛΟΜΗΣΕΝ

Tituli originem similem dixi esse ac n. 1105. *b.* Recte omnino. Etiam Orellius I. p. 59. et Reuvensius in annotatione ms. teste Ianssenio in dubitationem vocarunt inscriptionem; quae haud dubie efficta est ex nummis. Quam in rem Reuvensius in schedis mss. teste Leemansio Animadv. in Mus. Lugd. Bat. inscrr. p. 10. egregie attulit nummum inscriptum ΑΔΡΙΑΝΟΣΩΚΟΔΟΜΗΣΕΝ (ex Raschii opere v. ANTINOVS n. 3. II, 2. p. 543. et VI. p. 1492.), ita ut appareat, inscriptionis partem priorem desumptam ex nummis iis, in quibus titulus n. 1105. *b.* est, alteram ex nummis inscriptis ΑΔΡΙΑΝΟΣΩΚΟ ΔΟΜΗΣΕΝ. Itaque haec inscriptio ad spurias vel potius fictas referenda est.

N. 6194. p. 878. fragmentum videtur esse tituli maioris:

Ὑπὲρ Ὑγείας [τοῦ δεῖνος - - - - - ὁ δεῖνα κατεσκεύασε τὰς] παραστατικ[ὰς - - - - - - - - -

Παραστατικαὶ ex usu Romano sunt *αἱ παραστάδες*. Cf. Letronnium in libello posthumo (Revue archéol. VII. année. 1850. extrait p. 10.).

N. 6196. p. 879. in inscriptione vs. 3. init. *οἱ* legendum proponit Cavedonius in litteris. Praestat ad constructionem quod dedimus.

N. 6209. p. 886. nominativus Γάϊος bene se habere nec sollicitandus videtur. Nam Gaius Asclepiodorus praenomen a matre Gaia, quae ultimo versu intelligenda est, habere poterat. Monuit Cavedonius in litteris.

N. 6213. p. 888. de nomine Ἀφρίκας puero indito Cavedonius in litteris conferri iubet Furlanettum Append. s. v. Orellium Collect. inscrr. Latt. n. 4672. Borghesium Dipl. di Trai. Decio p. 68.

Post n. 6221. p. 890. insere:

6221. *b.*

Lapis ex agro Romano reportatus, qui asservatur in villa Araxa s. Raxa prope Palmam in Maioribus (insulis Balearibus), in museo Despuigiano; videtur repertus prope *Ariciam* in convallibus, in quibus a. 1786 - 1796. fodisse fertur Cardinalis Despuig; edidit I. Maria Bover Noticia historico - artistica de los museos del eminentisimo Señor Cardenal Despuig existentes en Mallorca, Palma 1845. 8. p. 46. n. 35. Repetierunt Longperier Revue archéol. VI. 1849. p. 40. et Welckerus in Gerhardi ephemeride: Archaeol. Anzeiger, 1849. n. 4. 5. p. 58. et Mus. Rhen. 1850. p. 617. n. 8.

Θ ‘ Κ
ΜΗΤΗΡΜΟΙϹЄΜΝΗ
ΔΙΔΥΜΑΠΑΡΑΚΟΙΜΗЄЄΙϹΑ
ЄΠΤΑΔЄΔΙϹΜЄΤЄΩΝ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΝΑΙΑΚЄ
ΚЄΥΘЄΝ

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Μήτηρ μοι Σέμνη Διδυμᾶ παρακοιμη[θ]εῖσα·
ἑπτὰ δὲ δίςμ᾽ ἐτέων Δημήτριον αἶα κέκευθεν.

Mater est Σέμνη (cf. n. 4976. *f.* in his Add.), pater Διδυμᾶς (cf. n. 4716. *d.*[3] in his Add.). Welckerus, qui cum Longperiero legit σεμνὴ Διδύμα, non habet quo referat παρακοιμηθεῖσα.

N. 6223. *b.* p. 891. ex schedis suis edidit Ludolfus Stephanius Ind. Schol. in Univ. litt. Caes. Dorpat. per prius semestre a. 1849. habend. p. 11. „in antico latere praeter genios, quos dicunt mortis, atque larvas simulacrum infantis pectus tenus efficti, in utroque latere secundario avis exsculpta est: in operculo praeter larvas et delphinas conspicitur titulus." Vs. 4. habet ΡΑΗΝΗΡΠΑϹΑΝΑΠΟ, vs. 6. ΤЄΤᶜΗΠΑΝ·ΤΙϹЄΖΗ, vs. 7. ·Β·Μ·ΙΑ·Η·Ι·, vs. 8. ΔΡΟϹЄΡΙ. Totum titulum Stephanius ita legit:

Τίς βροτὸς οὐκ ἐδάκρυσε, ὅτι τόσον κάλλος ἀπῆλθεν,
ἰς ἀέρα ἠνήρπασαν ἄπο γονέων Μοῖραι κατ᾽ ἐ[νω]πάν.
Τίς ἔζησεν ἔτη β̄, μ. ια̅, ἡ. ι̅.
Εὐψύχι, Δροσερί.
οὐδὶς ἀθάνατος.

Largior secundo loco heptametrum pro hexametro positum esse ab auctore. Et sane si ἠνήρπασ(σ)αν statuitur, melius cum hoc verbo construi εἰς ἀέρα confitendum est. Sed scribendum ἀπὸ γονέων. Bene Stephanius κατ᾽ ἐνωπάν, quum appareat Ν·ΤΙϹ esse in lapide. Littera Η igitur non in lapide est; eam lapicida in mente, non in lingua habuit. Quippe inter pronuntiandum ἥτις in τις depravatum absorpta priore syllaba, eodem modo quo in cod. Par. (Letronn. Fragm. inédits de poëtes Grecs, Par. 1838.) subinde ΚΟΙΔΑ et ΚЄΞΑΘΡΗϹΑϹ exaratum habetur pro ΟΥΚΟΙΔΑ et ΟΥΚЄΞΑΘΡΗϹΑϹ, absorpta per pronuntiationem syllaba ΟΥ. Sic τὶς pro ὅστις aliquoties in titulis Phrygiae habetur. Vide n. 3827. *ρ.* in his Add. Atque ad talem quidem negligentiam haud scio an referri possit exemplum n. 6184. ubi ΤΙΝΟϹ similiter pro ΗϹΤΙΝΟϹ. De hoc usu

insolentiore Keilius ablegat ad Iacobs. Anthol. V, 180, 3. p. 88. XII, 43, 2. p. 740.

Scribimus igitur:

Τίς βροτὸς οὐκ ἐδάκρυσ᾽ ὅτι τόσ(σ)ον κάλλος ἀπῆλθεν;
(ε)ἶς ἀέρ᾽ ἠνήρπασ(σ)αν ἀπὸ γονέων Μοῖρα κατ᾽ ἐ[νω]πάν·
(ἥ)τις ἔζησεν ἔτη β̄, μ(ῆνας) ῑᾱ, ἡ(μέρας) ῑ.
εὐψύχ(ε)ι, Δροσερί. οὐδ(ε)ὶς ἀθάνατος.

N. 6227. p. 892. tit. Lat. init. scribe: *Diis manibus sacrum* ¦¦ *Ti. Claudii Eugenetis. vixit* cet. De terminatione genitivi insolentioris (Eugenetis), conf. Diogeneti n. 6548. *b.* et Τύχητι n. 6479. Εὐκλῆτι n. 6623.

N. 6232. p. 894. ex collect. ms. Vat. Mar. edidit etiam Ang. Maius Scriptorr. vett. collect. T. V. p. 282. n. 1. litteris minusculis. In disticho Graeco vs. 1. scribe σ[α]έ[π]το[λ]ιν, ubi φιλόπτολιν dedimus, et vs. 2. βασιλεὺς p. βασιλε[ῖ]ς. Monuit Cavedonius in litteris, apte annotans unum intelligi posse Occidentis Imperatorem Honorium, praesertim quum etiam unus ex binis Consulibus memoretur.

Post n. 6250. p. 902. adde:

6250. *b.*

In vicinia *Romae*; edidit Matranga ap. Diamillam Mem. numism. Fasc. II. 1847. p. 55. n. 1.

ΕΥΤΥΧΕΙΤΕ
ΜΑΓΝΗΣΕΚ
ΦΡΥΓΙΗΣΣΚΥ
ΘΙΗΔΕΜΕΠΑΡ
ΘΕΝΟΣΑΙΠΗΕ
ΤΡΕΦΕΛΑΙΗΡΩΙ
ΜΑΝΘΙΩΙΕΝΠΕ
ΔΙΩΙΠΑΛΙΣΚΙ
ΟΝΛΙΠΟΝΤΑΜΑ
ΓΝΗΤΩΝΠΟΛΙΝ
ΕΥΠΛΟΕΙΤΕ

Εὐτυχεῖτε.
Μάγνης ἐκ Φρυγίης· Σκυθίη δέ με παρθένος ἁ[γν]ὴ
ἔτρεφ᾽ ἐλαιηρῷ Μανθίῳ ἐν πεδίῳ
παλίσκιον λιπόντα Μαγνήτων πόλιν.
Εὐπλοεῖτε.

Distichum elegiacum excipit trimeter iambicus, nulla causa idonea (cf. n. 6291. 6293.). Defunctus Μάγνης audit utpote ex urbe Magnesia ad Sipylum, opinor, oriundus et in terra peregrina mortuus; nutrix Σκυθίη. Dixeris fuisse ΞΑΝΘΙΩΙ; quo posito Magnes in Lycia educatus est (Herodot. I, 176.); et si lapis revera est Romanus, ingenio auctoris tribueris, quod mentionem non fecit regionis, in qua defunctus est Magnes ille. At tamen Μανθίῳ ἐν πεδίῳ intactum relinquo. Ceterum Magnesia nunc Phrygiae tribuitur, confusa ratione confiniorum, an ex divisione antiqua, cuius vestigium superesse videtur in brachio vicino fluminis Hermi, de Phrygia denominato. Notabis duplicem viatorum invocationem εὐτυχεῖτε, εὐπλοεῖτε. De posteriore verbo conf. ad n. 6759.

N. 6261. p. 907. denuo transcripsit et edidit Ludolfus Stephanius Ind. Schol. in Univ. litt. Caes. Dorpat. per semestre prius a. 1849. habendarum, p. 3 sq. Is tradit vs. 5. ΚΑΚΟϹ ΚΑΚΟϹ, ut Gerh. et Visc., vs. 10. ΟΥΚΑΛΟΥϹ, ut Grut. et Visc., vs. 11. ЄΡΡЄΤΑΙΜЄΡΜΗΡΑΙΘΥΜΑΛΓЄϹϹΑΜ cet., vs. 12. init. ЄΛΠΙΔΟϹ. Itaque quum apographa Stephanii diligentissime confecta sint, non dubitamus scribere vs. 5. κακός, κακὸς quae repetitio vocabuli omnino etiam animo dolore commoto convenire videtur; vs. 7. νυκτὶ μιῇ ψυχραῖσιν ἄφαρ σταγόνεσσι λυθεῖσαν; quae verba referenda sunt ad ἀηδονίδα, ex eoque explicationem habent, quod lusciniae nonnunquam irruente repentino frigore aut imbre necantur; unde delenda quae annotavimus ad vs. 7. Vs. 10. scribendum οὐ κάλ(λ)ευς. Sed vs. 11. quod Stephanius ex lectione ΕΡΡΕΤΑΙΜЄΡΜΗΡΑΙ fecit, ἔῤῥε· αἱ μέρμηραι, littera Τ pro interpunctionis signo habito, ut insit apostrophe ad defunctam, quae iubetur abire ad inferos, hoc vero probabilitate destitutum videtur. Immo ΑΙ positum est a quadratario pro Ε, ut crebro fit in titulis huius aetatis.

N. 6277. p. 915. de usu cognominum conf. ad n. 5595. Eundem usum ap. Aphrodisienses fuisse demonstravit Boeckhius Vol. II. n. 2748.

N. 6280. p. 925. *a.* lin. 18. dele *Calvillam s.* Ceterum Domitiam Lucillam, quam Borghesius Diar. Arcad. I. p. 366. a. p. Chr. 155. nondum mortuam dixit, etiam anno insequenti in vivis fuisse monuit idem Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1833. p. 120. Habeo hanc notitiam ex litteris Cavedonii.

N. 6285. p. 928. dele annotatum: *Vs. 1. fuerit* ϕ Θ Κ Χ ϕ, et in contextu litteris minusculis expresso scribe:

D(iis) — Θ(*εοῖς*) *κ(αταχθονίοις)* — *M(anibus).*

Nimirum formula Latina *Diis Manibus* formulam Graecam cingit, ad titulum Latinum ista pertinens. Bene haec monuit Cavedonius in litteris.

N. 6291. p. 930. hominem praefuisse disciplinae puerorum eminentium in sacra palaestra domus Augustae bene monet Cavedonius in litteris ablegans ad Murator. p. 884. 4. coll. huius operis Vol. I. n. 418.

N. 6322. p. 942. ex collect. Vat. Marin. edidit Ang. Maius Scriptorum vett. collect. T. V. p. 180. n. 4. litteris minusculis. Marinus habuerat ex schedis Suaresii in biblioth. Barberin. Videtur fragmentum esse tituli Christiani.

N. 6323. p. 942. debebam Κομούδου intactum re-

linquere. Nam quemadmodum vetustiores interdum vocabulorum alias atque alias syllabas producere solebant, ita etiam lepidus auctor huius epitaphii putari potest sibi indulsisse Κόμουδος pro Κόμμοδος s. Κόμοδος, ad analogiam formarum veteri lingua celebratarum κόρος et κοῦρος, ὀδός et οὐδός, aliarum (cf. Buttmann. Lexil. I. p. 29.). Accedit quod probabilius est defunctam dicere sese sepultam esse die quodam festo insigniori ad memoriam Imperatoris celebrato, quam festo privati cuiusdam, quem nemo noverit lectorum. Quod exagitans Cavedonius in litteris Commodi natalem, quae fuit Prid. Kal. Sept. certam esse ait omnibusque satis notam diem, nihil annotans de vocabulo γενέτια, quod alii aliter interpretantur. Videtur autem significari festum natalicium, quod mortui memoriae dicatum in ipso eius die natali anniversario celebratur. Vide Baehr. ad Herodot. IV, 26. et C. Fr. Hermannus Schulzeitung 1833. II. n. 127. p. 1009.

N. 6327. p. 944. de hoc singulari usu interpunctionis disserit Pelliccia de Christ. eccles. primae, mediae et novissimae aetatis politia, T. III. edit. Braun. 1838. p. 133.

N. 6329. p. 945. in contextu litteris minusculis expresso scribe - - - [Κ]αφατίῳ et dele annotationem. *Cafatius* habetur ap. Kellermann. Vigil. n. 101. *a.* col. 3. vs. 3. Monuit Cavedonius in litteris.

N. 6345. p. 948. scribe Ἀσκλ[η]πιαδητίῳ pro Ἀσκληπιάδῃ υἱῷ. Subest deminutivum ab insolentiori declinatione nominis Ἀσκληπιάδης (Ἀσκληπιάδητος, cf. ad n. 6227. in his Add.) derivandum. Monuit Cavedonius in litteris.

N. 6350. p. 949. ex Pighio repetiit Begerus Spicileg. p. 94. n. xx. cum prolixa interpretatione.

N. 6351. p. 949. citat Rad. Rochettus Lettre à Mr. Schorn, edit. alt. p. 211.

N. 6352. p. 949. habet Muratorius p. MCXXX. 2. unde repetiit Orellius Collect. inscrr. Latt. Vol. II. p. 360. n. 4870. Adde in fine inscriptionis ΚΑΙCΥ. et scribe in contextu litteris minusculis expresso: Ἀφροδεῖσις χαῖρε. καὶ σύ.

N. 6353. p. 949. fortasse scribendum Συρακός, quod nomen ex appellatione gentis Scythicae Σιρακοί (Strab. XI, 492. 506.), *Siraci* (Plin. H. N. IV, 26.), Συρακοὶ (Zenob. Proverb. V, 25.) repetendum commendavit Cavedonius in litteris, non male monens convenire cum nomine barbaro nomen mulieris *Barbaria.*

N. 6355. p. 950. τὸν τόπον ἐποίησεν dictum est ad exemplum moris Romani, ex quo *locum fecit* sollemne fuit. Dele annotationem ad vs. 6.

N. 6360. p. 951. infra inscriptionem Graecam habetur:

EX·VOTO	EX·VOTO

N. 6361. p. 951. Graeca et Latina divulsa Muratorius T. IV. p. MDCCCLXXXIII. 2. repetit in Christianis. Citavit Hagenbuchius ap. Orellii Coll. inscrr. Latt. Vol. II. p. 359.

N. 6377. p. 953. refinge annotationem nostram ita: Homo Cretensis Polyrrhenius fuit simul et Cisamius, utpote civitate Cisami donatus. Polyrrhenia urbs nota insulae Cretae, Cisamus navale Apterorum in insula eadem (Strab. X, 479.). Κίσαμις nunc est i. q. Κισάμιος. Cf. Keil. Analect. epigr. p. 161. In eandem fere sententiam monuit Cavedonius in litteris.

N. 6381. p. 954. formam Βαργιλιήτῃ ferri posse Cavedonius in litteris monuit provocans ad nummos in quibus eadem forma etiam Septimio Severo imperante (Orell. Onomast. Cic. T. II. p. 94.). Ibid. vs. 4. fortasse Καικειλιανὸς scribendum, sumpto C Latino pro K. Cf. ad n. 6605. in his Add.

N. 6385. p. 955. scribe Εὐανδράδι. Quippe videtur esse Εὐανδράς, άδος, ut est Πριμάς, άδος n. 6521. Quod qui monuit in litteris Cavedonius, si putat Δαματέτι dativum esse, ut Εὐκλῆτι et similia (vide ad n. 6227. in his Add.), non video quo modo intellexerit titulum. Nam vs. 1. nominativus statuatur necesse est.

N. 6405. p. 957. Ζωτίκητι legendum putat Cavedonius in litteris comparans Τύχητι n. 6479. et Lupum Epit. Sev. Mart. p. 151. Audio, si formam insolentiorem nominativi Ζωτικὴς statueris (conf. ad n. 3856. in his Add.) et scripseris Ζωτικῆτι.

N. 6407. p. 958. in contextu litteris minusculis expresso scribe ὥρ(ας) ϛ̄. Nam siglum Ϛ videtur esse i. q. Σ.

N. 6408. p. 958. in contextu litteris minusculis expresso scribe: Μαΐω(ν) Πίῳ καὶ Ποντιανῷ ὑπ(άτοις), et in annotatione: Pius et Pontianus. Monuit Cavedonius in litteris provocans ad Marinum Fratr. Arv. p. 362.

N. 6409. p. 958. in lemmate adde: Habet etiam Vulpius Vet. Lat. T. X. p. 656. qui tradit cippum in via Tiburtina repertum esse inter septimum et octavum milliare.

N. 6411. p. 958. vs. 9. κατ[εθέ]τη (i. e. κατετέθη) τ(ῇ) π[ρ]ὸ ιβ Καλ(ανδῶν) Φ(εβρουαρίων) Βρα[δούᾳ - - - ὑπάτ. legendum esse coniicit Cavedonius in litteris. Satis probabiliter, nisi quod quas litteras (ΒΡΑ) ille

ad designationem Consulis traxit, dixeris potius pertinere ad nomen mensis, Φ[ε]βρα(ρίων). Nam scriptura saepe variat Φεβρουάριος, Φεβράριος, Φλεβάριος cet.

N. 6421. p. 960. edidit etiam Boldettus Osserv. sopra i cimiteri II, 4. p. 396. cum lemmate „la suddetta iscrizione si vede nella vigna detta Torre Casale, che sta sopra una parte del cimiterio di Pretestato scolpita in un marmo grande." Idem vs. 1. omittit ultimum N ante ΑΓΝΟΙϹ; vs. 2. habet ΤΡΥ ΦΕΡѠΝΕΒΡΙѠΑΡΙϹΤΟΚΡΑΤΗ, vs. 3. extr. ΝΕΙΚΗ, vs. 4. init. . . C . ΑΓΑΘ cet.

N. 6426. p. 961. scribe Λάρις, quod nomen non esse cur sollicitetur, recte monuit Cavedonius in litteris, annotans fluvii nomen personae servilis conditionis bene convenire.

Post n. 6427. insere:

6427. *b.*

Romae in lapide apud Demetrium Diamillam; edidit P. Matranga Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1849. p. 35. n. 7.

Θ . Κ
ΧΑΙΡΕ
ΚΑΡΠΙѠΝ
ΧΑΙΡΕ
ΚΥΡΙΜΟΥ

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Χαῖρε Καρπίων, χαῖρε κῦρί μου.

Titulum posuit servus vel libertus patrono suo. Κῦρις sollemnis forma est pro κύριος. Nomen Καρπίων exemplis ex Gruter. p. DCCLIV. 3. et Donio Cl. X. n. 97. firmavit editor.

N. 6431. p. 962. habeo nunc etiam ex schedis Mommsenii, qui transcripsit in villa Ciceronis prope Mola di Gaeta. Vs. 1. ΛΑΛΟΣΦΙΛΟΛΟ, vs. 2. V pro Υ, vs. 3. ΣΥΔΟΠΑΡΟΔΕΥ, vs. 4. ΧΑΙΡΕΚΑΙ ΤΑΥΘΙΣΤϹ.

N. 6438. p. 963. in lemmate lin. 5. init. scribe: Salmasius ad Vopisci Carinum p. 491.

N. 6444. p. 964. non opus est ut Ἴκαρος scribatur. Nomen Ἴθαρος redit n. 6671. Est etiam Εἴθαρος Vol. II. n. 2685.

N. 6461. n. 967. Prusiam Cavedonius in litteris ex eius nomine colligit cum imperio militari praefuisse incolis montis Κοσσοῦ in Bithynia (vide Steph. Byz. Κοσσός). Quod si verum putes, statuas necesse est Κοσσοὺς audiisse, quos Κοσσαίους appellat Steph. Byz.

N. 6479. p. 970. de forma Τύχητι cf. ad n. 6227. 6405. in his Add.

N. 6491. p. 972. scribe: ἐποίησα. ἐκ τῶν ἐμῶν τοῦτό μοι μόνον et deleta annotatione nostra repone: Marinus Inscr. Alb. p. 190. explicavit: *ex meis facultatibus hoc mihi solum remanet* (*sepulcrum*). Monuit Cavedonius in litteris.

N. 6510. *b.* p. 975. Longperier, qui hunc titulum ex Bovero repetiit Revue archéol. VI. 1849. p. 38. scribendum proposuit Ἐλπὶς Μαικηνιανῇ. Parum probabiliter.

N. 6512. p. 976. de usu vocis πάροδος pro παροδίτης cf. Vol. II. n. 3273. μᾶλλον δὲ κλαύσας, πάροδε, τὴν ἐμὴν τύχην.

N. 6529. p. 979. est ap. Boldettum Osserv. sopra i cimiteri II. s. 11. p. 462. Scribe Ε et ѡ pro Ε et Ω. Vs. 2. init. Bold. exhibet ΑΙΛΑ.

N. 6538. p. 981. titulum ut Nemausi repertum dedit Grasser Antiq. Nemaus. p. 57. unde repetiit Reinesius Synt. inscr. Cl. XIII. p. 698. n. 4. cum hac varietate lectionis: vs. 3. extr. ΕΥΤΥΧΙΑ, vs. 5. omissus est, vs. 6. ΜΗΤΡΗ. Itaque lapis Nemauso translatus est in Germaniam.

N. 6541. p. 981. asservatur nunc Neapoli in museo Burbonico, ut video ex schedis Mommsenii, cuius ex apographo apparet formam Ε exprimendam fuisse pro E, Μ pro M, vss. 1. et 3. etiam Λ et Α.

Post n. 6546. p. 982. insere:

6546. *b.*

Interamnae, hodie Teramo negli Abruzzi; edidit Delficus Mem. dell' Interamnia Petruzia, Nap. 1812. p. 151. Misit Mommsenius.

ΑΥΡ·ΑΝΔΡΟΝΕΙΚΟϹ
ΝΕΙΚΟΜΗΔΕΙϹ·ΛΙΘΕΝ
ΠΟΡΟϹ·ΕΘΗΚΑ·ΕΜΑΥΤѠ
ΤΟΜΝΗΜΟϹΥΝΟΝ·ΚΑΙ
ΤΗ·ΓΥΝΑΙΚΙΜΟΥ·ΑΙ
ΒΟΥΤΙΑΙΦΟΡΤΟΥΝΑ

Littera Μ hanc formam habet: Ⲙ.

Αὐρ(ήλιος) Ἀνδρόνεικος Νεικομηδε[ύ]ς λιθένπορος ἔθηκα ἐμαυτῷ τὸ μνημόσυνον καὶ τῇ γυναικί μου Αἰβουτίᾳ Φορτούνᾳ.

N. 6548. *b.* p. 982. extat imperfecta ap. Gruter. p. DCCLX. 10. Repetiit Orellius Collect. inscrr. Latt. Vol. II. p. 360. n. 4869. ubi putatur Caenis maritum suum patrem compellare ut sacerdotem, a quo initiata fuerit mysteriis Mithriacis. Ingeniose et fortasse vere. Interim comparabis μήτηρ χαῖρε n. 6800. In contextu litteris minusculis expresso scribe: *annis xxx*. De singulari scriptura numeralium serius etiam Cavedonius monuit in litteris ablegans ad Morcell. Opp. epigr. T. III. p. 152. Lupum Epitaph. Sev. Mart. p. 52. tab. VIII.

N. 6552. p. 983. rursus transcriptum edidit Matranga Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1850. p. 178. n. 8. qui vidit in hortis Farnesianis in cippo duobus, ni fallor, Faunis ornato. Habet vs. 4. ΙΟΥ ΚΟΥΝΔΩ.

N. 6559. p. 984. „Hic Aurelius Pacorus, rex magnae Armeniae idem fuerit qui obvenit in nummis L. Veri inscriptis REX ΑΡΜΕΝiis DATus, quique senator Romanus et Consul quoque fuit (Eckhel. D. N. Vol. VII. p. 91.). Soaemus quidem dicitur a Suida (v. Μάρτιος), sed Pacorus ad regnum evectus dici potuit ex Orientalium more." Monuit Cavedonius in litteris.

N. 6561. p. 985. In porticu musei Borbonico, ut video ex schedis Mommsenii, extat lapis inscriptus ita:

Θ ∲ Κ ∲
ΑΥΡΗΛΙΟϹ
// ΡΟΚΛΟϹ·ΝΙ
////ΟΜΗΔЄΥϹ
// ΝΘΑΔЄΚЄΙ
ΤΑΙЄΖΗϹЄΝ
ЄΤΗ ς-Ξ ∲

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Αὐρήλιος [Π]ρόκλος Νι[κ]ομηδεὺς [ἐ]νθάδε κεῖται. ἔζησεν ἔτη ξ.

Habes igitur alium lapidem sepulcralem in eundem Aurel. Proclum, cui sepulcrum exstruxit Claudia Mariniana n. 6561. Nunc, quum neutrius lapidis descriptionem habeamus accuratam, statuendum videtur, titulum musei Burbonici primum positum fuisse antequam uxor Procli sibi et marito iam defuncto monumentum exstruxisset.

N. 6562. p. 985. de nomine Πρόσοδον cf. Keil. Syllog. inscr. Boeot. p. 36.

N. 6564. p. 986. Nomen Ἄνθη non mutandum esse censet Cavedonius in litteris. „Ande enim cognominari potuit Vibia, uti viri Andes, Andus (cf. Forcellin. s. v.)".

N. 6569. p. 987. praenomen in femina humilis condicionis Antoninorum aetate probari posse negans Cavedonius in litteris statuit L. Aurelium Tatium esse, qui honoratur hoc titulo sepulcrali. Quo probato dixeris intelligi posse: Λ. Αὐρηλίῳ Τατίῳ [θ]υγατρ[ιδῷ] ζήσαντι ἔτη - - - Κλαυδιανὸς Φρόντων; ut Tatius sit filius filiae Frontonis.

N. 6571. p. 987. nunc asservatur Neapoli in museo Burbonico, ut video ex schedis Mommsenii, qui vss. 1-5. ita tradit:

ΘЄΟΙϹΚΑΤΑ
ΧΘΟΝΙΟΙϹΑΛΥ
ЄΙΠΡΑ·ΓΜΑΤЄΥ
ΤΗ·ΟϹЄΖΗϹЄΝ
ЄΤΗ·ΜЄ·ϹΥΜ

et vs. 7. ЄΤΗ p. CΤΗ, ac semper Є pro Ε. Quodsi vs. 3. init. vera lectio est ЄΙ, Mommsenius videtur versum integrum omisisse post vs. 2. Fortasse:

Θεοῖς καταχθονίοις. [Λ.] Αὐρηλί[ῳ - - - - - Μυρ]εῖ πραγματευτῇ, ὃς ἔζησεν ἔτη με, συμβίῳ cet.

N. 6582. p. 989. ara olim Romae fuit.

N. 6602. p. 993. vss. 3. 4. μ(ηνῶν) ε, ἡ(μερῶν) κα Δῶρος cet. legi mavult Cavedonius in litteris. Fortasse recte. In titulis Latinis *Dorus* non infrequens nomen. Cf. n. 6295. Ibid. vs. 7. scribe γλυκυτάτῃ.

N. 6604. p. 994. vss. 6. 7. 8. coniiciat aliquis fuisse πάτρωνι καὶ πά[σ]ης [συμπ]αθ[εί]ας ἀξίῳ cet. In genitivum πάσης incidit etiam Cavedonius in litteris.

N. 6605. p. 994. Καισειλιανὸς s. Καικειλιανὸς mavult Cavedonius in litteris. Videtur utique C Latinum positum pro Κ.

Post n. 6616. *b*. p. 996. insere:

6616. *c*.

In via *Ostiensi* prope tabernam dictam de Mala fide; edidit P. Matranga Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1850. p. 177. n. 4.

Θ . Κ
ΛΟΥΚΙΑ . ΑΝΤΩ
ΝЄΙΝΗ . ΓΥΝΑΙΚΙ
ϹЄΜΝΟΤΑΤΗ . ΖΗ
ϹΑϹΗ . ΕΤΗ . ΙΘ
Τ. ΛΟΥΚΙΟϹ . ΛΑ
ΤΙΝΟϹ

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Λουκίᾳ Ἀντωνείνῃ, γυναικὶ σεμνοτάτῃ, ζησάσῃ ἔτη ιθ, Τ. Λούκιος Λατῖνος.

Litterae non exacte traditae videntur.

6616. *d*.

Romae in aula palatii Fiano; edidit Matranga l. c. p. 178. n. 7.

Θ . Κ
ΛοΥΚΙΟΥ . ΓΕ
ΛΛΙΟΥ . ΠΕΤΙΚ
ΙΑΝΟΥ . ΤΥΝΔΑ
ΡΕΙΤΟΥ . ΤΑΦΟΣ
ΕΤΗ . ΒΙΩϹΑΝΤΟϹ
ΚΒ . ΟΝ . ΕΚΗ
ΔΕΥϹΕΝ
ΑΔΕΛΦΟϹ . ϹΥΝΚΛΕΩΝ

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
Λουκίου Γελλίου Πετικιανοῦ, Τυνδαρείτου, τάφος, ἔτη βιώσαντος κβ, ὃν ἐκήδευσεν ἀδελφὸς Συνκλέων.

Litterae non exacte traditae videntur. Συνκλέων (a verbo κλέω) nunc nomen est proprium viri, ut Συνναίων in titulo Cyrenensi n. 5146. Matranga putabat esse i. q. συγκλαίων, ut frater non nominatus sit; at, si

hoc statueris, cuinam fratrem censebis συγκλαίειν? An defuncto? De Tyndarita cf. n. 6451.

N. 6641. p. 1002. est ex coemeterio S. Agnetis ediderat etiam Ang. Maius Scriptorr. vett. nova collect. T. V. p. 415. n. 11. litteris minusculis.

N. 6657. p. 1005. *κατὰ κέλευσιν τῆς Δεσποίνης*, i. e. iussu Proserpinae (conf. Pausan. VIII, 37, 3. et inscr. IVSSVPROSERPINAE ap. Orell. n. 1475), interpretatur Cavedonius in litteris, conferri iubens Virgil. Aen. VI, 140 sqq. Quippe Proserpina fingenda defuncto sepulcrum faciendum mandare, ut umbra eius Stygem transmeare possit.

N. 6659. *b*. p. 1006. dixeris in ΙΚΤΟΣ latere nomen liberti.

N. 6659. *c*. p. 1006. videndum ne fuerit potius: Λ. Αὐρήλιος ἀπελεύθερος Κ[ί]σσος, ἱστρί[ω]ν, ἀνέθηκεν, deleta vs. 4. extr. syllaba ΟΣ; ut sensus sit: Λ. Αὐρήλιος, Λουκίου Αὐρηλίου ἀπελεύθερος, Κίσσος. Conf. n. 6665. in his Add.

N. 6665. p. 1007. in contextu litteris minusculis expresso scribendum: Λ. Ἄντιος ἀπελεύθερος Εὐώνυμος βυρσοδέψης, ut sensus sit: Λ. Ἄντιος, Λουκίου Ἀντίου ἀπελεύθερος, Εὐώνυμος. Sic n. 6678. Μεττίῳ ἀπελευθέρῳ Νικηφόρῳ quod est Μεττίῳ, Μεττίου ἀπελευθέρῳ, Νικηφόρῳ.

N. 6671. p. 1008. de nomine Ἴθαρος conf. ad n. 6444. in his Add.

Post n. 6687. p. 1011. insere:

6687. *b*.

Romae in lapide apud Demetrium Diamillam; edidit P. Matranga Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1849. p. 55. n. 10.

. . . I V S . E V A N D R I . L . S A T V R
. . . . ΙΝΩΙΚΟΥΦΗΠΕΛΕΝΗΣΕΜΑΚΑΙΡΑ
. . . . ΣΟΙΚΟΝΔΕΣΙΙΟΤΕΩΝΕΘΕΤΟ
. . . . ΣΤΙΝΟΡΑΣΣΑΤΥΡΟΙΟΘΑΝΟΝΤΟΣ
. . . ΠΙΣΤΙΣΣΗΣΚΑΤΕΔΥΠΟΛΕΩΣ

C. Iun]ius Evandri l(ibertus) Satur(us).

Ἡ Ῥώμη ξ]είνῳ κούφη πέλεν, ἥ σ[φ]ε μάκαιρα
εὔνων εἰ]ς οἶκον δεσ[π]οτέων ἔθετο.—
ὧν ζῶσαν καὶ μνῆ]στιν ὁρᾷς Σατύροιο θανόντος,
οὕνεκεν οὗ] πίστις σῆς κατέδυ πόλεως.

Dominus monumento in memoriam liberti exstructo alloqui viatorem Romanum videtur. Celebratur fides servis habita a Romanis. Lectio *μνῆστιν* vs. 4. debetur Keilio, qui coniecit *ὧν ἀγαθὴν καὶ μν.*

N. 6697. p. 1013. titulum accuratius edidit Tonini, Rimini avanti il principio dell' era volgare 1848. p. 312. n. 53.:

ꓡ· ΑΥΡ· ꟽΑΡΚΟϹ
ϹЄΒ· ΑΠЄΛЄΥ
ΘЄΡΟϹ· ꟽΝΗ
ꟽΗϹΧΑΡΙΝ

Superne vestigia apparent litterarum ϹΥꟽ, quibus subesse *συμβίῳ* bene monuit Cavedonius in litteris.

N. 6698. p. 1013. inter spurias reiiciendam putavit Marinus Fratr. Arv. p. 659. 821.

N. 6707. p. 1015. prioris Consulis, anni p. Chr. 224. praenomen innotuit ex fragmento Portuensi inscripto APPIOCLIVLIANOET (l. II.) BRVCTCKI SPINOCOS (vide Diar. Arcad. T. XLIV. p. 339. cf. Marini Fratr. Arv. p. 697. Monuit Cavedonius in litteris.

N. 6712. p. 1016. ΜΙΚΟΥ i. e. MICV Cavedonius in litteris bene interpretatur *mecum*, coll. Buonarroti Vetr. p. 113.

N. 6715. p. 1016. habent etiam Lupus Epitaph. Sev. p. 62. et Muratorius missu Ramagginii T. III. p. MCCXCVII. 8. iterumque ex Lupo T. IV. p. MDCCCXXVIII. 3. in Christianis. Et potest sane Christiana esse inscriptio, non tamen ob solum nomen Πίστη.

N. 6716. p. 1016. scribe *feci* (p. fecit). Cavedonius in litteris provocat ad Morcell. Opp. epigr. T. II. p. 102. 104. 290.

N. 6731. p. 1018. vs. 9. *ἡ κρίσις μου* nunc videtur esse i. q. *ἡ περὶ ἐμοῦ κρίσις*, fatalis Parcae sententia. Eo deducit locus n. 5872. *οὐ κρίσει ἐγ Μοιρῶν ἡρπασμένον*. Eodemque modo explicanda formula *κρίσιμος ἡμέρα* n. 3902. *r*.

N. 6738. p. 1020. repetierunt Schiassius (Guida al Mus. p. 123.) et Morcellus (Opp. epigr. T. I. p. 16.), qui habent *ἐπιτελεῖ*, ut Andruccius. Huic lectioni et ego olim fidem habui (Elem. epigr. Gr. p. 335.) et nunc rursus accedit Cavedonius in litteris. Sed nec praesens tempus ex more adhibitum in titulo non metrico, et collocatio vocabulorum insolentior est.

N. 6752. p. 1024. *Σερουΐλιος Φαβιανὸς ὑπατικὸς* fortasse idem est, qui in epitaphiis Latinis Aquileiensibus FABIANVSCOS. audit (Furlanettus Lap. Patav. p. 356 sq. cf. Bullett. Inst. arch. Rom. 1848. p. 106.). Vs. 6. scribendum videtur *φίλῳ καὶ ἑταίρῳ*. Monuit Cavedonius in litteris.

N. 6755. p. 1025. repetiit etiam Orellius Collect. inscrr. Latt. n. 4586. ubi ad apotheosin, de qua diximus, comparari possunt tituli Orelliani n. 4587. 4588.

N. 6756. p. 1025. *Γεωργὸς* scribi posse, ut in epitaphio Christiano e coemeterio Callisti eruto,

quod ipse vidit, coniicit Cavedonius in litteris. Fortasse vere.

N. 6759. p. 1026. citatur ap. Orell. Collect. inscrr. Latt. Vol. II. p. 358. Inscriptio, in qua AR CYNNI, repetita est ap. Murator. p. MDCCXXXVIII. 9. sed utroque loco Muratorius habet ARGVNDI, lectio ARCVNNI est ap. Gor. Etrusc. T. I. p. 177. 174. De nomine Ἄργυννος cf. Keil. Syllog. Inscr. Boeot. p. 46.

N. 6760. p. 1026. in tit. Lat. vs. 10. init. $\overline{\text{VI}}$VIR restituendum esse monuit Cavedonius in litteris, reprehendens Orellium (Collect. inscrr. Latt. n. 2169.), qui vss. 5. 6. *quinque legat.* explicat, quum sit *quinquennalis gratuito.*

N. 6763. p. 1028. Civitas Graeca, quae se συγγενίδα dicit Romanorum, Cavedonio in litteris Andrus videtur esse. Nimirum Andrus condita ab Andro, Anii regis Deli filio, qui necessitudine et affinitate iunctus cum Aenea et Anchise ferebatur (conf. Servium ad Aen. III, 80.). Praeterea idem Q. Glitium Agricolam, quum Publii filius audiat et tempora bene conveniant, coniicit filium esse P. Glitii Galli, qui a Nerone in exilium pulsus Andrum concessit (vide annot. nostr. sub fin.). Satis probabiliter. Ceterum nomen *Glitius* et cognomen *Gallus* Celtibericam gentis illius originem indicare Cavedonio videntur advocanti Steph. Byz. Γλῆτες ἔθνος Ἰβηρικόν. De Glitiis denique patre et filio idem conferri iubet Cardinal. Dipl. Imp. p. 154.

N. 6771. p. 1033. de cultu Leucotheae cf. Car. Hermann. Griech. Monatsk. p. 68. Antiq. sacr. p. 346. Iacobi Wörterb. der griech. u. röm. Mythol. p. 578.

N. 6784. p. 1036. ubi Δωτῷ legimus, C. B. Hasius legebat ΔΩΤΩ (vide H. Steph. Thes. ling. Gr. edit. Didot. s. v. Δωτώ). Fortasse recte. Cf. Pistoth. Tzschirner Commentat. de graecis nominibus in ω exeuntibus, Vratisl. 1851. 4. p. 52.

N. 6806. p. 1046. Keilius monuit edidisse etiam Küttnerum Briefe über Irland, Lips. 1785. 8. p. 344. hoc modo:

ΗΡΑΚΛΕΙ
ΤΥΡΙΩ
ΔΕΟΔΩΡΑ
ΑΡΧΙΕΡΕΑ

quod apographum fere consentit cum Toddiano.